This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

HDI
HW 5N5K G

Digitized by Google

81. w.

10/71 50,-

zu Lit. jud.

שלום על ישראל

FROM THE INCOME
OF THE BEQUEST OF
LEE M.
FRIEDMAN '93

VE RI TAS

Harvard College
Library

2

Digitized by Google

Gutermann

Digitized by Google

Digitized by Google

IO. HENRICI OTHONIS
HEL. BERNATIS, IN ACAD. LAVS.
PHIL. PROF.

LEXICON
RABBINICO-PHILOLOGICVM,
IN QVO
ORDINE ALPHABETICO NOTANTVR ET REFERVNTVR PRAECIPVA, QVAE CIRCA VETERVM HEBRAEORVM DOGMATA, RITVS ET STATVTA, IN VTROQVE TALMVDE, MAIMONIDIS ET ALIORVM SCRIPTIS OCCVRRVNT.

AD VTILITATEM OPERIS INDIGITANDAM IN LIMINE POSITVM EST
MASSECHET SCHEKALIM
NOTIS ILLVSTR.

CONTINVIS ET VBERIORIBVS ADDITAMENTIS AVCTVM EST
A
IVSTO FRIDERICO ZACHARIAE
S. S. TH. ET LING. OR. P. P. KILON.

ALTONAE ET KILONIAE
PROSTAT IN BIBLIOPOLIO IVERSENIANO.
1757.

120. 575
Digitized by Google

HARVARD
UNIVE
LIBRA

Digitized by Google

REVERENDISSIMO ATQVE SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO,
EPISCOPO LVBECENSI,
HEREDI NORVAGIAE,
DVCI SLESVICI, HOLSATIAE, STORMA-
RIAE ET DITHMARSIAE,
COMITI OLDENBVRGI ET DELMENHORSTI,
RELIQVA.
PRINCIPVM OPTIMO,
CELSISSIMAE DOMVS HOLSATICAE ORNAMENTO,
CIVIVM DELICIO ET VNIVERSI TERRARVM
ORBIS DECORI,
ARTIVM ET SCIENTIARVM STATORI AC PRAESIDIO,
HERCVLI MVSAGETAE INDVLGEN-
TISSIMO,

Domino meo longe clementisſimo.

Digitized by Google

HARVARD
UNIVE
LIBRA

Digitized by Google

REVERENDISSIMO ATQVE SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO,
EPISCOPO LVBECENSI,
HEREDI NORVAGIAE,
DVCI SLESVICI, HOLSATIAE, STORMA-
RIAE ET DITHMARSIAE,
COMITI OLDENBVRGI ET DELMENHORSTI,
RELIQVA.
PRINCIPVM OPTIMO,
CELSISSIMAE DOMVS HOLSATICAE ORNAMENTO,
CIVIVM DELICIO ET VNIVERSI TERRARVM
ORBIS DECORI,
ARTIVM ET SCIENTIARVM STATORI AC PRAESIDIO,
HERCVLI MVSAGETAE INDVLGEN-
TISSIMO,

Domino meo longe clementisſimo.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIME
ATQVE SERENISSIME
PRINCEPS,
DOMINE LONGE CLEMENTISSIME!

P*ermultos quidem, non dubito, fore, qui altius iuſto me*

euolare ſint iudicaturi, & temeritatis nomine me incuſandum crediturí, quod hunc, qui iam in lucem prodit conſpectumque, librum CELSITVDINI TVAE *offerre atque nomine* TVO *Sereniſſimo exornare ſuſtineam: praeſertim quum ſit liber ejusmodi, qui ſummorum virorum perſonis minime dignus, & ſcholarum modo atque academiarum cathedris, haud vero Principum ſedibus inferendus videatur. At vero non mouent me praepoſtera iſtorum iudicia: mihique ſatis eſt animi atque conſtantiae, vt, quae iſti de temeritate mea clamitent, parum curem. Habeo enim quae pro me, ſi forte audacius fecerim, cauſſam dicunt, argumenta luculentiſſima.*

Ac

Ac primum quidem me allicit atque invitat ſumma illa, quam in TE, SERENISSISSIME PRINCEPS, *expertae ſunt litterae & artes, clementia, qua Muſarum & ſtudiorum protectorem ac promotorem* TE *oſtendis accuratiſſimum. Et licet ſubuerendum mihi aliquo modo eſſet, ne praeſidium implorem* TVVM *operi, cuius argumentum ſplendoris, quo emines, faſtigio minime videatur conueniens; me recreat tamen ac reficit illud, quod, ob arctiſſimum, quo inter ſe connexae ſunt artes atque ſcientiae, vinculum, veri Muſarum patroni nullam earum reſpuant atque dedignentur, ſed potius eodem omnes fauore & amore dignas habeant, licet quibusdam*

a 4 *dum-*

duntaxat prae caeteris iisque altioris in-daginis ipſi dederint operam.

Quem quidem ſcientiarum amorem, quantus in TE *ſit, celebrare mihi non ſuma, quoniam mihi non eſt tantum flumen ingenii, non tanta dicendi facultas, vt ſplendorem* TVVM, PRINCEPS CLEMENTISSIME, *non dicam, exornare, ſed tantum enarrare valeam. Flacci ſint, oportet, qui Auguſtos, Plinii, qui Traianos meritis efferant laudibus: &* TE, *quem omnis litteratus orbis columen ſuum ac decus vno ore profitetur, illi modo celebrare ſuſcipiant, qui feliciorem, quam ego, dicendi facundiam ſunt ſortiti.*

Eſt igitur, CELSISSIME PRINCEPS, *eſt haec eadem concelebrata*

TVA

TVA *gratioſiſſima in ſcientias earumque cultores voluntas, quae mihi tantum audaciae ſuggerit, vt huic qualicunque libro Nomen* TVVM *ſplendidiſſimum inſcribere coner, & tutelae* TVAE *illum quam demiſſiſſime commendaturus, & ſimul, quod ipſi deeſt dignitatis & valoris, eo ipſo additurus.*

Verum enimuero alia adhuc eſt ratio, quae, hoc vt faciam, non ſuadet modo, ſed etiam expreſſe iubet. Permulta ſcilicet eaque quam maxima beneficia, quae per longam annorum ſeriem abs TE, SERENISSIME PRINCEPS, *in me redundarunt, iure ſuo gratae ac deuotiſſimae mentis meae efflagitant documenta. Longum ſane eſſet, repetere altius, quam pro-*

Digitized by Google

lixa ſemper TVA *in me exſtiterit clementia.* TE *enim non ſolum iam olim iuuenem induſtrium litteratum cultorem admiratus ſum; ſed ab illo etiam tempore magnus ſemper eras Apollo, quem litterarum mearum propugnatorem, omniumque litteratorum defenſorem ſumma obſeruantia colerem ſanctеque venerarer. Ingratus autem quam maxime, ne dicam improbus forem nominandus, ſi, quam* TVA CELSITVDO *mihi exhibere dignata eſt, ſummam beneuolentiam animo me adgnoſcere quam gratisſimo, declarare haud cuperem maximeque ſtuderem.*

Liceat mihi igitur, PRINCIPVM OPTIME, TE *obſeruare quanta poſſum animi demisſione, vt hocce meum,*

quid-

Digitized by Google

quidquid eſt, munuſculum, quod TIBI *ſacrum eſſe volui, ſeu publicum ſimul atque debitum mentis meae* TIBI *deuotisſimae ac beneficiorum perceptorum memoris monimentum clementer accipere, illudque non quidem pro dignitate, quae certe eſt perexigua, ſed pro* TVA, *quam in* TE *ſuſpicio, propenſa voluntate aequi conſulere bonique digneris. Addo his precibus vota pro* TVA, PRINCEPS SERENISSIME, *pro* CONIVGIS, *ſexus* SVI *facile principis, & PROLIVM amantisſimorum incolumitate perpetua, ſeram* TIBI *immortalitatem optans, vt vita diuturna ſit, & felicitas meritis* TVIS *digna, ſicut virtutum* TVORVM *gloria erit aeterna. Floreat felicitas*

Digitized by Google

citas TVA *indelibata, & curſu ex-optatiſſimo res* TVAE *fluant. Audiat Numen haec vota propitium, iisque beet,*

PRINCEPS REVERENDISSIME
ATQVE SERENISSIME,
DOMINE LONGE CLEMENTISSIME,
CELSITVDINI TVAE

ſeruum ſubiectiſſimum,
Iuſtum Fridericum Zachariae.

LECTV-

Digitized by Google

LECTVRIS
S.

Totus nunc fere Parnaſſus perſonat inexpugnabilibus Philoſophorum probationibus atque exquiſitis mathematicorum demonſtrationibus: vt Theologorum quoque ſcholae conquiſitis his rationibus ſuperbiant. Adeo verbum Dei tenebris inuolutum eſſe plerique arbitrantur, vt illud abſque ratiunculis profanis explicari poſſe diffiderent. Neque hac aetate, quod olim Amſtelodamenſium medicus, LVDOV. MEYERVS, fecit, libelli, cui titulus eſt: *Philoſophia Scripturae interpres*, ſcriptorem ſe profiteri quis erubeſceret (*): tantum abeſt, vt nunc commentationem *de vſu Philoſophiae in Theologia*, qualem olim B. CHRIST. KORTHOLTVS conſignauit, edere neceſſe eſſe videatur, vt magis de eo, quod nimium eſt in hoc litterarum genere, conqueri liceat. Stupidi enim et bardi habentur doctores, qui

(*) *Thom. Crenii* Commentat. ſeu Animaduerſ. philolog. et hiſtor. Part. I. p. 153.

qui non veritates Theologicas dialecticae ſubtilitate eruunt, emetiuntur, firmant et pronuntiant: vt plurimos rerum ſacrarum inter Chriſtianos antiſtites non in coetu ſanctiori, ſed in aedibus profanis eorum, qui deos colunt, doctores atque praecones eſſe arbitreris. Ancillam olim aeſtimabant Theologiae Philoſophiam veteres Theologi, quae ſola nunc regnat et proterue ſatis dominatur: atque vtinam Theologia ſolum naturalis regiam illam dominationem ferret, et non etiam Theologia reuelata imperioſam hanc maieſtatem pateretur. Haec quippe ſolum diuinorum oraculorum cognitione nititur, et prophetarum apoſtolorumque ſententiis; non autem ſophiſtarum acumine ponderanda eſt. Rationis enim temeritatem coërcendam eſſe, ſi Trinitatem et reliqua ſanctae noſtrae religionis myſteria intelligentia non ſolum adſequi, ſed argumentis quoque philoſophicis exponere, immo demonſtrare audeat, iure meritoque arbitror. Verum dicis: Scripturam ſacram vnicum eſſe principium, ex quo veritates diuinae hauriantur probenturque, quis inter nos negat? ſed rationi illam diſcendi docendique egregie inſeruit philoſophia. Quid enim methodo demonſtratiua acutius, quid magis ſolidum certumque excogitari poteſt? Si in omnibus autem ſcientiarum generibus hoc valet; certe non in Theologia, et ſi methodus haec religionem explicandi optima, cur non illa vſi ſunt prophetae et apoſtoli, quibus cum philoſophis ſaepius diſceptatio erat? Ita ſanctis nuntiis et vatibus dona quaedam extraordinaria ad docendum verum Dei cultum data eſſe refertur, Philoſophiae autem cognitionem inter illa fuiſſe, non legimus relatum. Singulari autem Dei dono atque munere linguarum ſcientiam vſumque ſanctioribus Chriſti nuntiis conceſſum eſſe quis ignorat? Quod olim ad propagandum Chriſti cultum neceſſarium erat, nunc ad veritates illas ex oraculis diuinis eruendas aeque neceſſe habemus. Magni illi et diuini heroës, qui religionis rationem emendarunt, non ſolum ſatis perſpexerunt, absque lingua-

tum

rum ſanctiorum cognitione veritates diuinas in tenebris latere: ſed poſt eos grauiſſimi quoque Theologi, emendatae religionis defenſores, in multis et prolixis commentationibus ſolide argumentando huic cauſſae fidem et auctoritatem et firmamentum adiunxerunt. Quae philologorum ſcripta, quippe omnibus nota, recenſere ſuperuacaneum eſſe duco, et ſatis eſſe arbitror SAL. GLASSIVM (*) in hac cauſſa teſtem citem veraciſſimum. *Vnde*, inquit, *ὁμολογουμένως certum pono theorema: Ei, qui ſcripturas, quoad omnes et ſingulas partes, diuino adiutus ſpiritu, ſolide, accurate, vtiliter, ſufficienter et perfecte intelligere, aliisque interpretari ſatagit, Hebraeae, Chaldaeo-Syrae et Graecae linguarum cognitionem apprime neceſſariam eſſe.* Sed quid fuſius de hac ſententia diſceptamus? quum, linguarum ignorantiam ante aliquot ſecula totum terrarum orbem barbarie inundaſſe, ſcientias oppreſſiſſe et Theologiam inprimis craſſis occultaſſe tenebris, inter omnes litterarum cultores conſtet. Neſcio autem quo ſcientiarum fato hac noſtra aetate factum ſit, vt linguarum ſtudia contemta iaceant atque abiecta, illarumque amatores ſtupidiſſimi deſpicatiſſimique homines habeantur, niſi nimius forte Philoſophiae amor, palmam linguis praeripiens, atque gloriam argutiarum et acuminis prae ſe ferens, philologiam in primis ſacram oppreſſam teneat atque demerſam. Nimium Philoſophiae vſum, eiusque abuſum, adſpernor atque a Theologorum ſcholis reiicio, rectum illius vſum amo, immo maximi facio, et linguarum ſanctiorum in primis contemtionem, religionis peſtem, abominor. Neque pudet me, neque taedet amoris linguarum, in quibus diuina continentur oracula, quamuis plerique litteratorum inter linguarum cultores his temporibus nomen ſuum profiteri et Grammaticos vocari erubeſcant. Praeclarum mihi atque imitandum eſſe videtur Doctiſſ. IOHANNIS DRVSII exemplum aduerſus Sera-

tium

(*) *Sal. Glaſſius* in Philolog. Sacr. p. 495. edit. Lipſienſ. 1725.

rium diſceptantis (*): *Tu*, inquit, *contumeliam eſſe putas, ego honorem duco. Grammaticus audiuit aeuo ſuperiori D. Eraſmus, quis et quantus vir? Grammaticus tibi nunc eſt Ioſephus Scaliger, lumen illud et columen litterarum,*

merito cui doctior orbis
ſubmiſſis defert faſcibus imperium.

Grammatici quoque ſunt Melanchthon, Beza, Munſterus. Caeterum Grammaticus hodie vocatur a Sophiſtis, qui nouit τὰ γράμματα, h. e. doctrinam litterarum monumentis comprehenſam etc. I nunc et nega, te Grammaticum eſſe. Per me licet, vt dicaris Theologus ἀγράμματος, i. e. illitteratus. Qua ſententia adductus Orientis linguas et Ebraeam potiſſimum ediſcere atque litterarum ſanctiorum cultoribus explicare exquiſitius ſtudui. Cui ſcientiae quum hoc IOH. HENR. OTHONIS Lexicon inſeruire exiſtimem; illud emendare et additamentis amplificatum iterum edere adnixus ſum. Quae interpoſui, noua argumenta ſeu titulos aſteriſco notata videbis, et quibus auctoris ſententiam vberius expoſui, ab initio verſus ſeu lineae remotiores notas noſtras reperies. Quo in genere pium ſtudium meum ſi cultores ſanctarum litterarum non adſpernari video; alteram quoque partem a me conſcriptam, ſi ſummi numinis gratia amplius vitam et quietem conceſſerit, poſtea in lucem emittere haud grauabor.

(*) Comment. de Sect. Iud. p. 41

I. F. Z.

AVCTO-

buerunt, tantum egomet mihi ad linguam Sanctam excolendam ſumſi, cuius fructus in hunc finem videbatur vtiliſſimus. Et illius ſane operae nunquam hactenus me poenituit. Vix enim dicere poſſum, quantopere animum meum delectauerit Hebraiſmus, cum Biblica volumina, Rabbinorum Commentarios, et ea, quae in Talmudis pandectis a Iudaeis erudite ſcripta ſunt, euoluerem. Vbicunque enim loca ſalebroſa et difficilia (quibus haec literatura alios deterret,) gradum meum morabantur, amor mitigabat laborem, et vtilitatis fructus vlterius amorem incitabat, nec vnquam ab illis ſtudiis niſi ſerena fronte receſſi. Et quamuis deinde me Prouidentia Diuina לגרום גרם אחר *os aliud rodere* iuſſerit, et cogitationes meae ad philoſophicas diſciplinas applicandae fuerint, priſcas tamen noſtras muſas, literulis Hebraicis et Graecis ſubnixas, ita relinquere non potui, quin ſemper aliquid de ſubſciſiuo tempore illis tribuerem. Ex quo quoque hae qualeſcunque animaduerſiones, quas in ſubſidium memoriae adnotaui, ne fugitiua obliuio eas mihi ſubduceret, et quae nunc in publicum egrediuntur, ſuum ortum habent. Nec profecto vllum fore credo, qui ad talia tranſcendere illicitum putet mihi aut aliis, quos ſuus ordo locusque in aliis muniis detinet.

Digitized by Google

tinet. Homo Muſarum ſacris initiatus non eſt (vt ait Caecilius) vnius operis remex et baiulus, generoſa mens ad vnius rei miſcellam ſcientiam non adſtringitur, neque alligatur: ſemper ſeſe verſat illa, concutitque, quicquid pulchrum et ſcitu dignum videt, id omne ſcit eſſe ſuum. Diuinae virgines muſae adſtant vbique, et omnes ad ſe inuitant, neminem illae auerſantur, qui bonam ſpem non eiurauit. Iubent omnes exſurgere, animos ſumere, et ſe quoque honeſtis conatibus dignos fingere. Satis profecto alias fringent haec ſtudia, quamuis nemo ab ipſorum limine arceatur. Dicendum enim aperte eſt, admodum oſcitanter et ſupine viuimus. Anglorum, Gallorum et vicinarum gentium verba et voces diſcimus, tam ingenioſi cum ſimus, vnam illam non intelligimus linguam, quam ſane vnam didiciſſe operae eſſet pretium. Magna pars palam illam contemnit, vt plurimum humi repentia ingenia, et a quibus ne hilum in ſolida literatura exſpectabis. Alii vero animum ſuum quidem ad hoc pulcherrimum ſtudium applicant, ſed plerumque ita perfunctorie, vt quidem ad fores Hebraiſmi accedant, quod facillimum, interiora autem ſacraria, Syriaſmum atque Rabbiniſmum ne voto quidem penetrent: Cum tamen ad diiudicandum quanti ſint in Hebraiſmo theſau-

ri, meo animo pergendum ultra ſit, et diſpiciendum, quid Iudaei vernaculi Bibliorum interpretes recte aut ſecus dixerint, et tunc demum nobis ius faſque erit, de iis rebus libere diſſertare, quarum notitia non aliunde erui niſi ex ſacro codice poteſt. Poſſem hic meam ſententiam adductis exemplis probare et oſtendere, quot errores apud omnis generis ſcriptores ex ignorantia huius literaturae pullularint, ſi hoc tempore illud agere animus eſſet, et ſi mihi de Hebraiſmi patrocinio vllo modo laborandum; habet enim ille, quibus et auctoribus et rationibus cauſam ſuam pulchre tueatur, vt potius malignitatis nomine ſuſpecti eſſe debeant, qui eius contemptum prae ſe ferunt; quam aſſentationis, qui de eo honorifice ſentiunt et loquuntur. In poſteriorum gratiam adornatum eſt quicquid hac vice circa Talmudica ſcrinii noſtri repagula perrumpere potuit: quae oppido pauca ſunt reſpectu illorum, quae alias ſe obtuliſſent. Sed rebus noſtris conſultum non cenſebamus omnia, quae parata habebamus, vna vice fortunae committere; Et cum et optimarum rerum ſi minus ſatietas, certe ſit modus quidam, etiam in collectione materiarum videbatur modus adhibendus. Quod ſi tamen haec a Doctis aliquo fauore excipiantur, ita vt aliquando ad ſecundam editionem deuenien-

dum

Digitized by Google

dum ſit, illam duplo auctiorem promittimus. Quid vero nunc praeſtiterimus, melius legendo animaduertet lector, ne domeſtico praeconio vanitatem prodamus, et iudicii eius libertatem impediamus; hoc tamen absque iactantia credere volumus, nos multa adduxiſſe, quae Theologis ad ſacrarum literarum intelligentiam inſeruire poſſunt, et quae oblectabunt alios, qui Hebraiſmum amant. Quae vero praeteriuimus, qualia ſunt Philologicae quaeſtiones circa textum ſacrum, et recentiorum Iudaeorum ritus, ea ſtudioſus lector eleganter tractata apud Cl. *Hottingerum* in Theſ. et apud *Leuſdenium* in Philog. et Synag. *Buxtorfii* reperiet. Libuit enim nobis hac vice praecipue illarum rerum faſtigia peruadere, quae propius priſcos Hebraeos, et cultum poſterioris templi ſpectarent, vtpote quae magnum pondus in explicatione Noui Teſtamenti afferre poſſent, et quae in lectione Talmudicorum inprimis exſtarent. Poterunt tamen et illa, ſi ita eruditis viſum, huic operi ad maiorem eius commendationem ſuo tempore adiungi. Quod autem has noſtras curas ſub forma Lexici edere voluerimus, plurimae nobis adfuerunt cauſae et rationes. Praeterquam quod videbamus praeſens opus hoc modo aliorum et noſtris inuentis ſemper locupletari poſſe, inſuper non conte-

mnenda vtilitas ex illo ordine affulgebat, quod Hebraiſmo initiatus, inſtructus ſolo Lexico Talm. Celeb. Buxtorfii, ad enucleandas vocum ſignificationes, facili labore in Miſnae et aliorum Tulmudicorum tractatuum ſenſus peruenire poſſit, modo antea in noſtro Lexico materiam circa quam occupatur legerit et ruminauerit, ad quam facile reperiendam alphabetica diſpoſitio non inutilis erit. Addidimus enim hunc in finem loco ſupplementi ſingularem indicem in Maſſictot Miſnae, vt ſtudioſum eo magis adiuvaremus. Hoc enim dicere poſſumus, nihil nobis, dum illa ſcripta excutiebamus, maiorem difficultatem creaſſe quam quod nullum praeceptorem habuerimus, qui nobis materialia praelibaret: quamuis enim Lexica *Aruch* et *Buxtorfianum* vocum ſignificationes ſuppeditent, vt plurimum tamen ſtylus Talmudicus tam varium ſenſum prae ſe fert, vt ſaepe anxius et dubius haereas quinam ſit amplectendus; Ex qua difficultate tamen facile te extricabis, ſi iam aliqua ratione mente perceperis, quid in genere de hoc vel illo Iudaei ſentiant. Sed praecipua huius noſtri propoſiti ratio, et quae primo loco dicenda fuiſſet, eſt conſilium Clariſſ. Viri D. Lightfooti, qui in Hebraicis Doctiſſimus, ואחרן אלוחדינא *Et vnus ex non multis*, cuius authoritatem ſemper magni

habui,

habui, et a quo me plurima didiciſſe hic grato animo agnoſco. Is, cum Oxonii haererem, humaniſſimis ſuis literis mihi petenti, *quid praecipue in Hebraiſmo vtiliter et cum fructu tentari poſſet*, reſpondit: Se nihil ſcire, quo magis ſtudium Hebraicum adiuuari poſſet, quam ſi quis Talmud vtrumque, praecipue Hieroſolymitanum legeret, et in codicillos ordine alphabetico coniiceret, quicquid aut ad hiſtoriam aut ritus veterum Hebraeorum explanandos faceret; Vnumquemque deinde ea, quae in ſuum vſum facient, inde expromere poſſe: Omnia vertere eſſe nimis taedioſum, imitandas eſſe apes, quae mel vndiquaque ex infinitis floſculis congerunt et colligunt, quamuis omnes fibrillas texturae plantarum non excutiant. Et ſane ita eſt, viris ingenuis et doctis haec quam ſequuti ſumus methodus ſufficiet, לחסרי לב *Indoctis et incurioſis* vero nec alia proderit. Ita iudicarunt Viri Magni *Dn. Peaucokius*, Orientalium literarum Columen et Prof. Oxon. *D. Henricus Iuſtellus*, omnis elegantioris literaturae promotor, quos difficillimum eſt laudare, quia vt merito laudantur, ita ſatis laudari non poſſunt. Hi ambo egregie nos conſiliis et opera adiuuarunt; praecipue *D. Iuſtellus*, cuius petitionum protela tandem verecundiam noſtram expugnarunt, ita vt etiam in

 publica

publica ſcena apparere, et depoſitum hunc partum tolli ſuſtinuerimus. Si culpa temeritatis deprecanda eſt, cum ipſo omnem partiar inuidiam, ipſius culpa erit quod flagitare non deſierit, mea quod ſtudio eius ſim obſequutus. Honoris cauſſa etiam his adiungere debemus Celeberrimos Viros vere λείψανον χρυσοῦ γένους, qui in Gallia et Anglia nos amarunt, ad omnia honeſta calcar addiderunt, reducem φίλην εἰς πατρίδα γαῖαν *D. Stephanum Gauſſenum*, in Academ: Salmurienſi Theolog: Profeſ. virum ab omnibus ingenii doctrinaeque praeſidiis inſtructiſſimum, cuius etiam hortatu incitatus olim obiectiones Abarbenelis in cap. LIII. Eſaiæ latine reddidi. D. *Nicolaum Toinardum* Aurelianenſem, qui natura doctrinaque informatus eſt ad omnem virtutis gloriam, vti ſufficienter orbi literario probauit in noua ſua *Chronologia et Harmonia*, item in obſeruationibus illis phyſicis, quas Pariſiis apud *Hubinum* in vico St. *Martini* edidit. Et oſtendet porro in illa quaeſtione, *an Chriſtus die mortem eius praecedente Paſcha celebrauerit?* Stat enim pro negatiua, nec vt credo abſque magno pondere argumentorum, vſquedum autem ea nobis produxerit, retinebimus affirmatiuam ſententiam, quam pag. 455. huius operis innuimus. Sequitur par amicorum ex Anglia; D. *Bern-*

hardus

Digitized by Google

bardus, Colleg. Diui Iohan. Oxon. ſocius et in Acad. Mathem. Prof. et D. *Guilielmus Giſe*, Colleg. Orielis ſocius, viri ſtupendae eruditionis, in quibus eleganter habitat omnis literatura Orientalis, praecipue in D. Giſe ferme ad miraculum vſque. Vix enim vllum in vniuerſo orbe terrarum genus eſt idiomatis, cuius extent monumenta conſecrata perennitati literarum, quod non aſſiduitate laboris, aetate nondum 24. annos ſupergreſſus, perveſtigarit. Illorum iudicium mihi ſemper fuit inſtar ampliſſimi theatri, et ex animo laetor, meos conatus ipſis placuiſſe. Caeterum, humaniſſime lector, cum has noſtras animaduerſiones ruſpaberis, memineris obſecro, omnia diiudicare κατὰ τὴν ἐπιείκειαν οὐκ ἐξ ἀκριβοδικαίου. Multa forſan erunt non tam bene dicta aut poſita, in quibus dabis χεῖρα πίζοντι. Non ſumus tam impotentis arrogantiae, vt in tanta communis naturae imbecillitate, ſolos nos ſupereſſe exiſtimemus, quibus interdum venia opus non ſit. In omnibus ἅπαντες ἐσμὲν ἀβέλτεροι, hallucinamur omnes, nec quiſquam eſt, qui tam bene animum ſuum diſciplinis obfirmauit, vt nihil fugere eum poſſit aut fallere. Parati profecto ſumus ſimulac monuerit quis meliora, ſententiam mu-

tare. Pertinaciam enim pro opinione induere non eſt noſtrum. Ipſi nos, ſi quando errores noſtros odorati fuerimus, ſponte hanc gratiam a nobis inibimus, et primi eos indicabimus, ne quis forte ſtudio noſtri deceptus, hallucinationes noſtras caecis oculis praetereat. Vale.

Lauſannae,
ad Kalend. Nouemb.
1674.

AD

Digitized by Google

AD

HVIVS OPERIS VTILITATEM OSTENDENDAM

HIC IN LIMINE APPONAMVS

MASSECHET SCHEKALIM

A NOBIS LATINA TOGA INDV-TVM, ET BREVIBVS NOTIS ILLV-STRATVM

QVAS PRÆCIPVE PRÆSENS OPVS SVP-PEDITAVIT.

פרק א.	CAP. I.
באחד באדר משמיעין על השקלים ועל הכלאים בחמשה עשר בו קורין את	Primo die (1) Februarii (2) proclamant propter (3) ſiclos, et propter (4) Heterogenea. Die decimo quinto eiuſdem

Digitized by Google

המגילה בכרכין ומתקנין את הדרכים ואת הרחובות ואת מקואות המים ועושין כל צרכי הרבים ומציינין את הקברו' ויוצאין אף על הכלאים;

dem [*menſis*] (5) legunt (6) Megillam in (7) locis munitis, et (8) reparant vias et plateas, vt et (9) aquae receptacula; faciunt deinde omnes neceſſitates, quae publicum reſpiciunt; (10) pingunt ſepulchra et (11) pro Heterogeneis egrediuntur,

ב אמר רבי יהודה בראשונ' היו עוקרין ומשליכין לפניהם משרבו עוברי' עבירה היו עוקרין ומשליכין על הדרכין התקינו שיהו מפקירין כל השדה כולה:

II. Dixit Rabbi Iehuda, ab initio euellebant [*Heterogenea*] et coram proiiciebant; ab eo autem quo multiplicati fuerunt (12) transgreſſores, euellebant et in vias illa proiiciebant, [*Tandem*] conſtituerunt, (13) vt omnis ager communis fieret.

NOTAE.

(1) Quotuplex אדר *menſis Februarius* ſit, vid. אדר pag. huius operis 8. (2) משמיעין idem eſt מכריזין publice per *praeconem publicare*, et promulgare, vt omnes ſciant et audiant, ſtato tempore hemiſiclum eſſe perſoluendum. (3) De ſiclis vid. p. 600. (4) Quid circa Heterogenea proclament, refert *Maimon.* in *Kilaim* cap. 2. ſub fin. *Vt vnusquisque ſe conferat* לגינתו in hortum ſuum ולשדהו *et in agrum ſuum, et Heterogenea euellat.* Caeterum de Heterogeneis vid. pag. 241.

(5) De

(5) De lectionibus Biblicis vid. pag. 320. (6) Quaenam ſit illa מגילה vid. pag. 320. et 321. vbi notantur quedam circumſtantiae, quae in lectione voluminis Eſther (quod hic per מגילה intelligunt) obſervabantur. (7) Quaenam ſit diſtinctio inter כרך *ciuitas*, עיר *vrbs*, et כפר *oppidum*, vid. pag. 117. 118. (8) Duplicem ob cauſſam reſtaurant vias; I. eſt, vt aduenientes ex prouinciis ad feſtum paſchalem expedite viam inire et emenſurare poſſint. Quae viarum reparatio tam ſollicite peragenda erat, vt illa etiam cauſſa intercalationis eſſe potuerit. Vid. p. 277. II. erat, ne illi, qui per accidens aliquem interfeciſſent, in fuga ſua aliquod offendiculum reperirent. De hac reparatione praecipue intelligendus eſt textus; vt videre eſt ex *Maimonide Hal. Rozeach* cap. 8. בט"ו באדר בכל שנה בית דין מוציאין שלוחים לתקן הדרכי' וכל מקום שמצאוהו שנתקלקל מתקנין אותו *Die decimo quinto Februarii in quouis anno Senatus emittit legatos, ad vias reſtaurandas: Illique curant reparare omnia loca collapſa et corrupta; Et ſi quando Synedrium hoc negotium negligeret, aeſtimaretur quaſi ſanguinem ipſum fudiſſet;* Si forſan a vindice inopinatae caedis author interfectus fuiſſet. De hac viarum reparatione loquuti ſumus pag. 53. (9) *In* aquae receptaculis, quae מקואות nominantur, immundi ante feſtum et oblationem ſacrificiorum, ſe lauando purificabant; quid vero מקוה ſit vid. pag. 337. (10) מציינין לשון ציון וסימן *pingunt, id eſt ſigno et figura aliqua notant*, inquit Gloſſa; vt illi, qui mundiciei ſtudent, ſepulchralia illa loca euitare poſſint. Vid. *Sepulchrum* pag. 599. (11) Synedrium mittit deputatos die 15. Februarii, qui מסבבין לברוק *circumeunt, ad videndum, an edicto Synedrii die 10. Februarii factum de Heterogeneis eradicandis morem geſſerint et obtemperauerint.* In hunc ſenſum *Maimon* in *Kelaim* cap. 2. ſub fin. (12) Temporibus Domini noſtri Ieſu Chriſti praecipue multiplicati ſunt עוברי עבי' *transgreſſores*: et in omnia vitia gens Iudaea aperte decidit.

vid.

vid. ſuo loco. (13) Si quis non obediuerit admonitioni legatorum, die 15. Februarii viſitationem incipientium, et Heterogenea non ex fundo ſuo eradicauerit vſque ad feſtum *Paſchatis*. Legati בחלו של מועד *in die profeſto Solennitatis*, (i. e. in die aliquo intra primum et vltimum feſti diem,) iterum egrediuntur, et talem agrum, in quo adhuc vna ſpecies ex viginti quatuor Heterogeneorum ſpeciebus inueniunt, communis iuris faciunt, (Germ. geben ihn Preiß.) ad poenam infligendam inobedienti. Vid. *Maimon* in *Kelaim* ubi ſupra.

ג בחמשה עשר בו שולחנות היו יושבין מדינה בעשרים וחמשה ישבו במקדש משישבו במקדש התחילו למשכן את מי ממשכנין לוים וישראלים גרים ועבדים משוחררים אבל לא נשים ועבדים וקטנים כל קטן שהתחיל אביו לשקול על ידו שוב אינו פוסק ואין ממשכנין את הכהנים מפני דרכי שלום:

III. Die decimo quinto eiusdem [*menſis*] in (1) prouincia menſae collocantur; et die viceſimo quinto (2) ſedent [*ad menſas*] in (3) Sanctuario. A quo inceperunt in ſanctuario [*ad menſas*] ſedere, incipiunt etiam (4) pignora ſumere. A quibus pignora ſumuntur? (5) A Leuitis, Iſraelitis, (6) proſelytis, (7) ſeruis manumiſſis; ſed non a (8) mulieribus, necque ſeruis, necque (9) paruulis. Omnis minorennis per quem pater ſiclum ſoluere conſueuit, [*ad idem peragendum*] reuertatur neque deſiſtet.

ſtet. A Sacerdotibus pignora non ſumunt (11) honoris cauſſa.

ד אמר רבי יהודה העיד בן בוכרי ביבנה שכל כהן ששוקל אינו חוטא אמר לו רבן יוחנן בן זכאי לאכי אלא כל כהן שאינו שוקל חוטא אלא שהכהנים דורשים מקרא זה לעצמן וכל מנחת כהן כליל תהיה לא תאכל הואיל והעומר ושתי הלחם ולחם הפנים שלנו היאך נאכלים:

IV. Dixit (12) Rabbi (13) Iehuda: aſſeruit (14) Ben Bucri in (15) Iaſne, quod ille Sacerdos qui pendit ſiclum non peccet. Reſpondit ipſi Rabban (16) Iochanan Ben Saccai; non ſolum ita, ſed omnis Sacerdos, qui ſiclum non ſoluit, peccat. (17) Si enim Sacerdotes vellent ſibimet ipſis applicare illud dictum [*Leu.* VI, 16.] *Omnis oblatio Sacerdotis perfecta eſſe debet, ne de ea comedatur.* Quandoquidem (18) Omer et (19) duo panes, vt etiam (20) panes propoſitionis [*ex illo genere ſunt*,] (21) quomodo comedi poſſunt?

NOTAE.

(1) Quando מקדש et מדינה ſibi opponuntur, tunc per מקדש intelligitur *Sanctuarium Hieroſolymitanum* cum tota vrbe, et per מדינה intelliguntur *reliquae vrbes in terra Iſraelis.* Sic *Maim.* in *Taanith* cap. 4. ab init. (2) in prouinciis et Hieroſolymis ad ſiclum exigendum publicae collocabantur menſae, quibus aſſidebant commiſſarii et collybiſtae pecuniam permutantes,

tes, qui proprie dicuntur שולחנים p. 212. (3) Quot nomina templum habeat, vid. p. 637. (4) Ab eo tempore, quo menſae collocatae ſunt in prouinciis, neminem ad ſoluendum hemiſiclum cogunt, ſed illum à ſoluentibus recipiunt, et ab aliis petunt בנחת placide. At ſi quis ſiclum non ſoluerit vſque ad diem 25. Feb: et menſae iam collocatae ſint in Sanctuario, nemini amplius parcunt, et ab illis, qui nummis carent, pignora ſumunt, etiam ipſis inuitis, imo vſque ad veſtimenta ipſorum. Sic *Maimon.* in *Schekalim* cap. 1. (5) De Leuitis vid. pag. 325. (6) De Proſelytis vid. pag. 402. et 491. (7) De ſeruis vid. p. 596. (8) Quot mulieres habeant priuilegia, vid. p. 190. (9) Quando pubertas in maſculis et foemellis incipiat, et quis ſit קטן et קטנה vid. pag. 493. et pag. 8. 9. (10) Senſus eſt, minorennem, qui ſemel pro patre pecunias attulit, ſemper deinde illas ſingulis annis iterum afferre debere et poſſe, donec maior natu pro ſe ipſo ſiclum ſoluat. Vid. *Maim. Schekal.* cap. 1. (11) מפני דרך שלום ſignificat aliquando *pacis et concordiae cauſſa*, aliquando *honoris et ciuilitatis cauſſa*, et hic indecorum enim fuiſſet tam rigide cum venerandis illis Viris agere; Notat tamen *Maimon* l. m. c. quamuis pignora a Sacerdotibus non ſumſerint, ipſos tamen non ceſſaſſe ab ipſis petere donec ſoluiſſent. (12) De titulo Rabbi vid. pag. 498. (13) Quis fuerit Rabbi Iehuda vid. pag. 255. (14) Quis Ben Bucri fuerit videre poteris ex Iuchaſin. (15) De vrbe Iafne vid. p. 250. (16) De Rabban Iochanan Ben Saccai vid. p. 284. (17) Occurrit obiectioni, quam Sacerdotes pro ſua exemptione ex *Leu.* VI. facere poſſent; ſe ſcil. nihil debere, quia oblatio ipſorum debeat manere integra; cum tamen pecunia ſiclorum ad varios vſus adhibeatur. (18) De עומר vid. pag. 572. et 485. (19) De panibus propoſitionis vid. p. 437. et 572. (21) Omnia tamen cedebant Sacerdotibus. vid. pag. 576.

ה אף על פי שאמרו אין ממשכנין נשים ועבדים וקטני' אם שקלו מקבלין מידן העכו"ם והכותי ששקלו אין מקבלין מידן ואין מקבלין מידן קיני זבים וקיני זבות וקיני יולדות וחטאות ואשמות אבל נדרי' ונדבות מקבלין מידן זה הכלל כל שנידר' ונידב מקבלין מידן וכל שאין נידר ולא נידב אין מקבלין מידן: וכן הוא מפורש על ידי עזרא שנא' לא לכם ולנו לבנות בית לאלוהינו:

V. Etiamſi autem dicant, mulieres ſervos et paruulos non oppignorari, ſi tamen [*ſiclum*] dare volunt, ab ipſis accipiunt. Si autem (1) idololatra aliquis aut (2) Cuthaeus [*ſiclum*] pendere vellet, ab illis non reciperent. Neque etiam ab illis recipiunt (3) nidos profluuio laborantium, nec nidos (4) puerperarum, nec ſacrificia pro (5) peccatis aut (6) reatu: Accipiunt tamen (7) votiua & voluntaria munera ab ipſis. In ſumma, à [*gentili*] qui vouet & ſponte offert, accipiunt; ab illo verò qui non vouet nec ſpontè offert, non accipiunt. Hoc innuit *Eſras dicens* (cap. 4. 3.) *Non veſtrum et noſtrum eſt aedificare domum Dei noſtri.*

ו ואלו שחייבין בקלבון לוים וישראלים וגרים ועבדים משוחררים אבל לא כהנים נשים ועבדים

VI. Hi autem ſunt qui tenentur dare (8) Collybum, Levitae, Iſraelitae, Proſelyti, ſervi manumiſſi: at

וקטנים השוקל על ידי כהן על ידי אשה על ידי עבד על ידי קטן פטור ואם שקל על ידו ועל יד חבירו חייב בקלבון אחד רבי מאיר אומר ב׳ קולבנות הנותן סלע ונוטל שקל חייב שתי קלבנות:

Sacerdotes, mulieres, exempti ſunt. Si quis per Sacerdotem, mulierem, ſeruum, minorennem permutauerit, *(à ſolutione Collybi)* liber eſt, ſi vero ipſe permutauerit, aut per ſocium ſuum, tenetur dare Collybum vnum. R. (9) Meir dixerat duos Collybos. Qui affert ſiclum duplum, et accipit ſiclos dimidios tenetur dare duos collybos.

ז השוקל על ידי עני ועל ידי שכנו ועל יד בן עירו פטור ואם הלוום חייב האחין השותפין שחייבין בקלבון פטורין במעשר בהמה ומחייבין במעשר בהמה פטורין מן הקלבון וכמה הוא קלבון מעה כסף דברי רבי מאיר וחכמים אומרים חצי:

VII. Qui ſoluendo ſiclum [*permutat*] per (10) pauperem, per vicinum ſuum, per (11) conciuem ſuum (*à Collybo*) liber eſt. Si vero ipſis mutuo dedit, tenetur. Fratres illi qui ſocietatem inter ſe inierunt ſi tenentur ad Collybum liberi ſunt à ſolutione, (12) decimarum animalium; et ſi non liberi ſunt à decimis beſtiarum, liberi ſunt à Collybo. Quantus autem eſt Collybus?

bus? Secundum R.Meir, eſt(13)obolus argenteus; ſecundum Sapientes verò eſt dimidia pars eius.

NOTAE.

(1) Abbreuiatura reſoluitur in עובד כוכבי׳ ומזלו׳ *Colens ſtellas et aſtra*, quâ circumſcriptione omnes gentiles indiſcriminatim denotant. (2) Culthaei ſunt Samaritani de quibus vid. pag. 581. (3) quid ſint nidi vid. pag. 570. de profluuioſis vid. pag. 489 (4) vid. pag. 570. 571. (5) De ſacrificiis pro peccato vid. pag. 558. (6) De ſacrificiis pro reatu vid. pag. 562. (7) Vid. pag. 566. Vbi etiam mentio ſit illorum ſacrificiorum quae à Gentili recipiebantur. (8) Quid Collybus ſit, diſces ex Maymonide in *Schekalim*. cap. 3. ab init. Quandoquidem vnusquisque opus habeat hemiſiclo, ille qui illum ſoluere cogitat, adit *Trapezitam* השולחני, et permutat שקל בשני חצאין *vnum ſiclum in duos dimidios*, ויחן לו התוספת על השקל *et dat ipſi aliquid ſuperabundans ſuper ſiclum*, [i. e. pro labore permutationis, aliquid ſiclo exhibito ſuperaddit,] ואותה התוספת נקראת קלבון *et illud ſuperabundans* (vel ſuperadditum) *vocatur* קלבון *Collybus*. Vid. etiam apud *Siclum* pag. 602. (9) Quis Rabbi Meir fuerit vid. pag. 366. (10) De pauperibus vid. pag. 457. (11) Quantum temporis requiratur, vt aliquis poſſit in aliqua vrbe ciuis fieri vid. pag. 117. (12) De decimis pecorum vid. pag. 151. (13) Quid מעה ſit vid. p. 379.

CAP. II.

א מצרפין שקלים לדרכונות מפני משוי הדרך כשם שהיו שופרות במקדש כך	I. Conflabant ſiclos in (1) Darchonoth, propter onus viae. Sicuti in Sanctua-

Digitized by Google

היו שופרות במדינה בני העיר ששלחו את שקליהם נגנבו או שנאבדו אם נתרמה התרומה נשבעין לגזברי' ואם לאו נשבעין לבני העיר ובני העיר שוקלין תחתיהן נמצאו או שהחזירום הגנבים אלו ואלו שוקלין ואין עולין להן לשנה הבאה:

ſtuario erant (2) ciſtulae, ita quoque erant in prouincia. Si accidit, vt aliqua vrbs ſiclos ſuos miſerit, et illi furto ſurripiantur, aut perdantur, ſi [*pecunia*] iam (3) oblata fuerit, iurant legati (4) *quaeſtoribus* ſi vero nulla [*adbuc oblatio facta*] iurant conciuibus ſuis: et vrbs illa loco horum [ſiclorum] alios mittit. Si pecunia illa iterum reperitur, aut illam reddant fures, et haec et illa ſumma traditur, nec ipſis (5) proſunt anno ſequenti.

ב הנותן שקלו לחבירו לשקול על ידו ושקלו על ידי עצמו אם נתרמה תרומה מעל השוקל שקלו ממעות הקדש אם נתרמה תרומה וקרבה הבהמה מעל ומדמי מעשר שני ומדמי שביעית יאכל כנגדן:

II. Qui dat ſiclum ſuum ſocio ſuo, vt tradatur per manus eius, et ipſe illum pro ſemet tradiderit, ſi iam oblatio facta eſt de (*nummis*) ſolutis, praevaricatur, ſiclus enim eius ex pecuniis (5) ſanctis eſt. Si oblatio facta, (6) afferet ſacrificium praeuaricationis. (7) Si [*dederit ſiclum*] ex nummis (8) deci-

decimarum ſecundarum aut ex nummis (9) anni ſeptimi, (10) edet loco ipſorum.

NOTAE.

(1) Ex difficili diſtinctione lit. ב. et כ. fit vt quidam legant דרבונות *Darbonot*, alii דרכמנות vel דרכמות D*archmanat*, vel *Darconot*, quae poſterior lectio nobis magis arridet, vt hoc vocabulum ſuum originem ducat à דרך *via*, et דרכונות Germanicè ſonent Reiß-Gelt; *moneta itineraria.* Quid autem fuerint vid. pag. 379. (2) שופרות quid fuerint, et qualem vſum habuerint, vid. pag. 226. (3) Id eſt; ſi pecunia iam in ſummam collecta et à ciuibus illius vrbis in hunc finem deſtinata fuerit, vt mittatur Hieroſolymas in theſaurum templi. (4) De quaeſtoribus templi vid. apud אמרכלין pag. 32. Notat autem circa hoc legatorum iuramentum *Maymon* in Schekal. c. 3. illud non admitti, niſi הלסטים *Latrones* vi ſiclos ipſis abripuerint, et tunc iuramento quaeſtores acquieſcere; שהתורם תורם על הגבוי ועל העתיד לגבות ותרומה הקדש הן: *quia ille qui oblationem diſpoſuit, et ſummam collegit, computationem facit pro numero nummorum iam ſolutorum, et qui adhuc ſolui debuerunt; illaque iam ſancta eaſtimabatur, et erat.* (5) Praeuaricatur idcircò, quia partim defraudat intentionem ſiclum ſibi committentis, partim verò et praecipuè, quia ſiclus ille iam computationem eius qui oblationem colligit, intrauit, et ita iam ſanctus eſt. (6) Ita in hunc ſenſum *Maymonides Schekalim* c. 3. ſub fin. (7) *Si* hemiſiclum ex illis pecuniis decimarum ſoluerit. (8) De decimis ſecundis vid. p. 129. et 159. debebant illae Hieroſolymis comedi. et forſan aliquis ipſas vendidit, vt ſiclum ſolueret. (9) De anno ſeptimo vid. pag. 36. et 294. et ſeq. pag. 296. dicitur non licere fructus anni ſeptimi vendere: praeſupponit Ergó Miſna, aliquem fructus illos vendidiſſe et ſiclum ex nummis illis ſoluiſſe. (10) Edet loco illorum quae vendidit alia, ſi deci-

ſi decimae ſecundae fuerint, facere id debuit Hieroſolymis; Si fructus anni ſeptimi, praeſtet id in celebratione anni ſeptimi. Confer Maymon. in 3. cap. *Schekalim*.

ג המכנס מעות ואמר הרי אלו לשקלי בית שמאי אומרים מותרן נדבה ובית הלל אומרים מותרן חולין שאביא מהן לשקלי שוין שהמותר חולין אלו לחטאת. שהמותר נדבה שאביא מהן חטאת שוין שמותרן חולין:

III. Qui (1) ciſtulae nummos immittit, et dicit, Ecce, illi ſunt pro ſiclo meo: (2) Schamaeani dicunt, illos quos nondum immiſit [*poſſe*] ad ſpontaneam oblationem [adhiberi] (3) Hilleliani verò dicunt, illos quos nondum immiſit, profanos eſſe. Conſentiunt verò vtrinque, quod ſi ex [*nummis*] aliquos immitterem ad ſiclum meum pendendum, reſiduum ipſorum (4) profanum eſſe. Item (ſi dicerem) illud (*quod reſiduum eſt*) ſit pro peccato meo, etiam conſentiunt, reſiduum ad ſpontaneam oblationem [*adhiberi poſſe.*] Conſentiunt etiam, ſi aliquid immitterem pro peccato, reſiduum profanum eſſe.

ד אמר רבי שמעון מה בין שקלים לחטאת שלשקלים יש להן קיצבה ולחטאת אין לה קיצבה רבי

IV. Dixit Rabbi (5) Simeon, Quaenam eſt differentia inter [*nummos*] qui ad ſiclum pendendum [*immittuntur*,] et inter num-

יהודה אומר אף לשקלים אין להם קיצבה שכשעלו ישראל מן הגולה היו שוקלים דרכונות חזרו לשקול סלעים חזרו לשקול טבעין ובקשו לשקול דינרין אר'ש אף על פי כן יד כולן שוה אבל חטאה מביא בסלע וזה מביא בשתים וזה מביא ב"ג:

nummos qui pro peccato [*ſoluuntur?*] Siclis eſt quaedam ſumma determinata, [*nummis*] verò pro peccato, nulla certa ſumma conſtituta eſt. Regerit R. Iehuda; imò circa Siclos determinatio nulla eſt. Nam cum Iſraelitae ex captiuitate aſcendebant, ſoluebant Darchonot, et deinde iterum (6) Selaim; poſtea ſoluebant dimidium ſiclum, imò tandem ſolummodo (7) denarios ſoluere voluerunt. Reſpondit R. Simeon, Etiamſi res ita ſe habeat, tamen ſemper idem omnes [*pro ſiclis ſoluerunt;*] At pro peccato vnus ſoluit vnum ſiclum, alter duos, tertius tres.

ה מותר שקלים חולין מותר עשירית האיפה מותר קיני זבין קיני זבות וקיני יולדות וחטאות ואשמות מותריהן נדבה זה הכלל כל שהוא בא להם לשם חטאת ולשם אשם

V. Reſiduum ſiclorum profanum eſt. Reſiduum (8) decimae partis Ephae, reſiduum columbarum profluuio laborantium, & columbarum puerperarum, vt et (*oblationum*) pro

מותריהם נדבה
מותר עולה לעולה
מותר מנחה למנחה
מותר שלמים לשלמים
מותר פסח לשלמים
מותר נזירים לנזירים
מותר נזיר לנדבה
מותר עניים לעניים
מותר עני לאותו עני
מותר שבוים לשבוי׳
מותר שבוי לאותו
שבוי מותר המתים
למתים מותר מת
ליורשיו ר׳ מאיר אומר
מותר המת׳ יהא מינח
עד שיבא אליהו
רבי נתן אומר מותר
המת בונים לו נפש
על קברו:

peccato et reatu, poſſunt ad ſpontaneam oblationem adhiberi. In ſumma, omnium, quae offeruntur ſub nomine peccati aut reatus, reſidua, oblatio ſpontanea fiunt. Reſidua, pecuniae ad (9) holocauſtum [*conſecratae*,] ad holocauſtum [impendi debent.] Reſidua (10) Minchae ad Mincham. Reſidua ſacrificiorum pacificorum, ad ſacrificia pacifica. Reſidua (11) paſchatis ad ſacrificium pacificum. Reſiduum (12) Naſiraeorum pro Naſiraeis. Reſiduum Naſiraei ad ſpontaneam oblationem [*impendi debet.*] Reſiduum pauperum venit ad pauperes. Reſiduum pauperis, ad illum ipſum pauperem. Reſiduum Captiuorum impenditur in captiuos. Reſiduum captiui, in illum Ipſum captiuum. Reſiduum mortuorum in (13) mortuos. Reſiduum mortui ad haeredes eius (*venit.*) R. Meir inquit, Reſiduum mortui relinquatur uſquedum (14) venerit Elias. R. Nathan inquit, ex Reſiduo mortui aedi-

aedificant ipſi (15) monumentum ſuper ſepulchrum eius.

NOTAE.

(1) Quoniam ciſtulae tubas habuerunt et foramina anguſta vt in pag. 226. et 227. innuimus, qui nummos illis immittere voluit, non potuit omnes ſimul iniicere, ſed מקבץ מעט מעט *paulatim illos intrudit*, vt inquit Gloſſ. hicque pecuniam imponendi modus dedit magiſtris in hoc articulo diſſerendi materiam. (2) De Schammaeanis vid. pag. 242 243. (3) De Hillelianis vid. ibid. (4) i. e. etiam ad alios quam ad ſacros vſus poſſe adhiberi. (5) De præſtantioribus viris huius nominis, vid. pag. 604. (6) Vid. pag. 379. (7) Vid. p. 157. (8) Quid ſit decima pars Ephae vid. p. 574. (9) De holocauſto vid. p. 550. (10) Vid. p 572. (11) de Paſchate vid. p. 440. (12) de Naſiraeis vid. p. 397. (13) Non quaſi oblatio aliqua pro mortuis facienda, aut miſſa celebranda, vt Pontificius exiſtimare poſſet; ſed vt patet ex ſequentibus, vt rite & decenti modo ſepeliti et lugeri poſſent; vel ſi Viri Synedriales aut Magnates fuerint, vt ſuppellex ipſorum honorifice cremari poſſet. De tali ſumptu v. p. 225. in exemplo R. Gamalielis. (14) confer p. 168. 431. (15) confer p. 343. 344.

CAP. III.

א בשלשה פרקים בשנה תורמין את הלשכה בפרוס הפסח בפרוס עצרת בפרוס החג והן גרנות למעשר בהמה דברי

I. Ter in anno curant de (1) conclaui, in ſpatio ſemeſtri ante Paſcha, in ſpatio ſemeſtri ante (2) pentecoſten, et in ſpatio ſemeſtri ante (3) ſce-

Digitized by Google

רבי עקיבא בן עזאי
אומר בעשרים
ותשעה באדר ובאחד
בסיון ובכ"ט באב
רבי אליעזר ורבי
שמעון אומרי' באחד
בניסן באחד בסיון
בעשרי' ותשעה באלול
ולא אמרו באחד
בתשרי מפני שהוא
יום טוב ואי אפשר
לעשר ביום טוב
לפיכך הקדימוהו
לכ"ט באלול:

(3) ſcenopegiam. In quibus temporibus etiam decimae beſtiarum colliguntur. Verba ſunt (4) R. Akibae. Ben Aſai vero dicit id fieri, viceſimo nono Februarii, et die primo Maii, vt et viceſimo nono Iulii. R. (5) Elieſer et R. Simeon dicunt, primo die Martii, et primo Maii, et viceſimo nono Auguſti. Quare autem dicunt die viceſimo nono [*Auguſti*,] et non primo die Septembris. Quia ille dies primus Septembris eſt dies feſtus; at in die feſto decimare non licet, et proinde id reiecerunt in diem 29. Auguſti.

ב בשלש קופות
שלשלש שלש סאין
תורמין את הלשכה
וכתוב בהן א"לף
בי"ת גי"מל ר'
ישמעאל אומר יונית
כתוב בהן אלפא
ביתא גמלא. אין
התורם נכנס לא
בפרגוד חפות ולא

II. In tres ciſtas quarum unaquaeque continet nouem Seas evacuarunt Conclaue. Illis autem inſcriptum erat, א *Aleph*, ב *Beth*, ג *Gimel*. R. Iſmaël dicit, Inſcriptio erat Graeca, Alpha, Betha

Digitized by Google

במנעל ולא בסנדל
ולא בתפילין ולא
בקמיע שמא יעני
ויאמרו מעון הלשכה
העני או שמא יעשיר
ויאמרו מתרומת
הלשכה העשיר לפי
שאדם צריך לצאת
ידי הבריות כדרך
שצריך לצאת ידי
המקום שנא' והייתם
נקיים מה' ומישראל
ואומר ומצא ושכל
טוב בעיני אלהים
ואדם׃

tha, Gamla. Is qui ita conclaue euacuare debet, non ingreditur cum veſte complicata, neque cum Sandaliis, neque cum (6) calceis, neque cum (7) phylacteriis, neque (8) amuletis; ne ſi forte pauper fieret, dicerent, propter iniquitatem quam commiſit in conclaui, pauperaſcit. Aut ſi diteſceret, dicerent, ex pecunia conclauis dives factus eſt. Nam homini neceſſarium eſt aeque coram hominibus peccati ſuſpicione carere, ac coram Deo debet innocens eſſe, ſicuti dicitur *Numer.* 32. 22. *Et ſitis puri coram Iehoua et Iſraele. Et Prouerb.* 3. 4. *Et inueni gratiam et intellectum boni coram Deo et hominibus.*

ג של בית רבן
גמליאל היה נכנס
ושקלו בין אצבעותיו
וזרקו לפני התורם
והתורם מתכוין
ודוחפו לקופה אין
התורם תורם עד
שיאמר להם אתרום

III. (*Traditio*) Familiae Rabban (9) Gamalielis; (*ille qui conclaue euacuaturus erat*) ingrediebatur, et ſiclos eius manibus imponebant, et coram illo ſpargebant; ille

והן אומרים לו תרום תרום תרום שלשה פעמים:

ille vero ad id attendebat, et pecunias arculae immittebat. Inſuper ille qui euacuabat, non euacuabat, vſquedum ad (10) ipſos dixiſſet, euacuabo, et illi reſpondiſſent (11) ter: euacua, euacua, euacua.

ד תרם את הראשונה ומחפה בקטבלאוי שנייה ומחפה בקטבלאוי שלישית לא היה מחפה שמא ישכח ויתרום מן הדבר התרום תרם את הראשונה לשם ארץ והשנייה לשם כרכים המוקפין לה והשלישי לשם בבל ולשם מדי ולשם מדינות הרחוקים:

IV. (12) Replet ciſtam א, et illam cooperit linteo ſuo. Ciſtam deinde ב, et illam quoque tegit operculo ſuo. Ciſtam ג vero non cooperit, ne obliuiſcatur, et velit implere quod iam impletum eſt. Replet ciſtam א in nomine (13) terrae Iſrael; ciſtam ב in nomine ciuitatum [terrae Iſrael] adiacentium. Ciſtam ג in nomine (14) Babel, Mediae, et prouinciarum diſſitarum

NOTAE.

(1) Iam diximus quod Sicli qui in prouinciis colligebantur, per legatos in theſaurum templi mittantur; theſau-

theſaurus vero ille reponitur בלשכה אחת מן הלשכו' שבמקדש *in vno conclaui ex conclauibus templi;* quod κατ' ἐξοχὴν לשכה *conclaue* vocatur Vid. pag. 227. huius conclauis [inquit Maimon 2. Schek.] סגרו כל דלתותיה: *occluſerunt omnes ianuas clauibus,* וחתמין עליהן חותמות *et illas ſignarunt ſigillis.* (2) De Pentecoſte vid. pag. 203. (3) De Feſto Tabernaculorum vid. pag. 196. (4) De Rabbi Akiba vid. pag. 22. 23. (5) De R. Elieſere vid. pag. 169. (6) De Calceis et Sandaliis vid. pag. 587. (7) Vid. Tephilin. pag. 656. (8) De Amuletis vid. pag. 33. (9) De Rabban Gamaliel vid. pag. 224. (10) Ad השומרין *cuſtodes,* שומרי בחוץ *qui extra conclaue ſtabant.* Maym. (11) Repetitionem illam ternam etiam in aliis caeremoniis in vſu habuerunt: Vt in demeſſione manipuli primitiarum vid. pag. 485. (12) Ad huius verſiculi intelligentiam vid. verba Gloſſ. adducta pag. 228. (13) De terra Iſrael, vid. pag. 267. (14) De Babylonia vid. pag. 62.

CAP. IV.

א התרומה מה היו עושין בה לוקחין תמידין ומוספין ונסכיהם העומר ושתי הלחם ולחם הפני' וכל קרבנות הצבור שומרי' ספיחי' בשביעית נוטלין שכרן מתרומת הלשכה ר' יוסי אומר אף הרוצה מתנדב שומר חנם אמרו לו אף

I. Ad quid cedunt nummi illi? Emunt ex illis ſacrificia (1) iugiter offerenda, item addititia, et libamina ipſorum, Omer, duos panes, et panes propoſitionis. Omnia etiam Sacrificia Eccleſiae, et (2) plantarum (3) cuſtodes

אתה אומר שאינן באין אלא משל צבור:

des in anno ſeptimo, mercedem ex hac conclauis pecunia habent. R. Ioſe inquit, ſi quis (4) ſponte ſe offerret, poſſet gratis cuſtos eſſe. Reſponderunt ipſi, tu tamen dicis, ipſos non niſi ſumptu Eccleſiae cuſtodes eſſe.

ב פרה ושעיר המשתלח ולשון של זהורית באין מתרומת הלשכה כבש פרה וכבש שעיר המשתלח ולשון שבין קרניו ואמת המים וחומת העיר ומגדלותיה וכל צרכי העיר באין משירי הלשכה אבא שאול אומר כבש פרה כהני' גדולים עושין אותו משל עצמן:

II. (5) Vacca rufa et (6) hircus emiſſarius, et (7) lingua coccinea, ex hac pecunia conclauis comparantur. (8) Gradus vaccae rufae vero, et hirci emiſſarii, et lingua quae eſt inter cornua eius, (9) canales aquarum, vt et murus et turres vrbis, omnia denique quae illa opus habet, ex (10) reſiduis conclauis nummis. Abba Saul dicit, ſummos pontifices gradus vaccae et hirci proprio ſumptu conficere.

NOTAE.

(1) De ſacrificio iugi vid. 556. (2) Quid ספיחין vid. 295. (3) In anno Iubilaeo aut ſeptimo omnes

fructus

fructus erant הפקר *communes;* et tamen Omer et duo panes debebant ex frugibus nouis offerri: idcirco Synedrium aliquos custodes creauit, recipientes mercedem ſuam ex conclaui, vt certam partem frugum custodirent, ex quibus Omer et duo panes deinde offerri poſſent; ſic *Maymon.* cap. 4. *Schekal.* (4) alius etiam ſenſus eſſe poteſt verbi מתנדב, et ſaepius de ſpontanea oblatione intelligitur, ſed nos Maymonid. ſequuti ſumus. (5) De vacca Rufa vid. pag. (6) De hirco emiſſario vid. pag. 185. et ſeq. (7) De lingua coccinea vid. pag. 185. quid illa fuerit docet Gloſſa; לשון של זהורית צמר צבוע בשני תולעת; *Leſchon Seborit eſt lana murice coccineoque colore tincta.* (8) vid. *Kedron* pag. 314. (9) Tum canales quibus aqua in templum deuehebatur, tum ille qui in ipſa vrbe. (10) Poſtquam ille qui conclaue ingreſſus tres ciſtas plenas impleuit, ſicli qui in ciſtis vocantur תרומת *Truma conclauis.* וזה שישאר שם ויתר על מה שיש בקופות הוא הנקרא שירי הלשכה: *illi vero qui praeterea adbuc in conclaui ſunt exceptis illis qui ſunt in ciſtis, vocantur reſiduum conclauis. Maymon. Schekal.* cap. 2.

ג מותר שירי הלשכה מה היו עושין בהן לוקחין בהן יינות שמנים וסלתות והשכר להקדש דברי רבי ישמעאל ר׳ עקיבא אומר אין משתכרין משל הקדש ולא משל עניים:	III. Quid cum illis nummis faciunt, quae ex (1) Reſiduis pecuniis conclauis ſuperſunt. Emunt ex illis (2) vina, (3) olea (4) ſimilas, et lucrum cedit ſancto. Verba ſunt R. Iſmael. R. Akiba dicit; non lucrantur cum re ſancta, neque cum re pauperum.

IV. Quid

ד מותר תרומה מה היו עושין בה ריקועי זהב ציפוי לבתי קדשי הקדשים רבי ישמעאל אומר מותר הפירות לקיץ המזבח ומותר התרומה לכלי שרת רבי עקיבה אומר מותר התרומה לקיץ המזבח מותר נסכים לכלי שרת רבי חנניה סגן הכהנים אומר מותר נסכים לקיץ המזבח ומותר התרומה לכלי שרת זה וזה לא היו מודים בפירות:

IV. Quid autem faciunt, cum reſidua ciſtarum pecunia? Illa conficiunt laminas aureas (5) ad ſanctum Sanctorum obducendum. R. Iſmael dicit reliquum fructuum impenditur ad (6) aeſtivandum altare. Reſiduum vero pecuniae ciſtarum ad (7) vaſa cultus comparanda. R. Akiba dicit, Reſiduum pecuniae ciſtarum ad aeſtivandum altare, et reſiduum libaminum ad vaſa cultus. R. Chanina Sacerdotum (†) vicarius dicit; reſidua libaminum ad aeſtiuandum altare, et reſiduum ciſtarum pecuniae ad vaſa cultus. Hic autem et ille reſpectu fructuum non conſentiunt.

ה מותר הקטורת מה היו עושין בה מפרישין ממנה שכר האומנים ומחללין

V. Quid fit cum reſiduo (8) ſuffitus? Separant ab ipſo mercedem (9) operariorum.

אותה על שכר האומני (נ"א מעות) ונותנין אותה לאומני בשכרן וחוזרין ולוקחין אותה מתרומה חדשה ואם בא חדש בזמנו לוקחין אותה מתרומה חדשה ואם לא מן הישנה:

rum. Aut illud reſiduum plane profanum faciunt propter mercedem operariorum [exemplar aliud, *propter* nummos *ipſorum*,] et dant illud Operariis in mercedem ipſorum. Et deinde ex (10) novis ſiclis nouum ſuffitum parant. Et ſi noui ſicli nondum exhibiti fuerint, et non numerati tempore conſueto, ſumptum [*pro ſuffitu*] ex ſiclis veteribus [*anni praecedentis*] faciunt.

NOTAE

(1) Quaeſtio non eſt de quibuſuis reſiduis nummis, ſed de illis quae שיירי הלשכה vocantur, et de quibus in notis praeced. (2) De vino vid. ſ. loc. Vino vtebantur in cultu quotidiano ad libamen faciendum. Vid. pag. 143. et 577. (3) De oleo vid. p. 427. de eius vſu in cultu templi vid. pag. 574. et 575. (4) Vid. de סולת pag. 573. quaenam fuerit optima ſimila vid. 270. (5) De Sancto Sanctorum vid. pag. (6) Gloſſa. לקייץ המזבח פירות למזבח כשאין נדרים ונדבות והמזבח בטל מביאין עולות כמו שדרך בני אדם להביא פירות אחר הסעודה: Ad aeſtiuandum altare; id

ד מותר תרומה מה היו עושין בה ריקועי זהב ציפוי לבתי קדשי הקדשים רבי ישמעאל אומר מותר הפירות לקיץ המזבח ומותר התרומה לכלי שרת רבי עקיבה אומר מותר התרומה לקיץ המזבח מותר נסכים לכלי שרת רבי חנניה סגן הכהנים אומר מותר נסכים לקיץ המזבח ומותר התרומה לכלי שרת זה וזה לא היו מודים בפירות:

IV. Quid autem faciunt, cum reſidua ciſtarum pecunia? Illa conficiunt laminas aureas (5) ad ſanctum Sanctorum obducendum. R. Iſmael dicit reliquum fructuum impenditur ad (6) aeſtivandum altare. Reſiduum vero pecuniae ciſtarum ad (7) vaſa cultus comparanda. R. Akiba dicit, Reſiduum pecuniae ciſtarum ad aeſtivandum altare, et reſiduum libaminum ad vaſa cultus. R. Chanina Sacerdotum (†) vicarius dicit; reſidua libaminum ad aeſtiuandum altare, et reſiduum ciſtarum pecuniae ad vaſa cultus. Hic autem et ille reſpectu fructuum non conſentiunt.

ה מותר הקטורת מה היו עושין בה מפרישין ממנה שכר האומנים . ומחללין

V. Quid fit cum reſiduo (8) ſuffitus? Separant ab ipſo mercedem (9) operariorum.

אותה על שכר האומני׳ (נ״א מעות) ונותנין אותה לאומני׳ בשכרן וחוזרין ולוקחין אותה מתרומה חרשה ואם בא חדש בזמנו לוקחין אותה מתרומה חרשה ואם לא מן הישנה:

rum. Aut illud reſiduum plane profanum faciunt propter mercedem operariorum [exemplar aliud, *propter* nummos *ipſorum*,] et dant illud Operariis in mercedem ipſorum. Et deinde ex (10) novis ſiclis nouum ſuffitum parant. Et ſi noui ſicli nondum exhibiti fuerint, et non numerati tempore conſueto, ſumptum [*pro ſuffitu*] ex ſiclis veteribus [*anni praecedentis*] faciunt.

N O T A E.

(1) Quaeſtio non eſt de quibuſuis reſiduis nummis, ſed de illis quae שיירי הלשכה vocantur, et de quibus in notis praeced. (2) De vino vid. ſ. loc. Vino vtebantur in cultu quotidiano ad libamen faciendum. Vid. pag. 143. et 577. (3) De oleo vid. p. 427. de eius vſu in cultu templi vid. pag. 574. et 575. (4) Vid. de סולת pag. 573. quaenam fuerit optima ſimila vid. 270. (5) De Sancto Sanctorum vid. pag. (6) Gloſſa. לקייץ המזבח פירות למזבח כשאין נדרים ונדבות והמזבח בטל מביאין עולות כמו שדרך בני אדם להביא פירות אחר הסעודה: Ad aeſtiuandum altare;

id eſt, *ad comparandos fructus altari; ſi enim nemo ex voto aliquid attulerit, et ita altare quieſceret, comparant ex illa pecunia holocauſta; ſicuti mos eſt filiis hominum fructus et bellaria adferre conuiuio peracto.* Hoc ſenſu holocauſta vocantur *fructus.* (7) Quot illa vaſa ſint et vnde petantur vid. pag. 138. (†) Vid de Sagan. pag. 547. et 548. (8) De ſuffitu vid. pag. 140. (9) Operarii illi intelliguntur qui ſemper vacabant לבדק הבית *reparationi templi.* (10) Ex ſiclis illo anno Hieroſolymam allatis et in theſaurum repoſitis.

ו המקדיש נכסיו והיו בהן דברים ראוין לקרבנות הצבור ינתנו לאומנין בשכרן דברי ר׳ עקיבא אמר לו בן עזאי אינה היא המדה אלא מפרישין מהן שכר האומנין ומחללין אותן על מעות האומנין ונותנין אותן לאומנין בשכרן וחוזרין ולוקחין אותן מתרומה חדשה:

VI. Si aliquis facultates ſuas (1) ſanctificat, et in illis quaedam digna ſunt ad oblationes Eccleſiae, dantur illa operariis in mercedem ipſorum. Verba ſunt R. Akibae. Dixit ipſi Ben Aſai, non ſic proceditur: ſed ex illis ſeparant pro mercede operariorum, et profana reddunt ſeparata, vt cedant in pecunias operariis, illaque deinde dant operariis in mercedem ipſorum; et loco horum nummorum alios ſumunt ex recentiori *truma.*

VII. Si

ז המקדיש נכסיו והיתה בהן בהמה ראויה לגבי המזבח זכרים ונקבות ר׳ אליעזר אומר זכרים ימכרו לצורכי עולות ונקיבות ימכרו לצרכי זבחי שלמים ודמיהן יפלו עם שאר נכסים לבדק הבית רבי יהושע אומר זכרים עצמן יקרבו עולות ושאר נכסים יפלו לבדק הבית רבי עקיבא אומר רואה אני את דברי רבי אליעזר מדברי רבי יהושע שרבי אליעזר השוה את מדתו ור׳ יהושע חילק אמר רבי פפייס שמעתי כדברי שניהן שהמקדיש בפירוש כדברי ר׳ אליעזר והמקדיש סתם כדברי רבי יהושע:

VII. Si in alicuius facultatibus ſanctificatis, ſunt aliqua iumenta, quae ad altare apta ſunt, tum maſculini, tum foemini generis, ſecundum R. Elieſerem maſculini vendi debent; illis qui holocauſtis (2) opus habent: foemellae vero in vſum ſacrificiorum pacificorum, et pecunia ex illis acquiſita, cum reliquis facultatibus impenditur ad templi (3) vſum. Secundum R. Iehoſuam autem, debent maſculi offerri in holocauſtum, et foemellae debent divendi illis, qui ſacrificiis pacificis opus habent. Ex pretio autem ipſarum debent holocauſta fieri, reliquae facultates vero, ad-

hiberi, poſſunt ad templi vſum. R. Akiba inquit, magis placent ea quae R. Elieſer dixit, quam quae R. Iehoſua; quia R. Elieſer aequat negotium, R. Iehoſua vero diſtinguit. R. Papias inquit, audiui [*dari caſus*] ſecundum ſententiam vtriuſque, ſcilicet, quod illius facultates quae reſtricte ſanctificatae ſunt, impendi poſſint ex ſententia R. Elieſeris; illius vero qui abſolute eas ſanctificauit, ex ſententia R. Iehoſuae.

ח המקדיש נכסין והיו בהן דברים ראוין על גבי המזבח יינות שמנים ועופות רבי אליעזר אומר ימכרו לצרכי אותו המין ויביא בדמיהם עילות ושאר נכסים יפלו לבדק הבית:

VIII. Si aliquis facultates ſuas ſanctificauerit, et in illis ſint res aptae ad altare, vt vina, olea, aues, ſecundum R. Elieſerem illa diuendi debent, illis qui talibus [*ad offerendum*] opus habent, pretium deinde ipſorum ad holocauſta impenditur; reliquae vero facultates ad templi neceſſitates applicantur.

ט אחד לשלשים יום משערין את

IX. Semel in menſe (4) pretia

con-

הלשכה כל המקבל עליו לספק סלתות מארבע עמדו משלשה יספק מארבע משלש ועמדו מארבע יספק מארבע שיד הקדש על העליונה ואם התליע סולת התליעה לו ואם החמיץ יין החמיץ לו ואינו מקבל את מעותיו עד שיהא המזבח מרצה:

conclauis determinant: Si aliquis in ſe recepit reſpectu Similae proſpicere, menſura quadruplici; Et accidit vt [*pro eodem pretio*] ad triplicem veniat, tamen quadruplicem menſuram dare tenetur. Si vero tres menſuras promiſerit, et deinde [*pretium*] ad quatuor menſuras aſcendebat, quatuor etiam menſuras exhibere tenetur. Quia manus rei ſanctae (5) ſuperior eſt. Si ſimila vermibus corrumperetur, corrumpitur ipſi, ſi vinum aceſceret, aceſcit ipſi. Neque pecuniae ipſi traduntur, donec altare (6) ornauerit.

NOTAE.

(1) Sanctificat, i. e. teſtamento ſuo ſacris vſibus legat. (2) Qui ad quaeſtores templi accedunt, et ſacrificaturi animal, quali ad rite ſacrificandum opus habent, de illis emere volunt. Vid. cap. ſeq. v. 3. 4.

 (3) pro-

Digitized by Google

(3) proprie ad reparationem templi. (4) i. e. ſemel in menſe [vel vt textus]: intra triginta dies determinant¹, ſtatuunt quid et quantum numerari debeat illis, qui oleum, vinum, ſimilam, et alia in vſum templi neceſſaria, ſuppeditabant. (5) i. e. aerarium templi damnum non patitur, obtinet immutabiliter qualecunque pactum ſit, quicquid promiſerint, et quaeſtores ſtipulati ſunt. (6) Donec iam ad altare attulerit neceſſaria, et re ipſa quod promiſit praeſtiterit.

CAP. V.

א אלו הן הממונין שהיו במקדש יוחנן בן פינחס על החותמות אחיה על הנסכים מתיא בן שמואל על הפייסות פתחיא על הקינין פתחיא זה מרדכי למה נקרא שמו פתחיא שהיה פותח בדברים ודורשן וירע שבעים לשון בן אחיה על חולי מעיים נחוניא חופר שיחין גביני כרוז בן גבר

I. Hi (1) praefecti fuerunt in Sanctuario. Iohannes fil. Pinchas ſigillorum fuit [*cuſtos.*] Achias, (2) libaminum, Mathias fil. Samuelis, ſortium. Petachias turturum. Petachias ille eſt Mardochai, quare autem vocatur Petachias: Quia ille res aperiebat, et ipſas explicabat, 70. deinde (3) linguarum callens erat. Ben Achia [*praefectus*] fuit ſuper (4) aegro-

על נעילת שערים
בן בבי על הפקיע בן
ארזה על הצלצל
הגרוס בן לוי על
השיר בית גרמו על
מעשה לחם הפנים
בית אבטינס על
מעשה הקטורת אלעזר
על הפרוכת ופינחס
על המלבוש:

aegrotos. Nechonias curam habuit (5) fontium et canalium. Gebhina (6) praeco erat. Ben Gebher conſtitutus erat ad (7) portas occludendas. Ben Baui (8) flagellationi praeerat. Ben Arſa, (9) cymbalo. Hogrus Ben Leui, (10) cantoribus. (11) Familia Garmo, piſturae panum propoſitionum. Familia Abhtines praeparationi ſuffitus. Eleaſar [curam habuit] (12) veli, et Pinchas (13) veſtimentorum.

ב אין פוחתין
משלשה גזברין
ומשבעה אמרכלין
ואין עושין שררה על
הצבור בממון פחות
משנים חוץ מבן אחיה
שעל חולי מעים
ואליעזר שעל

II. Non pauciores quam tres theſaurarios conſtituunt, et non pauciores quam tres (14) Camerarios. Non committunt (15) praefecturam in Eccleſia ſupra pecuniam paucioribus, quam duobus; excepto Ben

הפרוכות שאוהן קיבלו הצבור עליהן:

Achiae qui curat aegrotos, et Eleaſare, qui praeeſt velis: (16) quia hos ipſa Eccleſia conſtituit.

ג ארבעה חותמות היו במקדש וכתוב עליהן עגל זכר גדי חוטא בן עזאי אומר חמשה היו וארמית כתיב עליהן עגל זכר גדי חוטא דל וחוטא עשיר עגל משמש עם נסכי בקר גדולים וקטנים זכרי׳ ונקבות חוץ משל אילים זכר מםמש עם נסכי אילים בלבד ח׳טא משמש עם נסכי שלש בהמות של מצורעין:

III. Quatuor ſpecies ſigillorum erant in Sanctuario, et illis inſcriptum erat. (17) Vitulus. Masculus. Hircus. (18) Peccantis. Ben Aſai inquit, quinque fuerunt, et Syriace illis inſcriptum erat: *Vitulus. Maſculus. Hircus. Peccatum pauperis. Peccatum diuitis.* vitulus offerebatur cum libaminibus gregis, cum maiorum tum minorum, exceptis illis quae arietibus [*adhibentur.*] Maſculo adhibebantur libamina arietum ſolum. Peccatum offerebatur cum tribus leproſorum (19) animalibus.

No-

NOTAE.

(1) De officiariis Templi vid. pag. 425. et ſeq. (2) היין והסולת שמביאין עם הקרבן. הם הנקראים נסכים *Vinum et ſimila quae cum ſacrificio offeruntur, vocantur Libamina.* Maymon *Maaſer Korbanoth.* cap. 2. ab init. (3) Senator tot Linguarum debebat eſſe peritus. Vid. Synedrium pag. 629. (4) Curabat ille ſolum aegrotos Sacerdotes, qui propter continuum carnis eſum, veſtitum leuem, et pedes nudos multis morbis infeſtabantur. (5) Fontium et Canalium templi. (6) De huius officio vid. pag. 425. (7) De portis templi vid. pag. 472. (8) De flagellatione vid. pag. 210. (9) De Cymbalo vid. pag. 393. et 392. (10) De Muſica vid. pag. 390. (11) Familia Garmo et Abhtines vituperabiles ſunt, quod artificium ſuum alios docere noluerunt vid. pag. 652. (12) De velis vid. ſ. loc. (13) De Veſtimentis vid. ſ. loc. (14) De *Immarcalin* vid. pag. 32. (15) Intelligit illos qui Synedrium triumvirale conſtituerunt, de quibus vid. pag. 628. Item illos qui de Eleemoſynis curabant, vid. pag. 165. (16) Alius ſenſus illorum verborum eſſe poteſt. *Quia illi de Eccleſia praecipue curant.* Diiudicet lector. (17) כל עקום שנא' בו עגל הרי זה בן שנתו *vbi occurrit nomen Vituli, intelligitur Iuuencus vnius anni.* וכל מקום שנאמר איל או אילים הם הזכרים בני שתים: *In omni loco in quo mentio fit tũ* איל *vel* אלים *per illa intelliguntur maſculi ouium Biennales.* Maymon *Korbanoth* cap. 1. (18) Subintellige *Sacrificium*; de חטאת vero et Sacrificio peccantis vid. pag. 558. (19) De illis vid. pag. 323.

ד מי שהוא מבקש נסכים הולך לו אצל יוחנן שהוא ממונה

IV. Qui ſibi libamina comparare vult, adit Iohannem praefectum ſigillorum,

על החותמות נותן לו מעות ומקבל ממנו הוהם בא לו אצל אחיה שהוא ממונה על הנסכים ונותן לו חותם ומקבל ממנו נסכים ולערב באין זה אצל זה ואחיה מוציא את החותמות ומקבל כנגדן מעות ואם הותירו הותירו להקדש ואם פחתו היה משלם יוחנן מביתו שיד הקדש על העליונה:

et ipſi pecunias [*quae requiruntur*] numerat, ſumit deinde ab ipſo ſigillum, et illud fert ad Achiam praefectum libaminum, porrigit ipſi ſigillum, et ab ipſo libamina ſumit. ſub veſperam conueniunt hi [*duo praefecti.*] Achias profert ſua ſigilla, et loco ipſorum pecuniam ſumit. Si aliquid in illis redundat, confertur id ad Sancta, Si vero deficit, id reſtituit Iohannes ex domo ſua, quia manus Sancti ſuperior eſt.

ה מי שאבד ממנו חותמו ממתינין לו עד הערב אם מצאו לו כדי חותמו נותנין לו ואם לאו לא היו נותנין לו ושם

V. Si aliquis ſigillum ſuum perdit, exſpectant vſque ad veſperam, ſi aliquid reperiunt, quod eſt vt ſigillum eius, dant ipſi [*quod opus habet.*] Si vero nihil [*repertum*

Digitized by Google

עליהן כתוב חיום מפני הרמאין: *tum ſit,*] etiam nihil dant. Nomen deinde diei illis [*ſigillis*] inſcriptum eſt, propter deceptores.

ו שתי לשכות היו במקדש אחת לשכת חשאים ואחת לשכת הכלים לשכת חשאים ירא חטא נותנים לתוכה בחשאי ועניים בני טובים מתפרנסין מתוכה בחשאי לשכת הכלים כל מי שהוא מתנדב כלי זורקו לתוכה ואחר לשלשים יום גזברין פותחין אותה וכל כלי שמצאו בו צורך לבדק הבית מניחין אותן והשאר נמכרין ודמיהן נופלין ללשכת בדק הבית;

VI. Duo (1) Conclauia erant in templo, vnum vocabatur conclaue (2) occultorum, alterum vero (3) conclaue vaſium. Conclaue occultorum erat, in quod homines pii occulte aliquid proiiciebant, ex quo deinde pauperes filii bonorum occulte alebantur. Conclaue vaſium vero eſt, in quod aliquis proiicit, quod ex vaſibus ſponte offerre vult. Semel autem in 30. diebus, Theſaurarii illud aperiunt, et omnia vaſa quae cogitant neceſſaria eſſe templo reſer-

Digitized by Google

ſeruant; reliqua vero diuenduntur, et pretia ipſorum veniunt in (4) conclaue neceſſitatum templi.

NOTAE.

(1) De variis templi conclauibus vid. pag. 125. (2) vid. pag. 226. (3) ibid. et quamuis haec Gazophylacia dicantur eſſe במקרש non tamen in ſanctiori loco collocanda ſunt, ſed ſolum בעזרה: *in atrio;* vti nos innuimus pag 229. Nam ſub nomine מקרש totum הר הבית *Montem templi* intelligere debemus. Vt ex Maymon in *Beth Habech.* apparet. (4) *in Conclaue magnum.*

CAP. VI.

א שלשה עשר
שופרות שלשה
עשר שולחנים שלש
עשר השתחויו׳ היו
במקדש של בית
רבן גמליאל ושל בית
רבי חנניה סגן
הכהנים היו משתחוין
ארבעה עשר והיכן
היתה יתירה כנגד
דיר העצים שכן מסורת

I. TRredecim (1) ciſtulae, tredecim (2) menſae, et tredecim (3) adorationis [loca] fuerunt in Sanctuario. [*Traditio*] familiae R. Gamalielis, et familiae R. Chananiae Vicarii Sacerdotum; fuerunt quatuordecim adorationis loca. Vbi Ergo fuit altera?

E re-

ביד׳ מאבותיהם
ששם הארון נגנז:

E regione (4) conclauis lignorum, quia traditionem habebant, a patribus ſuis, (5) arcam ibi occultatam eſſe.

ב מעשה בכהן אחד
שהיה מתעסק וראה
הרצפה שהיה משונה
מחברות יה בא ואמר
לחבירו׳ לא הספיק
לגמור את הדבר עד
שיצת׳ נשמתו וידעו
בייחוד ששם הארון
נגנז:

II. Hiſtoria de Sacerdote quodam, qui operi intentus vidit ſtratum diverſum a reliquo [*pauimento.*] Abit ad id ſocio ſuo indicandum, ſed vix rem totam enarrauerat, cum animam efflavit. Et tunc clare ſciuerunt, arcam ibi eſſe abſconditam.

ג והיכן הי׳
משתחוים ארבע
בצפון וד׳ בדרום שלש
במזרח ושתים במערב
כנגד שלשה עשר
שערים שערים
דרומיים סמוכין למערב

III Quomodo adorabant? Quatuor [*adorabant*] verſus ſeptentrionem: quatuor verſus meridiem. Tres verſus Orientem: et duo verſus occidentem, pro ratione trede-

שער העליון שער
הדלק שער הבכורות
שער המים ולמה
נקרא שמו שער
המים שבו מכניסין
צלוחית של מים
של נסוך בחג רבי
אליעזר בן יעקוב
אומר בו המים מפכים
ועתידין להיות יוצאין
מתחת מפתן הבית
לעומתן בצפון סמוכין
למערב שער יכניה
שער קרבן שער
נשים שער השיר
ולמה נקרא שמו שער
יכניה שבו יצא יכניה
בגלותו במזרח שער
נקנור ושני פשפשין היו
לו א׳ בימינו ואחד
בשמאלו ושנים
במערב שלא היה
להן שם :

cim portarum. Portae meridionales verſus (6) latus occidentale flectentes erant (7) porta ſuperior, porta (8) Hiddelek, porta (9) primogenitorum, porta aquae. Quare autem vocatur porta aquae, quia per eam afferunt phyalam aquae (10) libationis in feſto tabernaculorum; R. Elieſer fil. Iacob dicit, quia in illa aquae mutabuntur egreſſurae ſub limine aedis. E regione iſtarum [*portarum*] in ſeptentrione adhaerent occidenti, (11) Porta Ieconiae, porta oblationis, porta mulierum, porta cantici. At quare nuncupatur. Porta Ieconiae? Quia ea exiuit Ieconia in captiuitatem ſuam. Porta quae erat in oriente dicebatur (12) Nikano-

kanoris: cui duo erant oſtiola, vnum ab eius dextra; alterum ab eius ſiniſtra. Duabus [*illis portis*] quae in Occidente, non erat nomen.

NOTAE.

(1) Gloſſ. שופרו' חבורת צרות מלמעלה בשופר *Schopharoth ſunt ciſtulae oblongae ſenſim in minorem molem deſinentes, vt cornua.* De illis vid. pag. 226. (2) Illas recenſet v. ſeq. vid. etiam pag. 556. vbi de tabulis marmoreis. et pag. 643. (3) De illis adorationibus loquitur Codex *Middoth* cap. 2. v. 3. *Ab interiori parte* [atrii gentium] *erat* סורג Cancellata ſepes, *altitudine decem palmorum, cui inerant* פרצות *effracturae tredecim, quas effregerant Reges Graeciae: Sed eas denuo Iudaei obſepſerant, ſiue reſtaurarant, et conſtituerant iis reſpondentes tredecim adorationes.* Nomen יון *Graeciae* non ſatis conuenienter hiſtoriae apponitur, nam illae effracturae Aſiae et Syriae regibus potius quam Graeciae aſcribi debent; Iudaei ita ſaepius confundunt authores calamitatum quae ipſis contigerunt. Adoratio autem quam reſtaurationis occaſione obſeruarunt, non uno loco peracta fuit, ſed prout quis accederet ad hanc vel illam ruinam, משתחוה ומודה על אבדן מלכות יון: *Adorabat et confitebatur gratias agens pro interitu regni Graeciae.* (4) Conclaue tranſtuli quia דיר העצים nihil aliud eſt quam אוצר העצ' *Theſaurus ligni.* De hoc conclaui vid. pag. 125. (5) De illo loco arcae vid. pag. 28. (6) Aliter haec ita exprimi poſſunt. *Quarum (portarum) auſtrales vicinae occidenti.* (7) De porta ſuperiori in priori templo, quam aedificauit Iotham vid. 2 *Chronic.* XXVII. 3. Et quamvis illa hic ad Auſtrum collocetur, negant tamen alii Rabbini, illam hunc locum occupaſſe, rationem〈que〉 fumunt

Digitized by Google

munt ex *Ezech.* IX. 2. vbi Propheta, antequam tem plum nouum et ſpirituale deſcripſiſſet, diſertis verbis affirmat, portam ſuperiorem reſpicere Aquilonem. (8) Latine poteſt vocari porta *Ardoris*, quae alium habuit vſum, quam vt illac vulgus promiſcue ingrederetur, ſcil. vt per eam ligna, quibus ignis in altari ex lege *Leuit.* 6. 12. perpetuo ardebat, inferrentur. Hoc expreſſit Gloſſa, שער הדלק שער לשכת העצים שדולקים על המזבח: *Porta Hiddelek eſt porta conclauis lignorum, quae in altari conſumebantur.* (9) Haec porta quae ſecunda erat in latere auſtrali, et quae priori orientem verſus ſuccedebat, ex eo habet nomen, ששם מכניסי' quod illa primogenita inferrent, הבכורות ששחיטתן בדרום *quae ad auſtrum mactabantur.* Obadia de Bartenora *Comment.* in *Middoth* cap. 1. v. 4. (10) De hoc libamine vid. pag. 473. Et videtur, Rabbinum, cuius traditio hic recenſetur, aliquas nomenclationes non ita vſitatas adhibuiſſe: Sane Ioſephus refert. *occiduam partem atrii portam non habuiſſe, ſed ibi perpetuum exſtructum fuiſſe murum:* cum tamen hic ſub finem huius verſus *duae portae in Occidente ponantur.* (11) De Porta Nikanoris vid. pag. 473.

ד שלשה עשר שולחנות היו במקדש שמונה של שיש בבית המטבחים שעליהן מדיחין את הקרבים ושנים במערב הכבש א' של שיש וא' של כסף על של שיש היו	IV. Tredecim menſae fuerunt in Sanctuario; octo marmoreae in (1) domo mactationis, ſupra quas abſtergebant inteſtina. Duae deinde erant verſus Occaſum (2) Aſcenſus [*altaris*] quarum vna erat marmorea, altera

נותנים את האיברי׳ על של כסף כלי שרת ושנים באולם מכפנים על פתח הבית אחד של שיש ואחד של זהב על של שיש נותנים לחם הפנים בכניסתו ועל של זהב ביציאתו שמעלין בקדש ולא מורידין ואחד של זהב מלפנים שעליו לחם הפנים תמיד:

altera vero argentea: Marmoreae imponebant membra, argenteae vero vaſa cultus. Duae etiam menſae erant in (3) porticu extra portam Sanctuarii, vna erat marmorea, altera vero aurea; marmoreae imponebant panes propoſitionis, cum ipſos (4) in [*Sanctuarium*] portabant, aureae vero illos imponebant, cum illos ex Sanctuario efferebant. Nam in rebus ſanctis ſemper aſcendunt, non deſcendunt. Vna denique tabula aurea erat ab intra, et ſupra ipſam perpetuo expoſiti erant panes propoſitionis.

ח שלשה עשר שופרות היו במקדש וכתוב עליהן תיקלין חדתין ותיקלין עתיקין קינין וגוזלי עולה עצים

V. Tredecim Ciſtae erant in Sanctuario, et illis inſcriptum erat: Sicli novi. Sicli veteres, Nidi. Pulli pro holo- e cau-

ולבונה זהב לכפורת וששה לנדבה תיקלין הדתין שכב' שנה ושנה ועתיקין מי שלא שקל אשתקר שוקל לשנה הבאה קינין הן תורין וגוזלי עולה הן בני יונה וכולן עולות דברי רבי יהודה וחכמי' אומרים קינין אחד חטאת ואחד עולה וגוזלי עולה כולן עולות:

cauſto. Ligna. Thus. Aurum pro expiatione. Sex reliquae autem ſunt pro ſpontanea oblatione. Sicli noui ſunt, qui eo ipſo anno quo debentur, offeruntur. Veteres vero ſunt illi, qui eo anno quo debebantur, non fuerunt ſoluti, ſed ſolnm anno ſequenti afferuntur. Nidi ſunt Turtures. Pulli holocauſti ſunt pulli columbarum, quorum ſcil. pecunia holocauſta fieri debent. Sic ſentit R. Iehuda: Sapientes vero dicunt, [*nummos*] turturum [*impendi*] partim ad [*Sacrificium*] pro peccato, partim vero pro holocauſto. Columbarum vero in vniuerſum ad holocauſtum.

ו האומר הרי עלי עצים לא יפחות משני גזרין לבונה לא יפחות מקומץ

VI. Qui dicit, mihi [*voto*] incumbit, ligna [*offerre:*] Pauciora quam duo ſegmenta non offe-

Digitized by Google

זהב לא ·ופחות
מרינר זהב ששה
לנרבה נרבה מה
היו עושין בה
לוקחין בה עולות
הבשר לשם והעורות
לכהנים זה מדרש
דרש יהוירע כהן
גדול אשם הוא אשם
אשם לה' זה
הכלל כל שהוא בא
משום חטא ומשום
אשמה ילקח בו
עולות הבשר לשם
והעורות לכהנים
נמצאו שני כתובי'.
קיימים אשם לה'
ואשם לכהנים ואומר
כסף אשם וכסף
חטאות לא יובא
בית ה' לכהנים יהיו׃

offerat. [*Qui dicit*] ego thus debeo: non minus pugillo det. Aurum [*debeo*] minus quam denarium aureum dare non debet. Sex [ciſtulae] ſunt, pro ſpontanea oblatione. Quid autem illa faciunt? Emunt illa holocauſta quorum (5) carnes Dei ſunt, (6) pelles vero Sacerdotum. Quae eſt expoſitio Iehoiadae ſummi Sacerdotis, quando explicat illud, (7) quod אשם *ſit quod Deo offertur pro reatu.* Haec eſt generalis regula; omnis pecunia, quae propter peccatum aut reatum offertur, impenditur, ad holocauſta; caro cedit Deo et pelles Sacerdotibus; quia duo ſunt loca ſcripturae, quae Deo et Sacerdotibus reatum ſoluendum eſſe docent; et deinde dicitur 2. *Reg*, 12. 17. *Pecunia pro deli-*

lićto, et pecunia pro peccato, non inferebatur in domum Iehovae: „ *Sacerdotibus cedebant.*

NOTAE.

(1) Iudaeis ſacrificia quaedam ſunt קדשי קדשים alia vero קשדים קלים vid. pag. 549. Pro priori autem victimarum genere annuli parati erant ad Septentrionem Altaris, vt ibi animalia mactarentur, ex lege *Lev.* 1. 11. *Mactabit eum ad latus altaris aquilonare.* In eodem altaris latere, [vt patet ex *Middoth* 3. 5.] iis qui victimas pelle nudabant, caeteraque peragebant, locum parauerant, in quo octo erant Columnae lapideae, et humiles, columnis vero erant impoſitae quadratae trabes vncis inſtructae, in quibus animalia ad excoriandum ſuſpendebant; [vid. pag. 553.] Suſpenſa ita animalia [inquit R. Schemaia] מפשיטין ומנתחים ומביאין הקרבים על שולחנות של מיש שלמטה בין העמודי׃ *excoriabant et diſſecabant, atque inteſtina extrahebant in menſas marmoreas, quae inferius inter columnas ſitae erant.* Extracta Inteſtina deinde מריחים פעם ראשונה בלשכת מריחים בצינעה *abluunt prima vice in conclaui lauantium, in occulto, quia valde ſordida ſunt e ſtercore:* Deinde iterum inteſtina, ſtomacho excepto, in illis menſis, de quibus Miſna loquitur, abluebant. Hoc obſeruauit Toſiptha in cap. 5. *Middoth.* Hae menſae autem ex Marmore confectae erant, שהשיש מקרר ומצנן ושומר הבשר שלא יסריח *quia marmor rigidam et frigidam reddit carnem, conſeruatque eandem ne foeteat. Bartenora in Middoth* 3. 5. (2) De aſcenſu altaris vid. pag. 26. (3) De porticu vid. pag. 642. (4) Vid. pag. 643. (5) Id eſt, de quibus nulla portio nec Sacerdotibus nec offerentibus cedit, ſed quae tota igne conſumi-

ſumitur. (6) Vid. pag. 554. (7) Cum hic etiam alius ſenſus eſſe poſſit, adeat Lector, Gloſſatores, et videat quis ſubſtitui queat: Mihi videtur hic etiam nouam periodum incipere poſſe, et ſicuti in lineis praecedentibus textus retulit, quorſum Oblatio הנדבה faciat, et ad quid adhibeatur, ita nunc ſermo flectatur ad ſacrificium pro *reatu*, hoc modo: *Sacrificium pro reatu vero Deo in expiationem reatus edit.* Quod hic monuiſſe ſufficit, non enim nunc omnes commentationes excutere vacat.

CAP. VII.

א מעות שנמצאו
בין השקלים לנדבה
קרוב לשקלים יפלו
לשקלי׳ קרוב לנדבה
יפלו לנדבה מחצה
למחצה יפלו לנדבה
בין עצים ללבונה
קרוב לעצים יפלו
לעצים ללבונה יפלו
ללבונה מחצה למחצה
יפלו ללבונה בין
קינין לגוזלי׳ עולה
קרוב לקינין יפלו
לקינין לגוזלי׳ עולה

I. Pecvnia illa quae reperitur inter Siclorum et ſpontaneae oblationis [*ciſtas*,] ſi propinqua eſt Siclis, ad illos quoque cedit, ſi vero propinquior ſpontaneae oblationi, illi etiam cedit: ſi media inter hanc et illam [*ciſtam*] reperitur, cedit ſpontaneae oblationi. Si [*nummi reperiuntur*] Inter ciſtas ligni & thuris, ſi propiores

 ſunt

יפלו לגוזלי עולה
מחצה למחצה יפלו
לגוזלי עולה בין
חולין למעשר שני
קרוב לחולין יפלו
לחולין למעשר שני
יפלו למעשר שני
מחצה למחצה. יפלו
למעשר שני זה הכלל
הולכין אחר הקרוב
להקל מחצה למחצה
להחמיר׃

ſunt ligno, illi etiam cedunt, ſi priores thuri, thuri cedunt; Si nummi [*reperiuntur*] inter ciſtas thuris et ligni, ita vt in medio ſint inter hoc et illud, cedunt thuri. Si nummi [*reperiuntur*] inter ciſtas turturum et pullorum holocauſti, ſi his propiores ſunt, illis cedunt, ſi vero illis, ipſis etiam cedunt: ſi ſunt in medio, cedunt pullis holocauſti. *Porro*; nummi illi qui inter profanos et decimam ſecundam [*inueniuntur*] attribuuntur decimae ſecundae: ſi aequaliter ab hoc et illo diſtant, cedunt etiam decimae ſecundae. Haec eſt generalis regula; (1) Eunt ad magis propinquum ad facilitandum, in medio vero ad aggravandum.

ב מעות שנמצאו
לפני סוחרי בהמה
לעולה מעשר בהר
הבית חולין בירושלם

II. Nummi qui reperiuntur coram pecorum mercatoribus, ſemper decimae ſunt; qui reperiun-

בשעת הרגל מעשר ובשאר כל ימות השנה חולין:

riuntur in monte templi, communes ſunt. Qui Hieroſolymis [*reperiuntur*] tempore feſtorum, decimae ſunt, in aliis vero anni diebus communes.

ג בשר שנמצא בעזרה איברין עולות וחתיכות חטאות בירושלם זבחי שלמים זה וזה תעובר צורתו ויצא לבית השריפה נמצא בגבולין איברין נבילות חתיכות מותרות ובשעת הרגל שהבשר מרובה אף איברין מותרין:

III. Caro quae in atrio reperitur, ſi membra ſunt ad holocauſtum [*cedit*] ſacrificio pro peccato. [*Carnes quae reperiuntur*] Hieroſolymis, ſunt Sacrificia pacifica. Si vero hae et illae (2) figuram ſuam permutarunt? ad (3) conclaue combuſtionis abeunt. [*Carnes quae reperiuntur*] in limitibus, ſi membra ſunt, vt cadauera [*aeſtimantur*] ſi vero fruſta ſunt, licita ſunt. Tempore feſtorum autem, in quo magna copia carnium eſt, etiam membra licita ſunt.

ד בהמה שנמצאת מירושלם ועד מגדל

IV. Pecoris illius quod intra Hieroſolymam

Digitized by Google

עדר וכמידתה לכל רוח זכרים עולות נקיבות זבחי שלמי׳ רבי יהודה אומר הראוי לפסחים פסחים קודם לרגל שלשים יום׃

lymam et (4) turrim Eder, vt et in aequali ſpatio verſus omnes mundi plagas reperitur, maſculi fiunt holocauſta, foemellae vero ſacrificia pacifica. R. Iehuda inquit, ſi inter illos [*maſculos*] reperiatur aliquis, qui aptus ſit ad Paſcha, Paſcha fit, [*modo reperiatur*] triginta diebus ante Feſtum.

ה בראשונה היו משכינין את מוצאיה עד שהוא מביא נסכיה חזרו להיות מניחין אותה ובורחין התקינו בית דין שיהו נסכיה באין משל צבור׃

V. Ab initio oppignorabant eum, qui pecus repererat, donec afferret libamina eius. Sed inceperunt homines illa pecora relinquere, et fugere, conſtituit itaque Synedrium vt libamina [*ſumptus*] Eccleſiae fierent.

ו אמר רבי שמעון שבעה דברי׳ התקינו בית דין וזה אח

VI. Dixit R. Simeon, ſeptem decreta fecit Synedrium; et hoc vnum eſt

Digitized by Google

מהן עכ"ום ששלח
עולתו ממדנת ושקח
עמה נסכים קריבן
משלו ואם לאו
קריבן משל צבור
וכן גר שמת והניח
זבחים אם יש לו
נסכים קריבן משלו
ואם לאו קריבן
משל צבור ותנבי בית
דין הוא על כהן
גדול שמת ושתהא
מנחתו קריבה משל
צבור רבי יהודה
אומר משל יורשין
ושלימה היתה קריבה;

eſt ex ipſis. *Reliqua ſunt*, quod ſi Idololatra aliquis ex provincia maritima mitteret holocauſtum vna cum libamine, illud quoque offerri debere, ſi vero nullum miſerit, addi debere, [*ſumptu*] Eccleſiae. Similiter ſi aliquis peregrinus moriens reliquerit ſacrificia, ſi habet libamina, ex illis offerunt: ſin minus *ſumptu* Eccleſiae addunt. Extendit Synedrium hoc quoque ad Summum Sacerdotem defunctum, vt obblatio eius [*Sumptu*] Eccleſiae fiat. R. Iehuda inquit [*offerri*] debet, haeredum ſumptu, vt oblatio integra ſit.

. ז על המלח ועל
העצים שיהו הכהנים
נאותים בהן ועל
הפרה שלא יהו
מועלין באפרה ועל

VII. [*Conſtituit deinde*] Circa ſal et lignum, vt Sacerdotes ex illis aliquam vtilitatem recipiant. Item circa vaccae

הקינין הפסולות שיהו באות משל צבור ר׳ יוסי אומר המספק את הקינין מספק את הפסולות:

rufae cineres, ne illae in vſum eorum cedant. Item vt loco turturum illegitimarum, aliae ſumtu Eccleſiae parentur. R. Ioſe dicit, quod ille qui de turturibus proſpicit, etiam loco illegitimarum proſpiciat,

NOTAE.

(1) Referunt pecunias repertas ad illud quod propius eſt, vt ita facilitati ſtudeant, et ſimul ſignificent illud minus aeſtimandum eſſe; illud vero quod in medio reperitur, relegant ad illud quod magis aeſtimatur. Ita conſueta apud Magiſtros eſt formula *argumentandi* קל וחומר *a minori ad maius.* (2) העובר צורתו׳ מעבירין אותן מלפניהם עד שיפסלו בנוחר: *Quae permutarunt figuram ſuam etc.* id eſt, *quae tamdiu manibus hominum tritae fuerunt, vt quaſi aridae, iam illegitimae ſint.* Gloſſ. (3) Erat focus in templo in quo reſidua oſſa holocauſtorum et alia fruſta ſacrificiorum in cineres redigebantur; In illum etiam relegebant carnes de quibus ſermo in Miſna. (4) De Migdal Eder vid. pag. 353.

CAP. VIII.

א כל הרוקין הנמצאים בירושלם

I. Omnis (1) Saliua quae Hieroſolymis

טהורין חוץ משל שוק
העליון דברי רבי מאיר
רבי יוסי אומר בשאר
ימות השנה שבאמצע
טמאין ושבצדדין
טהורים ובשעה הרגל
שבאמצע טהורים
ושבצדדים טמאין
שמפני שהן מועטין
מסתלקין לצדדין:

lymis reperitur, aeſtimatur munda, excepta ſaliua vici ſuperioris. Sic ſentit R. Meir. R. Ioſe vero dicit, illa quae in reliquis diebus anni in media [*via*] reperitur, impura eſt, quae vero in lateribus pura. Tempore Feſti vero illa quae in medio [*reperitur*] pura eſt, et quae in parietibus impura. Quoniam enim illi (2) pauci ſunt, ad latera deflectunt.

ב כל הכלים
הנמצאים בירושלם
דרך ירידה לבית
הטבילה טמאין דרך
עליה טהורין שלא
כדרך ירידתן עלייתן
דברי רבי מאיר רבי
יוסי אומר כולן
טהורין חוץ מן הסל
והמגריפה והמריצה
המיוחדין לקברות:

II. Omnia vaſa quae reperiuntur Hieroſolymis, in via deſcenſus ad lauatorium, immunda ſunt; quae vero in via aſcenſus [*reperiuntur*] munda ſunt; quoniam deſcenſus eorum, non eſt vt aſcenſus eorum. Sic ſentit Rabbi Meir, ſed R. Ioſe inquit, omnia pura ſunt, excepto Caniſtro, (3) pala, et (4) malleo: quae inſtrumenta propria ſunt ſepulturae.

III. (5)

ג סכין שנמצאת בי"ד שוחט בה מיד בשלשה עשר. שונה ומטביל וקופיץ בין בזה ובין בזה שונה ומטביל חל ארבע עשר להיות בשבת שוחט בה מיד בט"ו שוחט בה מיד נמצאת קשורה לסכין הרי זו כסכין:

III. (5) Cultrum quod repertum eſt die decimo quarto, ſtatim eo mactare licet. Si vero repertum eſt die decimo tertio, ablui debet. Securis vero ſiue hoc, ſiue illo [*die reperiatur,*] ablui debet. Si accidit vt dies decimus quartus incidat in Sabbathum, ſtatim cultro mactare licet. Si in decimum quintum, iſto ſtatim mactare poteſt. Si reperiatur alligatum cultris, aeſtimatur vt cultra.

ד פרוכת שנטמאת בולד הטומאה מטבילין אותה בפנים ומכניסין אותה מיד ואת שנטמאת באב הטומאה מטבלין אותה בחוץ ושוטחין אותה בחיל מפני שצריכה הערב שמש ואם היתה חדשה שוטחין אותה על גג האצטבא כדי שיראו העם את מלאכתן שהיא נאה:

IV. Si velum immundum redditum eſt, per (6) filium immunditiei, ipſum intra abluunt, et ſtatim iterum inferunt, ſi vero immundum eſt per patrem immunditiei, ipſum extra lauant, et deinde expandunt in (7) antemurali. Si nouum eſt, ipſum expandunt in tecto porticus, vt

popu-

populus videat texturam eius; quam pulchra ſit.

ה רבן שמעון בן גמליאל אומר משום רבי שמעון בן הסגן פרוכת עביה טפח ועל שבעים ושנים נימין נארגת ועל כל נימא ונימא כ"ד חוטין ארכה ארבעים אמה ורחבה עשרים אמה ומשמונים ושתי רבוא נעשית ושתים עושין בכל שנה ושלש מאות כהנים מטבילין אותה:

V. R. Simeon fil. Vicarii Sacerdotum. Veli craſſitudo eſt palmus, et contextus eſt ex 72. filis, quorum vnumquodque habet 24. filamenta. In longitudine habet 40. cubitos, in latitudine vero decem: Et ex 82. myriadibus confectus eſt. Duo ſingulis annis conficiuntur. Trecenti Sacerdotes ipſum lavant.

ו בשר קדשי הקדשים שנטמא בין באב הטומאה בין בולד הטומאה בין בפנים בין בחוץ בית שמאי אומרים הכל ישרף בפנים חוץ משנטמא באב הטומאה בחוץ ובית הלל אומרים הכל ישרף בחוץ חוץ מפני

VI. De carne (8) Sancti Sanctorum, quae immunda eſt ſive per patrem immunditiei, ſiue per filium, ſiue intra, ſive extra, Schammaeani ſentiunt, omnia intra comburenda eſſe, excepto eo quod immundum eſt, per pa-

ג סכין שנמצאת בי"ד שוחט בה מיד בשלשה עשר שונה ומטביל וקופיץ בין בזה ובין בזה שונה ומטביל חל ארבע עשר להיות בשבת שוחט בה מיד בט"ו שוחט בה מיד נמצאת קשורה לסכין הרי זו כסכין:

III. (5) Cultrum quod repertum eſt die decimo quarto, ſtatim eo mactare licet. Si vero repertum eſt die decimo tertio, ablui debet. Securis vero ſiue hoc, ſiue illo [*die reperiatur*,] ablui debet. Si accidit vt dies decimus quartus incidat in Sabbathum, ſtatim cultro mactare licet. Si in decimum quintum, iſto ſtatim mactare poteſt. Si reperiatur alligatum cultris, aeſtimatur vt cultra.

ד פרוכת שנטמאת בולד הטומאה מטבילין אותה בפנים ומכניסין אותה מיד ואת שנטמאת באב הטומאה מטבלין אותה בחוץ ושוטחין אותה בחיל מפני שצריכה הערב שמש ואם היתה חדשה שוטחין אותה על גג האצטבא כדי שיראו העם את מלאכתן שהיא נאה:

IV. Si velum immundum redditum eſt, per (6) filium immunditiei, ipſum intra abluunt, et ſtatim iterum inferunt, ſi vero immundum eſt per patrem immunditiei, ipſum extra lauant, et deinde expandunt in (7) antemurali. Si nouum eſt, ipſum expandunt in tecto porticus, vt popu-

popu-

Digitized by Google

populus videat texturam eius; quam pulchra ſit.

ה רבן שמעון בן גמליאל אומר משום רבי שמעון בן הסגן פרוכת עביה טפח ועל שבעים ושנים נימין נארגת ועל כל נימא ונימא כ״ד חוטין ארכה ארבעים אמה ורחבה עשרים אמה ומשמונים ושתי׳ רבוא נעשית ושתים עושין בכל שנה ושלש מאות כהנים מטבילין אותה:

V. R. Simeon fil. Vicarii Sacerdotum. Veli craſſitudo eſt palmus, et contextus eſt ex 72. filis, quorum vnumquodque habet 24. filamenta. In longitudine habet 40. cubitos, in latitudine vero decem: Et ex 82. myriadibus confectus eſt. Duo ſingulis annis conficiuntur. Trecenti Sacerdotes ipſum lavant.

ו בשר קדשי הקדשים שנטמא בין באב הטומאה בין בולד הטומאה בין בפנים בין בחוץ בית שמאי אומרים הכל ישרף בפנים חוץ משנטמא באב הטומאה בחוץ ובית הלל אומרים הכל ישרף בחוץ חוץ מפי

VI. De carne (8) Sancti Sanctorum, quae immunda eſt ſiue per patrem immunditiei, ſiue per filium, ſiue intra, ſiue extra, Schammaeani ſentiunt, omnia intra comburenda eſſe, excepto eo quod immundum eſt, per pa-

שנטמא בולד הטומאה בפנים:

patrem immunditiei ab extra. Hilleliani vero dicunt, omnia extra comburi debere, excepto illo quod impurum eſt a filio immunditiei ab intra.

ז רבי אליעזר אומר את שנטמא באב הטומאה בין בפנים בין בחוץ ישרף בחוץ ואת שנטמא בולד הטומאה בין בפנים בין בחוץ ישרף בפנים רבי עקיבא אומר מקום טומאתו שם שריפתו:

VII. R. Elieſer inquit, illud quod immundum eſt per patrem Immunditei, ſiue extra, ſiue intra, comburi debet extra; illud vero quod immundum eſt per filium immunditiei, ſiue extra ſiue intra, intra comburi debet. Rabbi Akiba inquit, *ubi eſt immundum ibi comburatur.*

ח אברי התמיד ניתנין מחצה כבש ולמטה במערב (ס"א במזרח) ושל מוסיפין ניתנין מחצה כבש ולמטה במזרח (ס"א במערב) ושל ראשי חדשים נתנין על כרכוב המזבח מלמעלה (ס"א מתחת כרכוב המזבח מלמטה)

VIII. Membra ſacrificii iugis, ponuntur in dimidia parte (9) graduum et
VIII. Membra ſacrificii iugis, ponuntur in dimidia parte (9) graduum et
infra occidentem verſus [aliud exempl. *orientem verſus.*] Mem-

השקלים והבכורי' אין נוהגין אלא בפני הבית אבל מעשר דגן ומעשר בהמה והבכורות נוהגין בין בפני הבית בין שלא בפני הבית המקדיש שקלים וביכורים הרי זה קדש רבי שמעון אומר האומר ביכורים קדש אינן קדש:

(Membra vero) ſacrificiorum addititiorum, ponuntur in mediis gradibus et infra, orientem verſus, [ex. al. occidentem verſus.] Sacrificia autem (10) nouiluniorum ponuntur infra ambitum in parte ſuperiore. [al. ex. in parte inferiore.] Sicli et primitiae non ſoluuntur ante templum et niſi ſtante templo. Decimae frumenti vero et pecoris, primogenituraeque ſoluuntur ante templum et poſt templum. Si quis ſanctificet ſiclos et primitias, illa ſancta ſunt. R. Simeon dicit, primitiae quae ſancto vſui deuoventur, ſanctae non ſunt.

NOTAE.

(1) Vid. pag. 610. הרוקין vero Sputum vel Saliuam eſſe docet Gloſſa quando iuſit, הרוקין מה שמשלי' האדם מפיו שאליוא״ בלעז: *Harokin eſt illud quod homo ex ore ſuo eiicit, et in vernacula vocatur Salive.* (2) In anni diebus profeſtis, Phariſaei et munditiei ſtudentes deflectebant ad latera, occurſum populi et profanae plebis fugientes, ad tunc ſaliua in parietibus munda erat, in medio viae vero immunda. In feſto vero in quo vnusquisque munditiei operam dare debet, in medio viae etiam Phariſaei ibant, immundi vero et alienigenae quorum minor numerus ad latera, (3) מגריפה כלי שגורפין בו העצמות *Magrepha*

grepha eſt inſtrumentum quo colligunt et accumulant oſſa. (4) זה כלי שמרצצין ומשברין בו העצמות: *Eſt inſtrumentum quo contundunt et confringunt Oſſa.* (5) Cultrum ad mactandum Paſcha deſtinatum. (6) Filius immunditiei et patet immunditiei quid ſint, vid. pag. 273. (7) Vid. quid חיל ſit pag. 56. (8) De Sacrificiis quae vocantur Sancta Sanctorum, vid. 549. (9) Graduum ſiue aſcenſus altaris. (10) De Nouiluniis vid. ſuo loco.

בסייעתא רחמנא האלוהים
נשלמה מסכת שקלים
ה״ן רי״ק וה ארתי
עשה לבושי וכסותי
ברוך נותן ליעף כוח ועצמה
וליתמא ואין אונים ירבה גבורה:

❋ ❋ ❋

Argumenta in huius Tractatus notis ſecundum prioris huius Lex. Rab. Editionis paginas citata, in hac noua multiſque additamentis amplificata Editione abſque paginarum allegatione euoluere Beneuolus Lector haud dedignetur.

Digitized by Google

A.

אב Ab, Menſis quintus incipiens a' nouilunio Iulii noſtri. Illius menſis die nono quinque calamitoſa contigerunt. 1. eo die decretum eſt populum non ingreſſurum in terram promiſſam. 2. eo die deuaſtatum eſt templum primum. 3. ille dies etiam excidium attulit templo ſecundo. 4. illo die exciſa eſt ciuitas ביתר Bethar (de qua vid. ſ. l.) 5. aratro verſa eſt ciuitas Hieroſolymitana. *Taanith* c. 4. § 6. Hinc משנכנס אב ממעטין בשמחה *Poſtquam menſis* אב *initium ſuum cepit, diminuunt laetitias*, ibid. Non quod haec omnia illo die accidiſſe crederent, ſed (vt notat Gemara) quod fauſtum ad diem aliquem reducere in vſu haberent, infauſtum ad nefaſtum. Hoc nota ad cap. I. *Math.* vbi in v. 17. computatio 14. *generationum* etiam non eſt accurata ex vſu vulgari.

Aabh menſis Judaeis infauſtus. *Wagenſeil.* Sota p. 736. De jeiunio die VIIII. Aabh vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 433. not. De die XV. menſis huius. *Rabboth.* Fol. 291. col. 2. poſt med. Confer de hoc menſe *Abarban.* ad Joel. cap. I. v. 14. 15. cap. II. v. 2. Hoſ. V. v. 7.

Digitized by Google

אבא et אבי, Neceſſe eſt vt diſtinguas harum vocum ſenſum, quarum vna ſonat idioma Hebraicum, altera Chaldaicum. Nam vox אבי patrem quidem naturalem denotat, at ſimul patrem etiam ciuilem, ſeniorem, Dominum, Doctorem, magiſtratum; at vox אבא ſolummodo denotat patrem naturalem aut adoptantem; et inſuper non ſolum ſignificat patrem, ſed patrem meum. Hanc diſtinctionem diſcimus ex Targumiſtis, qui vbicunque fit mentio de patre naturali adhibuerunt vocem אבא vt Gen. XXII. 7. Gen. XXVII. 34. Gen. XXXXVIII. 18. Jud. XI. 36. Eſai. VIII. 4. vbi vero de patre ciuili, aliam appoſuerunt vocem: Exempla ſunt Gen. IIII. 20. 21. 1 Sam. X. 12. 2 Reg. II. 12. 2 Reg. V. 13. 2 Reg. VI. 21. vbi אבי ferme ſemper Targum reddit per רב et מר quae promiſcue Dominum ſignificant. Confer. hic Marc. XIIII. 36. vbi Chriſtus angoribus circumſeptus ipſum Deum tamen ſenſu ſuauiſſimo inuenit אבא *patrem ſuum*. vid. etiam Rom. VIII. 15. Quod autem אבא etiam ſignificet pater meus, patet ex *Bab. Sanhed.* fol. 37. 1. Ne quisquam dicat vicino ſuo אבא גדול מאביך *pater meus eſt maior patre tuo:* it. ex *Bav. Batra* fol. 10. 2. *Shlomon dixit, obſeruate* מה פירש אבא *Quid dicat pater meus?* vid. etiam Aruch in אבא.

Abraham dicitur אבא זקן Iſraelitarum. *Tanch.* fol. 43. col. 2. poſt init. De voce Abba vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. part. I. p. 1. not. a.

זקני בית אב vel אנשי בית אב *Zikne beth abh* vel *anſche beth Abh* vocantur in *Middot*. cap. 1. et alibi ſeniores illius ſacerdotum ordinis, qui illo die miniſtrabat; fuerunt enim cuſtodes ſeptimanarum in ſex ordines vel familias diuiſi, ſingulis diebus miniſtrabat vna, die vero ſeptimo ſimul omnes miniſtrabant, qui per illam ſeptimanam excubias et alia officia ſubierant. vid. Maymon. Hal. K. Hammind. c. 4. in med.

* ABBREVIATVRAE Ebraeis vocantur ראשי תיבות. De Abbreviaturis Ebraeorum libri Buxtorfiani ſupplemen-

mentum reperies in *Wolfii* Bibl. Hebr. Part. II. p. 575. it. Volum. IIII. p. 250. ſeqq. Abbreuiaturae varia nonnunquam in codicibus deſcribendis pepererunt vitia. Exemplum vid. in Strabonis amico Gallo ab aliis Cornelio ab aliis Aelio dicto apud *Fabric.* Bibl. Graec. Lib. IV. cap. 1. p. 3. not.

*ABEL. de quo vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 346.

* ABIGAIL adulterii fuit ſuſpecta. *Tanchum.* fol. 10. col. 2. fin. ſeq. Fuit Propheriſſa. *Abarban,* in Prophet. prior. p. 127. col. 2. fin. et 128. col. 1. init.

*ABIMELECH num fuerit Rex. *Abarban.* l. c. p. 54. col. 2. fin. Omnes reges Philiſtaeorum dicti fuerunt Abimelech, quemadmodum omnes reges Aegyptiorum Pharaones. *Iarchi.* Pſalm. XXXIIII. 1.

* ABLACTATIO. Cur olim Judaei potius conuiuati ſint, quando puer a lacte fuit depulſus, quam vbi eſt circumciſus: quaeſtio eſt apud *Ioh. Guil. Stuk.* antiquit. conuiual. lib. I. cap. 17.

*R. ABNER. Hiſtoria R. Abneris, Judaicae fidei deſertoris legitur in *Wagenſeil.* Sota. p. 164.

ABRAHAMVS in Cananitide adueniens a *Bereſchit Rabba* ſect. 39. introducitur primum in partem eius borealem; Textus ſic ſe habet: *Dixit Deus Abrahamo* לך לך *abi tibi, vocibus duplicatis, ob duplex iter, vnum ab Aram Naharaim, aliud ab Aram Nachor. Dum verſabatur Abrahamus in Aram Naharaim, et Aram Nachor, vidit homines edentes bibentes et ludentes; Dixit ergo ne ſit portio mea in iſta terra. At poſtquam venit* לסולמה של צור *Ad ſcalam Tyriorum vidit homines operam dantes paſtinationi agriculturae, vindemiationi et tum dixit ſit portio mea in hac terra.* §. Qui vocat Abrahamum

mum אברם peccat contra praeceptum affirmatiuum, Hieroſ. Berac. p. 3. c. 4. Sic nec Sara Sarai et Iſrael Iacob ſunt vocandi *ibid.* §. Quomodo Abraham idololatriae reſtitit. vid. *Stellas* &c. §. Quod Iudaei ſemen Abrahae ſint admodum gloriantur; *Buva Metzia* fol. 83. 1. *Hiſtoria eſt de R. Iochanan Ben Mathia, qui dixit filio ſuo, Ito et conduc nobis operarios; iuit ille et pactus eſt cum iis pro victu; cum vero ad patrem veniret, dixit ei pater. Mi fili, quamuis pares iis conuiuia paria conuiuiis Salomonis, non tamen ſatis officio tuo fungeris, quoniam illi ſunt filii Abrahami, Iſaaci et Iacobi:* &c. Hinc etiam Ioh. VIII. 33. clamitant Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν. Quibus tamen reponi poteſt, quod in ipſiſmet Pandectis extat *Schabbat* fol. 53. 1. תמה זכות אבות *Ceſſauit meritum patrum, Abrahami, Iſaaci et Iacobi, a diebus Hoſeae prophetae* etc. quare nihil vobis eſt, quod amplius iactetis. §. Abrahamum dolore circumciſionis aegrotantem viſitauit Deus, et quaeſiuit quomodo ſe haberet. *Raſchi ad Gen.* XVIII, 1. Vt et *Bereſchit Ketanna* in locum. §. Diabolus Abrahamum coram Deo accuſauit, ſicuti Iobum criminatus eſt, vt autem Deus integritatem eius offenderet, ipſum de filio immolando tentare voluit. *Sanhed.* Sect. אלוהן הנחנקין §. Abraham non coluit Sabbathum. *Bereſchit Ketanna* ad Gen. II, v. 3. Abraham erat Aſtrologus. vid. *Aſtrologus.*

Abrahami meritum imputatur Iſraelitis *Tanch.* fol. 7. col. 2. fol. 43. col. 2. poſt init. Satan apparuit Abrahamo in via, vt diſuaderet immolationem filii *ibid.* fol. 9. col. 1. poſt init. Abraham per miraculum primus factus eſt ſenex. *ibid.* col. 2. p. med. In pueritia ſua duos in ſenectute duodecim procreauit liberos. *ibid.* fol. 10. col. 1. circ. med. Iſaacus Abrahamo vultu per omnia fuit ſimilis. *ibid.* col. 2. init. et col. 3. init. Quodcunque contigit Abrahamo, idem contigit Iſaaco. *ibid* col. 4. init. Abrahamus Saram de adulterio ſuſpectam habuit. *ibid.* col. 1. fin.

Quamdiu Abraham cum Lotho fuit, nen apparuit ipſi Deus. *ibid.* fol. 11. col. 4. fin. Iuuenis ille adhuc idola parentis comminuit. *Rabboth.* fol. 34. col. 3. ante fin. *Wagenſeil* Sota p. 192. Eius mater quo nomine vocata fuerit. *ibid.* p. 161. Abrahami nummi. *ibid.* p. 574. Eius ſpelunca duplicata qualis. *ibid.* p. 291. *Abarbanel* comparationem inſtituit inter Abrahamum et Bouem, id quod vlterius dicto Scripturae probare conatur. Praef. Leuit. fol. 226. col. 2. fin. Abraham proiectus fuit in ignem ardentem a Nimrodo. *Tanch.* fol. 5. col. 2. init. et fol. 10. col. 2. circ. med. et fol. 33. col. 3. med. *Rabboth.* fol. 34. col. 4. p. init. conf. *Edzard.* Auod. Sara. cap. 1. p. 187. Abraham tres annos natus iam cognouit creatorem ſuum. *ibid.* fol. 210. col. 2. ante med. fol. 57. col. 4. med. *Tanch.* fol. 5. col. 2. med. Illius actiones typi fuerunt earum rerum, quae poſtea contigerunt Iſraelitis. *ibid.* col. 4. fin. *Rabboth.* fol. 210. col. 2. poſt med. fol. 37. col. 1. poſt med. Quare Abram dictus ſit Abraham eleganter oſtendit *Tanch.* fol. 6. col. 3. med. Cum Abraham occurreret tribus viris, ſtillauit ipſi ſanguis circumciſionis et propter meritum eius pepercit Deus Iſraelitis in effuſione ſanguinis. *ibid.* fol. 7. col. 2. p. med. Circumciſus ille fuit a ſcorpione. *ibid.* fol. 6. col. 3. med. Quare nonageſimo nono anno demum aetatis fuerit circumciſus *ibid.* poſt med. Abraham eodem die circumcidit ſe et totam familiam ſuam. *ibid.* fol. 7. col. 2. init. Quo die circumciſus fuit Abraham Deus viſitauit eum. *ibid.* poſt init. et fol. 1. p. med. Quando Deus poſt circumciſionem apparebat Abrahamo, Deus et Abraham ſedit. *ibid.* fol. 7. col. 1. p. med. Abraham tres habuit amicos, inter quos Mamre fuit praecipuus. *ibid.* col. 2. circ. fin. Ante latam legem legis fuit obſeruantisſimus. *ibid.* fol. 56. col. 2. fin. ſeq. Aſtrologiae fuit peritisſimus. *Abarban.* in Prophet. prior. p. 210. col. 3. init. *Rabboth.* fol. 172. col. 3. fin. ſeq. De libris Abrahami. *Edzard.*

zard. ad Avod. Sar. Cap. 1. p. 108. et 287. De promiſſionibus Abrahamo factis, *Rabboth.* f. 172. col. 3. fin. ſeq. Abrahamus fuit ſacerdos ſummus. *ibid.* f. 158. col. 2. ante med. De eius ſepultura. *ibid.* fol. 55. col. 4. fin.

✱ ABSALOM. De quo vid. *Abarban.* in Prophet. prior. in indice et varia de eodem in Rabboth. fol. 190. col. 1. et 2. tot. An fuerit Naſiraeus. *ibid.* et *Tanch.* fol. 25. col. 3. poſt med. *Wagenſeil.* Sota 213. Ingentis fuit ſtaturae, *ibid.* p. 214. oculus Abſaloni quantae fuerit magnitudinis. Edzard. Avod. Sar. cap. 2. p. 576. Eiusdem ſepulchrum, Wagenſeil. l. c. p. 221.

✱ ACHIAS SILONITA, A Moſe ad Regem Dauid vixiſſe traditur a Maimon. vid. *Voiſin.* Pug. fid. p. 10. id quod tamen minus probabile videtur. R. Abrahamo filio Dauidis, probabilius vero quod fuerit vnus ex conſiſtorio Dauidis. *ibid.* p. 11. Ab eo legem oralem accepiſſe Eliam dicunt, quod tamen non intelligendum eſt immediate ſed mediate, mediantibus ſc. ſapientibus qui inter Eliam et Achiam extiterunt, *ibid.*

✱ ACADEMIA. De tribus Judaeorum Academiis, Sorana, Pumbedithana et Nahardeenſi. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. 1. p. 224. not. De Academia quadam Judaica recentiori aetate Hieroſolymis conſtituta. *ibid.* p. 589. not. 1. De Academiis Hebraeorum eorumque principe נשיא. Petr. Zorn. de fiſco Jud. p. 391. not. Conf. *Altingii* tr. item *Pacheii* diſſert. nec non *noſtram* comment. de ſcholis Hebr. Varia de hoc quoque argumento reperies in Wolf. Bibl. Hebr. Part. II. p. 918. ſeq.

✱ ACCENTVS. Quanta Accentuum apud Graecos ſit neceſſitas, Hermogenes περὶ στάσεων ſequentem adducit legem: ἑταίρα εἰ φοροίη δημοσία ἔστω. vbi ſi παροξυτόνως legas δημοσία, legislatoris haec mens eſt: meretricem quae aurum geſtauerit, debere eſſe publicam,

cam, id eſt, permittendam eſſe ingenuorum et ſeruorum paſſim libidini. Si χρυσοφορούντων ſcribas δημόσια, ſenſus eſt, aurum, quo ornata fuerit meretrix, publicum fieri et in aerarium referri. Sam. *Petit.* Comment. Leg. Att. Lib. VI. tit. 5. p. 476. De codice Graeco accentibus deſtituto. *Fabric.* Bibl. Graec. Lib. III. cap. 19. p. 489. et cap. 22. p. 545. De Ebraeorum accentibus prae reliquis *Weimarus.* et *Bauerus* integros ediderunt libellos. De vſu accentuum muſico. Petr. *Zorn.* Opuſc. ſacr. tom. I. p. 200.

* ACHAS rex Jehudae clauſit omnes ſynagogas Judaeorum. *Tanch.* fol. 47. col. 3. med. *Rabboth* fol. 143. col. 3. ante fin. Combusſit omnes libros legis. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 301. col. 3.

ACCVMBENDI ritus dum cibum capiebant, ex his elici poteſt. *Gloſſ.* in *Beracot* fol. 46. 2. *Soliti ſunt comedere diſcumbentes, et reclinati in latus ſiniſtrum et pedibus ad terram, ſinguli per lectos ſingulos; At cum forent* שתי מטות *duo lectuli* (inquit Gemara) *ille qui primus erat ſedit ſummus, et ſecundus ab eo* למעלה הימנו *ſedit ſupra eum, ita* (ſicuti Gloſſa addit) *vt lectus ſecundi fuerit iuxta ceruical primi. Cum tres forent, digniſſimus diſcubuit in medio, ſecundus ab eo ſupra eum, et tertius infra*, ſiue vt Gloſſ. *diſcubuit iuxta pedes primi.* Additur denique loc. cit. in Gloſſ. quod ſi digniſſimus velit loqui cum ſecundo ab eo, neceſſe eſt vt erigat ſe ab accubitu ſuo et erectus ſedeat, nam quamdiu manet reclinatus, non poteſt colloqui cum eo, quia ſecundus eſt poſt occiput primi. Hac ratione diſcumbentibus Chriſto et diſcipulis Joh. XIII. Petrus accubuit a tergo Chriſti, et Johannes a ſinu. Johannes in ſinu Chriſti et Chriſtus in ſinu Petri. Hic etiam notare potes menſam ordinariam Phariſaei vel diſcipuli ſapientum paruae admodum magnitudinis fuiſſe, ita vt plures quam tres illi vix aſſidere potuerint, ſecundum illius deſcriptionem quam habemus in *Baua Bathra* fol. 57. 2. *Qualis eſt menſa diſcipuli ſapientum?* שני שלישי

 גודל

גירל רשליש גלאי ועליו קערות וירק *Duae partes de tribus ſtratae ſunt mappa, et tertia pars nuda eſt, et ſuper iſtam partem diſpoſitae ſunt ſcutellae et olera* וטבעתו מבחוץ *annulus autem menſae erat ab extra.* Admodum paruae debuerunt eſſe illae menſae ſi annulis illas ſuſpendere voluerunt, prout docet Gloſſa hunc vſum annulos habuiſſe, ne ſcilicet menſae tam facile immunditiem contraherent. Ad extraordinarios vero vſus vt in Paſchatis conuiuio laxiores adhibuerunt menſas, quas ita ſuſpendere non licuit. Accubitus in cibo capiendo ſecuritatem denotauit, *Beracol.* fol. 42. 1. quod accubitus factus fuerit ad latus ſiniſtrum etiam confirmatur a *Maymon.* in *Chametz Vmatza.* c. 7. Cl. Buxtorf. VIII. diſſert. 306.

Veteres Hebraei videntur in menſa ſediſſe, non diſcubuiſſe, quod probatur ex Gen. XXVII, 19. XXXVII, 25. XXXXIII, 32. Jud. XVIIII, 6. 1 Sam. XX, 18. 24. 25. 1 Reg. XIII, 20. Exod. XXXII. 6. Ruth. II, 14. 1 Sam. XXVIII. 23. Nehem. II. 6. Prov. XXIII. 1. Jer. XVI. 8. et Ezech. XXXXIIII. 3. conf. *Pol. Synopſ.* ad Gen. XXXVII. 15. Menſae diu adſidere, eſt ſatisfactio pro peccatis. *Edzard.* Berachot. p. 184. et 186. De ritu accumbendi gentium Orientis. *Cramer.* ad Succa. p. 133.

✱ ACETVM a gentilibus non libatur. *Edzard.* Avod. Sar. Cap. 2. p. 76. Acetum Judaeis etiam vocatur vinum, et tale fuit, quod Chriſto eſt oblatum. *ibid.* p. 400.

✱ ACRA nomen eſt multis vrbibus commune, *ibid.* p. 530.

אכסניא Acſania, Prout obſeruaui aliquando ſumitur, pro regis Judaeorum Exercitu qui ad expeditionem progreditur, aut per hunc vel illum locum tranſit; in *Demai* cap. 3. dicitur licere exercitum alere τῷ Demai, (vid. C. I.) ſi alimentum intranſeundum efflagitet, vid. *Bartenoram* in loc.

אין

אין אנו אחראין לרמאי in Demai cap. 3. §. 5. ſignificat nullam habemus cautionem de futuro damno reſpectu illorum, qui fraudibus vtuntur. Wir haben keine Verſprechung für Schaden, in Anſehen derjenigen, die betriegen wollen.

ADAM creatus fuit in ipſo loco, in quo deinde aedificatum fuit altare, vt idem eſſet ipſi locus expiationis, quam creationis. *Maymon. in Beth Habechiri.* c. 2, *Juchaſin* fol. 9. 1. *Midraſch Tillim* fol. 41, 2. §. Eſt qui opinatur veſtimenta iſta Adami, quae vocantur כתנות עור fuiſſe e pilis camelorum. *Bereſchit Rab.* §. 20. *In lege R. Meir inuenerunt ſcriptum* (annotatum in margine) כתנות אור *veſtes lucis*, (pro כתנות עור *veſtibus pelliceis*:) *R. Iſaac dicit, quod fuerint ſicuti tenuia iſta linea veſtimenta, quae a Bethſchean afferuntur. R. Samuel Bar Nachman* dicit, erant מצמר גמלים de pilis camelorum, et leporum. §. Fabulantur *Vaiikra Rabba* ſect. 14. Adamum primo androgynum creatum fuiſſe, deinde Deum illum diſſecuiſſe, et ex vna parte maſculum ex altera vero faeminam confeciſſe. §. Adam primus a fine mundi vſque ad alterum finem creatus fuit, poſtquam autem in peccatum lapſus eſt, minorauit eum Deus; *Sanhed. ſect.* אחד דיני ממונות Talibus hyperbolicis loquutionibus, denotant excellentem naturam Adami ante lapſum; vid. *Gloſſ.* ad Cap. II. *Sanhed.* §. Adamus fuit creatus facie verſus Orientem diſpoſita, vt ſolem adſpiceret orientem. *Bechai in Deut.* III. 23. §. Per centum et triginta annos, quibus Adam ſeparatus fuit ab Eua genuit impuros ſpiritus. *Erubbin* cap. 2. Hi ſunt plagae hominum quatenus tanquam filii eius prodierunt מצד לילית רבתא ולילית זעירתא ex Lilit maiore et Lilit minore. *Tzeror Hammor in Lev. ſect.* אישה כי תזריע §. De Adami peccati in poſteros deriuatione. vid. *Peccatum originale* etc. §. Adam omnia perdidit וגורם מיתה לאותו צדיק *et illi iuſto fuit cauſſa mortis. Midraſch Cohelet* ad Eccleſiaſt. VII, v. 14. vid. Cl. Buxt. in אדם. De Eua vid. *ſ. l.* De Creatione Adami vid. *Creationem*, De

Adamo ſequentia habet *Baal Hathurim in Comment.* in Gen. אדם *vocatur quia Deus ipſum creauit ex terra*, *quae vocatur* אדמה. Adam per Notaricon eſt אפר *cinis*, דם *Sanguis*, מרה *Fel;* quia omnes homines ex his conſtant. Alii Cabbaliſtae inſulſe dicunt, tres litteras in אדם ſignificare אדם דויד משיח *Adam*, *Dauid*, *Meſſias*, quaſi hinc concludi poſſet, Adami ſpiritum in Dauidem, Dauidis in Meſſiam migraſſe.

Adami nomen quae myſteria contineat. *Wagenſeil* Sota, p. 112. et 1100. Eius veſtium hiſtoria. *ibid.* p. 339. et 341. Adamus vbi ſepultus. *ibid.* p. 293. Quomodo fuerit creatus. *Tanch.* fol. 40. col. 1. poſt med. fol. 47. col. 2. circ. fin. *Rabboth* fol. 147. col. 1. med. f. 150. col. 4. poſt med. f. 162. col. 1. poſt med. Cur non omnia praecepta ſtatim data ſint Adamo. *Tanch.* f. 47. col. 2. circ. fin. Adam ne vnicam quidem horam permanſit in obſequio diuini praecepti. *ibid.* Poſt lapſum ſex amiſit perfectiones. *ibid.* fol. 1. col. 4. circ. fin. *Rabboth.* f. 207. col. 1. med. Iam vidit omnes iuſtos, qui ex ipſo erant prouenturi. *ibid.* f. 126. col. 2. ante fin. *Tanch.* f. 35. col. 2. circ. fin. Per lucem primigeniam ab vno termino mundi proſpexit ad alterum. *ibid.* fol. 47. col. 4. poſt med. Adamus fuit Androgynus. *ibid.* f. 48. col. 3. init. Si Adam non peccaſſet, non fuiſſet mortuus. *ibid.* fol. 57. col. 1. poſt init. Maior Adami quam angelorum fuit ſapientia. *ibid.* f. 69. col. 4. poſt init. *Rabboth* f. 223. col. 3. circ. fin. fol. 327. col. 4. init. De veſtibus Adami. *ibid.* f. 20. col. 3. init. Eius tunica peruenit ad Eſauum. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. I. p. 262. et 83. *Rabboth.* f. 57. col. 2. circ. fin. Qualis fuerit fructus quem Adam comedit et Eua. *ibid.* fol. 14. col. 3. med. confer. *Edzard.* Auod. Sar. cap. I. p. 286. De boue, quem obtulit Adamus. *ibid.* p. 56. Quum videret ſolem occidere, metuit mundi interitum. *ibid.* p. 55. et 56. De ingenti ſtatura Adami ante lapſum. *ibid.* cap. 2. p. 530.

Digitized by Google

Adam nouit LXX. linguas. *Tanch.* fol. 77. col. 3. ante med. Bos quem obtulit, vnum tantum cornu habuit. *En Iſrael.* Part. I. p. 42. col. 1. ante med. De libro Adami. *Rabboth.* fol. 126. col. 2. poſt med. De Adamo varia. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 110. et Part. III. p. 69.

ADAR menſis, quarto quoque anno duplex eſt, primus vocatur אדר ראשון *Adar primus* vel aliquando ſimpliciter אדר, ſecundus vero ואדר *Maſſecet Megillah* in pluribus locis praecipue cap. I. 4. §. Si nouilunium menſis אדר inciderit in Sabbathum, legunt ſectionem de ſiclis (Exod. XXX, 11.) ſi inciderit in medium Sabbathi expectant donec Sabbathum tranſierit. In Sabbatho ſecundo huius menſis legunt ſect. זכור (Deut. XXIV, 17.) In Sabbatho tertio ſect. de *vacca rufa.* Quarto ſect. quae incipit a cap. 10. Exod. Quinto iterum redeunt ad legendas τὰς Haphtaroth. *Megillah* c. 3. 4.

* ADARKAN, Dux Romanus inter Judaeos haud ignobilis. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. I. p. 78. et 261.

ADEPS inteſtinorum, ad eſum a Deo prohibitus eſt, quia nimium ſaturat, concoctionem impedit, ſanguinemque frigidum et craſſum generat. *More Neuoch.* III. 48.

ADOLESCENTVLA, Graece θυγάτριον, ita vocatur, quando duodecim annos compleuit. *Maymon in Iſchut* cap. 2. *Filia a die natiuitatis ſuae vſque dum compleat duodecim annos vocatur* קטנה או תינוקת *paruula aut puellula. At cum expleuit duodecim annos et diem vnum* נקראת נערה *vocatur adoleſcentula.* vid. etiam *Pubertas.* Hoc etiam Euuangeliſta obſeruauit Marc. V. poſtquam enim Jairi filiam adoleſcentulam fuiſſe dixiſſet v. 23. verſu deinde 42. addit illam fuiſſe ἐτῶν δώδεκα. §. Quanquam Judaei ſatis ſint indulgentes in externis amoris ſignis, Pater tamen ſecundum ipſorum canones filiam

Digitized by Google

filiam amplexationibus et oſculis liberius excipere non debet poſtquam aetatis annum nonum praetergreſſa eſt, nec mater filium poſtquam duodecennis factus eſt. Neque adeo muliere inde a tertio aetatis anno ad vllum miniſterium, qualia ſunt exhibendi cibi et potus, manuum lauandarum et ſimilium vti licet; ſiue ſit adoleſcentula ſiue adultior שלא יבוא לידי הרהור *ne in perverſas cogitationes incidat*. vid. Maym. ad v. 4. cap. VII. *Sanhed*. item *Kidduſchin* cap. 4.

ADRIANVS imperator. De argillo Adriani vino macerata, quem in caſtris bibere conſueuerat. vid. *Bart*. et *Maim*. ad Auod. Sar. cap. 2. miſchn. 3. et *Edzard*. ad h. l. p. 94. ſeq. De Adriano volente ſemetipſum facere Deum. *Tanch*. fol. 2. col. 1. med. De diſceptatione Adriani cum R. Aquila. *ibid*. fol. 1. col. 4. init. Adriani et R. Joſe diſceptatio. *ibid*. f. 11. col. 2. poſt med.

ADVLATIO vitanda. *Wagenſeilii* Sota. p. 829. et 835. Eadem quandoque permiſſa. *ibid*. p. 831. De adulatione quinam ex antiquis ſcripſerint. *Caſaub*. Comment. Theophraſt. Charact. cap. 3. p. 136. nec non p. 121–123.

De ADVLTERIO, inceſtu, fornicatione, prolixe Maymon. ad cap. VII. Sanhed. V. 4. Summa eſt, in inceſtu nihil intereſſe ſiue mixtio fiat prout ſolet, ſiue aliter. Idem etiam obſeruari in illo qui cum maſculo aut beſtia rem habet. In actibus illis diſtinguendum eſſe inter משמש qui eſt המכניס כל האבר et inter מערה qui eſt המכניס כל העטרה. Ad ſupplicium alicui irrogandum non requiritur *ſeminis effuſio* הוצאת שכבת זרע, ſed tantum הכנסת האבר. §. Sunt מנאפי ביד וברגל qui perſonam interdictam violant contrectatione laſciua, nutuque impudico: Qui etiam flagris caeduntur. §. Praecepto Leu. XVIII, 6. etiam omnia irritamenta libidinis prohibentur, vt ne formam quidem perſonae interdictae intueri liceat מתכוון להנאות

cum

cum animo voluptatem ſuam explendi: (Confer Math. V, 28.) Ideoque Rabbini verbum נאף dici putant, quaſi בהכרת לאף *ex forma faciei voluptatem cepit:* (vel vt Plautus, oculis epulis dedit.) §. Qui conſtuprat innuptam flagellandus eſt. §. Quidam Rabbi quoties ex oratorio domum rediret, chirothecis aut etiam manibus ſororis ſuae oſculum figebat. Is deſtitit tandem, poſtquam vidit שאין בו צד היתר *id nullo reſpectu licitum eſſe.* §. Mulier adultera interdicta eſt viro, niſi ſi vi compreſſa ſit, &c. §. Chriſtus Judaicam gentem vocat Matth. XII, 39. γενεὰν μοιχαλίδα quod bene de illa natione ſecundum literam poteſt intelligi, nam tum temporis ita multiplicati fuerunt adulteri, vt Rabban Jochanan Ben Saccai (de quo vid. ſ. l.) qui poſt excidium templi et vrbis adhuc vixit, coactus fuerit decreto Synedrii aquas amaras ad probationem ſuſpectarum ob adulterium inſtitutas, abrogare; quia plurimi erant המנאפים בגלוי *adulteri palam.* vid. *Sotab.* fol. 47 1. *Maym.* in *Sotab* cap. 3. illum autem proceſſum quem in ſuſpecta muliere potanda habuerunt, ex ipſamet Rubrica inferius apud *aquas amaras* referemus. §. Punit Deus adulterium morte Leu. XX, 10. At dicunt magiſtri כל מיתה סתם חנק *omnis mors cuius eſt mentio in lege ſimpliciter* (absque definitione generis mortis) *ſtrangulatio eſt,* verum excipiunt נישואה בת ישראל בחנק *ſi filia Iſraelitae nupta eſt et adultera fit, ſtrangulanda eſt,* ארוסה בסקילה *ſi vero deſponſata tantum eſt lapidanda. Filia Sacerdotis nupta ſi adultera lapidanda, cum deſponſata tantum cumburenda Sanbed.* fol. 51. 2. Quaeri hic poteſt an adultera illa quae Joh. VIII. ad Chriſtum deducta fuit, nupta vel deſponſata fuerit? R. Accuſatores eius v. 5. dicunt Moſen praecepiſſe vt tales *lapidarentur,* ex modo dictis itaque arguo, illam fuiſſe vel Iſraelitiſſam nondum iunctam viro, ſed tantum deſponſatam; vel Sacerdotiſſimam nuptam: quoniam in illas exercebatur ſupplicium lapidationis. De *Formicatione* vid. ſ. l. it. Aquae amarae.

Adul-

Adulter multipliciter reatum contrahit. *Wagenſeil.* Sota. p. 804. ſeqq. *Rabborb.* fol. 187. col. 2. poſt init. Cur mulier adultera ex poculo alterius adulterae haud bibat. *Tanch.* fol. 54. col. 4. ante med. Septem peccata committit adultera. *ibid.* fol. 60. col. 4. poſt init. Adulterium qui committunt, peccant contra omnia decem praecepta. *ibid.* item *Rabborb* fol. 187. col. 4. med. Adulteri imaginem plerumque refert infans. *ibid.* fol. 186. col. 2. med. Senſus myſticus rituum in adultera adhibitorum. *ibid.* fol. 188. col. 2. poſt init. col. 3. tot. col. 4. fol. 189. col. 2. fin. ſeq. adultera eſt, quae dum conſueſcit cum marito, alium virum expetit. *ibid.* fol. 191. col. 3. med. Adulteri grauiter peccant. *ibid.* fol. 198. col. 3. poſt med. De variis pœnarum in adulterium generibus. *Act. Erudit.* Ann. 169. p. 325. Qui cum vxore maritata ſcortatur, ſtrangulatur. *Sanhed.* cap. II. miſch. 1.

✳ AECHMALOTARCHAE Judaeorum magiſtratus ſatis celebres. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 230. not. Petr. *Zorn.* hiſtor. Hecataei. p. 28. it. de fiſco Jud. p. 387. ſeq.

AEGROTVM in Sabbatho vngere R. Meir. למרוק יין ושמן *miſcendo oleum cum vino*, cum vero ipſe decumberet, vt idem ipſi fieret non permiſit. H. *Beracot* c. 1. p. 2. vid. etiam *Maym. Hal. Milah* c. 2. 7. Quod erat diſpenſatio ſatis laxa de accurata illa abſtinentia medendi in ipſo Sabbatho: nam alias videmus Chriſtum non parum inuidiae apud Judaeos ſibi conflaſſe, quod in Sabbatho aliquos ſanare non horruerit. De his habes plura in *Sabbatho* etc. §. Poſt applicata aegrotis remedia in vſu habuerunt dicere *Surge a morbo tuo:* ſic ad profluuioſam *Bab. Schabb.* f. 110. in fine omnium remediorum dixerunt קום מזביך *ſurge a profluuio tuo:* quod idem eſt ac ſi dixiſſent, *opto vt ſurgas a profluuio tuo.* Chriſtus etiam dixit ad puellulam Marc V, 41.

טליתא

קומי טליתא ταλιθὰ κῦμι, idiomate quidem vulgari ſed non ſenſu, ex illis enim verbis, non aliquod votum ſed imperans vigor et authoritas emicuit. §. Ille aegrotus apud Judaeos iam magnam valetudinis partem acquiſiuiſſe et in tuto eſſe exiſtimabatur, qui cibum ſumſit; ita *Hieroſ. Beracot*. fol. 9. 4. concludunt diſcipuli a R. Chanania miſſi, filium R. Gamalielis qui decumbebat, conualuiſſe, *Quia illa hora requiſiuit cibum.* Si nobis hariolari licet, haec fuit ratio, cur reſtituta puella Marc. V. Chriſtus deinde v. 43. iuſſerit vt cibus ipſi porrigeretur: ne ſcilicet adſtantes de perfecta puellae valetudine dubitarent. §. Quando preces pro aegrotantibus fundebat R. Chanina Ben Doſa, dicere ſolitus eſt; *Hic victurus eſt*, *Hic vero moriturus*, quaerentibus vnde hoc dignoſceret, reſpondit אם שגורה תפלתי בפי *ſi oratio mihi expedita eſt in ore cognoſco eum eſſe acceptum, ſin minus ſcio moriturum.* Maſſ. Beracot. c. 5. 5.

Aegrotos quomodo viſitent Judaei. *Wagenſeil.* Sota p. 335. De officio viſitandi aegrotos. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. III. p. 248. et 712. et 818. Aegrotum qui viſitat in ſabbatho, quid dicat. En Iſrael Part. I. p. 40. col. 1. circ. fin. Schechina aegrotis praeſens. *ibid.* Aegroti a Succa liberi ſunt. *Cramerus* ad Succa p. 102. Signa ſanitatis in aegrotis. *Rabboth.* fol. 20. col. 2. ante med.

AEMVLARVM faeminarum filii (1 Sam. I, 6.) fuerunt בירת ענובאי *familia Anubaea* e Beth Zeboim, et בירת נקיפאי familia Nekiphaea e Beth Koſcheſch, et tamen Sacerdotium magnum obtinuerunt nepotes ipſorum. *Hieroſ. Jeuamos* fol. 3. 1. §. De aemulatione mariti erga vxorem vid. *aquas amaras.*

AEGYPTIOS coluiſſe ſignum arietis docet nos lex diuina (ſecundum expoſitionem Onckeli) ac propterea non ſolum prohibitum fuiſſe inter ipſos mactare oves, ſed et ouium paſtores in ſummo contemtu et abo-

Digitized by Google

abominatione fuiſſe. *More Neuoch*. III. 46. §. In Aegypto noluit oſſa ſua relinqui Joſephus ſecundum Judaeos propter has rationes, 1a. eſt quia ipſi admodum graue fuiſſet, ſubterranea et moleſta illa בלגול *reuolutione*, in terram Canaan ad reſurrectionem deferri, nam extra terram ſanctam aliquam reſurrectionem fore Judaei negant. vid. *Ketbuboth* fol. 111. 1. 2am. rationem reddit *Maymon*. in *Hal. Melachim*. כל השוכן בארץ ישראל עונותיו מחולין שנא' ובל יאמר חליתי *Omnium qui terram Iſrael inhabitant iniquitates condonatas eſſe*, ſ: *quod dicitur Jeſ*. XXXIII, 24. *Neque dicet habitator aegrotus ſum: populus habitans in ea leuatus erit iniquitate*. Ex quo deinde ſecundum *Maymon*. concludunt: *Quod ille qui modo ad menſuram quatuor cubitorum ingreditur terram Iſraelis, iam dignus fiat vita aeterna. Qui vero in illa ſepelitur, illius peccata expiantur, et locus ſepulturae ipſi ſit loco altaris expiationis*: 5. 1. Deut. XXXII, 43. *ac terram ſuam populumque expiat*. Praeſtare quidem quando, quis adhuc viuus in terram ſanctam ſe conferat, ſi tamen id fieri non poſſit, ab ipſis Patriarchis nos exemplum habere, id etiam poſt mortem vtile eſſe. Maymonidis commentator ex *Talmude Hieroſ*. inſuper aliquid affert quod ad maiorem huius rei dilucidationem facit. *Bar Kria*, inquit, *cum R. Eleaſaro deambulauit* באיסטרין *in publicis ſtratis*, *et viderunt arculas aduectas ex locis peregrinis. Dixit R. Kria Eleaſaro: quid prodeſt ipſis* (tantis ſumptibus huc perferri) Quin ego contra tales illud Jerem. II, 7. *vſurpo*, *haereditatem meam poſuiſtis*, *dum viuebatis in abominationem*, *nunc venitis*, *et contaminatis terram poſtquam mortui eſtis. Reſpondit Eleaſar*, *quam primum ad hanc regionem pertingunt* נוטלין גוש עפר ומניחין על ארונו *ſumunt glebam friabilem et ponunt eam in feretrum*, *freti dicto* Deut. XXXII, 43. *propitius erit terrae ſuae*. Niſi plane ſiniſtre auguramur, fuerunt feretra illa allata ex Aegypto, nec aliter R. Kria illum locum Jeremiae bene applicare potuit; qui enim illuc iuerant להשתקע *ſtabilem ſedem figendi cauſſa*, ſecundum Maymonidem

idem

idem fecerunt, ac ſi terram Canaan contemptui et
abominationi habuiſſent, quia incolarum Aegypti
opera erant מקולקלות יותר מכל ארצות *depravata et
conſpurcata prae operibus omnium reliquarum gentium*; par-
tim vero quia ſanctam gentem miſeris modis propha-
na afflictauerat natio: Hinc ille Canon מותר לשכון
בכל הארץ חוץ מארץ מצרים: *licitum eſt habitare in uni-
verſo mundo excepta Aegypto.* Quae perpendens R.
Vrian, hanc obiectionem ad marginem appoſuit, in
Hal. Melach. c. 5. יש חימה על קהילות שוכנים שם
ועל רבינו המחבר שהלך לגור שם: *mirari ergo ſubit de
totis eccleſiis ibi degentibus, item de ſcriptore noſtro* (May-
monide) *qui ibi peregrinatus eſt.* Quod quidem verum
eſt, nam fuit Maymonides per plurimos annos in au-
la Aegyptiaca, et quidem regius medicus, vt ex pro-
priis litteris quas ad Samuelem Aben Tybbon dedit
videre eſt. Sed Doctor Vrian debuiſſet etiam obſerua-
re, nullam eſſe tam generalem regulam quae non ſuas
exceptiones admittat; Itaque reſpondemus huius cano-
nis vim aliquo modo ceſſaſſe, poſtquam Judaei laribus
pulſi, et ſanctuarium deuaſtatum fuit. 2. Excipien-
das eſſe perſecutiones, mercaturam, ſtudia, negotia;
nam ſi in perſequutionibus non licuiſſet ſe illuc con-
ferre, incurrerent, in culpam ſanctiſſimi vates *Vrias*
et *Jeremias*, qui ſecundum Aben Eſram Deut. XV. *in-
viti illuc fugere coacti ſunt:* Quod etiam nobis pro Apo-
logia eſſe poteſt contra Judaeos clamitantes Joſephum
non abſque crimine eſſe; quod Jeſum in Aegyptum
abduxerit. Quod mercatores et alios quibus negotia
incumbunt attinet, eos ipſe Maymonides excuſat. So-
li itaque illi contra Canonem iuerunt, qui rebus do-
mi et in patria integris, a regibus Aegypti, honori-
bus et libertate quaeuis in religione et ſacris ſentien-
di, ad ſtabilem ſedem figendam illecti fuerunt; et qui-
bus mortuis deinde ſecundum ſententiam R. Eleaſaris,
vix alia beatitudinis et remiſſionis peccatorum ſpes
fuit, niſi quam expectarunt ex appulſu in terram Iſrae-
liticam, et ex tactu glebae friabilis; Quae certe admo-

Digitized by Google

dum ficulnea et miſera fuit. §. Tempore Chriſti Aegyptus praeter modum Judaeis repleta erat, idque partim ob migrantes illuc ſub *Jochanane filio Kareae* Jerem. XLIII. partim quia Onias non ita pridem templum ibi aedificauerat, ad quod magna copia confluebant. vid. Joſeph. Antiq. lib. 13. 16. Talmud vtrumque in *Menachot* c. 13. et Succah c. 5. *Hieroſ. Joma* fol. 43. 4. de Alexandria Eccleſia. vid. infra. §. Profectionis Saluatoris noſtri in Aegyptum, apud Judaeos veſtigia quaedam ſuperſunt ſed admodum corrupta et deprauata. *Bab. Sanhedr.* fol. 107. 2. dicitur: Cum *Jannai Rex occideret Rabbinos, abierunt R. Jehoſua Ben Perachiae et Jeſus ad Alexandriam in Aegypto* etc. Et paulo ante. *Eliſaeus duabus manibus auertit Gehazi et R. Joſua fil. Perachiae, ambabus manibus repulit Jeſum.* Item in Schabb. 104. *Nonne Ben Sadta praeſtigias attulit ex Aegypto in inciſura quae in carne eius?* vbi per Ben Sadta Chriſtum intelligunt, quamuis Commentator id neget.

Scala et feneſtra Aegyptiaca aliis erant minores. *Bartenora ad Baba Batra.* cap. 3. miſchn. 6. Judaeorum in illa regione ſeruitus admodum dura et miſera. *Tanchuma* fol. 11. col. 4. med. *ibid.* fol. 64. col. 4. fin. ſeq. it. *Rabboth.* fol. 95. col. 1. Deus puniit Aegyptios iure talionis *Tanch.* fol. 22. col. 3. med. *it.* fol. 25. col. 4. circ. med. Mulieres Judaicae in Aegypto admodum foecundae. ibid. fol. 19. col. 2. med. *it.* fol. 40. col. 4. circ. init. it. *Rabboth.* fol. 94. col. 3. poſt med. De Aegypti feracitate copioſe diſſerit *Zornius* in hiſtoria Hecataei Abderitae p. 12. not. it. *Wagenſeilii* Sota. p. 722. Non pluuiis humectatur illa regio. *ibid.* p. 301. Reges Aegypti LXX. linguas fuerunt edocti. *ibid.* 783. de primo rege Aegyptiorum Mene vid. *Petr. Zornii* Opuſc. ſacr. Tom. 2. p. 413. Patet illa prouincia itinere XXXX. dierum. *Tanch.* fol. 23. col. 4. circ. med. Quaenam ob merita Iſraelitae ex Aegyto fuerint liberati. *ibid.* fol. 73. col. 3. poſt init. it. *Rabboth.*

fol.

ſol. 176. col. 1. poſt init. *it.* ſol. 228. col. 4. poſt med. *it.* ſol. 165. col. 2. fin. Quare menſe Niſan Iſraelitae egreſſi ſint ex Aegypto. *ibid.* ſol. 175. col. 4. circ. fin. Quum Iſraelitae egreſſi fuerunt ex Aegypto, plerique fuerunt corpore vitiati, ſed Deus ſanauit eos in monte Sinai *ibid.* fol. 182. col. 3. poſt med. Plurima bona Deus tribuit Iſraelitis in Aegypto. *ibid.* fol. 188. col. 2. poſt med. *it.* col. 3. tot. An foeminas ducere Aegyptias Iſraelitis fuerit prohibitum. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 203. col. 1. ſeq. Quaenam fuerit Aegyptiorum ſapientia. *Rabboth.* fol. 223. col. 3. poſt med. De litteris et litteratura illorum hieroglyphica vid. *P. Zornii* opuſc. ſacr. tom. II. p. 407. not. Aegyptii coluerunt ouem *Rabboth.* fol. 109. col. 2. poſt med. de oraculis Aegyptiorum. *Zorn.* opuſc. ſacr. tom. II. p. 403. Aegyptii Deorum ſuorum nomina gerere ſolebant *ibid.* p. 407. not. cur Aegyptus dicatur terra Chami. *ibid.* p. 319. de Armatura Aegyptiorum *ibid.* p. 363. Aegyptus militia equeſtri fuit inſignis. *ibid.* p. 347. De Aegypto et primaria eius vrbe No-Ammon *ibid.* p. 322. de Memphi vrbe Aegypti. *ibid.* p. 341. de Nilo Aegypti fluuio *ibid.* p. 350. de numero alueorum huius fluminis. *ibid.* p. 352. De victimis Aegyptiorum *ibid.* p. 410. De Serapide. *ibid.* p. 714. De 714. De templo Oniae in Aegypto. *Idem* in hiſtor. Hecataei Abderitae. p. 14. not. Tribus in locis admonuit Deus Iſraelitas ne reuertantur in Aegyptum. *Rabboth.* fol. 337. col. 3. poſt med. Aegyptii inhoſpitales erant. Teſtatur de iis (quos *Plato* Lib. 22. de Leg. Nili pecora appellat) *Strabo* lib. 17. quod peregrinos non admiſerint, ſed ex finibus ſuis pepulerint, vel etiam illos per ſimulationem et ironiam decipere fuerunt ſoliti, vnde Dyronexeni a comicis fuerunt appellati. *J. G. Stuck.* Antiquit. Conuiu. Lib. I. cap. 28. deſtituti vino, hordeaceum vinum conficiebant, quo potu

non ſecus atque vino obruti, laetari, canere, ſaltare conſueuerunt. *ibid.* Lib. 3. c. 9. Iidem olim palam extra ſua tecta veſcebantur, teſte Mela, quum dicerent, ea quae ſunt turpia, in occulto fieri debere, quae honeſta, in propatulo. *ibid.* lib. 2. Cap. 14. Herodotus Aegyptiorum ſacerdotes ex aereis tantum poculis bibiſſe auctor eſt lib. 2. *ibid.* lib. 3. cap. 12. Varia notatu digna de rebus Aegyptiacis exhibent *Hermanni Witſii* Aegyptiaca et δεκαφυλον ſ. de Aegytiacorum ſacrorum cum Hebraicis collatione libri tres. Amſtelod. 1683. Doctiſſime argumentum hoc de antiquo Aegypto explicat Celeb. *Paul. Erneſt. Jablonski*, qui *Pantheon* Aegyptiorum, ſiue de iis eorum commentarium edidit Francof. ad Viadr. MDCCL. Quae adhuc ſupereſſe dicuntur, Manethonis ex columnis in ſeriadica terra poſitis, et e libris ſcriptis ab auo Mercurii Trimegiſti, ac ſacerdotum adytis eruta monumenta, Sanchuniathonis atque Thoyti, litterarum inuentoris, ſcripta, vel recentiora eſſe, vel falſa atque ſpuria, dudum inter eruditos conſtat.

✱ AENIGMA. De more veterum proponendi aenigmata vid. *Rabboth* fol. 293. col. 4. poſt med. Et de aenigmatibus veterum inter pocula proponi ſolitis conf. *J. G. Stuck.* Antiquit. Conuiu. lib. 3. c. 17.

✱ AERARIVM ſacrum. De aerario ſacro, eiusque Praefectis Katholikim dictis vid. *Basnage* in Exercit. Eccleſ. et Acta Erud. Anno 1692. p. 158. Ita etiam Athenienſes ſeponebant in ſanctiore ſuo aerario mille talenta quotannis non impendenda, niſi hoſtis in Atticam appulſus eam inuaderet: ſi quis in alios vſus ea impendenda eſſe decerneret; et populum rogaret, morte multandus erat. *Sam. Petit.* Comment. Leg. Att. Lib. IIII. lit. 10. p. 302.

AETAS

AETAS primorum hominum quorum mentionem facit ſacra ſcriptura non fuit communis indifferenter omnibus, ſed illa freti fuere tantum illi, qui exprimuntur in Scriptura ſacra, idque propter accuratam alimenti rationem et diaetam, vel per modum aliquem miraculoſum *More Neuoch.* II. 47. Maymonidi ſubſcribit etiam Don Abarbanel ad Gen. c. V. vbi ſingulares illos homines ad longam illam aetatem prouectos per miraculum docet, duplicem potiſſimum ob finem. Primo *ad multiplicanda indiuidua ſpeciei* vt illis tanto citius mundus habitabilis redderetur. Secundo ad *perficiendam ſpeciem humanam in ſcientiis, artibus, et diſciplinis*, quae ſint perfectio hominis. Illam vero perfectionem adipiſci non potuiſſe niſi per experimenta, quae non niſi longa aetate recte fieri poſſunt. Ex mente vero Maymonidis et Nachmanis tres longaeuitatis cauſſas Abarbenel recenſet; 1a. eſt, quia origini mundi propiores fuerunt, adeoque maiore corporis robore inſtructi: 2a. quia ante diluuium aer purus fuit, poſt diluuium vero corruptus factus nocuerit hominum vitae. 3a. quia cibis et alimentis temperantius vſi fuerint, quam homines ſequentium temporum.

Aetas quae apta ad docendum. *Wagenſeilii* Sota.p. 542.

AETHIOPES quoque, teſte Oſorio Luſitano mares octauo ab ortu die circumcidere ſolent, et foeminae etiam aliquid amputatur, vt non omnino incircumciſae videantur. Quadrageſimo deinde a circumciſione die mares: octogéſimo autem foeminae ſalutaribus aquis expiantur et euchariſtiam eo die infantes initiati in mica panis aſſumunt. *J. G. Stuck.* Antiquit. Conuiu. Lib. I. c. 16. Aethiopum *ſolis menſa* teſte Herodoto lib. 3. fuit pratum omnium quadrupedum aſſa carne refertum, quam per noctem ſinguli ciuium magiſtratus ſumma feſtinatione ponebant, et vbi illuxiſſet, cuilibet licebat illuc accedere epulatum. Indigenae exiſtimabant copiam epularum diuinitus ſuppeditari, et hanc id

Digitized by Google

circo ſolis menſam nominabant, ad quam inſpiendam olim Cambyſes miſit legatos in Aethiopiam. Hanc Solinus Heliotrapezam vocat. De eadem ſic ſcribit Pomponius Mela: eſt locus in Aethiopia paratis ſemper epulis refertus, et quia vt libet, veſci volentibus licet, Heliotrapezam appellant, et paſſim adpoſita ſunt, quia affirmant innaſci ſubinde diuinitus. Eiusdem menſae et S. Hieronymus in Prologo V. T. Pauſanias in Attica meminerunt. *Stuck. ibid.* Lib. I. c. 31. In genere Aethiopiae ſtatum perſpicere licet ex libro cui titulus eſt: *Hiſtoire de l' Ethiopie compoſée en Portugais par le R. Pere Jean dos Santos* etc. *et traduite en François par le R. P. Don Gaetan Charpy. Lutet.* 1684. Res Aethiopicas prae reliquis illuſtrare ſtuduit *Jobus Ludolfus* in vulgus emittens Commentarium ad hiſtoriam ſuam Aethiopicam illiusque Commentarium, ex noua relatione de hodierno Habyſſiniae ſtatu concinnatam etc. Francof. 1693. Lexicon praeterea atque Grammaticam ad illorum linguam addiſcendam typis exprimi curauit. Jam antea Lexicon Aethiopicum authore R. P. M. *Jacobo Wemmers* Romae impreſſum erat typis et impenſis Sacr. Congreg. de propaganda fide 1638.

AGADOT ſunt hiſtorici diſcurſus, inſtar illorum quos fingunt et formant aliquando Poëtae. R. *Aſarias Meor Enaim* c. 15. Agadot hunc finem habent, vt trahant animos hominum ad audiendum. ibid. Lectio hiſtoriae Paſchalis a Judaeis אגדתא Agada vocatur. vid. *Maimon.* par. de חמץ ומצה ſect. 5. 10.

Quid ſit Aggadoth conf. *Wagenſeilii* Sota. p. 827. it. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. II. p. 1249. De fabulis Judaeorum Agadoth dictis vid. etiam *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 1. et 2. in Indice tit. *Fabulae*, nec non *Voiſin.* ad Martini Pug. fid. p. 60. a.

* AGAPAE veterum deſcriptae ſunt in *Act. Erud.* Ann. 1688. p. 170. Agapae Apoſtolorum tempore non niſi

niſi exceptiones peregriorum erant. *Act. Erud. Supplem.* p. 461. de Agapis Chriſtianorum vid. *J. G. Stuck.* Antiqu. conuiu. Lib. I. c. 33. Quid circa Agapas reſtituendum vid. *Wittemberg.* Altes und Neues 1703. p. 136.

* AGER. Cauit lege Solon, ne Athenienſes, quantum agri vellent, tantum compararent. Meminit huius legis Ariſtoteles, cauſſamque illius aperit, nempe bonorum aequalitatem habere vim aliquam ad ciuilem ſocietatem. Apud Romanos veteres Lex Stolonis vetabat plus quingentis iugera habere. *Sam. Petit.* Comment. Leg. Att. Lib. V. tit. 2. p. 397.

AGRICVLTVRA, de agricultura Judaeorum varia occurrunt in *Peah*, *Demai*, *Kilaim*, *Scheviit.* Nos ex ſemente manipulum adducemus.

§. Per agros ſatos tam communes quam priuatiores erant viae et ſemitae. Hinc in tract. *Peah* c. 2. vbi diſcutiunt quaenam ſint, quae agrum partiuntur, ita vt duplicem angulum pauperibus debeat, ſic determinatur. Haec partiuntur, fluuius, aquae ductus, via priuata, via communis, ſemita communis, et ſemita priuata. Id aliqua ratione facit ad dilucidationem illius, quod de diſcipulis Math. XII, 1. legimus.

§. De legibus ſeminum Heterogeneorum, atque anni ſeptimi ſolutus eſt, *qui ſeminat iuxta mare* עצ' מערה עצ' סלעים עצ' טרשים *ſupra petras* (ἐπὶ τὰ πετρώδη Matth. XIII, 5.) *ſcopulos et ſaxoſa*, *Hieroſ. Kilaim* fol. 27. 1. Erat enim Palaeſtina in plurimis locis admodum ſaxoſa, et tamen non omnino inidonea ad culturam, etiam in illis tractubus. De ſeminandi ratione vid. *ſementis.*

§. Diſtinguitur ager in שדה לבן *agrum album*, *qui totus ſeritur*, et שדה אילן *arboreum agrum*, in quo naſcuntur hic illic arbores aut fruticeta. *Scheviit.* c. 2. Moëd Katon. c. I. 3. 4. poſterioris, generis agrum for-

circo ſolis menſam nominabant, ad quam inſpiendam olim Cambyſes miſit legatos in Aethiopiam. Hanc Solinus Heliotrapezam vocat. De eadem ſic ſcribit Pomponius Mela: eſt locus in Aethiopia paratis ſemper epulis refertus, et quia vt libet, veſci volentibus licet, Heliotrapezam appellant, et paſſim adpoſita ſunt, quia affirmant innaſci ſubinde diuinitus. Eiusdem menſae et S. Hieronymus in Prologo V. T. Pauſanias in Attica meminerunt. *Stuck. ibid.* Lib. I. c. 31. In genere Aethiopiae ſtatum perſpicere licet ex libro cui titulus eſt: *Hiſtoire de l' Ethiopie compoſée en Portugais par le R. Pere Jean dos Santos* etc. *et traduite en François par le R. P. Don Gaetan Charpy. Lutet.* 1684. Res Aethiopicas prae reliquis illuſtrare ſtuduit *Jobus Ludolfus* in vulgus emittens Commentarium ad hiſtoriam ſuam Aethiopicam illiusque Commentarium, ex noua relatione de hodierno Habyſſiniae ſtatu concinnatam etc. Francof. 1693. Lexicon praeterea atque Grammaticam ad illorum linguam addiſcendam typis exprimi curauit. Jam antea Lexicon Aethiopicum authore R. P. M. *Jacobo Wemmers* Romae impreſſum erat typis et impenſis Sacr. Congreg. de propaganda fide 1638.

AGADOT ſunt hiſtorici diſcurſus, inſtar illorum quos fingunt et formant aliquando Poëtae. R. *Aſarias Meor Enaim* c. 15. Agadot hunc finem habent, vt trahant animos hominum ad audiendum. ibid. Lectio hiſtoriae Paſchalis a Judaeis אגדתא Agada vocatur. vid. *Maiemon.* par. de חמץ ומצה ſect. 5. 10.

Quid ſit Aggadoth conf. *Wagenſeilii* Sota. p. 827. it. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. II. p. 1249. De fabulis Judaeorum Agadoth dictis vid. etiam *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 1. et 2. in Indice tit. *Fabulae*, nec non *Voiſin.* ad Martini Pug. fid. p. 60. a.

* AGAPAE veterum deſcriptae ſunt in *Act. Erud.* Ann. 1688. p. 170. Agapae Apoſtolorum tempore non niſi

Digitized by Google

niſi exceptiones peregriorum erant. *Act. Erud. Supplem.* p. 461. de Agapis Chriſtianorum vid. *J. G. Stuck.* Antiqu. conuiu. Lib. I. c. 33. Quid circa Agapas reſtituendum vid. *Wittenberg.* Altes und Neues 1703. p. 136.

* AGER. Cauit lege Solon, ne Athenienſes, quantum agri vellent, tantum compararent. Meminit huius legis Ariſtoteles, cauſſamque illius aperit, nempe bonorum aequalitatem habere vim aliquam ad ciuilem ſocietatem. Apud Romanos veteres Lex Stolonis vetabat plus quingentis iugera habere. *Sam. Petit.* Comment. Leg. Att. Lib. V. tit. 2. p. 397.

AGRICVLTVRA, de agricultura Judaeorum varia occurrunt in *Peah*, *Demai*, *Kilaim*, *Scheviit.* Nos ex ſemente manipulum adducemus.

§. Per agros ſatos tam communes quam priuatiores erant viae et ſemitae. Hinc in tract. *Peah* c. 2. vbi diſcutiunt quaenam ſint, quae agrum partiuntur, ita vt duplicem angulum pauperibus debeat, ſic determinatur. Haec partiuntur, fluuius, aquae ductus, via priuata, via communis, ſemita communis, et ſemita priuata. Id aliqua ratione facit ad dilucidationem illius, quod de diſcipulis Math. XII, 1. legimus.

§. De legibus ſeminum Heterogeneorum, atque anni ſeptimi ſolutus eſt, *qui ſeminat iuxta mare* ע׳ מצורה *ſuprà petras* ע׳ סלעים ע׳ טרשים (ἐπὶ τὰ πετρώδη Matth. XIII, 5.) *ſcopulos et ſaxoſa*, *Hieroſ. Kilaim* fol. 27. 1. Erat enim Palaeſtina in plurimis locis admodum ſaxoſa, et tamen non omnino inidonea ad culturam, etiam in illis tractubus. De ſeminandi ratione vid. *ſementis.*

§. Diſtinguitur ager in שדה לבן *agrum album*, *qui totus ſeritur*, et שדה אילן *arboreum agrum*, in quo naſcuntur hic illic arbores aut fruticeta. *Scheviit.* c. 2. Moëd Katon. c. I. 3. 4. poſterioris, generis agrum

 for-

forſan intellexit Chriſtus per τὰς ἀκάνθας Matth. XIII, 7.

§. In vſu habuerunt in agris et vineis areolas relinquere, quas vocant מלבנות *Peah* c, 2. et ערוגות *Kilaim*, c. 3. quando in illis areolis nihil ſatum erat vocarunt illas קרחת בשדה *caluitiem in agro*. Kilaim, c. 4.

§. De agrorum fertilitate vid. *Iſraeliticae terrae fertilitas*.

§. Quod Graece vocamus Zizania Talmudice זונין appellatur et definitur a Gloſſa ad Cap. I. v. 1. *Kilaim*. *ſit ſpecies quaedam tritici, quae in terra mutatur, et quoad formam et quoad naturam.* Ager domini ſatus eſt totus tritico, id eſt hominibus, ſed artibus Diaboli magna pars hominum inſtar illius tritici quod זונין vocatur, in Zizaniam degenerat Conf. Matth. XIII, 25.

§. Agrum ſiticuloſum qui vocatur Talmud. בית השלחין irrigare licet in feſto, et in anno ſeptimo, cum ex fonte qui iam dudum fluxit, tum ex illo qui nunc demum fluere incepit; non autem aqua pluuiali, vti nec ex canali Moed Katon c. I. 1. Ducunt in feſto aquas ab arbore ad arborem, ſed ita ne irrigetur ager totus; Semina quae non irrigata fuerunt ante feſtum, non irrigare licet in feſto (quia in feſto nihil agendum quod multum laboris requirit.) Licet in agris venari tempore feſtiuo et in anno ſeptimo talpas et mures, modo illud non fiat per חפירה effoſſionem terrae, (quae absque labore fieri non poteſt.) *Moed Katon*. c. I. 3. 4.

§. De agro שלא נתקצרה *non excanthato* de quo ſuperius diximus, vid. etiam Schebiit, c. 4. 2.

§. Qu. quomodo intelligendae ſint formulae loquendi. Marc. V, 14. ἀνήγγειλαν εἰς τοὺς ἀγρούς. it. cap. VI, 36. ἀπελθόντες εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς. an intelligendae ſint operantes vel itinerantes in agris? Reſp. ἀγροὶ ſtylo

Palae-

Palaeſtinae vocatur חקלא; quando autem conſulo Aruch in illa radice, docet me ille חקלייתא *eſſe homines priuatos degentes in agris*, ſparſis ſcilicet hic illic aedibus. Ita quoque Gloſſ *Bab. Beracot* fol. 37. a. vbi mentio fit *Cibi farinacei* דחקלאי *incolentium agros* notat per חקלאי eſſe intelligendos בני כפר *incolas villarum*. Hinc concludo in illis locis nec operantes nec itinerantes, ſed in agris degentes intelligi debere.

§. Angulus agri pauperibus relinquendus nullam habet determinationem שיעור *menſuram*, ſed debet fieri pro ratione magnitudinis agri, multitudinis pauperum, et beneficentiae. Si quis tamen aliquam menſuram determinare vult, ſciet שאין פוחתין לפאה משישים *minus ſexta parte agri non ordinandum eſſe*. Ex *Peah*. c. 1. 2. angulus agri fieri poteſt in initio, medio aut fine agri. ibid. v. 3. Angulus agri relinqui debet omnibus illis fructibus שהוא אוכל, *quae apta ad eſum et licita ſunt*, (nam de illis quae ſponte naſcuntur, aut non adeo licita ſunt, praeceptum de angulo non ſonat.) ונשמר *quae cuſtodit* (ad oppoſitionem illorum quae publici iuris ſunt) וגדולים מן הארץ *quae ex terra naſcuntur*, ad oppoſitionem illorum quae radices ſuas in terra non habent.) *quae una vice leguntur et quae aſſeruari poſſunt*. In ſoquentibus arborum ſpeciebus relinqui debet angulus בשקדים אגוזים חרובין אוגין תמרים זיתים רימונים גפנים: *Peah* c. I. 4. 5. Qui angulum non reliquit, ille ex deciſo frumento anguli pretium pauperibus compenſare poteſt, et a decimatione liber eſt donec frumentum ventilauerit. *Peah* I. 5. quae angulum agri determinare poſſunt ab init. huius ſect. adduximus. Angulus agri relinqui debet etiam in illis montibus, qui alias iumentis ob aſperitatem non arantur, ſed ſimpliciter ſarculis coluntur. *Peah*. c. 2. 1. Angulum in ſiliquis relinquunt, vbi ſe inuicem reſpiciunt, in oliveto vero verſus omnes mundi plagas. Qui in toto agro ſuo vnam ſolum ſeminis ſpeciem adhibuit, etiamſi duo horrea repleuiſſet, vnum tamen ſolum angulum

Digitized by Google

relinquit, qui duas ſpecies ſeuerit, duos. *Peah.* c. 2. 4. 5. Ab angulo liber eſt cuius agrum idololatrae aut latrones demeſſuerunt aut Cameli aut alia animalia corruperunt. Si cum iam dimidiam partem demeſſuit, veniant depraedatores, et alteram ſuccidant, ab angulo liber eſt; ſi vero depraedatores partem demetunt, colligit ille deinde alteram, angulum relinquere debet. Sic ſi quis vnam partem demetit, alteram vero ſanctificat, ille qui a Quaeſtore templi illam partem redimit, angulum pro integro agro relinquere debet. *Peah.* c. 2. 7. 8. Angulus agri relinquendus eſt, modo in fundo 4. pars Cabi ſeri poſſit, vel, modo fundus duo ſcah producat, aut meſſor bis brachium ſuum repetere poſſit. *Peah.* 3. 6. Vineae palis aut arboribus incumbentibus, angulum pater familias diuidit, (non autem permittit vt vnusquisque capiat, quantum velit:) idem reſpectu nucum, dactylorum. *Peah.* 4. 1. Angulum agri non demetunt falcibus meſſoriis, aut aliis eius generis inſtrumentis, ne pauperes ſe inuicem, dum vnusquisque aliquid colligere ſtudet, vulnerent. Diſtribuunt autem angulum ter in die, mane, a meridie, et veſperi, quae tempora vocant אבעידח a בעדח petiit; mane quidem diſtribuitur ſpicilegium propter pauperum infantes, qui mane cibo opus habent, a meridie vero propter pueros, veſperi autem propter ſenes, qui vrbem non petunt, niſi tunc temporis. *Peah.* c. 4. 4. 5. vid. *Maym.* in loc. Qui dicit, angulus hic agri ſit N. viro pauperi et egeno, etiam illi totum dare poteſt, alias ille ſemper primum obuio pauperi relinquendus eſt. Angulo agri פֵּאָה לקט *ſpicilegio* et שכחה (vid. de his ſ. l.) ille non frui debet, qui 200 ſuſacos (v. ſ. l.) poſſidet, aut qui 50 ſolum habet, ſed illis ad mercaturam et vſuram vti ſcit. Quamdiu aliquis pauper non ex ciſtula pecuniam accipit, poteſt ſpicilegio frui, quamuis domi adhuc aliqua vtenſilia habeat, ex quorum pecunia viuere poſſet, ſed ſi pecuniam accipit ciſtulae (vid. *Eleemoſyna*) dicunt ipſi vende ſupellectilem tuam pulchram, et tenuiorem tibi compara ראול חמעיט

מתעים מתנות העניים *nec diminue dona pauperum.* Qui priuilegiis pauperum vtitur, illis vero non opus habet, aut qui quidem opus haberet, ſed ea negligit אינו מת מן הזקנה *non morietur ex ſenectute*, et ante ſuum fatum aliorum ope indigebit. *Peah.* 8. 9. *Comment.*

Tres homines, agricultura operam dantes, facti ſunt profani. Tanchuma fol. 4. col. 2. circ. fin. Joſephus in hiſtoria Caini agriculturae ſtudium tanquam ex lucri amore profectum et cum magna terrae iniuria coniunctum damnat, vnde etiam eius muneribus per ſacrificium oblatis Deum delectari non potuiſſe ſcribit, quum non ſponte nata, ſed labore hominis auari veluti per vim producta fuerint. In qua ſententia Joſephum rationem fugiſſe etiam Boeclerus notauit. vid. *Ittig.* Proleg. ad edit. Joſephi Colon. fol. 1. col. 1. poſt fol. c. 4. De rebus in agris relictis Hebraeorum veterum vid. *Theodori Daſſouii* Diſſ. Wittenberg. 1696. De ſtimulo boum in aratione adhiberi ſolito vid. *Tanch.* fol. 65. col. 1. circ. fin. De limitibus agrorum vid. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 288. De agricultura veterum Hebraeorum, eorundemque trituratione, ventilatione etc. conf. *Petr. Zorn.* de fiſco Judaico. p. 3.

✱ AGRIPAS num rex fuerit Judaeorum. *Wagenſeilii* Sota. p. 682. Elegans de eo hiſtoria. *Rabboth.* fol. 137. col. 2. poſt med. Plura notatu digna et lectu iucunda reperies in *Chriſt. Noldii* hiſtoria Idumaea adiecta Haverkampii editioni Joſephi. nr. 63. p. 375. ſeqq. it. nr. 70. p. 382. ſqq.

✱ AHARON timore inductus, ne occideretur, confecit vitulum aureum *Tanch.* fol. 33. col. 2. circ. fin. fugit dignitatem ſacerdotalem. *ibid.* fol. 44. col. 3. fin. Virga Aharonis intra arcam fuit repoſita. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 217. Quomodo vnctus fuerit Aharon.

Rab-

Digitized by Google

Rabboth. fol. 204. col. 2. med. De morte Aharonis *ibid.* fol. 224. col. 4. poſt med. it. f. 225. col. 1. tot. De morte filiorum Aaronis, Nadab et Abihu, *ibid.* fol. 153. col. 1. ante med. ſeqq.

איש הר הבית *Iſch har habbaith*, *Praefectus montis templi* ſecundum Schemaia definitur ממונה על כל משמר מהשומרים *praefectus omnibus cuſtodum excubiis.* Illius officium erat perluſtrare ſingulas cuſtodias, et quando illud agebat praelucebant ei faces: vnumquemque autem cuſtodem, qui pedibus non inſiſtebat, his verbis compellabat שלום עליך *pax tibi.* Si eum dormire animaduertebat, baculo percutiebat, imo aliquando veſtimenta eius comburebat; Hinc etiam in vſu erat apud ciues Hieroſolymitanos quando aliquem clamorem ex templo percipiebant, dicere מה קול בעזרה קול בן לוי לוקה ובגדיו נשרפים *quae vox in atrio magno? vox Leuitae vapulantis*, *cuius veſtimenta comburuntur* etc. *Middot.* c. 1. 2. *Maymon.* Hal. Bet Habech. c. 8. ſub med. de aliis *templi officiariis* vid. ſuo l.

Vid. it. *Maymon.* de vaſ. templ. Cap. VII. §. 4.

R. AKIBA natus eſt R. Akiba ex poſteris Siſerae ducis Jabin regis Tyri. Jud. c. 4. Iſraelita deinde per proſelytiſmum iuſtitiae (vti vocant) factus in doctrina ita profecit, vt primo ſcholae Lyddanae, deinde etiam Jabhnenſis praeſes factus fuerit. De Akibae actionibus in Lydda et Jafne plurima exempla reperiuntur: audax in primis erat illud facinus, quo quadraginta hominum paria ad Synedrium itinerantia, retinere auſus eſt, vt patet ex *Roſch Haſchana* c. 1. a talibus enim teſtibus intercalatio menſis et anni dependebat, quae vt accurate fieret totius gentis commoditas requiſiuit: hinc ſane Synedrium cum adhuc Hieroſolymis ſedebat, homines lautis conuiuiis allexit, vt eo citius prima φάσει lunari conſpecta, ſe in בית יעזק *Jaaſeki atrium* locum ad examen teſtium ordinatum conferrent, nec in itinere

re vllas moras necterent. Quo ſatis oſtendit ſenatus intercalationem nec negotium eſſe indifferens nec ſomnolente agendum.

§. Diſputauit Akiba cum Turno Ruffo (v. ſ. l.) et ipſi Sabbathum tribus argumentis adſtruxit; primum deſumpſit a fluuio סמבטיון qui per omnes dies ſeptimanae fluit, ſed Sabbatho quieſcit, alterum vero a Pythonico, qui in Sabbatho non aſcendit. Tertium a Turni Ruffi patris ſepulchro, quod per totam ſeptimanam fumigabat, et non niſi in Sabbatho ceſſabat. *Sanhed.* fol. 65. 2. Gloſſ.

§. Periit Akiba in Betharana clade de qua legere poteris *Bab. Gittin* fol. 57. 1. Hieroſ. *Taanith* fol. 68. 4. et 69. 1.

R. Akiba quomodo fuerit precatus. *Tanch.* fol. 9. col. 4. p. med. trecentos habuit diſcipulos, qui omnes mortui ſunt. *ibid.* fol. 10. col. 1. circ. med. Quae nec ipſi Moſi reuelata ſunt, ea reuelata ſunt R. Akibae. ibid. fol. 70. col. 1. poſt med. Ipſi proponuntur Quaeſtiones, ad quas reſpondere nequit. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 109. et 443. R. Akibae hiſtoriam fuſius enarratam leges. *ibid.* cap. 1. p. 338. *Tanchum.* fol. 84. col. 4. poſt init. *Wagenſeilii* Sota. p. 982. it. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 955. it. Part. IV. p. 410.

✱ ALA. De alis Dei vid. *Rabboth.* fol. 282. col. 4. med.

✱ ALEATOR. Aleatores ſemper ſuſpecti erant de periurio. *Schebuoth.* Cap. VII. miſchn. 4. ideoque non poterant teſtimonium ferre in iudicio, nec iudices agere. *Sanhedr.* cap. III. miſchn. 3.

ALEXANDER magnus in Palaeſtinam venit et a Simeone Juſto exceptus fuit, hiſtoria exſtat *Joma* fol. 69. 1.

Digitized by Google

69. 1. *Orarunt Cuthaei Alexandrum Macedonum vt templum Dei noſtri deſtruere poſſent; annuit illis ipſis. Venerunt quidam atque indicaruut Simeoni Juſto, qui induit ſtatim veſtes Pontificias, et cum praeſtantiſſimis Iſraelis manibus tenentes faces, per totam noctem Alexandro obuiam proceſſit. Cum ad Antipatridam peruenerunt, ortus eſt ſol. Dixit Alexander ſuis, quinam iſti? Reſponderunt: Judaei qui in te rebellarunt, cum autem videret Alexander Simeonem Juſtum, deſcendit a curru, et coram ipſo ſe incuruauit. Dixerunt ipſi, Rex talis gloriae, qualis tu, ſe coram Judaeo incuruat. Reſpondit ipſis, figuram huic ſimilem vidi coram me in bello pugnantem. Deinde Judaeos alloquutus eſt, Quare huc deſcendiſtis? Reſponderunt, vt preces ad Deum funderemus tui et regni tui cauſſa, ne illud deuaſtetur.* etc.

vid. *Rabboth*. fol. 147. col. 1. poſt init. conf. *Voiſin* ad Mart. Pug. fidei p. 63. 64.

§. Alexander a Judaeis Hieroſolymam deductus, petiit a Simeone Juſto, vt aliquod monumentum ipſi collocarent inter gradus et altare. Renuit id Simeon propter praeceptum de nullo ſculptili conficiendo; ſed promiſit Alexandro, ciues Hieroſolymitanos illo anno naſcituros de nomine ipſius *Alexandros* vocaturos eſſe. vid. *Zemach Dauid* Cl. Vorſt. p. 58.

§. Poſtquam Alexander Hieroſolymis profectus eſt, egreſſus eſt ad ipſum Sanballetes Horonites, cum filiis Johoſuae Sacerdotis ſummi et petiit ab Alexandro vt ſacerdotes affines eius poſſent in monte Gerizim ſanctuarium aedificare. Rex annuit, et tunc exſtructo templo in partes itum eſt, pars ſequuta eſt Simeonem Juſtum, alii vero Samaritanos. *Juchaſin* p. 14. 2.

§. Haerente Alexandro in Palaeſtina accidit famoſa illa diſputatio inter Girgeſaeos et Gaboah filium Perſiſae ex parte Judaeorum. Girgeſaei enim ſuis ſedibus fugati terrore Joſuae in Africam ſe receperant Alexandro

Digitized by Google

dro autem in Judaea verſante apud ipſum cum Judaeis de repetundis experiri voluerunt. Reſpondit pro Judaeis Gaboah, et quidem tam feliciter, vt Girgeſaei nullas exceptiones reperientes Judicium et vadimonium deſererent. vid. cap. חלק in *Sanhed.* p. 91. cap. VIIII.

§. Alexander ſolium Salomonis Regis traduxit in Aegyptum. Eſth. I, 2. in *ſecundo Targum.* De eius quaeſtionibus, quas 70. ſenibus propoſuit vid. *Tamid.* fol. 31. 2. fol. 32.

Cur Alexander Magnus Judaeis dicatur בעל הקרנים *habens duo cornua.* vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 185. not. De aera contractuum in honorem Alexandri M. inſtituta vid. ibid. p. 293. it. *not. ad Mardoch.* p. 78. De Alexandro M. Hieroſolymam ingreſſo. vid. *Wolf. ibid.* p. 77. it. *Zornius* in ecloga Hecataei Abderitae. p. 8. in quo libello paſſim plura de hoc heroe inuenies notatu digna. De Alexandro M. fabula extant in *Rabboth.* fol. 160. col. 1. poſt med. ſeq. *it.* fol. 29. col. 3. poſt med. *it.* fol. 55. col. 2. poſt med.

* ALIMENTA adquirere quantae difficultatis res ſit. vid. *Rabboth.* fol. 20. col. 1. poſt med. *it.* fol. 88. col. 1. circ. fin. ſeqq.

ALEXANDRIAE Judaei ſplendidam eccleſiam habuerunt, qui eam non vidit, non vidit vnquam gloriam Iſraelis. Baſilicae inſtar erat, duplicatae porticus. Erant aliquando illic qui numerum exeuntium ex Aegypto duplo excederent. Erant etiam in illa ſeptuaginta cathedrae aureae gemmataeque, pro numero ſeptuaginta ſeniorum. Suggeſtum etiam ligneum in medio collocatum, in quo ſtetit Epiſcopus Synagogae. Confuſim et mixtim non ſederunt, ſed vnusquisque artifex cum profeſſoribus eiusdem artificii, ita vt ſi adueniret peregrinus, cum eiusdem opificii mecha-

Digitized by Google

mechanicis ſe poſſet commiſcere, etc. *Hieroſ. Succab.* fol. 55. 1. 2. *Gem. Babyl. Succab.* fol. 51. 2. Probabile eſt Chriſti parentes in Aegypto aſylum quaerentes ſe huic magnae eccleſiae coniunxiſſe, quia hac ratione etiam facile paupertati ipſorum per communia eccleſiae ſubſidia, et eiusdem opificii profeſſorum auxilia ſubueniri potuit.

Alexandriae commorantium Judaeorum qualia fuerint fata recenſet *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 189. col. 1. *it. Zornius* in hiſt. Hecat. p. 181. Alexandria non dicitur No. Ammon. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 106. Alexandrini templi ſplendorem deſcribit *Cramerus* ad Cod. Succah. p. 423. vaſtauit hanc vrbem Traianus. *ibid.* De Aabarchis ſummo magiſtratu Alexandriae. vid. *Petr.. Zorn.* de fiſco Judaic. p. 402.

ALIENIGENAE vid. *Extranei.*

ALTARE debuit eſſe intra portionem Beniaminis, nam *Bab. Joma.* fol. 12. 1. quaeritur, *quid fuit in portione Judae? Mons templi, Paſtophoria, Atria: et quidnam in portione Beniaminis? Pronaon, templum et Sanctum Sanctorum. Prodiitque linea e portione Judae, et progeſſa eſt in portionem Beniaminis, atque in ea. conditum eſt altare.*

§. Lapides altaris (ex nulla enim materia quam ex lapidibus altare fieri debuit, inquit Maymon. de domo Elect. c. 1. nr. 13. ſeq.) debent ex illorum numero eſſe, qui vitium aut fiſſuram plane nullam habent, nullum opus ſuper ipſos debuit factum eſſe, hinc in vſu habuerunt illos deſumere מן בתולת הקרקע *ex terra virgine*, loco ſcilicet illo ad quem nec aratra nec hominum perfoſſiones adhuc peruenerant. Etiam licitum erat lapides illos adhibere quos ex *mari mediterraneo* מים גדול eruere poterant. Maymon. Hal. *Beth. Habech.* c. 1. in med.

§. Pro-

§. Prohibitum fuit facere מדרגות *gradus* ad aſcendendum ſuper altare, qua propter in latere meridionali altaris aedificarunt aſcenſum in modum תל *aceruí*, quo ſenſim ad altaris ſummitatem ducebantur, hanc molem aſcenſus vocant כבש. *Maymon.* l. c. ſub fin.

§. Locus altaris mutari non debet, nam in illo offerre voluit Abraham Iſaacum, Dauid obtulit graſſante peſte ſacrificium, in illo loco etiam aedificauerat Noachus altare ſuum poſtquam arca egreſſus eſt. Imo ibi obtulerunt ſacrificia Abel et Kain, et ipſe Adamus (vid. ſupra) *Maymon Beth Habech.* c. 2.

§. Cum Iſraele ex captiuitate Babylonica tres prophetae aſcenderunt, vnus ipſis indicauit locum altaris, alter quae menſurae requirantur ad illud rite conficiendum, tertius docuit ipſos omnigena ſacrificia in illo offerri poſſe. *Maymon.* l. c.

§. De magnitudine et latitudine altaris pluribus ipſe Maymon. recenſet c. modo citato, inter alia refert altare Moſis, Salomonis, et ex captiuitate Babyl. reuertentium habuiſſe in altitudine decem cubitos; altitudo 3. cubitorum inſumebatur in locum ſtruis. *ibid.* Caeterum altare quaqua verſum fuit 32 cubitorum; poſt adſcenſum vnius cubiti ita coarctabatur, vt in quadratura cubito vno minor eſſet. Poſt altitudinem aliorum 5 cubitorum, iterum coarctabatur in cubitum, ita vt illic quaquauerſum eſſent tantum 28 cubiti. Locus cornuum ab omni parte ſpatio vnius cubiti deprimebatur, ita vt vndiquaque iam ſolum eſſent 26 cubiti. Locus ambulationis ſacerdotum hinc inde vnius cubiti, ita vt locus pyrae pateret vndiquaque 24 cubitos. Aſcenſus ad altare erat longitudine 32 et latitudine 16 cubitorum. Middot. c. 3.

§. Filum coccineum cingebat altare ad diſcernendum inter, ſanguinem ſuperiorem et inferiorem: vt

hac ratione ſacerdotes in ſpargendo ſanguine ab errore cauere poſſent. Etenim hanc diſtinctionem olim obſervatam tradunt, vt pecudis pro peccato et auis in holocauſtum oblatae ſanguis ſupra filum: reliquorum vero ſanguis infra filum ſpargeretur. vid. Cl. *l'Empereur in Middot*. p. 100.

§. Altaris baſis non habebat angulum verſus ortum brumalem, eo quod iſta portiuncula non eſſet intra portionem Judae (id eſt Beniaminis; propter communionem enim vtriusque tribus, aliquoties ſcriptura cum de Juda verba facit, Beniaminem vel eius ſaltem partem maximam, vna intelligi vult. Sicuti videre eſt 1 Reg. XII, 20. collato cum cap. XI, 31. 32. 2 Chron. XI, 3. 10. 12. et 13.)

§. In cornu inter occidentem et auſtrum erant duo foramina, per quae ſanguis deſcendebat in torrentem Kedron. Middot. c. 3.

§. In ſancto ſanctorum erat lapis cui impoſita erat arca, ולפניו et coram ipſa poſita erat manna et baculus Aharonis: ובעת שבנה שלמה את הבית וידע שסופו ליחרב בנה בו מקום לגנוז בו הארון למטה במטמוניות עמוקות ועקלקלות ויאשיהו המלך צוה וגנזו במקום שבנה שלמה: *Cum Salamo ſanctuarium aedificabat, et ipſi probe notum erat illud aliquando eſſe deuaſtandum, ad praecautionem conſtruxit locum in quo arca abſconderetur. Erat autem locus ille anfractuoſus et ſinuoſis viis munitus, et ibi arcam abſcondere iuſſit Rex Joſias* etc. in templo ſecundo vero non amplius fuit repoſita. *Maym. Hal. Beth. Habech.* c. 4. Forſan illae cauitates fuerunt ille locus ex quo ſoluta captiuitate Babylonica Sacerdotes quidam ignem ſacrum ad ſtruem altaris incendendam praeſentibus Nehemia et Eſra ſub aquoſae materiae forma protulerunt ſicuti hiſtoriam refert *Joſeph Ben Gorion* c. 17.

§. Antequam fato functus eſſet Simeon Juſtus (quod contigit ante Christi natiuitatem) ignis ſtruis ſemper viguerat,

Digitized by Google

guerat, at ipſo mortuo vigor ignis non conſeruabatur, niſi ſacerdotes per totum diem ligna ſupplerent. *Hieroſ. Joma* fol. 43. 3.

§. Gradus ſiue βῆμα altaris ſacerdotes aſcendebant ea parte quae orientem ſpectat, et deſcendebant illa quae eſt verſus occidentem, ſummus ſacerdos vero aſcendebat et deſcendebat in die expiationis in medio. In omnibus anni diebus, quatuor iniacebant altari ligni ſtrues, in die expiationis vero erant quinque. *Joma* c. 4.

§. Tempus purgandi altare vid. in *Feſto expiationis.* In principio qui altare expurgare voluit, expurgabat: deinde cum plures illud agere voluerunt, dimicatione digitorum decertarunt, qui illo honore frui deberet: Tandem cum accidiſſet, vt vnus inter currendum ab alio a gradibus altaris deturbatus pedem fregiſſet, Synedrium conſtituit, vt ille, qui altare purgare deberet, ſorte eligeretur. *Joma* c. 2. Lapides altaris, mappa, ſingulis Sabbathi veſperis, detergebant et ſanguinem eluebant. Middot. c. 3. 4.

§. Altaris lapides ferro nec ſcindi nec tangi debebant, ne *Iſraelitae* eo deuenirent, vt in lapidibus formarent imagines. *Abarb. in Exod.* Cl. *l'Empereur* in Middot. p. 115. Lapides tum altaris cum aſcenſus allati ſunt ex conualle בית כרם *Beth Charem*, infra terram incultam (vt diximus) effoſſi. *Middot.* c. 3. 4.

§. Altare aſylum non praeſtat niſi בגגו *in ſummitate ſua*, et ibi ſit ſacerdos miniſtrans, qui ipſum recipiat. Si quis ſe receperit ad altare, ipſum ibi non relinquunt, ſed adiungentes ipſi cuſtodes mittant illum in aſyli vrbem. *Maym. Hal. Rozeach.* c. 5.

§. Nulla eſt differentia *inter altare magnum et paruum* בין במה גדולה וקטנה niſi reſpectu agnorum paſchalium; Haec eſt generalis regula, omne ſacrificium vo-

 tiuum

tiuum et ſpontaneum offertur ſuper altare (paruum ſecund Gloſſ.) Sacrificium autem, quod nec votiuum eſt, nec voluntarium, non offerri debet ſuper altare. *Megillah.* c. I. II.

§. De lignis pro altari, vide *Ligna.*

De poſitu Altaris holocauſtorum vid. *Maim.* de domo Elect. c. 1. n. 6. Varia de hoc altari inuenies in *Cramer.* ad Cod. Sueca in indice. Quotannis illud bis dealbari debebat. *Maimon.* de domo Elect. c. 1. n. 16. De ſacrificiis aeſtimationis altaris, et vnde ſacrificia iſta fuerint acquiſita vid. *Maim.* de Vaſ. Templ. Cap. 2. §. 13. Quicunque aſcendebat altare, aſcendebat dextram verſus, et deſcendebat ad ſiniſtram, excepto eo, qui aſcendebat ad perficiendam vnam ex tribus rebus, quae perfici debebant ſupra cornu inter auſtrum et occidentem. *Maim.* Corbanot. Cap. 7. §. 11. ſqq. Ligna ad ſtruem altaris adhibenda non debebant eſſe vermiculoſa. *idem* in Iſſure Misbeach. Cap. 6. §. 2. Sacrificia quae ſemel altare attigerant, non debebant iterum deportari. *idem* Peſulo Hamm. Cap. 3. §. 1. ſeqq. Altare exterius ſanctificabat omnia, quae ad illud pertinebant offerenda, etiamſi immunda eſſent facta, ſed interius omnia ſanctificabat, ſiue ad illud pertinerent, ſiue non. *Maim. ibid.* §. 15. immo toto capite. Quando altare fuerit ruptum, omnia ſancta ſacrificia fiunt illegitima. *ibid.* §. 22. De altari holocauſtorum, eius officio, et quare ligna Gittim illi conficiendo fuerint adhibita vid. *Tanch.* fol. 32. col. 2. poſt init. De longitudine et latitudine altaris, et quatuor cornibus eius, et rationibus harum legum. *ibid.* De altari Moſaico ex lignis aere obductis confecto, et quomodo ignis interius lignum non conſumſerit. *ibid.* Quare autem aere fuerit obdu-

ctum;

ctum. *ibid.* Altare Moſaicum magis acceptum fuit Deo, quam Salomonis illud. *ibid.* Propter altare aeneum, in quo ignis perpetuus lucet, Deus vindictam ſumet ab imperio (Romano) per ignem *ibid.* col. 3. init. מזבח de altari ſuffitus adhibitum, quid denotet. ibid. fol. 33. col. 4. circa init. Quare altare ex terra fuerit congeſtum. *ibid.* fol. 45. col. 4. circ. med. Quare altare dicatur מזבח ibid. Septem altaria exſtructa fuerunt inde ab Adamo vſque ad Moſen. *ibid.* fol. 72. col. 3. circ. fin. it. *Rabboth.* fol. 158. col. 3. poſt med. it. fol. 270. col. 3. poſt med. Cornu inter auſtrum et occidentem inſeruit tribus rebus inferius in eo peragendis, et tribus rebus ſuperius in eo peragendis. *Maimon.* Corbenot. Cap. 7. §. 10. De duobus foraminibus, per quae ſanguis deſcendebat in torrentem Kedron. vid. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 298. Remotio cinerum per neminem niſi ſacerdotem fieri debebat. *Maim.* Biat Hamm. Cap. 9. §. 8. De remotione cinerum in altari *idem* Tamid. Cap. 2. §. 10. Quo tempore quotidie decineraverint altare. *ibid.* §. 11. Quomodo decineraverint altare. *ibid.* §. 12. Ignis differentiae variae *Wagenſ.* Sota. p. 388. De igne perpetuo lucente *Zornius* Hiſtor. Hecataei p. 132. 133. et 136. *Maim.* Tamid. Cap. 2. tot. De modo et tempore exſtruendi ignem. *ibid.* §. 2. ſeq. De poena eorum, qui ignem hunc exſtinxiſſent. *ibid.* §. 6. Ad fumum altaris probe attenderunt Judaei *Tanch.* fol. 51. col. 3. poſt init. Omnes ſuperbi igni puniuntur tandem. *Rabboth.* fol. 141. col. 3. poſt med. De aris veterum vid. *Zorn.* hiſt. Hecataei. p. 106. ſeq. 108. 112. Reliquiae mortuorum ſub aris conditae. *idem* in opuſc. ſacr. tom. 2. p. 536. Arae ad ſepulchra olim exſtructa. *ibid.* p. 538. Arae Vet. Teſt. typi. *ibid.* p. 539.

AMANAH ſecundum R. Salomo Cantic. IV, 8. eſt mons in orae terrae Iſraeliticae Aquilonari et apud Talmudicos vocatur טורי אמנון; idem eſt cum monte Hor; extra illum montem non amplius erat terra Iſraelitica. *Hieroſ. Scheuiit.* fol. 36. 4.

✱ AMAZIA rex; de cuius ſtatua eiusque ſubleſta fid. Wolf. Bibl. Hebr. Part. II. p. 99. not.

AMEN reſpondent poſt Iſraelitam benedicentem, ſed non poſt Cutheum, niſi tota audita benedictione. *Beracot.* c. 8. 8.

§. In Liturgia publica in templo commemoratio regni Dei fuit pro Antiphono, quo vice Amen reſpondebatur a populo, orationibus finitis Sacerdotum. Nam תני לא היו עונין אמן בבית המקדש *Traditio eſt, non reſponſum fuiſſe Amen in domo Sanctuarii. Quid ergo dixerunt?* ברוך שם כבוד מלכותו לעולם; *Benedictum ſit nomen gloriae regni eius in ſempiternum.* Hieroſ. Beracot fol. 13. 3. Hinc in tractatu *Joma* poſt recitatas varias oratiunculas, quas eo die fudit ſummus Pontifex, additur: *Et reſpondit populus, Benedictum ſit nomen gloriae regni eius in ſempiternum.* vid. Bab. Joma, fol. 39. 1. 41. 2. fol. 66. 1. Hanc orationum coronidem etiam retinuit in oratione Dominica ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία,

§. In precibus priuatis τὸ Amen etiam rarius vſurparunt. Ex tractatu Beracot vero patet, precibus fuſis a miniſtro in Synagoga et a Patrefamilias ſuper cibum vt plurimum a populo et familiaribus *Amen* fuiſſe additum: vti videmus illud adhuc hodie in cultu eccleſiae Romanae fieri.

§. Amen non ſolum eſt confirmantis, aſſentientisque, ſed etiam iuramentum praeſtantis; aſſentientis exemplum habes in muliere, quae aquis amaris potabatur: illa enim ad omnia quae ſacerdos ipſi dicebat, Amen

Digitized by Google

Amen reſpondere debebat. (v. C.l.) Exemplum iuramenti per Amen praeſtiti habes cap. VIIII. *Bab. Kama* היכן פקדוני אמר לו נגנב משביעך אני ויאמר אמן: *ubi eſt depoſitum meum? Reſpondet: furto ablatum eſt. Adiuro te* (an res ita ſe habeat) *Reſpondet, Amen.* Duplicata certe haec vox ſi Chriſto non iuramentum, tamen ſeria aſſeueratio eſt.

§. Quid in Beracot fol. 47. 1. per אמן חטופה אמן קטופה ואמן יתומה *Per amen acceleratum, amen amputatum, et amen orbum* intelligant Talmudici, apud Cl. Buxtorf. in L. T. reperies. Apud eundem vid. f. 169.

Amen an iurisiurandi formula vide in *Wagenſeilii* Sota p. 379. De voce Amen vid. *En Iſrael* part. 1. p. 58. col. 2. poſt init. it. *Rabboth.* fol. 243. col. 3. ante fin. it. fol. 191. col. 4. med.

DE AMENTIA vid. *ſi quis mente exceſſerit.* in M.

AMICI. Ad oſtium tabernarum multi ſunt fratres et amici, ad oſtium locorum deſpectorum, neque fratres neque amici. *Schabb.* f. 32. 1. Non eſt foramen acus anguſtum duobus amicis, nec tota mundi capacitas ſufficit duobus inimicis. *Adag.*

REI AMISSAE praeconium vid. Bava Metzia. fol. 28. 1.

* AMMON Jupiter. De Joue Ammone in ſacris obuio vid. *Petr. Zorn.* Opuſc. ſacr. tom. 2. p. 330. it. p. 406.

* AMOS rationem appellationis eius vid. Buxt. Lex. Talmud. p. 1626.

* AMNON Dauidis filius, Dauidi per omnia fuit ſimilis. *Tanch.* fol. 10. col. 3. init.

Digitized by Google

אמרכלין *Amarcalin* fuerunt ſeptem officiarii templi, qui habebant claues ad ſeptem portas atrii, ita tamen vt nullus poſſet abſque altero aperire. Schekalim. c. 5. *Maimon. in Kele Mikd.* Cap. 4. §. 17. Alii addunt prope ſeptem portas, fuiſſe ſeptem conclauia, ad vaſa et veſtimenta ſacra includenda, et hos ſeptem operam dediſſe, vt omnia rite ibi procederent. vid. Toſaph. ad Schekalim. c. 5. et R. Salomon in 2 Reg. 12.

§. Jonathan in Paraphraſi legali voce אמרכל vtitur primo ad denotandos principes et primarios 12. tribuum qui Moſi adſteterunt, ad populum numerandum. *Num.* 1. Num. 7, 11. ſecundo ſignificat, ſeniores tribuum, qui manus impoſuerant ſacrificio congregationis pro peccato Leu. IV, 15. Targum in Cant. IV, 9. Immarcal ſumit pro principe qui cum rege verſatur.

§. Kimchi in 2 Reg. XII, 10. ita commentatur quid ſit Amarcalin. שומרי סף. *cuſtodes vtenſilium vel vaſium templi τὸ* סף *enim eſt nomen generale et denotat indiſcriminatim omnia vaſa ad cultum adhibita. Jonathan* שומרי סף *interpretatur* אמרכלין *qui fuerunt ſummi Theſaurarii*, et qui alios adhuc ſub ſe habent etc.

§. Etymologia אמרכל eſt quaſi מר על כל *Dominus ſuper omnia*, nam in Talmud. Hieroſ. א aliquando abiicitur, aliquando vero, vel cum Chireck, ſaepius cum patach effertur.

§. Probabile eſt hos officiarios fuiſſe perpetuos et ordinarios, vt etiam fuerunt ſummus ſacerdos, Sagan et Katholikin (v. ſ. l.) ſed aliquis dicere poſſet in Middot c. 1. legimus claues atrii magni fuiſſe in poteſtate זקני בירת אב *ſeniorum claſſis paternae* (v. ſupra) quomodo itaque nos claues illas attribuamus τοῖς אמרכלין? Rſp. omnino verum eſſe ſeniores cuſtodiae habuiſſe claues, non autem primario ſibi commiſſas, ſed ab Immarcalin, quibus nec poſſibile nec etiam honorificum

Digitized by Google

cum erat ſemper reclufioni portarum praeeſſe, pro tempore concreditas.

אמר *Amar* in Talmudicis varia ſignificat, aliquando ſimpliciter dixit, aliquando *cecinit*, *cantauit* vt Erach. cap. 2. לא היו אומרים בנבל וכינור אלא בפה *Non ſunt modulati nablio aut cithara ſed ore*, ſignificat etiam conſtituit decreuit, vt in Gen. Sanhed. c. 2. באותה שעה אמרו מלך לא דן Eo tempore decretum fecerunt, *Rex* (perſonas Synedrii) *nec iudicare nec ab ipſis iudicari debere.* Quod a ſtudioſis obſeruandum, vt eo facilius ſe ex pluribus locis extricent.

* AMORAIM ſiue Moraim dicuntur illi, qui Commentarios in Miſchnam ſcripſerunt, quae Gemara dicitur vid. *Voiſin* ad Pug. Fidei. p. 61. 6. it. *Buxtorf.* Lex. Talm. p. 125. Quomodo fuerint mortui Emoraei. *Tanchuma* fol. 31. col. 1. circa med.

AMVLETA, carmina, inſuſurrationes fuerunt apud Judaeos maxime in vſu, et quaſi in deliciis. Exempla ſunt innumera. Licuit ipſis quaeuis amuleta geſtare diebus profeſtis, ſed in Sabbatho nullum licitum fuit niſi probatum fuerit, hinc eſt ille Canon *Schab.* c. 6. 2. *Ne prodeat quis Sabbatho amuletum geſtans* שאינו מן המומחה *ſi non praeſcriptum a Medico probata;* Amuleta talia vel fuerunt קמיע של כתב amuletum conſtans in aliqua ſchedula ſcripta, vel קמיע של עקרין amuleta ex radicibus confecta.

§. Omnibus diebus licuit recitare carmen ſuper vulnus, recitare verſiculum ſuper alicuius filium, aut imponere ſuper eum librum legis aut Phylacteria, vt dormiat, excepto Sabbatho, in quo haec omnia prohibita erant. Hieroſ. Schabbath. fol. 8. 2. vid. ibid. col. 3. vbi agitur de plurimis rebus quas geſtare ſolebant pro remediis contra quosdam dolores, item de variis muſſitationibus ſuper vulnera.

Digitized by Google

§. *Baba Joma* fol. 84. formam incantationis habes contra canem rabidum. Quomodo Daemones ad caecitatem incantandi ſunt vid. *Bab. Auoda Sarah* fol. 12. 2. Hieroſ. Schabbat fol. 13.4 et Auoda Sarah fol. 40.4. legimus de muſſitationibus et incantationibus etiam in nomine Jeſu. Quomodo autem praeſtigiis et miris magnis dediti fuerint Judaei vid. *Magicae artes.*

De Amuletis et figuris Taliſmanicis vid. *Maimon.* ad Auod. Sara. Cap. 4. Miſch. 7. conf. *Wolf.* Bibl. Hebr. P. I. p. 914. not. it. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum. p. 34.

✱ ANAGRAMMATA. Lycophron compoſuit in Ptolomaeum Philadelphum et Arſinoën Anagramma, vt Ptolomaeus eſſet mutato literarum ordine ἀπὸ μέλιτος, quaſi totus mellinus ac iucundiſſimus. Arſinoë ἴον ἥρας Viola ſ. Flos Junonis. Neque tamen inde mihi perſuaſerim, quod neſcio, quo in loco legiſſe ſe teſtatur Blancus Albienſis, nec improbat in Delphis Phoenizantibus acutiſſimus Dikinſon, Lycophronem litteras Hebraicas percalluiſſe, et inde Anagrammata conficiendi modum didiciſſe. Non enim video, cur ſolis Hebraeis in mentem venire potuerit, non etiam Graecis illa litterarum ἀναστροφῆς luſusque euiſceratis verba quaerentium in verbis. Fabric. Bibl. Graec. Lib. 3. Cap. 16. p. 417.

✱ ANDROGYNVS. Androgyni ſecundum Hebraeos ius. Wagenſeil. Sota. p. 458.

✱ ANGELVS. Vocantur angeli השכלים הנבדלים vid. Autor *Sepher Ikkarim* L. III. c. 18. it. *Abarb.* in Praef. Ezech. Creati ſunt die ſecundo: *Tanch.* fol. 9. c. 3. med. it. *Rabboth* fol. 3. col. 1. ante fin. Peculiaris eſt angelus generationi infantum praefectus. *Tanch.* fol. 10. col. 2. init. etc. 3. init. De angelis cuſtodibus. *ibid.* fol. 11. col. 2. p. med. it. fol. 31. col. 1. p. med. conat. fol. 37. col. 4. p. med. De geniis Palaeſtinae et quomodo angeli occurrerint Jacobo,

reuer-

reuertenti a Laban. *ibid.* fol. 12. col. 3. init. Angeli nocivi quam habeant formam. *ibid.* fol. 31. col. 1. p. med. Angeli non moriuntur, non edunt, non generant, neque iis ſcripta lex eſt. *ibid.* fol. 57. col. 2. poſt init. Angeli num Syriacae linguae gnari ſint. *Wagenſeilii* Sota. p. 688. et 1135. De angelo mortis. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. I. p. 163. et 339. et Cap. 2. p. 339. Angeli non fuerunt creationis ſocii, nec ſunt aſſeſſores Synedrii cœleſtis. *Edzard.* Berachoth. p. 200. ſeqq. De angelo qui Moſi apparuit in rubo. *ibid.* p. 226. ſeqq. Angelus in coelis protonotarius vocatur Sagſagel. *ibid.* Angelus Samael inter diabolos princeps. *ibid.* col. 2. p. init. Quatuor Angeli, Michael, Vriel, Raphael, Gabriel cingunt thronum Dei. *ibid.* fol. 172. col. 3. ante med. De variis angelorum claſſibus. vid. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 27. Certi angeli certis regnis praefecti. *ibid* p. 77. Materiales illos crediderunt Judaei *ibid.* 27. De angelis in genere varia vid. in *Abarb.* in Prophet. prior. in indice. Sacerdotes et prophetae vocantur angeli *Tanch.* fol. 65. col. 3. med. it. *Rabboth.* fol. 135. c. 3. poſt init. Confer. *Cleric.* Epiſt. Critic. epiſt. I p. 18. Index rerum Theol. 1. Decenn. *Act. Erudit.* *ibid.* anno 1685. p. 309. anno 1690. p. 306. *ibid.* Anno 1692. p. 514. *Obſeruat. Hallenſ.* Tom. X. obſ. 7. §. 2. ſeqq. it. obſ. XI. tot. Wittenb. A. und N. 1701. p. 54. 1702. p. 82. 1703. p. 629.

* ANGINAE dolor. vid. Wagenſeilii Sota. p. 126. et 739. vnde oriatur angina et quare initium ſumat in viſceribus, et deſinat in ore. *En Iſrael* part. I, p. 45. col. 1. med. tot.

ANIMA Deo fideiubet pro omnibus membris, ac proinde ex rectitudine eorum iudicatur. *Sanhedr.* 91. 1. *Buxt.* *Coſri* 72. Anima hominis debet laudare Deum ad vnamquamque reſpirationem, ſecundum illud. Pſal. 150, 6. *Bereſchit Rabbah* ſ. 14.

§. De anima pluribus diſſerit Coſri.

Anima

Anima apte comparari cum candela poteſt. *Menaſſe ben Iſrael* de reſurrectione mortuorum. p. 28. item cum columba *id.* p. 35. De immortalitate animae, eidemquemque oppoſitis argumentis. *ibid.* p. 45. ſeqq. De comparatione animae cum Deo. *ibid.* p. 50. ſeqq. et *Tanchuma* fol. 9. col. 3. init. et *Rabboth* fol. 238. col. 3. poſt init. Animae ſedes in homine vbi ſit? *Wagenſ.* Sota. p. 1016. Animae omnes praeexiſtunt et creatae iam ſunt ſex diebus creationis. *Tanch.* fol. 39. col. 3. poſt med. et fin. Quomodo anima ingrediatur corpus infantis in vtero materno *ibid.* fol. 39. col. 3. circ. fin. ſeqq. it. *Rabboth.* f. 31. col. 2. poſt med. De ſtatu animae poſt mortem eiusque immortalitate. *ibid.* fol. 319. col. 4. poſt med. *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 127. col. 3. ſeqq. De Guph ſeu receptaculo animarum. vid. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 206. ſeqq. Decem membra inueniunt animae. *Rabboth* fol. col. 2. poſt init. Anima abſumit omnia. *ibid.* f. 137. 2. ante med. De anima varia. *ibid.* f. 138. c. 3. poſt med. Non prius veniet Meſſias quam omnes animæ fuerint productae. *Rabboth.* f. 147. col. 4. circ. fin. *it.* fol. 23. c. 3. circ. med. Anima poſt mortem ad Deum reuertitur. *ibid.* f. 150. col. 4. poſt init. De metempſychoſi Judaeis credita vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. 1. p. 389. it. Part. III. p. 697.

ANIMAL admirabile habuerunt in Palaeſtina, quod viuebat in agris ſub terra, forma et ſpecie humana, voce etiam et ſermone vtebatur, ſed qui intelligi non poterat. Agnoſcitur autem ex herba quadam craſſa et magna. cuius radix vmbilico eius implicata eſt; Sine periculo praeſentis mortis nemo ad ipſum accedere auſus eſt; venatores ergo iſtam herbam telis tamdiu petunt, donec ab vmbilico eius diuellatur, quo facto ſtatim moritur: vocatur illud animal ארני שרה in *Cilaim* c. 8. Simile quid fabulantur de *Alrauna* in

his

his regionibus, quam dicunt opulentos reddere ſuos dominos. Quid in rei-veritate ſit compertum non habeo.

Quam diu animalia varia vterum gerunt, vid. in *Rabbath.* fol. 19. col. 3. init. Animalia quaedam cum dolore pariunt. *Wagenſeilii* Sota. p. 249. animalium ſermo. *ibid.* p. 635. De proprio cuiusque animalis ſono. vid. *Raſchi* ad Pſalm. 42. v. 1. Quod in animalibus prohibitum eſt, in homine eſt conceſſum. *Rabboth.* fol. 141. col. 2. poſt init. Qui animalia alit et ſuſtentat, dicitur iuſtus. *Tanchuma.* fol. 9. col. 9. init. et col. 1. poſt init. Deus miſeretur animalium. *ibid.* col. 4. init. Animalia diuerſae ſpeciei non ſunt commiſcenda. *ibid.* col. 3. med. Quot animalia munda ſint in orbe. *ibid.* fol. 47 col. 1. poſt init. et fol. 55. col. 1. poſt med. it. fol. 74. col. 4. ante med. it. *Rabboth.* fol. 226. col. 3. poſt med. et fol. 130. col. 3. med. et fol. 160. col. 4. poſt mep. Quod in iumentis prohibuit Deus, illud conceſſit in beſtiis, et quod prohibuit in beſtiis, conceſſit in auibus, et quod prohibuit in auibus, conceſſit in piſcibus. *Tanch.* fol. 47. col. 2. med. Quare tria tantum animalium genera, ſibi in ſacrificium offerri voluerit Deus. *Tanch.* fol. 54. col. 4. fin. ſeqq. Cur nulla animalia ante ſeptimum diem offerri debuerint. *ibid.* fol. 55. col. 2. poſt init. Comparatio inter homines et animalia inſtituta. *ibid.* col. 3. poſt init. Quare animalia בהמות munda ſint ob duo ſigna, aues vero ob vnicum. *ibid.* fol. 69. col. 4. med. שגור quale fuerit animal. *En Iſrael* Part. I. p. 42. col. 1. poſt init. Animalium nomina Adam impoſuit. *Rabboth.* fol. 17. col. 1. poſt init.

ANNI *dies primus pro ipſo anno reputatur*, (ita vt quo inchoauerit 12 annum, habeatur, quaſi iam duodecim annos natus eſſet) *Roſch Haſchana* fol. 2. 2. Qui canon obſeruandus in computationibus Chronologicis, prae-

praecipue quando aetatem Chriſti inquiritur; vt diuerſas de hac re ſententias conciliare poſſimus.

Circa nouum annum praecipua quaedam momenta notant Rabbini. Quatuor foeminae ſteriles antea grauidae factae ſunt in nouo anno. *Tanch.* fol. 8. col. 3. circa fin. Buccina clangunt in nouo anno in memoriam ligationis Iſaaci. *ibid.* fol. 9. col. I. med. fol. 12. col. 2. poſt init. *Rabboth.* fol. 162. col. 4. poſt init. In principio noui anni inſtituit Deus iudicium de hominibus. *Edzard.* Auod. Sara Cap. I. p. 23. et 204. *Tanch.* fol. 86. col. 2. fin. ſeqq. *Rabboth.* fol. 162. col. 2. med.

ANNI quarti fructus praecipue in vineis pingunt. *Maaſer Scheni* c. 5. I. כרם רבעי מציינין אותו בקוזות אדמה *vineam quadriennem notant gleba aliqua terrae coloratae* של ערלה בחרסית *vineam vero praeputiatam argilla. Sepulchra vero notantur calce.* Gloſſa rem ſic explicat. Vineae quadrienni appingunt notas aliquas e gleba terrae, vt noſcant homines, quod eſt vinea quadriennis, et de ea non comedant, quoniam ea ſacrata eſt; vt dicit Dominus Leuit. XIX, 24. et oportet poſſeſſores eius fructum eius comedere Hieroſolymis, vt decimam ſecundam, Vineam vero, quae nondum quadriennis eſt, et quam praeputiatam nominant, notarunt argilla igne decocta, ne forte nota periret, et homines de ea comederent. Prohibitio enim de praeputiata maior eſt, quam de vinea quadrienni, quapropter etiam quadriennis eſui fuit idonea, praeputiata non item. Ex his lumen foeneratur locus Marc. XII, 2. Miſit dominus vineae ad agricolas τῷ καιρῷ *ſuo tempore* etc. Certe illud tempus eſſe non potuit niſi anno quarto a prima eius plantatione, quoniam ante iſte annum apud Judaeos nullus erat fructuum vſus. De redemptione fructus vineae anni quarti vid. hed. I. 3.

ANNI

ANNI ſeptimi fructus quam diu licet edere? olivas edunt donec deficiat vltima in *Tekoah*; R. Elieſer dicit donec deficiat vltima in *Guſch. Chalab*. Ficus aridas comedunt donec deficiunt groſſi in *Bethene* Bab. Peſachim fol. 53. 1. Erubhin f. 28. 2. vt haec intelligas vid. בישור. Videntur illa loca in rebus notatis admodum fertilia fuiſſe.

§. Tres regiones, Judaea, Galilaea et Perea tenentur ad legem de anno ſeptimo: Quodcunque poſſederunt aſcendentes e Babylone, a terra Iſraelitica vſque ad כזיב Caſib (locum quem vltimo ſubiugarunt;) non depaſcitur nec colitur: ad quodcunque poſſederunt aſcendentes ex Aegypto a Caſib ad fluuium (Nilum) et ad Amanam depaſcitur, ſed non colitur; a Nilo et ab Amanah inferius depaſcitur. *Scheviit*. c. 6. 1.

§. In anno ſeptimo in Ammonitica regione vt et Moabitica ſeritur, et ſpicilegium relinquitur. *Jeuamoth* fol. 16. 1. Illuc pauperes Iſraelitarum ſe in anno ſeptimo ad neceſſitates ſuas ſubleuandas conferre poterant.

§. De anno ſeptimo vid. Jubilaeum.

Anni ſeptimi ſanctitas, et quaenam eorum ſit poena, qui negligunt legem de anno ſeptimo. *Tanchuma* fol. 56. col. 2. poſt init. it. Petr. Zorn. ad Hecataeum. p. 9.

DE ANNO ſic loquitur in cap. 2. אישות *Maimonides*. Anni de quibus mentio fit in materia de pubertate filii et filiae, item in aliis locis ſacrae ſcripturae אינן לא שני הלבנ' *neque ſunt anni Lunares*, neque שני החמה *anni ſolares*: אלא שנים של סדר העבור שהן פשוטות ומעוברות על פי בית דין *Sed anni ex ordine intercalationis diſpoſiti. ſicuti Synedrium illos extendere et intercalare in uſu habet*. Hanc obſeruationem applicare poteris diſputationi de *annis Patriarcharum*; cum enim inter-

intercalationes fierent ob feſta praecipue, et a Synedrio, aut lunares ſolum aut ad ſummum annos ſolares habuerunt.

Quales anni ſint intelligendi in generationibus Patriarcharum. vid. *Vſingii* Exercit. in Pentateuch. p. 10. it. p. 64.

De anuo vid. *Menſes.* in fin. lit. M.

Vox ימים *abſolute* poſita denotat annum. Sic Cainus dicitur de fructu terrae oblationem attuliſſe מקץ ימים *in fine dierum*, quod idem eſt ac בצאת השנה *in fine anni*, quo tempore Iſraelitae etiam offerebant ex frugibus Exod. XXIII, 16. Alia exempla ſunt huius locutionis Geneſ. XXIIII, 55. *Maneat puella nobiscum* ימים או עשור *Dies aut decem;* quod ſignificat ſecundum *Vzielidem*, יומי שתא חדא או עשר ירחי *per dies vnius anni, aut per decem menſes.* Leuit. XXV, 29. Cum quis vendiderit domum etc. ימים תהיה גאלתו *Per dies erit redemptio eius*, id eſt vt explicatur hoc ipſo verſu: שנה תמימה *per annum integrum* I Sam. I, 2. *Aſcendebat vir ille* מימים ימימה *vt adoraret in Siloh*, id eſt שנה בשנה *annuatim;* I Sam. XXVII, 7. Fuit numerus dierum quibus habitauit Dauid in agro Philiſtaeorum ימים וארבעה חדשים *dies* (annus vnus) *et menſes quatuor.*

Rationem, cur annus abſolute vocetur ימים vid. in *Ben Melech* ad Exod. c. XIII. Computus annorum a mundo condito non fuit in vſu apud Iudaeos, niſi poſt editum Talmud. vid. *Voiſin* Pug. fid. p. 63. Hinc quando tempus rei cuiusdam memorabilis indicare volebant, tunc computum illum inſtituebant ſecundum tempus exitus Iſraelitarum ex Aegypto. Poſt aedificationem autem templi annos inde numerabant, et deinde ab eius deſolatione, et poſtea regibus extraneis. *ibid.* Anni contractuum

inj-

initium ſuum ſumunt ab anno ſexto Alexandri M. cum is ſubiugato Rege Dario imperium vniverſale obtinuit: et ab illo tempore Judaei coeperunt ſupputare annos ſuos et contractus ſuos conſignare *ibid.* p. 27. Anni in XII. menſes ſupputatio non debet originem ſuam Aegyptiis. *P. Zorn.* ad Hecataeum. p. 123. Anni Sabbathici ſanctitas deſcribitur a *Cramero* ad Cod. Succa. p. 268. De anno Judaeorum ſolari vid. *Sam. Petitus* Obſeruatt. Lib. III. cap. 10. Quantum annus lunaris differat a ſolari. *Rabboth.* fol. 30. col. 3. fin. Annus et Epochae Syro-Macedonum in vetuſtis vrbium Syriae nummis, praeſertim Medicaeis expoſitae. Additis Faſtis conſularibus Anonymi omnium optimis, e Codice MSto Bibliothecae Caeſareae. Autore F. *Henrico Noris* Veronenſi Auguſtiniano. Florent. 1689. 4to.

DE ANGVLO agri vid. ſupra ap. *Agriculturam* etc.

אנגריא *Angaria*, Graece ἀγγαρεύειν non tam officii impulſum quam violentiae coactionem denotat. *Bab. Joma* fol. 35. 2. occurrunt R. Eleaſaro Ben Harſum ſervi eius ועשו בו אנגריא *et ipſum angariant.* *Dixit iis, obſecro vos, dimittite me, vt abeam, et diſcam legem* etc. Gloſſa אנגריא עבודת שר העיר *Angaria eſt ſeruitus Politarchiae:* ad, quem ſerui ſubditos adigebant.

§. In Bab. Nedarim fol. 32. 1. Dicit R. Elieſer. Quare punitus eſt Abrahamus pater noſter et afflicti ſunt filii eius in Aegypto ducentis et decem annis? מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים *quia angariauit diſcipulos ſapientum*, ſicut dicitur Gen. XIIII, 14. et armavit Catechumenos ſuos.

§. In *Sota* fol. 10. 1. Quaeritur quare Aſa punitus fuerit podagra? *Reſpondetur*, *quia angariauit diſcipulos ſapientum* in generali illa congregatione, de qua lege 1 Reg. XV, 22.

§. *Bava Metzia* c. 6. 1. mentio fit angariationis circa iumentum. חמור שנעשיה אנגריא *Aſinus ſi angariatus fuerit* etc. quo in loco Gloſſa etiam explicat *ſi angariatus fuerit* per *ſi eum arripiunt ad opus aliquod regis.* Ex quibus apparet, Chriſtum Matth. V, 41. nos hortari ad patientiam, ſub iniuria, coactione, aut violentia, cui patrocinatur authoritas regalis, aut ſuperiorum.

§. Vocis אנגריא etiam mentio fit Hieroſ. *Beracoth. Hieroſ.* p. 1. col. 4. fin. אנשי מעמד *Anſche maamad* vid. *Stationarii viri.*

DE ANATHEMATE vid. Excommunicationem.

ANTIGONVS Sochaeus fuit Simeonis Juſti diſcipulus, ſiue traditionum et doctrinae eius haeres. Etiamſi autem Antigonus praeceptoris traditiones religioſiſſime obſeruauit, accidit tamen malo quodam fato, vt propter ipſius verba, quae inter docendum dixerat סרחו foetuerint Zadock et Baithos, diſcipuli eius mali. *Juchaſin* p. 52. verba eius fuerunt referente R. Nathan in Abhot cap. 5. אל תהיו כעברים המשמשים את הרב על מנת לקבל פרס *Ne ſitis ſicuti ſerui, qui Domino famulantur absque conſideratione praemii timorem Dei habentes.* In quae verba (notante Maim. in Auot. cap. 1.) talem fecerunt gloſſam diſcipuli: *Magiſter noſter nos docet, non eſſe vel praemium vel pœnam, nec vllam omnino expectationem.* Poſt talem mentis deprauationem deinde in ſchiſma ruerunt ſe mutuo in pernicioſa ſententia confirmantes, atque vtrique adhaeſit aliqua turba, qui deinde Sadducaei et Baithoſaei vocati ſunt. (v. ſ. l.)

Confer. *Menaſſe Ben Iſr.* de Reſurr. mort. p. 41. etc. De Antigono Sochaeo plura inuenies in *Wolfii* Bibl. Hebr. Part. II. p. 813. De Sadducaeis ſcriptores recenſentur *ibid.* p. 817. Joh. Leusden. Philol. Hebr. Mixtus. p. 133.

DE

Digitized by Google

DE ANTEMVRALI templi v. חיל in C. etc.

בעל אוב Baal Ob; vid. *Pythomantis*.

ANTONINVS Caeſar ſaluabitur. *Rabboth* fol. 137. col. 1. poſt med. De Antonino vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. III. p. 128. et Edzard. Auod. Sara. cap. I. in Indice. it. *Rabboth* fol. 61. col. 2. poſt init. it. fol. 68. col. 3. poſt med. it. fol. 75. col. 2. ante med. it. *Petr. Zorn.* de fiſco Jud. p. 349.

אונו Ono, vrbs diſtabat tribus milliaribus à Lydda. *Dixit R. Jacob a Lydda et Ono ſunt tria milliaria* etc. *R. Simai et R. Zadock profecti* etc. *et ſabbatizarunt in* אונו Juchaſin fol. 39. 2. *Megillah Hieroſ.* fol. 70. 1. R. Chanania erat איש אונו *ciuis vrbis onos Juchaſin* vbi antea. Exiſtimant Talmud. hanc vrbem iam a diebus Joſuae muris cinctam fuiſſe, at flammis abſumptam in bello Gibeithico. vid. l. c.

✱ APOSTATA. De immani Judaeorum in Ex-Judaeos odio vid. *Wolfii* Bibl. Hebr. Part. I. p. 359. not. Ab Apoſtata nullum accipitur ſacrificium. *Maim.* Corbanot Cap. 3. §. 4. Apoſtatis Deus attrahit praeputium, eosque in gehennam deiicit. *Tanchuma* fol. 6. col. 4. med. R. Abneris Apoſtatae hiſtoria. Wagenſ. Sota. p. 164.

AQVAE ineptae ad aſperſionem immundorum quaenam? vid. *immundorum* etc.

De praefecto aquarum et puteorum Hieroſolymis vid. *Maim.* de vaſ. Templ. c. 7. §. 15. Quomodo Deus aquas ſeparauit ab arido. *Tanch.* Fol. 9. col. 3. med. Aqua eſt ſymbolum ſpiritus ſancti vid. *Cramerus* ad Cod. Succa in indice, eſt ſymbolum ſanguinis Chriſti *ibid.* aqua pura etiam gentilibus ſacra. *ibid.* p. 380. Per aquas Deus Iſraelitis mul-

ta fecit miracula. *Rabbath.* fol. 239. col. 2. circa med.

AQVAE amarae potatio in probatione mulieris ob adulterium ſuſpectae prolixe in Sota a Maimonide deſcribitur; Nos hic integram ferme de hac ceremonia rubricam ex *Miſchna* afferemus. *Qui zelo proſequitur vxorem ſuam.* Num. V, 14. R. Elieſer dicit, ſi Zelum ſuum ipſi oſtendit coram duobus, ipſam ex ore vnius potare poteſt, aut ex ſemetipſo. At R. Jehoſua vult, vt ipſam zeletur coram duobus, ipſam quoque ex duorum ore potet.

§. כיצד מקנא לה *Quando* (maritus) *Zelotypus dicitur?* Si vxori coram duobus dicit, ne colloquere cum N. et tamen cum ipſo colloquitur. Hucusque tamen licita eſt domui ſuae, et ad eſum oblationis admittitur; ſed ſi cum illo aliquod latibulum ingreditur, et cum eo in illo loco tantum moratur, vt poſſit immunda fieri, אסורה לביתה *domui ſuae illicita eſt* (non amplius marito niſi accedente potu aquae amarae licita eſt,) nec ad oblationis eſum admittitur, et ſi moritur eius maritus, calceum extrahit, nec a defuncti fratre ducitur (tempus vero ad illam immundam reddendam ſufficit, ſi tantundem durauerit, ac requiritur ad ouum coquendum et abſorbendum, inquit Maim.)

§. Hae illicitae ſunt ad oblationem comedendam; quae dicit marito, ego tibi immunda ſum. Et quae dicit ego poculum amaritudinis non bibam; item illa quam maritus potare non vult; item cum qua maritus concumbit, dum in via ſunt ad ſenatum petendum, qui in illo tractu eſt. Hinc diſcipuli duo Sapientum illos comitari debent, ne forte cum illa congrediatur.

§. Poſtquam ad ſenatum magnum, qui Hieroſolymis ſedet adducta eſt, ipſi eadem ratione terrorem incutiunt, ac faciunt in negotio teſtium qui de crimine

capi-

capitali teſtantur, ipſique dicunt בתי הרבה יין עושה הרבה שחוק עושה הרבה ילדות עושה הרבה שכנים רעים עושים עשי לשמו גדול *Filia mea, quod* (maritus zelotypia te proſequitur) *multum vini* (quo te ingurgitare ſolebas) *effecit, immoderatus riſus, foecundi partus, improborum vicinorum multitudo in cauſſa eſt. Ede itaque confeſſionem nomini Dei maximi, ſicuti a talibus mulieribus lex id poſtulat, ne per aquas deleantur.* Dicunt denique ipſi plurima alia, ad quae audienda nec ipſa nec familia eius paterna ſufficiunt; (vt illam ad confeſſionem adigere, et a potu ſi rea eſſet, deterrere poſſint.)

§. Si ad haec ſenatus verba dicit: *immunda ſum*, inſtrumentum dotis eius diſrumpitur, et a marito dimittitur. Si vero aſſeuerat ſe mundam eſſe, illam ducunt ad portam templi orientalem, quae eſt ad oſtium portae Nicanoris. (Maimonides hic notat, illos mulierem a Senatu non ſtatim et recta via ad hunc locum deduxiſſe, ſed aliquo circuitu vſos eſſe, ſi forte inter eundum ſententiam mutare vellet.) Duxerunt autem illam ad portam Nicanoris, vt in frequentiori populi corona potaretur, nam ſecundum effatum R. Schemaiae היא משמש כל כניסה ויציאה של עזרה *Hac porta omnes ingrediebantur et egrediebantur atrium magnum.* Ibi itaque omnium oculis expoſita tegitur veſtimentis nigris. Si ornata eſt aureis ornamentis, catellis, monilibus, annulis, ea omnia ipſi detrahunt, ad ipſam turpem reddendam, (animum eius humiliandum.) Deinde ſacerdos profert חבל מצרי funem vimineum, illoque ſupra veſtimenta eam cingit. Quiuis qui eam videre deſiderat ipſam tunc videre poteſt exceptis ſeruis et ancillis eius מפני שלבה גס בהן *quia animum reſpectu illorum efferre poſſet.* Omnes etiam mulieres ad eam conſpiciendam admittuntur, vt in hoc exemplo erudiantur.

§. במדה שאדם מודד בה מודדין לו *Qua ratione homo menſurat ea quoque* ipſi menſuratur: illa antea ſe

orna-

ornauerat ad tranſgreſſionem: Deus autem nunc illam foedam reddit. Illa ſe detexit. Deus nunc illam quoque detegit.

Femur eius tranſgreſſionis principium fecit, illud ſequutus eſt venter: ita in potatione aquae amarae femur eius primo conſumetur, et deinde etiam eius venter, vſque plane nihil de corpore eius ſuperſit. Sota, c. I.

§. Deinde affert ſacerdos מנחתה בתוך כפיפה מצרית munus eius in corbe vimineo, ipſumque manibus eius imponit, ad ipſam defatigandam, (forſan enim fatigata ad ſe redit et reſipiſcere poteſt) omnes oblationes in principio et fine ponuntur in כלי שרת *vaſa miniſterii* (vaſa ad cultum ordinarium confecta:) Mulieris vero potandae munus principio reponitur in caniſtro vimineo, et non niſi in fine in vaſe miniſterii. Omnium מנחות *oblationum* materia eſt oleum et thus, omnes מנחות fiunt ex tritico, ſed haec tantum ex hordeo. Mincha Omer etiamſi ex hordeo fiat, fit tamen ex extruſo, cum haec ex farina praeparetur. Rabban Gamaliel dicit, ſicuti opus eius fuit מעשה בהמה opus beſtiarum, ita quoque oblationem eius eſſe cibum beſtialem.

§. Producit etiam ſacerdos ſcutellam teſtaceam nouam, et ipſi infundit ſextarium aquae מן הכיור ex labro; R. Juda dicit, ſufficit infundere quartarium. Hoc facto ingreditur ſacerdos templum, et ad latus dextrum pergit, ad locum quendam qui habebat אמה על אמה *cubitum ad cubitum* (locus erat quadraturam habens,) qui tabula operiebatur cui infixus erat annulus, apprehendens itaque annulum, tabulam eleuat, et ſuper ipſam puluerem ſumit; de qua tantum aquae inſpergit, quantum requiritur, vt ſuperficie aquae obſeruari poſſit.

§. Poſt-

§. Poſtea ſacerdos ſe accingit ad ſcribendum את מגילתה *librum eius*, loca quae ſcribit deſumit ex Num. V, 19. 20. 21. 22. illis autem non addit, *et reſpondebit mulier Amen, Amen.* Sacerdos non debet ſcribere ſuper tabulam aut chartam pergamenam, aut tabulam manualem אלא על מגמילה *ſed ſuper volumen* quia dicitur l. c. v. 23. *in libro* etc. Litteras autem exprimit non cum gummi neque vitriolo, neque vlla alia re quae notat, ſed ſcribit cum atramento, q. d. et *delebit*, debet ſcribere vt deleri poſſit.

§. Mulier debet Amen dicere ad maledictionem, quando dicit ſacerdos *det te Jehouah in maledictionem;* debet Amen dicere ad adiurationem Amen ad *ex illo viro.* Amen ad *ex viro alio*, Amen quod *non declinaui*, neque deſponſata neque ducta. Amen *quod me non commaculauerim*, ſin immunda facta ſim, veniant ſuper me omnes illae maledictiones.

§. In eo conſentiunt nullum munus adferri ab illa muliere, quae vitii accuſatur ante deſponſationem, aut poſtquam expulſa eſt. Neque ab illa quae poſt potationem iterum in Zelotypiam viri incurrit, et denuo ad potationem adducitur. *Sota* c. 2.

§. Sumit poſtea ſacerdos munus eius ex corbe vimineo et vaſi miniſterii imponit, deinde coniunctim ea in mulieris manus dat, quo facto manus ſuas inferius ad illud ſuſtinendum applicat, et deinde illud agitat. (nam non permiſſum erat, vt mulier oblationem propriis viribus agitaret vid מנחות.) Agitat ita ſacerdos et offert, pugillat et adolet, reſiduum vero a ſacerdotibus comeditur. Parum refert ſiue eam primo potet, et deinde oblationem eius offerat, ſiue vice verſa.

§. Si mulier cum nondum abraſus eſt libellus eius, dicit, non bibam, libellus eius abſconditur, et munus eius diſpergitur ſuper cinerem, nec libello eius poſ-

ſunt aliam mulierem declinantem (ob adulterium ſuſpe-ctam) potare. Si cum iam abraſus eſt libellus eius di-cit, *ego immunda ſum*, aquae effunduntur, et munus eius diſpergitur ſuper cinerem. Si dicit mulier poſt-quam abraſus eſt libellus eius, *non bibam* מעררים אותה ומשקין אותה בעל כרחה *ipſam ad potum excitant, et nolentem volentem potant.*

§. אינה מספקת לשתות (ſi rea eſt) vix potum ab-ſoluit, cum ſtatim facies eius palleſcit, oculi eius pro-tuberant, tota deinde neruis oppletur, (hoc ita expli-cant, ſicuti aliquando fabri lignarii aſſeribus florum et aliarum rerum figuram inſculpunt, ita etiam inflati et tumeſcentes nerui faciei mulieris potatae referunt quan-dam ramorum et bacillorum ſpeciem. Hoc autem fit ſi maritus nunquam coiuerit coitu illicito, nam aquae non explorant ſi vnquam illius criminis ſe reum fecit Maim. Sota. c. 3.) Quod ſi accidit, ſtatim illam edu-cere praecipiunt, ne atrium inquinetur. Si ipſi eſt iuſtitia, illa ipſi aderit; ſi iuſta eſt (potatio illa) prod-erit ipſi per annum vnum, per annos duos, per tres annos. (notant enim retributionem, quam mulieres honeſtae ex illa potatione ſperare potuerunt, non ſem-per potationem ſtatim inſequutam eſſe.) Imo etiam impuris quasdam potationes non ſubito nocuiſſe, qua-lis autem gradus peccati eſſe debuerit, vt id accideret, Magiſtri non definiunt.

§. Munus mulieris potandae immundum eſt donec in vaſi ſanctificetur, et tunc eſt vt omnes reliquae ob-lationes, et redimi poteſt, et comburi. Hae ſunt qua-rum oblationes comburuntur, quae dicit, *immunda ſum tibi*, et quae id teſtibus probare poteſt. Item quae dicit non bibam, et maritus eius illam potare non vult. Filiae Iſraeliticae, quae ſacerdoti nupſit, munus comburitur; filiae ſacerdotis quae Iſraelitae nupſit, munus comeditur. *Sota* c. 3.

§. Hae

§. Hae ſunt quae non potantur neque cum dote dimittuntur. Deſponſata et quae Leviro nubere debet, vidua ſummi ſacerdotis, repudiata ſacerdotis vulgaris; vxor alicuius Iſraelitae, quae ſpuria et Nethinaea eſt, item vxor ſpurii et Nethinaei quae Iſraelitis eſt. Si accidebat, vt aliquis viduam nouiſſime defuncti duceret, quae a priori marito concepiſſet, aut foetum in lucem editum lactaret, illam maritus potare non poterat, (quia talis nuptias citius celebrauit quam permiſſum erat: decreuerunt enim magiſtri, vt per trimeſtre expectet. Maim. Geruſchim cap. 11. Ita reſpectu lactantis per duos annos moras nectere debuit שכר זמן יניקתו quia hoc eſt tempus lactationis.) Sterilis et anus non potantur nec dotem ſumunt, omnes autem reliquae mulieres, aut poculum bibere debent, aut nullam dotem habebunt.

§. Vxor ſacerdotis potari poteſt, deindeque ipſi iterum licita eſt. Vxor Eunuchi etiam potatur.

§. Hae ſunt quas ſenatus (loco maritorum) zelat, vxor cuius maritus ſurdus aut fatuus eſt, item cuius maritus eſt in carcere, non ea intentione vt eam potet, ſed vt illam illegitimam reddat ad dotem ſumendam. Sota. c. 4. כשם שהמים בודקין אותה כך המים בודקין אותו *ſicuti aquae* (mulierem ſuſpectam) *probant, ita quoque probant ipſum:* (id eſt eandem poenam ſentiet ille, qui cum ea rem habuit, ſi illa moritur, idem quoque ipſi accidit, prout in pari reatu ſunt, ita etiam aequaliter puniuntur.) Sicuti illicita eſt marito, ita quoque omni cum ea concumbenti. *Sota.* c. 5.

§. Sectio de muliere declinante in omni lingua legi poteſt. Sota. c. 7.

§. A quo tempore multiplicati ſunt adulteri, ceſſarunt aquae amarae, R. Jochanan ben Saccai abrogauit ipſas fretus dicto *Hoſeae* IV, 14. Sota. c. 9.

Digitized by Google

§. Pro Coronide ſit haec hiſtoria. Bab. Berac. fol. 19. 1. *Schemaia et Abtalion adegerunt Carchemit ancillam libertinam vt potaret aquas amaras.* Ardens fuit Zelotypia mariti erga hanc ſuam vxorem, nam quoniam non deprehenſa erat in adulterio detecto, potuiſſet eam dimittere lege traditionali, quae repudia permiſit extra cauſſam adulterii, aut potuiſſet eam ad examen aquae amarae non adducere, ſed nullum argumentum duritiem cordis eius delinire poterat; vxor potum ſumere debuit.

§. Hic ritus plurimas mulieres in officio continuit, quae alias genio indulſiſſent; Repudia autem genti Judaicae conceſſa effecerunt vt raro haec ceremonia peracta fuerit, ſi enim animum a muliere auerſum habuerunt, facile cauſſam aliquam ſeparationis repererunt.

§. Ex his autem huius ceremoniae particularibus dilucidare potes loc. Joh. VIII. de adultera ad Chriſtum ducta: Accuſatores illam deduxerunt in templum vbi Chriſtus populum docebat; potatio mulieris ob adulterium ſuſpectae etiam in atrio templi fieri debuit. Canones ſupra recitati vt et Bammidbar Rabba fol. 235. dicunt, quod ſi maritus, qui vxorem ſuam accuſat, aliquando fuerit paris criminis reus, et illicito concubitu ſe aliquando commaculauiſſet, vxorem, quamuis adulterii rea ſit, ab aquis tamen intactam fore. Chriſtus in hoc proceſſu etiam ipſos interrogat accuſantes, an a pari reatu inſontes eſſent? quando dicit, *Qui veſtrum ſine peccato eſt* etc. Ad vxorem ſuſpectam explorandam ſacerdos ſe inclinare debuit ad puluerem ſumendum: Debuit in libro adiurationis et maledictionis ſcribere. Chriſtus etiam κάτω κύψας τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν tanquam in libro. Sagax denique interpres plura alia in ſuum vſum hic odorari poterit.

Aqua Sotae cur amara dicatur? vid. *Wagenſeilii* Sota p. 440. Fictile vas quare adhibitum in Sota potanda

tanda *ibid.* p. 356. Helenae reginae tabula aurea, cui ſectio de Sota inſcripta erat *ibid.* p. 363. Sotae oblatio *ibid.* p. 348. quomodo illa facta ſit. *ibid.* p. 420. *Tanchuma* fol. 60. col. 3. med. Sponſa, quae ſcortatur, probationi aquarum amararum non ſubiicitur. *Wagenſ.* Sota. p. 550. Hiſtoria de duabus ſororibus facie ſibi ſimillimis, quarum altera, quae innocens fuit, pro altera aquas amaras bibit. *Tanch.* fol. 61. col. 2. poſt init. it. *Rabboth.* fol. 187. col. 3. poſt init. Etiam viris adulteris aqua amara fuit data. *ibid.* fol. 189. col. 1. circ. med. it. col. 2. init.

AQVAE libatio in feſto tabernaculorum vid. *Feſtum Tabern.*

* R. AQVILA. De diſputatione Adriani cum R. Aquila vid. *Tanch.* fol. 1. col. 4. init. Aquila ab Onkeloſo diuerſus. Wolf. not. ad Mardoch. p. 132. conf. *Joh. Leusdeni* Philolog. Hebr. mixt. diſſ. VI. p. 43.

AQVILONARIS ventus flat ſingulis mediis noctibus. Jeuam. 72. 2.

§. Arca, menſa, (typus bonorum corporalium) verſus aquilonem poſita ſunt Coſri. 104.

§. Aquilonem verſus collocandus eſt thalamus nuptialis, ſecundum illud Pſal. XVII. 14. Berac. 52. de בית הכסא idem obſeruant ibid. fol. 62. 1.

§. In plurimis Judaei clamitant, omne malum venire a ſeptentrione מצפון quia maxima mala quae ipſis contigerunt ab aquilonaribus populis ipſis illata fuerunt.

§. Cauſſa cur in deſerto circumciſio intermiſſa fuit, eſt venti aquilonaris defectus, hoc enim ſpirante valde ſalubris eſt ſanguinis miſſio, in quacunque parte corporis fiat. Aquilonaris ventus vero non ſpirauit

in

in deſerto per quadraginta annos, ne columna nubis quae illos interdiu ducebat, diſſiparetur; huius enim venti particulare eſt quod disjiciat vapores. vid. Jeuam. c. 8. fol. 72. 1. Kimchi in Joſuam. c. V, 2.

Et *Abarban.* in Joſuam cap. V, 4.

✱ ARABES itinera odore explorant. *Wagenſeil.* Sota. p. 1029.

✱ ARANEA. Wormatienſes Judaei aranearum telas e Synogoga non remouent. *ibid.* p. 26. Aranea terrori eſt ſcorpioni. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 558.

DE ARCAE loco vid. Maim. Beth Habech. c. 4. et ſupra quaedam cit. apud *Altare*,

Arca foederis facta fuit ex tribus ciſtis, duabus aureis, et vna lignea. *Tanch.* fol. 38. col. 3. circ. fin. Quam grata fuerit Deo. *ibid.* col. 4. tot. *Rabboth.* fol. 177. col. 4. fin. Quare ex parte fuerit ex lignis Sittim facta *Tanch.* f. 38. col. 4 poſt init. Rationes myſticae arcae foederis, et omnium rerum, quae ad eam pertinebant. *ibid.* Quaenam miracula per illam fuerint facta. *ibid.* De velo arcae, et quomodo illud ipſamque arcam portare fuerint ſoliti. *ibid.* it. *Rabboth* fol. 177. col. 4. ante fin. Cur propitiatorium כפרת fuerit dictum *Tanch.* f. 39. col. 1. poſt med. De modo portandi arcam foederis. vid. *Maimon.* de domo elect. cap. 2. §. 12. it. *Rabboth.* f. 181. col. 1. ante med. Arca foederis Jordanem tranſuolauit. *Wagenſeil.* Sota. p. 740. Quomodo Salomon arcum foederis inferri curaverit templo. *Tanch.* f. 21. col. 4. fin. Quum Salomon illam inferri templo curaret, omnes cedri et arbores protruſerunt fructus. *ibid.* f. 32. col. 2. poſt med. Arca foederis prius confecta fuit quam tabernaculum. *ibid.* f. 38. col. 3. circa med. Illam ipſe

Digitized by Google

ipſe confecit Bezaleel, reliqua tabernaculi vaſa ab aliis ad praeſcriptum eius ſunt confecta. *ibid.* R. Eleaſar filius R. Joſe Romae adhuc vidit propitiatorium arcae, ſanguine conſperſum. *ibid.* fol. 39. col. 1. poſt med. Quum arcam foederis Salomo inferret templo; portae eleuarunt capita ſua. *ibid.* fol. 64. col. 2. init. Leuitae portantes arcam in maximo fuerunt periculo. Nihilominus libenter portarunt eam. *Rabboth.* fol. 180. col. 1. fin. ſeqq. R. Jacob Jehuda Leo edidit tractatum de arca foederis. vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 594. Manna intra arcam fuit repoſitum *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 217. Vaccae Philiſtaeorum arcam deduxerunt absque rectore, et dixerunt Canticum. *Abarb.* in prophet. prior. fol. 88. col. 3. it. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 21. ſeqq. Virga Aharonis in illa fuit repoſita. ibid. p. 217. Quomodo Dauid arcam ex domo Abinadab transferri curauit? *Rabboth.* fol. 178. col. 4. init. et fol. 179. col. 1. tot. it. col. 2. et 3. tot. Tabulae legis et nomina diuina in arcam fuerunt repoſita. *ibid.* Quando arca proficiſcebatur; duo radii igniti prominuerunt inter vectes. *ibid.* 180. col. 1. med. In genere de illa confer. *Abarb.* in prophet. prior. in Indice. it. Rabboth. fol. 177. col. 4. fin. ſeqq. it. fol. 263. col. 3. med. *Act. Erudit.* Ao. 1683. p. 146. Ao. 86. p. 118. Ao. 90. p. 596-98.

ARGENTVM ſacrum, triplex ponitur. כסף עובר *ſemiſiclus* quem perſoluebat quotannis omnis tranſiens per recenſitos h. e. numeratos Exod. XXX. (vid. de ſiclis) כסף נפשות *quod quilibet pro redemptione animae ſoluebat.* Et כסף quod quis ſponte offerebat. 1 Reg. XX, 5. *Argentum* cuius in lege mentio fit eſt argentum Tyrium (ponderis et bonitatis vt in vrbe Tyri, vbi nummi omnes erant argentei, nulli aerei) ſed per Rabbinorum argentum, intelligitur argentum prouinciale: id autem abſolute dictum ſumitur pro nummo octonario, minimo

mo nummo Tyri argenteo: de ſiclo intelligitur octonarius ſicli Tyri: de denario intelligitur octonarius denarii Tyri. R. Sal. Jarchi in Kidduſchim. c. II. 1. vid. infra in *Moneta*.

ארבל *Arbal* erat vallis *Hieroſ. Taanith.* f. 69. 2. erat illa inter Zipporim et Tiberiada *Juchaſin* fol. 65. 1. Inde erat Nittai, qui praefecturam geſſit cum Joſua f. Perachiae Auot. c. 1. v. 6. Mentio fit סאה *Modii Arbelitani* Hieroſ. Peah. f. 20. 2. de Simeone et Rabba iter facientibus per vallem Arbel vid. *Hieroſ.* Berac. p. 1. col. 3. f. m.

✱ ARBITER. In cauſſis pecuniariis vnaquaeque pars poteſt ſibi eligere arbitrum. *Sanhed.* cap. III. Miſchn. 1. Quinam arbitri ſint reiectitii. *ibid.* miſchn. 3. Quando illis locus ſit? *Tanch.* f. 29. col. 2. circa fin. Lex eſt, vt arbitris nonnunquam res permittatur. *ibid.* col. 3. poſt init.

ARBOR vitae ſic dictus eſt ab effectu et arbor ſcientiae ab euentu; *More Neuoch.* l. 2. Quaenam arbor haec fuerit an vitis vel ficus vid. Sanhedr. fol. 70. 1. Scherzer Trifol. orient. 98.

ARBOREM quae fructus ſuos excutit immaturos notant בסיקרא *colore rubro*, et lapidibus onerant. *Hieroſ. Scheuiit.* fol. 35. c. 3. Quaſi hoc ſtigmate ipſas ad pudorem adigere voluiſſent. In anni Jubilaei illas etiam ita notare licet: *Maim.* II. *Schemita.* c. 1.

Arbores quaenam ſunt praeputiatae. *Tanchum.* fol. 6. col. 3. poſt init. Vbinam arbores ſuum habeant praeputium. *ibid.* col. 4. init. it. *Rabboth.* fol. 158. col. 2. poſt init. De quatuor generibus praeputiorum colliguntur ſimul, ſed ficus ſeparatim colliguntur. *Tanch.* fol. 74, col. 3. fin. Arborem ſeparare debent ab vrbe viginti quinque cubitos. *Baba Batra.* Cap. 2. miſchn. 7. varia de arboribus a

ter.

Digitized by Google

certis locis ſeparandis vid. *ibid.* miſchn. 11. ſeqq. de arboribus ſub quibus idola colebantur vid. *Luci.* Ab arboribus frugiferis abſtinendum. *Tanch.* fol. 39. col. 1. med. Arbor ſcientiae boni et mali quaenam. vid. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 212. ſeqq. Arbores diis gentilium ſacrae. *ibid.* p. 172. et 175. De variis arborum generibus vid. *Rabboth.* fol. 124. col. 4. poſt init. it. fol. 38. col. 4. fin. it. fol. 347. col. 1. poſt med. Arbores putridae et frugiferae. *ibid.* fol. 15. col. 1. med.

אריסות *Ariſut* eſt idem ac שותפות *ſocietas* Peah. 5. 5.

ארכובות *Arcubot* Peah. 7. 4. ſunt כריכות בזמורות ligaturae vel conuolutiones palmitum vitis: has ſignificationes non obſeru. Lex.

✱ AREA. De areis veterum imprimis Ebraeorum vid. *Pet. Zorn.* de fiſco Jud. p. 3.

✱ ARISTOTELES. Qui legit libros Ariſtotelis non habebit partem in vita aeterna. *Bart.* ad *Sanhed.* cap. 10. miſchn. 1.

✱ ARNON. Quaenam miracula contigerint Iſraelitis in hoc fluuio vid. *Rabboth.* fol. 225. col. 2. poſt med.

✱ ARTICVLI *fidei.* R. Dauid Vidal ſcripſit librum de XIII. articulis fidei. vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 296. confer. p. 866. et Part. III. p. 184.

ARTIFICIVM vide *Opificium.*

ASIAE nomen ſi augurari licet, venit a memoria ſtirpis gigantaea in medio fere Aſiae degentis, et prae omnibus Aſiaticis monſtroſae et ſtupendae. Hos certe quos Hebraice רפאים gigantes vocamus, Syriace et Chaldaice loquentes, praecipue autem Samaritani

tani Aſaeos vocarunt. vid. Samaritanum Gen. XV. Deut. II, 20.

ASINVS et pullus eius a Talmudicis in *Hieroſ. Baua Metzia* fol. 11. 1. חמור וציידור קטון vocantur; quibus reſpondent ὄνον καὶ πῶλον Matth. XXI, 2. Mirum eſt quod Chriſtus loco cit. iubeat absque pactis et conditionibus aſinam abducere, cum tamen Judaeorum canones circa conductionem aſini tam accurati fuerint, vt ille in *Metzia* fol. 78. vocetur גזלן *raptor*, qui aſinum ad alia adhibuerit, quam intendit eius poſſeſſor.

Bab. Sanhed. fol. 98. 1. quaeſtio incidit quomodo locus *Dan.* VII, 13. quod Meſſias *venturus ſit in nubibus coeli*, et *Zachariae* VIIII, 9. quod *venturus ſit inſidens aſino*; conciliari poſſint, et reſpondetur, *ſi boni ſunt Iſraelitae, tunc veniet in nubibus coeli; ſi vero non boni tunc inequitans aſino.* Contrarium dicere debuiſſent; Meſſias veniet in nubibus vt vindex et vltor, quia Judaei erga eum peſſimi; at venit inſidens aſino, non quia Judaei boni, ſed quia ille bonus.

De Meſſia aſino inequitante porro *ibidem* ita pergunt שבור מלכא *Sapores Rex dixit Samueli, dicitis vos Meſſiam veſtrum venturum ſuper aſinum, ergo mittam ei equum nobilem: Reſpondit ei, non eſt tibi equus, centimaculus, qualis eſt eius aſinus.* Ad quae verba ita commentatur Cl. *Leigtfootus. Judaei in ſumma Meſſiae humilitate faſtum ſomniant etiam in ipſius aſino.*

Quare Judaei redimant primogenitum aſini non vero equi, vid. *Tanchuma* fol. 26. col. 4. circa fin. De ὀνολατρεία Judaeorum conf. *Petr. Zorn.* de fiſco Jud. p. 364. Aſini cultus quare Chriſtianis tributus: *Guil. Caue* in primitiue Chriſtianity p. 119. ſeqq. eleganter oſtendit. *Act. Erud.* Ao. 1686. p. 165.

ASKALON Interpreti Samaritano idem eſt cum *Gerar* Gen. XX, 1.

§. Di-

§. Diſtabat Aſcalon ab Hieroſolymis LXV. M. paſſuum *Joſeph de bello* L. III. c. 1. Quod de veteriori intelligendum, Beniamin enim in itinerario. p. 80. duplicem Aſcalonem memorat; *antiquam et nouam.*

§. Ab Aſcalone ad Auſtrum eſt regio Ethnica, atque Aſcalon ipſa pro regione Ethnica reputatur, (Exceptis quibusdam pomaeriis et hortis et locis proxime adiacentibus, qui intra terram reputabantur.) R. *Niſſim* in *Gittin* c. 1.

§. Inter fana famoſiora etiam recenſetur fanum *Zeriphae* Aſcalone. *Bab. Auodah Sarah.* fol. 11. 2.

§. Ob uredinem viſam in frugibus Aſcalone, indictum eſt vniuerſale ieiunium. *Maſſ. Taanith.* c. 3. 6.

§. Simeon ben Schetach Aſcalone vno eodemque die ſuſpendit 80 faeminas veneficas: *Hieroſ. Sanhed.* fol. 23. 3. de quo proceſſu, quid tenendum ſit, vid. *Simeon ben Schetach.*

* אסטיכלתא non attenditur ſtricte a Rabbinis. *Jom Tobh* ad tit. Joma Cap. VIII. Miſchn. 1. ad vocem האלך.

* ASMODAEVS fuit princeps ſpirituum. vid. *Beelzebul.*

* ASPHALTITES lacus. De qua vid. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum p. 60. et 74.

ASTRONOMI, Aſtrologi. In eis lex non inuenitur *Sepher Hammuſar* c. 10. fol. 98. 1. Dixit quidam, ergo ex Aſtronomia mea vidi me non fore idoneum ad generandum filium; Reſponderunt ipſi relinque hanc tuam Aſtronomiam שאין מזל לישראל *Non eſt enim aſtrum Iſraeli.* *Bab. Schabbat* fol. 156. 1.

 §. Ab-

Digitized by Google

§ Abraham erat excellens הוזה בכוכבין *Aſtrologus* *Baua Bathra* fol. 16. 2. Notat R. Salomoh ad *Joma* fol. 26. 2. Reges Occidentis et Orientis conueniſſe Abrahamum ad diſcendam Aſtronomiam. vid. etiam *Planetae*.

Quod Abraham fuerit Aſtrologus teſtatur etiam *Tanch.* fol. 82. col. 3. poſt init. De primis Aſtronomiae inuentoribus vid. *Pet. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 403. De Aſtrologiae vanitate vid. *Maimon.* ad Auoda Sara. Cap. IIII. Miſchn. 7. Religionum fata ab Aſtris pendere; credunt Judaei. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 4. not. d. it. p. 227. not. confer. Wittenb. A. u. N. 1701. p. 147. ſeq. Aſtrrologia haud nocet Iſraelitis *Tanch.* fol. 82. c. 2. circa fin. ſeqq. Varia ex arte Aſtrologica elegantia videbis in *En Iſrael* part. I. p. 64. col. 1. fin. ſeqq. it. *Rabboth* fol. 9. col. 1. ante fin. De propinqua inter Aſtrologos et augures cognatione vid. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum. p. 180. De Aſtronomis quibusdam antiquiſſimis eorumque inuentis. *Fabric.* Bibl. Graec. Lib. III. cap. V. tot. et Lib. IIII. cap. 14. p. 456.

* **ASSVR** eſt Belus Aegyptiorum. *ibid.* p. 53.

ASYLI ciuitates tres ſeparauit Moſes trans Jordanem, et ex oppoſito tres ſeparauit Joſua in terra Canaan. Juxta ſe poſitae erant, eo modo quo duo vitium ordines in vinea. *Hebron* in Judaea, ex oppoſito *Bezer* in Eremo. *Schechem* in monte Ephraim, ex oppoſito *Ramot* in Gilead. *Cadeſch* in monte Nephthali ex oppoſito *Golan* in Baſan. *Bab. Maccoth.* fol. 9. 2.

§. Vias ad Aſylum ducentes, dilatauit et purgauit Synedrium ab omni offendiculo, fluuios pontibus ſtrauit, et in omni biuio poſuit ſignum in quo erat ſcriptum מקלט מקלט ne a via fugientes errarent. *Maimon. Hal. Rozeach* cap. 8.

Vid.

Vid. *Maccoth* Cap. 2. Miſchn. 5. et Bart. h. l. Homicida quomodo ſcire potuerit viam ad Aſyla ducentem. *Tanchum.* fol. 76. col. 4. doſt med.

§. Qui ex accidenti ſummum Pontificem interfecerit, fugere poteſt ad ciuitatem refugii, ſed illinc nunquam redire. *Bab. Sanhed.* f. 18. 2.

§. Hi in vrbe Aſyli exulare debent: Ille qui aliquem imprudens interfecerit, vt ſi aliquis cylindrum impulerit, dolium demiſerit, et illud fracto fune aliquem interfecerit. In his et omnibus reliquis caſibus, haec regula obſeruatur; quod per deſcenſum factum eſt, ob id exulat; quod non per deſcenſum ob id non exulat. Si quis lapidem in publicum proiiciens, quempiam interfecerit, exulat. Si quis proiecerit lapidem in atrium ſuum, caedemque fecerit, ſi laeſo eo intrandi ius eſt, exulat, ſin minus, non exulat. Inquilinus non exulat, niſi inquilini cauſſa; (nam ſi Iſraelitam occiderit capite plectitur.) Maym. Hal. Rozeach. c. V.

It. *Miſchn. Maccoth.* cap. 2. Miſchn. 1. ſeqq. occiſores imprudentes fugiunt ad aſyla. *ibid.* miſchn. 4. et *Tanch.* fol. 11. col. 2. init. Homicida ſi limitibus vrbis egreſſus fuerit, deprehenderitque eum vindex ſanguinis, occidi ab ipſo poteſt. *Maccoth* ibid. miſchn. 7. Si quis in ea ipſa aſyli vrbe caedem fecerit, ex vico in vicum tranſit: at Leuita de vrbe in vrbem. *ibid.* De Aſylis Judaeorum varia reperies in *Abarban.* in Proph. prior. in Indice tit. *Ciuitates.*

Vrbes aſyli delectae vltra Jordanem non recipiebant ad illas fugientes, niſi poſtquam et illae in terra Canaan delectae erant.

Tres vrbes aſyli erant in terra Iſraelitica, et tres in terra Canaan. *Maccoth.* cap. 2. miſchn. 4.

Digitized by Google

Fugienti ad aſylum in vſu habuerunt duos diſcipulos ſapientum adiungere, ne forte in via ipſum occideret vindex. *ibid.* miſchna 5. Olim ſiue quis volens ſiue imprudens caedem feciſſet, ad vrbem refugii ſe recipiebat, et ſenatus miſſis miniſtris illum trahebat: ſi reus erat condemnabatur, ſi vero innocens liber dimittebatur; qui exilium merebatur in locum priſtinum deportabatur. *ibid.* miſchn. 6.

§. Ex exilio quod homicidae in vrbibus aſyli patiebantur, ipſos reſtituere et reuocare poterat mors ſacerdotis ſummi, ſiue ille ſimpliciter oleo vnctionis, aut veſtitu initiatus fuerit, (v. *Sacerdotes*). Etiam mors ſacerdotis vncti ad bellum homicidas exules reſtituere poteſt, inquit Akiba. Propterea etiam matres horum ſacerdotum, exulibus amictum et victum praebebant, ne filiorum ſuorum mortem precibus accelerarent. *ibid.*

§. Qui in interregno damnatus eſt, aut ſacerdotem ſummum interfecit, aut ſi ipſe ſacerdos ſummus caedem patrauerit, ille nunquam vrbem aſyli ingredi poterit. *ibid.* miſch. 8.

§. Sicut vrbs ita quoque territorium eius recipit homicidas (poſtquam vrbis Aſyli territorium ingreſſus es, in tanta ſecuritate eſſe debes, ac ſi intra ipſos ciuitatis muros te recepiſſes.)

Abor ſi ſita fuerit intra aſyli limites, ramis extra illud prominentibus, ſub ramis tutus eſt homicida. *ibid.* miſchn. 7.

§. Si incolae illius ciuitatis homicidam honore volunt afficere, dicit illis homicida, ego ſum, ſi illi nihilominus inſiſtunt, honorem accipere poteſt. *Hal. Rozeach.* c. 8.

✱ ATRAMENTVM Judaei quomodo conficiant, vid. *Wagenſeilii* Sotah. p. 372. et 375.

ATRII

ATRII definitionem apud Maimon. in *Hal. Beth Habech.* c. 1. l. 19. n. 7. et 8. Quatuor in templo erant atria, atrium gentium, atrium mulierum, atrium Iſraelis, et atrium ſacerdotum. Nos ſingula conſiderabimus ſeparatim, et quae de illis nunc occurrunt breuiter recenſebimus.

Atrium gentium duplici nomine vocatur a Rabbinis, aliquando vocatur הר הבירה *mons templi*, aliquando vero חול profanum vel commune. Hinc author *Toſiphtot in Perab* c. 2. *Exeunt per portam ducentem ex atrio mulierum* לחול *in atrium commune* etc. Ratio huius appellationis eſt, 1. quia illuc accedere poterant Ethnici, vt videtur ex illo dicto, quod extat *Hieroſ. Auoda Sara* fol. 40. 1. R. Gamaliel ambulans בהר הבירה *in atrio gentium, videt foeminam Ethnicam ac de ea benedixit* etc. 2. quia exommunicati et lugentes illuc veniebant, vt apparet ex Middoth. cap. 2. 2. ibi enim docetur, qualem viam fecerint in atrio gentium lugentes aut excommunicati, (v. ſ. l.) etiam ille qui hircum emiſſarium educebat, quamuis pollutus, atrium gentium ingredi potuit. *Bab. Joma* fol. 66. 2.

§. Maximum ſpatium atrii gentium erat ab auſtro, proximum ei ab Oriente, tertium ab Aquilone; minimum vero ab occidente. Eo loco vbi maius erat ſpatium, maior erat eius vſus. *Middoth.* c. 2. 2.

§. Erant in muro ſpatium hoc ambiente, quinque portae, (vid. de illis infra *Portas*) intusque muro contiguae erant porticus, vel baſilicae duplicatae, quae et ambulacra praebuerunt periucunda, et ſimul a pluviis protegebant. *Middoth.* c. 2. 3.

§. Atrium mulierum עזרת נשים tantum vnam portam habuit ab oriente, quae Act. III, 2. vocatur Ὡραία et apud Joſephum de bello l. 5. c. 14. Corinthiaca. Ab aquilone et auſtro etiam tantum vna erat.

 Muro

Muro ab interiori parte etiam Baſilicae contiguae erant ſed non duplicatae vt in atrio exteriori. Ante illas poſitae erant tredecim ciſtae, in quas infundebantur nummi oblati (vid. *Gazophylacium.*)

§. Atrii mulierum longitudo erat 135. cubitorum, et latitudo 135. cubitorum, quatuorque conclauia erant in quatuor eius angulis: (vid. *Conclauia.*)

§. In ſummis lateribus laeue ac planum erat atrium mulierum; ſed id circumſcripſerunt internopodio, vt mulieres ſuperne proſpicerent, viri autem inferne ne miſcerentur. vid. *Middoth. Cl. l' Empereur* c. 2. 5,

§. In hoc atrio mulierum celebratum eſt tripudium in feſto tabernaculorum. (v. ſ. l.)

§. Sacratius erat atrium mulierum quam חיל *ante-murale*, nam in atrium mulierum nemo ingredi debuit qui erat טבול יום i. e. qui immunditiem contraxerat eadem die abluendam. *Maimon in Beth* Habech. c. 7.

§. In atrium Iſraelis (quod apud ſcriptores Hebraeos *κατ' ἐξοχὴν atrium* vocatur, non excludendo atrium ſacerdotum, a quo quidem diſtinctum erat, ſed non diuiſum vt atrium mulierum:) ex atrio mulierum adſcenſum eſt gradibus quindecim *Joſeph.* de bello l. 5. c. 14. In feſto tabernaculorum Leuitae ſteterunt ſuper hos quindecim gradus, cum Lyris, Cytharis, et Cymbalis. *Succa*, c. 5. 14.

§. Porta orientalis huius atrii vocabatur Porta Nicanoris *Middoth* c. 2. 3. (v. ſ. l.) Ad huius atrii latus meridionale erat conclaue ligni, conclaue ſcaturiginis, et conclaue Gazit (v. ſ. l) Middot. c. 5. 3. et latere ſeptentrionali habebat Portam et Cameram Nitſots, Middoth. c. 1. 5. Sequebatur conclaue lauantium et conclaue

Happa-

Digitized by Google

Happaruae. Item porta oblationis, conclaue ſalis (Middoth. c. 5. 2.) Et porta Beth Hammoked.

§. Atrium Iſraelis erat longitudine 135. cubitorum, latitudine vndecim. Middoth. c. 2. 6. Per totum hoc atrium ambulatum eſt in plano, atque inde aſcenſum eſt in atrium ſacerdotum grado vno, altitudine cubitali, cui impoſitum erat pulpitum pro Leuitis pſallentibus, atque in eo erant tres gradus, ſinguli ſcilicet cubiti dimidii. Reperitur ergo atrium ſacerdotum duobus cubitis cum dimidio altius atrio Iſraelis.

§. Atrium ſacerdotum erat longitudine 150. cubitorum, latitudine vndecim: capita trabium diuidebant inter atrium Iſraelis et ſacerdotum. Per atrium ſacerdotum perrectum eſt in plano, itemque per ſpatium iuxta altare, perque ſpatium inter altare et Pronaon. Illuc aſcenſum eſt duodecim gradibus ſingulis ſemicubitalibus. Conſule Cl. *Leigtfoot Cent. Chorog.* p. 66.

§. Cur atrium עזרה vocatum fuerit rationem reddit Kimchi כי כל הבא להתפלל שלם בעזר ביי׳ אלהיו׃ *quia quisquis eo accederet precatum ſincero animo* עזר *opitulabatur ei Dom. Deus.* Vid. pl. ap. Cl. l'Empereur Midd. p. 15. de atriorum differenti ſanctitate vid. Sanctum.

§. Quando poſt feſta atrium purificare volunt, lauant vaſa quae in eo ſunt, et dicunt plebeiis, cauete ne tangatis menſam, Candelabrum, illaque polluatis. Quaecunque vaſa in ſanctuario ſunt, habent ſua שניים et שלשים *ſecunda et tertia*, vt ſi primum pollutum ſit, alterum vice eius ſuccedat. Omnia vaſa quae in ſanctuario ſunt ad lotionem tenentur, praeter altare aureum et aeneum, שהן כקרקע *quia inſtar ſoli ſunt*, id eſt non ſunt capacia vt recipiant pollutionem. *Chagiga.* c. 3.

§. In atrio Iſraelis nemo ſedere potuit praeter reges ex familia Dauidis, *Maim. Beth Habbech.* cap. 7. Quando

Digitized by Google

do itaque legimus in N. Teſt. Chriſtum ſediſſe in templo, non dicendum, ipſum in atrio Iſraelis ſediſſe, ſed vel in atrio mulierum vel gentium. Legimus Joh. VIII, 59. Judaeos lapides ſuſtuliſſe ad Chriſtum lapidandum; ſiue illud in atrio mulierum ſiue gentium factum ſit, an probabile eſt lapides ibi reperiri potuiſſe, cum tanta ſacerdotum multitudo, et accurata diligentia templum ſemper nitidiſſime purgatum fuiſſe arguant? Imo a Gemariſtis ad cap. 2, 2. *Sota* determinatur, quod ſi ſacerdos nullum puluerem in templi ſolum depellere liceret. Si itaque accidere potuit, vt ibi nullus fuerit puluis notabilis, quanto minus lapides. Haec difficultas iam *Schabbat* fol. 115. 1. ex occaſione R. Gamalielis praecipientis vt defoderetur quidam liber Jobi Targumizatus ſub aceruo luti, mota et agitata fuit; quidam enim ibi quaerit וכי טיט בהר הבית *At num eſt lutum in monte templi?* Huic ſciolo a Gloſſa reſponſum eſt, *fuiſſe ibi caementum quo aedificabant.* Nos eadem ratione reſpondemus, *fuiſſe ibi lapides, quibus aedificabant.* Nam primo R. ille Gamaliel praeſidiatum tenuit ſolum vltimis Chriſti annis (v. ſ. l.) et tamen tunc adhuc aedificabant. Deinde Joſephus Antiq. lib. 20. c. 8. refert populum Agrippam vrſiſſe vt porticum orientalem reſtauraret, quia videbat otium eſſe operariis, qui erant plures quam XVIII. millia, tam multi enim opifices ſemper occupationem petebant. Secundum computum denique quadraginta ſex annorum in quibus templum aedificatum fuit, cum annis Herodis ſaltem hoc conſtabit, tempus tunc vel nondum fuiſſe abſolutum, vel non ita pridem, ita vt plene nondum purgari potuerit.

ATRIVM magnum erat Hieroſolymis בית יעזק dictum, quo congregati ſunt illi qui de nouilunio teſtari volebant, atque ibi a Synedrio examinabantur, aliquando etiam conuiuio excipiebantur, vt eo libentius accederent. *Roſch Haſchana.* c. 2. v. 5.

§. Erant

§. Erant deinde Hieroſolymis quaedam atria, aedificata ſuper petram, ſub quibus erat חלול *excauatio*, ne ibi poſſent ſepulchra fieri; in illa atria ducebant quasdam mulieres, vt ibi parerent, et infantes educarent, vt cum ibi ſecurum ſit a contractu ſepulchri, mundi pueri et proinde apti eſſent, ad aſpergendum pollutos a morticinio aqua purificationis: debebant autem ibi pueri ſecundum R. Salomonem vſque ad annum ſeptimum, ſecundum Toſiphta vero vſque ad duodecimum manere. Deinde cum alicuius aſperſio peragenda erat, ad locum vbi id praeſtandum, bobus inequitantes vehebantur, qui craſſitudine ventris ipſos a periculo pollutionis a ſepulchro tutos faciebant, Parah. c. 3. 2. comment.

§. Per *Atriorum commixtionem* עירובי חצרות de qua tanta ſunt in tractatu עירובין quem latine dedit Sebaſt. Schmid, rem breuiter ſic habeto. Habitarunt plures familiae juxta unum commune atrium. Cum itaque non liceret Sabbatho quicquam exportare מרשות לרשות *a loco qui erat vnius iuris, vel conditionis, in locum qui alterius*, (vt docetur in Schabbat et inf. cit. ap. *Sabbathum*) ideoque non licuerit cuiuis ex iſtis familiis aliquid efferre e domo ſua in atrium oſtio ſuo adiacens, et e contra; communionem et commixtionem iuris inierunt omnes, idque per comeſtionem vna, cibi ab omnibus ſimul collati, et tunc fuit licitum. Et haec eſt illa commixtio atriorum. Ad talem conſuetudinem forſan alluditur ab Apoſtolo 1 Cor. X, 16. quando de communione loquitur.

AVRORA. Egreſſio בעמוד השחר *ad lucem aurorae*, eſt corpori ſicut chalybs ferro. Somnus cum radiis aurorae eſt ſenibus ſicut chalybs ferro. *Bab. Berachot.* fol. 62. 2. Ab aurora vſque dum totus oriens lucidus eſt, homo 4. milliarium iter conficere poteſt. Ex eo quod illuceſcit oriens vſque ad ſolis ortum totidem. Iſraelis redemptio eſt aurorae ſimilis. *Hieroſ. Berachot.* p. 1. col. 3. vid. *Iſrael.*

Digitized by Google

Aurora dicitur שחר a שחרות nigredine vid. *Abarban.* Comment. in Joel fol. רט col. 3. fin. עמוד השחר quid ſit vid. *Jom Tobb* ad Berachot Cap. 1. Miſchn. 1. it. *Rabboth.* fol. 46. col. 2. ante med.

✱ AVRVM num combuſtione in puluerem redigi poſſit. *Wagenſeilii* Sota. 1128. De auro varia in *Rabboth.* fol. 124. col. 2. med. it. 263. col. 3. fin. De auro Ophir vid. *Obſ. Hallenſ.* Tom. 8. Obſ. 1. tot. De Etymologia et differentiis variis Auri, quae apud Graecos Latinos et Germanos obtinent. *ibid.* Tom. X. obſ. 6. tot. De auro, eius virtutibus et variis apud Ebraeos differentiis. *ibid.* obſ. 7. tot.

AVES iuſſit Deus offerre, vt conſuleretur illorum paupertati, in quorum facultate non erat boues offerre. Quare etiam ex auium ſpeciebus communiores et frequentiores in terra Iſraelitica deſignauit, quales ſunt pulli columbarum et turtures. *More Neu.* III. 46. de aue Phaenice vid. *Lexicon Talmud.* p. 720.

De praefecto auium, quae in ſacrificium vendebantur. vid. *Maimon.* de vaſ. templ. c. 7. §. 9. De auium vitiis, ob quae ad offerendum ineptae fierent. *Maimon.* Iſſure Misbeach. Cap. 3. tot. Quare aues mundae ſint ob vnicum ſignum. *Tanchum.* fol. 69. col. 4. poſt med. Num aues ex aqua ſint creatae. *ibid.* De Aue Herun vid. *Edzard.* Berachot. p. 56. Quare ingluuies auium in ſacrificiis auferenda. *Rabboth.* fol. 137. col. 2. poſt init. De aue Chul ſeu Phoenice. ibid. f. 18. col. 3. ante fin. De aue Sarſir num munda ſit an immunda. *ibid.* fol. 58. col. 3. poſt init.

AVRIS. Quare auris tota dura eſt, auricula autem mollis? nempe quod ſi audiat homo minus honeſtum יכוף אליה לחוכם *Auriculam incuruet in eam,*

rum, opplendo ſcilicet aurem, ne audiat. Ketubhot. fol. 5. 2. v. *Digitos*.

Aures quam neceſſariae ſint homini vid. *Rabboth*. fol. 245. col. 4. poſt med.

AVSTRVM et AVSTRALIS vid. *Judaea*.

B.

* BAAL PEOR. Qui ventrem exonerabat coram Baal Peor, erat idololatra. *Sanhedr*. cap. 7. miſchn. 6.

BABA Ben Butah. De eo ſic *Juchaſin* fol. 52. 2. Ben Butah fuit Schammaei diſcipulus doctus valde et ſenex. Rex Herodes ipſius oculos *ſtibio fucauit*, i. e. ipſum caecum reddidit, (forſan ipſa hac materia adhibita,) cum in initio regni ſui ſapientes interficeret. Ille etiam eſt qui Herodi dedit conſilium ſanctuarium reaedificandi, *vt ſcilicet in expiationem*, *quod lucem mundi*, *i. e. ſapientes depreſſerat*, *alteram lucem mundi*, *id eſt*, *templum reſtauraret*. Erat enim Herodes ſeruus familiae Aſmoneae, vt refertur in *Bab. Batra*. f. 3. 2. et propter oraculum τῆ Bat Kol, quod aliquando dixerat, quicunque ſeruus nunc rebellauerit, proſpere rem geret, contra Dominos ſuos inſurrexit, et omnes interfecit, vt et etiam illos Rabbinos, qui ex dicto Deut. XVII, 15. inuaſioni eius reſtiterunt; illico ſolum Baba Ben Butahe filiis Bethirae, Hillele, Menachemo, quorum quidam fuga ſalutem quaeſiuerunt, alii vero non recto et aduerſo tramite, regimini Herodis reſiſtendo.

Quid Rabbinorum nonnulli de Baba ben Butha ſentiant, reperies in *Wolf*. Bibl. Hebr. Part. II. p. 820. Conf. *Othonis* hiſtor. Doctor. Miſnic. p. 83. ſq. conf. *Wolf*. ibid. Part. IIII. p. 384.

BABY-

Digitized by Google

BABYLONIOS ita odio habuerunt incolae terrae Iſraeliticae, vt vnumquemque indecore ſe gerentem *Babylonium* et ita ipſorum nomine vocauerint. *Gloſſ.* in *Bab. Joma* f. 66. Ex eodem loco diſcimus Babylonios illos qui dicuntur in *Miſna* hircum emiſſarium ad egrediendum impuliſſe, non fuiſſe natione Babylonios ſed Alexandrinos, a populo adſtante tamen propter intempeſtiuam impulſionem ita vocatos. Non eſt violentiae ius in Babylonia, nemo alium poteſt cogere, aut per vim aliquid a debitore rapere. *Bab. Gittin* fol. 58. 2. §. E Babel aſcenderunt עשרה יוחסין, decem ſtirpes. 1. Sacerdotes. 2. Leuitae. 3. Iſraelitae. 4. חלולי *profani* quoad ſacerdotium. 5. Proſelyti. 6. ſerui manumiſſi. 7. Nothi. 8. Nethinaei. 9. שתוקי ſpurii, certae matris at incerti patris. 10. אסופי collectitii e plateis, matre patreque incertis. *Kidduſchin* c. 4. 1. Gens certe maculoſa, et ideo in hac colluuie e Babylone educta, ne totum ſemen Judaicum illic adhuc commorans, ab ea commacularetur. *Non enim aſcendit Eſra e Babylone vſquedum eam puram reddiſſet inſtar farinae* (inquit Gem. Bab.) A Synedrio vero Hieroſolymitano, deinde abunde prouideri potuit, ne legitimi cum illegitimis copularentur, et ita Genealogiae conturbarentur. Quas vt integras conſeruarent in tanta colluuie magna cura opus fuit.

§. Poſt reditum ex Babylonia cum facies vxorum Iſraelitarum כמחמכי *adeo denigratae eſſent*, vt maritis non amplius placerent, ipſas mariti deſeruerunt, et duxerunt vxores alienigenas. Bereſchit. Rabba. f. 18.

§. Diſperſio Judaeorum duplex fuit, erat Διασπορὰ Ἑλλήνων qui Graeco idiomate vtebantur, et de quibus loquuntur ſacrae litterae Joh. VII, 35. Et Διασπορὰ Βαβυλονίων καὶ Περσῶν qui vſi ſunt lingua Hebraea vel Trans-Euphratenſi. Diſperſio Babylonica a Judaeis Palaeſtinis ſemper habita eſt nobilior, dignior ſanctior diſperſione Graeca. Nam terra Babylonica eodem

gradu

gradu puritatis venit ac Iſraelitica. R. *Salomo* in *Gittin* fol. 2. 1. Et progenies Judaeorum in Babylonia clarior quam inter Graecos, et purior quam in ipſa Judaea vt ex ſupradictis ex *Kidduſchin* fol. 69. 2. patet.

Quum in Babyloniam abducti fuerunt Iſraelitae, quam dura perpeſſi ſint a Nebucadnezare, et quam fraudulenter cum ipſis egerint Iſraelitae, quum tranſierint terram eorum. *Tanch.* fol. 27. col. 3. med. Cur regnum Babylonicum comparatur argillae apud Danielem. *Tanch.* fol. 31. col. 4. poſt init. Duo Pſeudo prophetae Achab et Zedekias vna migrarunt in Babyloniam, et quaenam ibi perpetrarint facinora. ibid. f. 42. c. 2. poſt init. Babylonia Judaeis inuiſa. *En Iſrael* part. 1. p. 56. c. 1. poſt init. De idololatria Babyloniorum vid. *Zorn.* hiſt. Hecat. p. 31. De Babyloniorum dea βῆλτις dicta. *ibid.* p. 37. Judaeorum tolerabilis conditio in captiuitate Babylonica erat *ibid.* p. 42. De Babyloniae regno deſtructo. *ibid.* p. 41. not.

* BACHVS. Bachum a Judaeis cultum calumnia eſt gentilium et vnde illa orta, vid. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 142. et 458.

DE BACVLVM geſtandi ritu vid. *peram.*

De baculo Moſis. *Tanchum.* fol. 22. col. 2. p. init. it. fol. 20. c. 3. med. it. *Rabboth.* fol. 223. col. 2. p. init. it. p. 102. col. 4. init. *Johann. Ciampinus* Romanus in veteribus ſuis monumentis Cap. 15. agit de antiquo baculorum vſu et ſymbolo. Nam et in Muſicis operibus ſaepius Angelorum et Sanctorum nec non Imperatorum figurae baculos manu tenentes aduertuntur. conf. *Act. Erud.* Anno 1690. p. 421. Wittenb. A. u. N. p. 144.

הבדלה *Habdala* ſignificat ſeparationem Sabbathi cum inſequenti die, quae fit cum candela, quam

נר

נר הבדלה vocant, et benedictione quae incipit חונן ידעה Berach. 52. Cl. Buxtorf. Syn. Jud. p. 247. et L. Talm. p. 262.

✱ BAITOSAEI. De horum homine et ſecta vid. *Menaſſe Ben Iſrael* de Reſurrect. mort. p. 42. it. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 814. Baitoſaei a Sadducaeis diſtinguendi. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 22. *Joh. Henr. Hottingeri* Compend. Theol. Jud. p. 2. m. 11.

BALNEUM Veneris erat Acone etc. vid. *Venus.* Balnea etiam in Sabbatho adibant; ſed in ſe abſtergendo hoc obſeruarunt, vt lintea illa quibus ſe abſterſerant balneatoribus non redderent, ſed in feneſtram proximam deponerent, quia Balneatores ſuſpecti ſunt de expreſſione aquae, quod in Sabbatho eſſet peccatum. (Erant autem feneſtrae variae ante balneum, intrantes veſtes ſuas deponebant. vid. *Taharot.* cap. 7. Poſſunt balneatores etiam mulierum veſtimenta ſc. lintea in Sabbatho in balneum ferre. *Schabbat* fol. 147. 2. De nummis qui dantur miniſtro balnei vid. *Hieroſ. Maaſer Scheni* cap. 1. Gloſſ. Non ingredietur homo balneum, neque in officinam Coriariorum tempore Minchae ſiue precationis *Schabbat* cap. 1. Balneator non poterat Rex fieri, quia opificium eius contemptibile eſt. *Kidduſchin* fol. 92. 1.

Gentiles in Balneis erigere ſolent idola. *Auoda Sara.* Cap. 1. miſchn. 7. R. Gamaliel lauit aliquando in balneo Veneris, vnde diſceptatio ipſi orta cum Proclo Philoſopho, quam vide *ibid.* Cap. 3. Miſchn. 4. In balneo non debent diſputationes inſtitui *ibid.* De balneis Judaeorum. Conf. Wolf. Bibl. Hebr. Part. III. p. 336. et 766.

✱ BALSAMUM. De balſamo et opobalſamo Orientali vid. Petr. Zorn. opuſc. ſacr. tom. 2. p. 450.

BAR.

BARBAE angulum qui corrumpit המקיף פאת ראשו *qui angulos capitis ſui circumtondet*; caluitiem in capite ſuo facit, ſe ſecat vna caeſura ob defunctum, vapulat. Maccoth. c. 3. §. 5.

Barbam abradere ſolebant vel nouacula, vel forcipe vel inſtrumento pilos euellente. *Maccoth.* Cap. 3. miſchn. 5.

BARVCH, quamuis diligenter ſequutus ſit Prophetam Jeremiam, qui etiam ſaepius eum inſtituit et exercuit, adeo vt ipſe ſperaret, ſe aliquando prophetaturum, tamen prohibitus fuit, ſecundum illud Jerem. XXXXV, 3. 5. Quae ita exponi poſſunt, Prophetiam pro captu Baruchi nimis fuiſſe arduam. Id eſt vel ipſum non ſatis exercitum fuiſſe in ſtudiis, vel propter captiuitatem in qua erat, nimis triſtis, quam vt prophetaret. *More Neuoch.* II. 32.

BAPTISMVS, eſt vel טבילת גרות *Baptiſmus ad Proſelytiſmum*, vel טבילת נדה *baptiſmus hominis impuri*, aut mulieris menſtruatae. Gloſſa *Bab. Jeuamot* fol. 45. 2. Primus qui Proſelyticum baptiſmum induxit fuit Jacob, cum Sichemitidas foeminas et alios in eccleſiam et familiam ſuam adoptabat; ſecundum Gen. XXXV, 2. Vbi Aben Eſra interpretatur והטהרו *et mundamini*, per שירחצו הגוף *quod corpus abluerint*. Sic per circumciſionem (quae facta eſt in Aegypto) Baptiſmum (qui factus eſt in deſerto ſecundum dictum *ſanctificabis eos hodie*) et ſacrificium, miſſus eſt Iſrael in foedus. *Maimon. Iſſure biah* c. 13. Idem obſeruatum eſt reſpectu Proſelytorum illorum qui tempore Dauidis et Salomonis Judaica ſacra amplexi ſunt. *ibid.* Hinc tritum illud axioma אין גר עד שיטול וימול *non eſt proſelytus vſquedum baptizetur et circumcidatur*. vid. differentes de hoc Gemariſtas in Jeuamot fol. 46. 2. Videtur tamen hoc effatum non fuiſſe tam vniuerſale, quin aliquando exceptiones factae, et ad proſelytum faciendum ſolus Baptiſmus ſuffe-

ſuffecerit. Ita legimus *Peſachin* c. 8. *Quod Proſelytus Paſcha comedere poſſit in veſpere, modo baptizetur.* Et *Hieroſ. Peſachim* fol. 56. 1. *fuiſſe* אסטרטיוט *milites Hieroſolymis, qui ſe baptizarunt et comederunt Paſchata ſua veſpere.* Vides hos proſelytos eſſe absque praeeunte circumciſione.

De baptiſmo Judaeorum vid. *Edzard.* Auod. Sara. c. 1. p. 192. ſeqq. it. *Petr. Zornii* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 93. Baptiſmum Chriſtianorum blaſphemant Judaei. *Edzard.* ibid. Cap. 2. p. 266. et in Indice. Baptizare in nomen, quid denotet. *ibid.* p. 281. Baptiſmus in nube quid? vid. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 8. Comparatio circumciſionis atque baptiſmi cum Graecorum Romanorumque nominalibus. *Jo. Guil. Stuck.* Antiq. Conuiu. Lib. 1. cap. 16. conf. *Act. Erudit.* Anno 1688. p. 244. et p. 628. it. Anno 1694. p. 90. Wittenb. A. u. N. 1703. p. 614. et p. 676. *ibid.* 1704. p. 62. *ibid.* 1706. p. 208.

§. Paruuli et infantes, vt plurimum baptizabantur cum parentibus; ſi vero puerulus patre orbatus ſit, et mater eum ad baptiſmum adducat, iuſſu Synedrii praeſentibus tribus baptizatur. *Bab. Chetubhot.* fol. 11. 1. vid. Gloſſ. et Gemaram poſt.

§. Si mulier grauida proſelytiſſa fiat, filius eius deinde non opus habet baptiſmo, nam imputatur ei baptiſmus matris. *Bab. Jeuam.* fol. 76. 1.

Si Iſraelita prehendat infantem aut paruulum gentilem eumque baptizet in nomine proſelyti, ecce ille eſt proſelytus. *Maimon.* in עבדי c. 8. Obſerua hic phraſeologias, *baptizare aliquem in nomine proſelyti*, item, *circumcidere aliquem in nomine liberi*, (quae poſterior Phraſeolog. extat *Hieroſ. Jeuamot* fol. 8. 4. in his verbis, *ecce inueniet quis infantem eiectum ac baptizat eum in nomine ſerui, circumcide et tu eum in nomine ſerui, in nomine liberi, circumcide et tu eum in nomine liberi.*) quae

nihil

Digitized by Google

nihil aliud ſignificant quam *aliquem proſelytum aut liberum facere*, ſiue talem declarare: ſicuti *Bab. Jeuamot* fol. 45. 2. baptizari לשם אנתה in nomine foeminae nihil aliud eſt quam baptizari טבילת נדה *ablutione pollutae*.

§. Non baptizabant proſelytum noctu *Jeuamot* fol. 46. 2.

§. Non baptizabant nouiter circumciſum niſi poſt ſanatum vulnus, eo quod aquae vulneri eſſent noxiae. *Jeuamot* fol. 45. 2.

§. Nec quidem lauabantur immundi quam interdiu. *Megillah*. fol. 20. 1.

§. Proſelytum non baptizabant Sabbatho aut die feſto. *Maimon. Iſſure biah* c. 13.

§. In illo baptiſmo *praeſentes eſſe debent tres* diſcipuli ſapientum, qui rem rite praeſtandam caueant, et Catechumenum paucis inſtruant, toti negotio tanquam teſtes adſint. Jeuamot f. 46. 2. Nos in noſtro baptiſmo tres teſtes in coelo habemus, Patrem, filium, et ſpiritum ſanctum.

§. קשים גרים לישראל כספחת *noxii ſunt proſelyti Iſraeli ſicuti ſcabies* Jeuamot fol. 47. 2. plurimi enim priſtinorum morum tenaces, legis Iſraeliticae imperiti, dogmata et bonos mores corruperunt.

§. Baptizandus erat proſelytus in tali מקוה aquarum congregatione, quae alias idonea erat abluendae menſtruoſae. (de qua vid. *Lauabatur homo.*)

§. Alii אותו מטבילין *ipſum baptizabant*, vel הוא טובל ille ipſe ſe immergebat merſione vna, et tali vt et apex digiti capillique perfecte mergerentur. Nam ſi quis ſe totum abluerit, excepto minimi digiti apice, adhuc immundus cenſebatur. Maimon. Hal. מקואות c. 1. et 4.

§. In diebus R. Joſuae Ben Leui conati ſunt quidam extirpare hanc immerſionem foeminarum Galilaearum

 gratia,

gratia, eo quod illae prae frigore ſterileſcerent. Hieroſ. Berachot. fol. 6. 3.

§. Poſtquam aliquis conualuerit a vulnere circumciſionis, adducunt eum ad baptiſmum; collocatumque in aqua rurſus edocent de grauioribus et leuioribus quibusdam, quibus auditis immergit ſe et aſcendit, et ecce tunc eſt vt Iſraelita quoad omnia. Foeminam proſelytiſſam foeminae ſiſtunt in aquis, collo tenus: duoque diſcipuli ſapientum ab extra ſtantes, edocent eam de quibusdam leuioribus praeceptis, quibusdamque grauioribus, tum ea interea ſtat in aquis, et immergit ſe ipſam: atque illi auerſa facie exeunt, dum ea aſcendit ex aqua. *Jeuam.* et *Maimon.* vbi ſupra. De lotione ab impuritate v. ſ. l.

✻ BARBA, barbae promiſſae origo adſcribitur ipſi Adamo. *Obſeru. Hallenſ.* Tom. 9. obſ. 10. §. 4. De barba varia notatu digna vid. *ibid.* et Tom. 10. obſ. 4.

BATHKOL בתקול vſum habuit inter Judaeos poſtquam ſpiritus ſanctus ab Iſraele receſſit. *Bab. Sanhedr.* fol. 11. 1. vid. Cl. Buxt. Lex. Talm. in בת p. 340.

§. Propter oraculum a Bathkol prolatum rebellauit Herodes. vid. ſupra *Baba ben Butah.* An autem Bathkol vox ſpiritus ſancti fuerit debilior vt quidam volunt, an vero diaboli opus iudicare omnibus in promptu eſt. Ceſſauerant enim iam tum, ſecundum Judaeorum propria teſtimonia, prophetae cum omnibus reliquis oraculis. Nec hoc quod Herodes audiuit, oraculum, aut vllum aliud ſpiritus ſancti naturam ſapit: excepta forſan voce *Migremus hinc*, quam auditam fuiſſe Joſephus memorat, cum portae templi a ſe ipſis aperiebantur; Quod vti non negamus, ita et affirmare non dubitamus, omnes reliquas τῆς *Bathkol* narrationes meras praeſtigias et luſus diaboli fuiſſe; quibus vſus eſt ad homines ſeducendos, et veritatem Chriſtanae doctrinae dimi-

Digitized by Google

diminuendam; quaſi illa oracula et voces, quae Pater coeleſtis edidit, quibusque filium ſum alloquutus eſt, et in quibus Chriſtiana religio non parum fundamenti habet, nihil extraordinarii haberent, et etiam circa alios homines factae eſſent, quod palpum eo melius illi generationi obtrudere poterat, quia praeter modum omnibus magicis artibus et nequitiis dedita erat (vid. *Magicas artes*) Sane ſpiritus ſanctus non ad rebellandum adhortatur, ſicuti Bathkol reſpectu Herodis feciſſe dicitur, neque ita indifferenter verba Dei commendat, vt hoc vel illud relinquere poſſimus et ſuperſedere, vti factum in illis verbis, quae in *Hieroſ. Berachot* fol. 3. 2. leguntur, quibus Bathkol dixit, *Schammaei quidem et Hillelis ſententias verba Dei eſſe: Sed Hillelis verba tamen in controuerſia, etiam ſub poena mortis ſequenda eſſe.* Credibile deinde admodum eſt, illas declarationes quas ſecundum *Hieroſ. Auoda Sara* fol. 4. 2. et *Bab. Sanhedr.* fol. 11. Bathkol in gratiam Hillelis et Samuelis Parui Hierichunte in Camera ben Gadiae et in עליית רבנה *Camera Jabnenſi* praeſentibus ſenioribus et diſcipulorum corona fecit, illos videlicet *idoneos eſſe recipiendo Spiritum ſanctum:* aliquo artificio editos eſſe, vt his doctoribus eo maior fama et authoritas conciliaretur. Poteſt etiam eſſe, vt maxima pars harum auditionum τῆς Bathkol mera imaginatio fuerit, poſtquam opinio animis ipſorum inſederat, et communis fama obtinuerat, tales voces aliquando de coelo audiri. Nam ſicut Bathkol definitur in *Pirke Toſaphot ad Sanhedrin* cap. 1. 29. nihil aliud erat *quam vox* (ſiue Echo) *quae egrediebatur ex voce tonitru.* Quam facile autem aliquis ſimplici et credulo ingenio, perſuaſus in tonitru Bathkol fieri, ſibi imaginari potuit, haec aut illa verba tonitru nunc pertuliſſe; plane ac aliquando pueri campanis et nolis voces et verba attribuunt. Sed quod adhuc magis eſt, non ſolum tonitru pro τῇ Bathkol genitores habuerunt; ſed ſi ſemel ſibi propoſuerant Bathkol audire, quidquid oppido ſenſus ipſorum afficiebat, aut in aures illabebatur ſtatim pro τῆ Bathkol

kol voce ſumſerunt: exempla adſunt ad manus. *Hieroſ. Schabbath* fol. 8. 3. Dicitur „R. Simeon ben „Lachiſch, et R. Jochanan deſiderarunt videre faciem „Samuelis (qui erat Doctor Babylonicus) ſequamur in„quiunt Bathkol. Iuxta ſcholam ergo itinerantes, au„diuerunt vocem pueri iſtud legentis (in 1 Sam. XV, „1.) ושמואל מת *et Samuel mortuus eſt;* hoc obſerua„runt et ſic euenit, nam mortuus eſt Samuel Babylo„nicus, ſic cum R. Jona et R. Joſe profecti eſſent viſi„tatum R. Acha aegrotantem, etiam ſibi propoſuerunt „vocem Bathkol ſequi, in via audiuerunt vocem foe„minae cuiusdam, vicinae ſuae dicentis, *extinguitur „lucerna* cui illa. *Ne extinguatur Lucerna Iſraelis.* Quae „verba ſtatim tanquam τῆς Bathkol in omen morbi in„terpretati ſunt."

§. Cum R. Elieſer filius Hyrcani inter diſputandum argumentis ſuis nihil efficere poſſet, vt ipſi aſſenſus adhiberetur, exiuit Bathkol, et dixit: *Quid vobis cum R. Eleaſare? ſecundum quem traditio ſemper eſt explicanda. Baua Metzia* fol. 59. 2. Sed nota quomodo Doctor Jeremias reſpondit: poſtquam vocem Bathkol audiuit exclamauit. *Quoniam nobis data eſt Lex e monte Sinai, nos non curamus Bathkol.* Idem regerendum Judaeis, ſi nobis multitudine illa ſuarum Bathkol aliquid probare vellent.

Bathkol prohibuit Abrahamum, ne immolaret filium Iſaacum. *Tanch.* fol. 9. col. 2. init. Bathkol quotidie proclamat vae ob deſpectum legis. *ibid.* fol. 36. col. 1. poſt init. Bathkol in fauorem Hillelis decidit. vid. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 21. Karaei nihil tribuunt oraculo Bathkol. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 104. Varia de Bathkol reperies *ibid.* p. 101. In *Eiusdem* Bibl. Hebr. Part. I. p. 259. not. et Part. II. p. 133. not. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. I. p. 786. *Tanch.* fol. 54. col. 4. init. it. *Rabboth* fol. 276. col. 3. ante med. tot.

בריקה

Digitized by Google

בדיקה *Bedika.* De qua in *Sanhed.* c. 5. 2. et alibi denotat *rimationem* in iudiciis et eſt ſecundum *Maimon.* דברים שאינם מורים בעניין כגון איזה בגד הבגד לובש המלוה *de rebus ad cauſſae eſſentiam non pertinentibus.* v. 9. *quali veſte indutus fuerit creditor.* etc. De illis vero quae ad cauſſae eſſentiam pertinent, v. 9. *quam ſummam creditor mutuam dedit?* vocant חקירות et דרישות quaſi diceres ἀνάκρισιν et ἐξέτασιν. Quaeritur loco modo citato, quid intereſt inter בדיקות et חקירות. Si alter teſtium ignorantiam ſuam profiteatur, in חקירות teſtimonium ipſorum non recipitur. In בדיקות vero, etiamſi vterque vrget, ſibi conſtare, teſtimonium tamen ipſorum non labefactatur. Si vero vnus alteri contradicat, tunc teſtimonium ipſorum nec in חקירות nec in בדיקות recipitur. vid. *Maimon.* in *Sanhed.* c. 4.

BEELZEBVL pronuntiarunt Phariſaei Matth. XII, 24. non Beelzebub, vt plurimi pronuntiant, nam Idololatriam probroſo nomine vocarunt זבול *ſtercus,* (vid. Idololat.) Et Daemona inter omnia Daemonia peſſimum illum duxerunt qui dominatus eſt Idolis, et quem proinde בעל זבול *Dominum Idololatriae* nominarunt. Princeps ſpirituum vero eſt Aſmodaeus, ſic *Aruch* ex *Rabboth* שידה אשמדון רבהון דרוחתא.

* BELVS Babyloniorum Deus. De Belo vid. *Zornius* Hiſt. Hecataei. p. 31. De templo Beli. *ibid.* p. 38.

DE BELLO varia. §. Rex nulla gerit bella בתחלה primo (et poſtquam ad regnum peruenit) אלא מלחמת מצוה *niſi bellum praecepti.* Quale fuit bellum quod contra VII. populos et Amalekum geſtum fuit, aut quale eſſe poteſt, quod rex ſuſcipit ad Iſraelem ab hoſte imminente liberandum. Si nullum tale bellum ipſi faciendum incumbit, licet ipſi aggredi מלחמת הרשות bellum poteſtatis (vel arbitrarium) quod eſt bellum, quod (nullo praecepto ad illud obligan-

Digitized by Google

ligante) cum reliquis gentibus mundi aggreditur ad fines imperii multiplicandos ולהרבות גדולתו ושמעו et *ad maieſtatem famamque ſuam augendam.*

§. Si aggreditur bellum praecepti non opus habet poteſtatem a Synedrio magno petere, ſed quando lubet egreditur, populumque ad exeundum cogit. At ſi bellum poteſtatis gerere vult, populum absque conſenſu Synedrii magni educere non debet. Sanhedr. C. 2. miſchn. 4.

§. Quando vero Rex bellum gerit, extra viam ordinariam erumpere poteſt, ad viam ſibi faciendam et nemo ipſum impedire poteſt דרך המלך אין לה שיעור *nam viae regiae non eſt menſura conſtituta*, ſed dilatatur pro neceſſitate. Quapropter Rex non coarctat vias propter vineam huius, aut agrum illius, ſed recta progreditur. Sanhedr. Cap. 2. miſchn. 4.

§. Praecepto affirmatiuo Deut. XX, 17. obligamur ad VII. gentes exſcindendas, quare ſi quis ex ipſis in manus tuas veniat, et tu ipſum non interficis, peccas contra praeceptum לא תעשה *negatiuum* hinc etiam videmus, omnem iam ipſorum periiſſe memoriam.

§. Praecepto etiam affirmatiuo Deut. XXV, 19. obligamur ad memoriam Amalecki delendam, neque vnquam ſeponere debemus odium et inimicitiam noſtram.

§. Omnes regiones quas rex ita cum conſenſu Synedrii ſubiugauerit ſunt כבוש רבים *ſubiugatio multorum* (conſiderantur vt legitime ſubactae) et ſimiles ſunt terrae Iſrael quam Jehoſua vicit. *Maimon. Hal. Melach.* c. V.

§. Nemini inferunt bellum עד שקוראין לו שלום *niſi prius ipſi pacem obtulerint* ſiue ſit bellum poteſtatis ſiue praecepti. Si pacem acceperint, et ſeptem praecepta filiorum Noae ſuſceperint, neminem ex illis interfi-

terfi-

Digitized by Google

terficiunt, ſed fiunt ſolum tributarii; Si recipere volunt ſeruitutem non autem tributum, illos non audiunt; recipère debent vtrumque. *Seruitus* העבדו' autem in eo conſiſtit, vt nullis officiis in Iſraele praeficiantur vt humiles ſint erga Iſraelem. Tributum vero, vt parati ſint inſeruire regi tam corporibus quam facultatibus.

§. Poteſt Rex talibus conditionibus cum ipſis transigere, vt accipiat dimidiam partem pecuniae eorum, aut bonorum immobilium, et relinquat ipſis omnia mobilia, aut omnia immobilia, prout cum ipſis pangere velit. Nefas autem eſt pactum fallere, poſtquam de pace transactum eſt, et receperunt ſeptem praecepta Noachi.

§. Si vero pacem recipere renuunt, bellum cum ipſis gerendum eſt, licetque omnes qui arma gerere poſſunt interficere, facultates diripere; infantes vero et mulieres interficere non licet, niſi in bello praecepti contra Amalekitas aut ſeptem populos Cananiticos: nam ex illis nemo viuus relinquendus eſt, poſtquam ſemel pacem accipere renuerunt.

§. Antequam terram Canaan ingrederetur Joſua שלש' כתבים *tria diplomata ſcripſit*, in primo perſcriptum erat, *fugiat qui vult:* in ſecundo מי שרוצ' להשלים *accipiat pacem qui vult:* in tertio מי שרוצה ישלים לעשות מלחמה יעשה *qui bellum gerere vult, gerat.* Si res ita ſe habet, quare incolae Gibeon aſtu vſi ſunt? Reſp. quia primitus in genere ſolum ad pacem inuitati erant, illam tamen non acceperunt, ignorantes hunc modum procedendi Iſraelitas habere, et ſe ſerio ad pacem inuitari. Vid. *Rabboth* fol. 242. col. 3. poſt init.

§. Quando ſe accingunt ad aliquam vrbem oppugnandam, illam non obſident omnibus quatuor angulis vel plagis, ſed tantum a tribus, vt relinquant ſpatium

Digitized by Google

tium ad fugiendum vnicuique qui voluerit eripere vitam ſuam. Non truncant arbores fructiferas quae ſunt extra vrbem, nec prohibent ab illis אמות המים *canales et irrigationes*, vt exareſcant. Quicunque arborem truncauerit vapulat, truncant autem ſteriles quantum voluerint.

§. Obſident vrbes gentium Sabbatho, et praeliantur cum illis Sabbatho, ſec. dict. *Deut.* XX, vlt, vbi perinde eſt, ſiue bellum ſit praecepti ſiue poteſtatis.

§. כשחונין חונין בכל מקום *Si caſtrametantur, vbique caſtra ponere* poſſunt.

§. Qui in bello interficitur, ſepelitur eo loco, in quo cecidit.

§. ארבעה דברים פטרו במחנה Quatuor priuilegia habent in caſtris, 1. poſſunt comedere הדמאי *res dubiae decimationis* (v. Demai) 2. poſſunt cibum ſumere illotis manibus. 3. poſſunt aduehere ligna ex omnibus locis. 4. ſunt liberi מלערב עירובי חצרות *a commixtione atriorum*: (v. *Atria* et tract. עירובין.) nam omnes res in Sabbatho, ex tentorio in tentorium, ex tugurio in tugurium, remouere poſſunt.

§. Omnia caſtra cingunt macerie altitudine decem palmorum.

§. Prohibitum eſt להפנות *euacuare corpus* intra fines caſtrorum, aut in conſpectu campi patentis: ſed iubet lex ordinare viam peculiarem ad ſe ibi euacuandum Deut. XXIII, 12. Similiter praeceptum eſt לכל להיות יתד אחד *vt quilibet paxillum habeat* ſuſpenſum vna cum armis ſuis, et egrediatur in illam viam, et effodiat ibi ſcrobem quo tegat egeſtum. Siue arca foederis in caſtris ſit, ſiue non, ſemper hoc obſeruandum. Maimon. Hal. Melachim. c. 6.

§. Cum ad bellum praecepti, tum ad bellum poteſtatis ordinant ſacerdotem, qui populum alloquatur tempore belli: quem deinde vngunt oleo vnctionis (vid.

Digitized by Google

(vid. *Vnctio*) et ille eſt qui vulgo vocatur משוח מלחמה *Vnctus belli.* Hic ſacerdos duabus vicibus ad populum verba facit, prima vice quando milites leguntur ex Deut. XX, 5. Secunda quando iam in acie ſtant et ad pugnam parati ſunt. Tunc enim omnes acies in conſpectu habens, ex loco editiori in lingua ſancta populum ſic alloquitur. Audi Iſrael, vos proceditis hodie in praelium contra hoſtes veſtros, ne molleſcat cor veſtrum, ne timete neque trepidate, nec expaueſcite metu eorum. Nam Jehoua Deus veſter ambulat vobiſcum, praeliando pro vobis, ad ſeruandum vos. Et quoniam fieri non poteſt, vt omnes ipſum ſacerdotem ſic loquentem intelligere poſſint, quod ille dixit per ſubſtitutos ſacerdotes, per totum exercitum promulgatur. Deinde Vnctus belli de nouo loquitur, *quicunque nouam aedificauit domum, aut vineam plantauit, aut uxorem duxit, reuertatur domum.* Hoc per praefectos et elata voce diuulgatur. (nota, illos non reuerti ſi bellum ſit praecepti, quia tunc omnes in bellum ire debent.) Tandem praefecti etiam ita exclamant, *quicunque timent et habent cor molle reuertantur.* Purgatis ita cohortibus ab omnibus illis qui militia liberi ſunt, aciem ordinant, in capita et principia praeficiunt capitaneos, a tergo autem conſtituunt praefectos (ſergeans) fortes et validos וכשילין של ברזל בידיהן *claues ferreas in manibus tenentes,* illisque dant poteſtatem oſſa comminuendi illorum qui a pugna ſecedere vellent.

§. Illi vero qui audita ſacerdotis vncti voce ita ex acie excedunt, alimenta deinde ſubminiſtrant exercitui, et vias diſponunt.

Nullus qui prole caret et ſterilis eſt, in bellum ire cogitur, talem enim אין מטריחין בשום דבר *non obligant ad vllum officium ſubeundum. Maimon. Hal. Melach. c. VII.*

Omne bellum praeter id, quod cum ſeptem illis populis et Amaleck gerendum eſt, vocatur arbitrarium.

vid. *Caph Nachat ad Sanhed.* Cap. I. §. 5. bellum arbitrarium non niſi autoritate Synedrii M. ſuſcipitur. *Sanhed.* c. 1. miſch. 5. Bella iuſte gerenda. *Wagenſeil.* Sota. p. 844. Sabbatho bellum gerere licet *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 106. Sacerdos ad bellum vnctus quis et cuius conditionis fuerit. *Wagenſ.* Sota p. 842. De ſacerdote caſtrenſi duas diſſertationes propoſuit Theodor. Renaldus *Tarius* Regiom. 1723. Quod nemini inferunt bellum, niſi pacem prius obtulerint. vid. *Rabboth.* f. 242. col. 2. poſt med. Quaenam fuerit ratio caſtrametationum acierumque Iſraelitarum in deſerto. *Iſingii* exercitt. in Pentateuchum. p. 148. De armatura veterum bellica. vid. *Petr. Zorn.* Opuſc. ſacr. tom. 2. p. 363. ſeqq. *Jacobi Lydii* ſyntagma ſacrum de re militari typis impreſſum eſt Dordraci. 1698. Confer. *diſſert. noſtram* de re militari veterum Hebraeorum. Kilon. 173.

BILEAM de quo vſurpant hoc dictum; *Camelus abiens quaeſitum cornua, aures abſcindebant ipſi. Sanhed.* fol. 106. 1. Jelammedenu fol. 83. 2. Poſtquam enim mercede conductus erat, vt prophetaret aduerſus populum Dei, amiſit donum prophetiae, quo praeditus erat.

Tres ſunt reges et quatuor idiotae, quibus nulla eſt pars in ſeculo venturo; tres reges ſunt Jerobeam, Achab et Manaſſes: Quatuor idiotae ſunt, Bileam, Doëg, Achitophel et Gehaſi; *Sanhed.* fol. 90. 1. Bileam habuit duos filios יוחנא וממרא *Ιαννῆς καὶ Ιαμβρῆς* de quibus Apoſtolus 2 ad Timoth. III, 8. vid. Cl. Buxtorf. Lex. Talmud. p. 945.

בן נצר *Ben Nezer* apud Judaeos famoſus fuit latro. *Chetubbot* fol. 51. 2. *Illic* (in Palaeſtina) *Ben Nezer vocatur Rex.* Hic vero (in Babylonia) *vocatur latro* קרי ליה ליסטים Gloſſa. *Ben Nezer latro fuit, et cepit urbes, et regnauit in iis, et factus eſt Dux latronum.*

§. De

§. De Ben Nezer etiam legimus in *Bereſch. Rabba* Sect. 76. *Intuitus ſum cornua*, et ecce cornu aliud parvum aſcendit inter ea (Dan. VII, 8.) זרת בן נצר *Hic eſt Ben Nezer*. Admodum fallor ſi aculeato hoc ſtylo Chriſtum, qui vocatur Ναζωραῖος, non petant, nam ſolent ita obtegere malam ſuam mentem obſcura aliqua expreſſione; ſuſpicionem auget, quod Aruch in voce קרן locum illum Danielis exponat per מלכות הכותיים *regnum Cuthaeorum*, qua formula loquendi vt plurimum Chriſtianorum imperium ſignificare ſolent. vid. Cl. Buxt. Lex. Talm. p. 1383.

* BENE ASCHER, VBENE NAPHTALI dicuntur ſapientes illi, qui ſchiſma fecerunt, propter varias Lectiones legis. Exorti ſunt illi eo tempore, quo deſierunt Geonim. Exinde Doctores Judaeorum non alio quam ſapientis et Rabbini nomine nuncupati ſunt. Vid. *Voiſin*. Pug. fid. p. 62. b. fin.

* BEN SIRA בן סירא ſcripſit librum, quo vanitates quasdam phyſiognomicas compoſuit, in quibus nec ratio nec vtilitas continetur, ſed merum temporis diſpendium. *Maimon*, ad Sanhed. cap. X. miſchn. 1. fin.

בן סטרא *Ben Sadtae* exportauit magias ex Aegypto per caeſuras quas fecerat in carne ſua (ne ſcilicet a Magis Aegyptiacis deprehenderetur, noluerunt enim illi ſuas artes vulgares fieri) *Bab. Schabbat*. fol. 104. 2. vid. Cl. *Buxt*. Lex. Talm. p. 1460. In Aegyptum autem migrauit cum Jehoſua fil. Berachiae. *Sanhed*. f. 107. 2. vid. etiam ſupra *Aegyptus*.

§. Cur mater eius ita vocetur, rationem reddit Gemara in Schabb. l. c. סטת דא מבעלה *declinauit ea a Marito*.

§. In loco citato *Sanhed*. dicunt ישו כשף והסית והדיח את ישראל *Jeſus magicam exercuit et decepit, atque ad idololatriam adegit Iſraelem*. Item fol. 43. 1. eius-

eiusdem tractatus haec leguntur. Veſpere paſchatis ſuſpenderunt Jeſum, et mortem eius praeceſſit praeco per quadraginta dies ſic dicens, egreditur ille lapidandus, eo quod praeſtigiis vſus eſt, et decepit atque ad idololatriam adegit Iſraelem.

§. Matrem Ben Sadtae dicunt fuiſſe מרים מגדלא (ſubolfacio Μαρίαν Μαγδαλήνην) *Bab. Sanhed.* fol. 67. 1. *Lapidarunt Ben Sadtae in Lydda, et ſuſpenderunt eum in veſpera Paſchatis, Hic autem filius Sadtae fuit filius Pandirae. Dixit quidem Rabh Chaſda maritus* (matris eius) *fuit Sadta*, maritus Pandira, maritus Papus fil. Judae. *Sed tamen dico matrem eius fuiſſe Sadtam* מרים מגדלא נשיא *Mariam videlicet plicatricem capillorum mulierum.* Vid. *Schabbat* fol. 104. 2. *Chagiga* fol. 4. 2. et Gloſſ. In *Gittin* fol. 90. 1. dicitur *Papus Ben Judae fuiſſe maritus* מרים מגדלא. נשים, *orta eſt inter ipſos diſcordia, et illa ſe in adulteria praecipitauit.*

§. An per Ben Sadtae Judaei latus Domini noſtri fodiant, in vtramque partem diſputant viri docti. Negat R. Tam ad locum Schabbat fol. 104. 2. Jeſum Nazarenum intelligi. Affirmant alii, ipſos Judaeos ex profeſſo aliquas hiſtoriae circumſtantias corrupiſſe, ne Chriſtiani virus percipere poſſint. Pro hac ſententia multum ponderis addit ſententia *Juchaſin.* p. 17. 1, qua R. Abraham exiſtimat R. Perachiam cum quo dicunt Jeſum in Aegyptum fugiſſe, fuiſſe etiam Domini noſtri praeceptorem; quomodo autem hac ratione Chronologiam corrumpant, oſtendimus in *Hiſt. Doct. Miſnic.* quam Oxonii in lucem emiſimus.

בן כוזבא *Ben Cosba* impoſtor, cuius cauſſa facta eſt ab Adriano obſidio Betharana. Cur interfectus fuerit rationem habemus in *Bab. Sanhed.* fol. 93. 2. *Dixit Rabba Meſſias odorabit et iudicabit* (ſciet ἐνθυμήσεις hominum, ſicuti Chriſtus ſe hanc notam habere commonſtrauit Matth. XII, 25.) *Non per conſpectum oculo-*

rum

rum iudicabit etc. *Ben Cosba regnauit annos duos et dimidium, dixitque Rabbinis, Ego ſum Meſſias: dixerunt ei, de Meſſia ſcribitur quod odorabit, et iudicabit;* (Gloſſa ſubolebit ei de homine,) *videamus nos num odorare tu poſſis et iudicare* כיון דחזייה דלא מריח ודאין קטילוה *cumque viderent non poſſe eum odorare et iudicare, interfecerunt ipſum.*

§. In aliis locis vero dicitur ipſum בר כוכב ſiue Cosba in clade expugnationis vrbis cecidiſſe, non autem a propriis hominibus cecidiſſe. vid. plura infetius in ביתר vid. *Sanhed.* 97. 2. *Gittin.* 57. 1. *Zemach David* 41. *Taanit.* 68. 2.

Ben Cosba, ſeu Bar Coſibae, Pſeudo-Meſſiae hiſtoria extat in *Wagenſeil.* Sota. p. 851. it. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 721. et 955. Part. IIII. p. 417. nec non Part. III. p. 642.

בני בתירא *Bene Betbira* fuerunt in ſodalitio Schemaiae et Abtalionis, et cum Hillel veniret ex Babel, vt poſt ipſos principatum ambiret, ipſimet Hillelem principem conſtituerunt, ſemetipſos ex humilitate principatu abdicantes. Hiſtoria extat in *Hieroſ. Peſachim* foli 33. 1. *Traditio aliquando excidit filiis Bethirae, nam inciderat dies decimus quartus* (quo Paſcha celebrari debebat) *in Sabbathum, et illi ignorabant, an Paſcha Sabbathum pelleret nec ne.* Hunc ſcrupulum ipſis exemit Hillel, et propterea ipſum ad praefecturam promouerunt.

§. Nomina horum fratrum, fuerunt Jehuda et Jehoſua, quorum prior diutiſſime vixit, et ſub ſenectutem ſuam ſe in Babel contulit, a quo loco nunquam Hieroſolymas reuerſus eſt, ne quidem in feſtis ſolennibus; quia aetate et annis, et apparitione publica, excuſatus erat. vid. *Jachaſin* fol. 18. 2. 19. 1.

רועי בהמה דקה *Rogne behema dakka.* vid. *Paſtores.*

BENE-

BENEDICTIONES varias nobis tractatus Berachot deſcribit.

§. Quales benedictiones dicere debeat, qui ſacerdotes in templo congregatos videt, recenſetur Hieroſ. Berach. p. 2. c. 3. ſub med.

§. Ex benedictionibus aliquis dignoſci poteſt, an diſcipulus ſapientis vel idiota ſit. *ibid.*

§. Benedictio pro arboribus eſt בורא פרי העץ וכו׳ pro vino בורא פרי הגפן וכו׳ pro pane המוציא לחם מן הארץ וכו׳ Benedictio pro illo, quod de terra non naſcitur, pro aceto, pro fructibus deciduis, pro הגובאי locuſtis (quales cibus Johannes Bapt. fuerunt) eſt illa quae incipit שהכל ſiue per cuius verbum fiunt omnia Berach. c. 6. 3.

§. Non benedicendum pro eo quod ſpecies maledictionis eſt. Benedicit vnusquisque ſeorſim, ſi ad comedendum conſederint, ſi vero accubuerint, vnus benedicit omnium nomine. Benedicendi regula generalis eſt, quod vbicunque ſit principale cum acceſſorio v. g. ſalſamentum et panis, ſufficiat ſi העקר principale (quale in exemplo adducto eſt ſalſamentum) benedicatur. Berach. c. 6. 7. 8.

§. Non benedicunt pro cibo niſi quantitatem oui, aut ad minimum oliuae habeat. Benedictionem ita inſtituunt vt praeſentibus tribus dicat נברך *benedicamus;* praeſentibus decem dicat נברך אלוהינו Benedicamus Deo noſtro. Prout ille benedixerit, viciſſim praeſentes poſt eum ea repetendo benedicunt. Berach. c. 7. 3. Non benedicunt pro vino priusquam ei aqua ſit affuſa. Non benedicunt pro candela aut aromatibus gentium, neque pro lucerna aut aromatibus mortuorum. *Berach.* 8.

§. Cum

§. Cum quis locum videt, in quo edita ſunt Iſraeli miracula, ita benedicet ברוך שעשה נסים לאבותינו *benedictus ſit ille, qui fecit ſigna patribus noſtris.* Si vero conſpicit locum ex quo idololatria extirpata, tunc ita benedicit ברוך שעיקר עבודה זרה.

§. Benedictio, quam ob cometas dicunt, aut fulgura, tonitrua ventos, haec eſt: ברוך שכחו וגבורתו מלא עולם.

§. Etiam benedicunt ob montes, colles, maria, imbres, nuntia bona et nuntia mala, pro bono quidem מעין הרעה *reſpectu mali*, pro malo מעין הטובה *reſpectu boni.*

§. Ab Eſra et Synedrio conſtitutum eſt, vt omnibus benedictionibus in ſanctuario adderetur clauſula מן העולם ועד עולם *a ſeculo in ſecula;* vt animis eccleſiae antidotum aliquod contra prauam de futuro ſeculo ſadducaeorum opinionem inſtillaretur. Berachot. c. 9.

§. Sacerdotum benedicendi ratio in בתי כנסיות *Synagogis* haec erat, ſtabant vt poſſent vertere facies ſuas verſus populum; miniſter vero eccleſiae erat e regione ſacerdotum, et verbotim recitabat tres benedictiones, hac ratione, *Benedicat te* etc. Reſponderunt ſacerdotes *Benedicat te*, et ſic in caeteris: vſquedum in vltima benedictione totus populus dicat *Amen.* Vid. *Maimon.* in *Berach.* c. 5. 4. Plura vide ap. *Preces*, *orationes.*

Benedictiones et imprecationes quomodo a Judaeis recitatae *Wagenſeilii* Sota p. 664. Benedictio ſacerdotalis apud Judaeos, quomodo peragatur. *ibid.* p. 670. et 1131. Benedictionem ſacerdotalem Deus ſummopere exigit. *ibid.* p. 807. Pontifex quomodo olim benedictionem peregerit. *ibid.* p. 674. De benedictione per tres digitos vid. *Obſeruat. Hallenſ.* Tom. 4. obſ. 4. Sacerdos בעל מום benedictionem ſacerdotalem perficere nequit. *Tanch.* Fol. 61. col. 2. fin. Benedicendi munus Deus commiſit ſacer-

ſacerdotibus *ibid.* col. 3. init. tot. *Rabboth.* f. 199. col. 1. ante med. Verba benedictionis ſacerdotalis variis modis explicata vid. *Tanch.* fol. 61. col. 3. poſt med. R. Abraham Horwitz peculiarem edidit librum de ritibus benedicendi rebus, quarum ad vitam ſuſtentandam vſus eſt. vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 50. Quomodo in Abrahamo benedicendae ſint gentes. *Tanchuma* fol. 5. col. 2. circ. fin. Abraham primum docuit homines benedictiones. *Tanchuma* fol. 6. col. 2. init. Quot benedictiones pronuntiare quotidie debeant, et quare octodecim. *ibid.* fol. 7. c. 1. init. Quare in feſto ieiuniorum 24, in nouo anno 9, et in ſabbatho 3. priores et 3. poſteriores tantum benedictiones pronuntiare debeant. *ibid.* Quis benedictiones primum conſtituerit. *ibid.* fol. 9. col. 4. p. med. Quomodo quis benedicere debeat ſuper odore ſuffitus idololatrici. *ibid.* fol. 11. col. 3. init. De benedictionibus ſuper cibum. *ibid.* fol. 76. c. 3. poſt init. De benedictionibus in menſa receptis agit R. Bechai, Ben Aſcher in Schulchan Arba. vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. P. I. p. 233. Benedictio Judaeorum, quando mane capiti pilum imponunt. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 331. Quomodo benedicere conſueuerint Judaei ante et poſt ingreſſum in terram Canaan. *Rabboth.* f. 232. c. 3. ante med. Benedixerunt olim meſſoribus praetereuntes. *Geier* ad Pſ. CXXIX, vlt. De benedictione עבורה dicta vid. *Edzard.* Berachot. p. 281. ſeq. De benedictione ſuper legem vid. *Edzard.* Berachot. p. 125. ſeq. et 280. ſeq. Benedictio Judaeorum finito conuiuio. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 121. Benedictio magnum Hallel praecedens et claudens. *ibid.* p. 267. Benedictionis diuinae fructus. *ibid.* p. 263. Quomodo benedicere conſueuerint, qui vident ſolem et ſtellas. *Rabboth* f. 156. c. 3. init. Quomodo benedicere debeat is, qui lunam videt in nouilunio. *ibid.* f. 108. c. 1. fin. Benedictio ſacerdotalis

Digitized by Google

talis fiebat in formam crucis. vid. *Edzard.* Auod. Sara. p. 234.

✱ **BENIAMIN** quare ita fuerit dictus vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 249. not. h. quare dicatur hoſpes diuinitatis. *Wagenſ.* Sota. p. 792.

✱ **BERVRIA**, faemina apud Judaeos clariſſima, *ibid.* p. 436. et 500. it. *Edzard.* Auod. Sar. c. 1. p. 144. et 146. it. p. 326. ſeq. it. Berachot. p. 101. ſeq. et 258. vid. *Preces.*

BETHORON eſt Joſepho *Βαιθωρὼ de bello.* lib. 2. c. 10. et diſtitit ſecundum eum c. circiter ſtadia ab Hieroſolymis *Antiq.* lib. 20. c. 4.

§. In Bethoron periit exercitus magnus Cananiticus *Joſ.* X. ſecundum Judaeos non ſimplici grandine ſed lapidibus ad hoc aeuum vſque durantibus obrutus. Hinc illud *Bab. Berachot.* fol. 54. 1. *Quicunque viderit locum vbi Iſraelitae tranſierunt mare, vbi tranſierunt Jordanem, vbi fluuius Arnon, aut* אבני אלגביש *lapides illos grandes in deſcenſu Bethhoronis, benedicere tenetur.*

§. Credunt eodem loci cecidiſſe exercitum Sancheribi. vid. *Gloſſ.* in verba praedicta.

§. Aſcenſus Bethoronis erat admodum anguſtus, nec erat, quo declinares ad dextram aut ſiniſtram *Bab. Sanhed.* fol. 32. 2. *in Gloſſ.* In his anguſtiis cladem paſſus eſt Ceſtius apud *Joſeph. de bello* lib. 2. c. 4.

BETHEL erat olim *Luza*, de qua vide nugantes Rabbinos in Jud. 1. 23.

§. Bethel aliquando vocatur Beth-auen *Hieroſ. Schab.* fol. 11. 4. *Auod. Sara* fol. 43. 3. *Oppidum illud, quod aliquando vocatum eſt Bethel, poſtea vocatum eſt Bethauen,*

G (pro-

(propter idololatriam hoc nomen ipſi impoſuerunt.) vid. etiam Chaldaeum ad Hoſ. IIII, 15.

§. Sita erat Bethel in montano. Joſ. XVI, 1.

BETHANIA et Beth - amara idem ſunt, ſicut apud Talmudicos בית עמרא ſignificat *locum lanae* et בית ענא *locum ouium.* Vel ſi בי חניא legendum erit, quaſi *domus doctrinae* non mirum eſt ſi Βηθανίᾳ aliquando apud Eu. Joh. ponatur per Βηθάβαρα, nam בית הברה etiam *domum explicationis doctrinae* ſignificat. Non itaque mirandum ſi idem locus apud ſacros authores multiplici nomine aliquando in diuerſis exemplaribus exprimatur.

§. Bethania in qua Chriſtus ſaepius diuerſatus eſt, forſan ille ipſe locus eſt, quem Talmudici חנות בני חנן *tabernae filiorum Chanan Hieroſ. Berach.* fol. 16. 1. et חנוות של בית היני *tabernas τῆς Beth heno*, *Bab. Metzia* fol. 88. 1. vocant. Nam primo בית היני *Beth heno*, et בית היני *Bethene ſiue Bethania* idem ſunt. Deinde certum eſt Bethaniam fuiſſe in aliquo tractu montis oliueti, at *Hieroſ. Taanit.* fol. 69. 2. expreſſa tabernarum in monte oliueto fit mentio, in his verbis. *Duae Cedri erant in monte oliueto, ſub vna earum erant quatuor tabernae, vbi vendebantur omnia ad purificationes neceſſaria* etc.

§. In Bethania fuit lauatorium מרחץ, vt apparet ex hiſtoriola Gemariſtarum in *Bab. Cholin.* fol. 53. 1. *Dilacerauit vulpes ouem* במרחץ בית חיני *ad lauatorium Bethanienſe*, *adducta eſt cauſſa coram ſapientibus*, *vt diiudicarent*, *an ouis eſſet* דריפה vel טריפה? (vid. Lex. Buxt.) Probabile eſt, in hac collectione aquarum ſe lauaſſe, qui immundi erant, et deinde coemptis ex illis tabernis, quas in Bethania fuiſſe diximus, quae ad oblationes pro purificationibus requirebantur, recta Hieroſolymam tendiſſe.

De Bethania vid. *Sam. Petitus* obſeruat. Lib. III. cap. 1.

BETHES-

Digitized by Google

* BETHESDA piſcina erat haud incelebris. *Wagenſeil* Sota. p. 306. et 1113.

בית גוברין *Beth Gubbrin*, huius loci ſitus latet; fuit quaedam גברה *Gabbara* ſupra Caeſaream Philippi, ſed incertum eſt an Beth Gubbrin fuerit nec ne. Beth Gubbrin aliquam famam obtinuit propter R. Jochanan de quo *Hieroſ. Megillah.* fol. 71. 2.

בית המוקד *Beth hammoked*, *locus focarius.* In templo duo loca fuerunt ſic vocata, vnus *focus magnus*, alter *focus paruus;* in magno foco vel culina erat ſemper ignis ad calefaciendum pedes ſacerdotum cuſtodum templi, qui nudis ſemper incedebant. In parua culina erat ignis, de quo petebatur ignis ad ſacrificia, quando ignis iſte erat pluuiis extinctus. *Tamid.* c. 1.

§. Tribus locis ſacerdotes excubias agunt, in Beth Abtines, in Nitſots, et loco focario, *Middot.* c. 1. בית המוקד כיפה ובירת גדול הידה מוקף רובדים של אבן locus focarius erat fornix ac domus magna cincta intrinſecus ſtratis lapideis. *Tamid.* c. 1. vid. *Bartenoram Comment.*

§. Quatuor conclauia erant in loco focario (magno) quorum duo erant in loco ſancto, duo vero in profano, habebat etiam duas portas, vna aperta erat verſus ſpatium intermurale, altera vero atrium reſpiciebat. Middot cap. 1. 6. 7. vid. etiam *Maimon. Hal. Beth Habbech.* c. 5. circa med.

בית חרודו eſt locus vbi eremum incepit, diſtans ab Hieroſolyma tribus milliaribus, in regione Bethoronis; illa via ducebatur hircus Azazel. *Joma.* fol. 68. 2.

בית כרם *Beth Cherem* eſt vallis, ex qua lapides ad altare exſtruendum adducti fuerunt. *Middot.* c. 3. 4. terra huius vallis aquam ita colorauit, vt illa non diſſimilis fuerit ſanguinis profluuioſae, hinc illa formula

 loquen-

loquendi in *Nidda* cap. 2. v. *vlt.* פיפי אורמה מבקעת בית כרם *vt aqua terrae* e conualle Beth Cherem.

בית מרון *Beth Maron* de hoc loco fit mentio in *Schemot Rabba* ſect. 5. *Hiſtoria eſt de fratre et ſorore, frater habitabat in* גוש חלב *Guſch Chalab; ſoror vero in* בית מרון *Beth Maron. Ortum eſt incendium in Guſch Chalab, et venit ſoror complexaque fratrem eſt:* Fuerunt itaque haec loca vicina, at *Guſch Chalab* fuit in Aſeritide, vt patet ex hiſtoria de oleo pretioſiſſimo coempto in *Guſch. Chalab Menachot* fol. 85. 2.

§. De Maronita vel Maronenſi extant hiſtoriae in *Hieroſ. Kidduſchin* fol. 6. 3. et *Baua Bathra* fol. 17. 1.

§. In tractatu *Raſch haſchana* fol. 16. 1. hic locus mihi non parum difficultatis creauit, cum illum tract. recenſebam. In initio anni כל באי עולם עוברין לפניו כבני מרון *Omnes venientes in mundum tranſeunt coram Deo ſicut filii Maron.* Quidam כבני מרון interpretantur, *vt oues*, quo fundamento neſcio; In Gemara Reſch Lakiſch interpretatur כמעלות בני מרון *ſicuti aſcenſus Beth Maron*, qui ſecundum Gloſſam, *erat via admodum anguſta, vt duo non potuerint ſimul illic incedere, vnius a latere alterius, nam erat profunda vallis ab vtroque viae latere.* Ita vt ſenſus loci ſit, homines tunc cum annum incipit a Deo quaſi recenſeri, et in luſtratione vnum poſt alterum diiudicari, eadem ratione ac per aſcenſum Maronitanum vnus poſt alterum procedit, et in conſpectum venit.

ביתר *Biter* vel *Bether* a quibusdam pronuntiatur, ſed melius ביתר Betar, quaſi בית תר *domus inquiſitoris.* Deuaſtata fuit haec vrbs per Adrianum imperatorem; cauſas excidii dant varias. Primaria eſt rebellio Ben Cosbae in Romanos, alia eſt, *quia accenderunt lucernas in Bethar poſt excidium templi, malis quibusdam conſiliis ad id adducti. Hieroſ. Taanith* folio 68. 4. 69. 1. Aliam

adhuc

Digitized by Google

adhuc rationem afferunt in *Bab. Gittin* fol. 57. 1. אשקא דרספקחריב ביתר *ob crus carpenti vaſtata eſt Betbara. Nam vt filiae Caeſaris currum reparare poſſent, exciderunt cedrum*, (de cuius cedri vſu. vid. cum *naſcebatur infans*) *Hoc aegre tulerunt Judaei, et eos qui cedrum amputauerant, interfecerunt. Relatum eſt Caeſari rebellare Judaeos*, qui in ira profectus excidit totum cornu Iſraelis.

§. Adrianus obſidionem Betharis continuauit per tres annos et dimidium. *Hieroſ. Taanith* fol. 68. 4. Cum eam caperent interfecerunt mares et faeminas et paruulos, ita vt ſanguis eorum flueret in mare magnum etc. *Bab. Gittin* vbi ſupra. vid. etiam *Echa Rabbeti* c. 2. vbi dicitur Bethare 50 fuiſſe ſcholas, quarum vnaquaeque non minus quam 300 diſcipulos continebat: poſtquam vicerant hoſtes כאו השונאים וכרכו כל אחד ואחד בספרו ושרפו אותם *venerunt et vnumquemque ſuo volumini inuoluentes omnes combuſſerunt*. R. Jochanan dicit, tantam vim ſanguinis ibi fuſam eſſe, vt equus immergeretur ſanguini vſque ad frenum, et ſanguinis fluxus volueret lapides של ארבעים סאה *quadragenarios* etc.

Betherenſis vrbis excidium lege in *Wagenſeil.* Sota p. 852. it. *Rabboth* fol. 309. col. 1. ante med.

בית המדרש *Beth Hammidraſch*, vid. Synagogam.

בית פגי *Bethphage* erat intra Hieroſolymam, ſicut videtur ex *Bab. Sanhed.* fol, 14. 2. Vbi gloſſa ad haec verba מצאן אבית פגי והימר עלהן וכו׳ *ſi inuenerint ſynedrium confidens in Bethphage* et notat בית פגי מקום לפנים מן חומת העיר ונידון כירושלם לכל דבריו *Bethphage fuit locus intra muros vrbis, et reputata eſt ſicut ipſa Hieroſolyma quoad omnia.* Idem etiam elici poteſt ex *Peſachim* fol. 63. 2. *Qui ſacrificium gratiarum actionis mactat intra murum, et panis eius eſt extra murum, panis non ſanctus eſt. Quid eſt extra murum? R. Jochanan dicit, extra murum Bethphage.* Gloſſa, *Bethphage eſt locus*

cus extimus Hieroſolymarum, *et quicunque eſt extra moenia Bethphage*, *eſt extra Hieroſolymas*, *extra quas ſacra comedi non poſſunt.* vide *Paſcha. Panes*, vide etiam *Baua Metzia* fol. 90. 1.

§. Significatur deinde nomine בית פגי infima pars montis Oliueti, quae ad vrbem excurrit, propter פגי Groſſos *ficuum* qui erant in hoc tractu frequentes, vel quia illam partem Hieroſolymarum tangebat et reſpiciebat, quae Bethphage vocatur. Qui vrbeculam vel villam huius nominis extra Hieroſolymas conſtituunt, nihil habent quo ſe ſuſtineant praeter Monachorum fabellas, qui peregrinantibus ſuperſtitioſis canunt quod volunt. Cum Marcus cap. XI, 1. dicit *quum appropinquarent Hieroſolymas ad Bethphage et Bethaniam*: ſolum indicauit locum illum, vbi ſe mutuo contingebant duo tractus montis oliueti, Bethphage et Bethania dicti, non autem villas ſic nominatas; nam ex Joh. XII. patet, Dominum noſtrum in Bethania vico Lazari pernoctaſſe, et poſt aliquam profectionem, mane ſolum ad hunc locum perueniſſe. Cum Chriſtus ad coelum aſcendit, diſcipulos ſuos eduxit Ἕως εἰς Βηθανίαν Luc. XXIIII, 50. Certe ibi non Bethania Lazari intelligenda, ſed tractus ille oliueti, qui ab Hieroſolymis vltra iter Sabbaticum non diſtabat; vt videtur ex Act. I, 12. et ad quem aliter vix venire poterant niſi eundo per tractum Bethphage vocatum. Sed aliquis obiicere poſſet, Chriſtus diſcipulis, cum peruentum erat ad Bethage et Bethaniam monſtraſſe villam quae erat κατέναντι αὐτῶν *Marc.* XI, 1. quaenam autem villa fuiſſet ſi non Bethphage? Bethania Lazari villa longius diſtabat, et ex illa venerant. Reſp. villa quam commonſtrauit Chriſtus diſcipulis, fuerunt tabernae illae בית הינני (de quibus vid. *Bethania*) magno ſatis numero ibi erectae, et ſpeciem villae ſpecioſae prae ſe ferentes. Certe vt ex aliquo loco ſingulis menſibus 40. Seae columbarum pro foeminarum purificationibus produci potuerint, vt dicitur *Hieroſ. Taanit.* fol. 69. 2. et denique ibi

plurі-

plurima alia proſtarent, requiritur, vt villa ſatis laxa fuerit.

De Bethphage vid. *Sim. Petitus* Obſeruationum Lib. III. c. 1.

✻ BEZALEEL cur ita fuerit dictus. *Tanch.* fol. 38. col. 1. fin. Praeterea varia de eo notatu digna reperies *ibid.* fol. 37. col. 4. poſt med. ſeq. Arcam foederis ipſe confecit Bezaleel, reliqua tabernaculi vaſa tantum ad praeſcriptum eius ſunt confecta. *ibid.* fol. 38. col. 3. poſt med.

בית שאן *Bethſchean* Scytopolis, vna ex vrbibus Decapolitanis.

§. R. Jehuda ſoluit *Bethſcheanem* a Demai decimatione rerum dubiarum. *Hieroſ. Demai* fol. 22. 3. Permiſſio illa partim propter R. Meir facta fuit, qui comederat folia olerum non decimatorum in Bethſchean, *Cholin* fol. 6. 2. partim vero quia exiſtimabatur eſſe extra terram Iſraeliticam. *Jarchi in loc.* huius rei ratio vero fuit, *quia aſcendentes e Babylone illam non ſubiugarunt. Jarchi in Demai* c. 1. v. 3. Habitabatur itaque adhuc ab Ethnicis, quibus Judaei mixti erant, ab accurata traditionum obſeruatione liberi. Hos etiam inuiſere voluit Chriſtus, Marc. VII, 31.

בית נמר *Beth Nemar* vid. in N.

ביעור *Biur* deſcribitur in *Maaſer Scheni* c. 5. 6. In veſpera primi diei feſti Paſchatis, anni quarti et anni ſeptimi eſt ביעור. Quomodo autem illam fecerunt נותנין הרומה ותרומת מעשר ולבעליה ומעשר ראשח לבעליו ומעשר עני לבעליו ומרשר שני והבכורים מתבערים בכל מקום: *Praebent decimas*, et decimarum decimas, decimas primas, decimas pauperum illis quibus debentur, primitias autem et decimas ſecundas plane abolent.

§. Quid ביעור ſit, diſces a gloſſatoribus in *Scheuiit.* c. 9. 2. In compendio rem ſic habeto; Anno ſeptimo fructus in apothecas repoſitos comedere licuit, quamdiu penderent iſtius generis fructus in arbore, in iſta regione: cum vero vlterius in arboribus eos inuenire non dabatur, iſtos, quos collegerant, aut quos domi repoſuerant, eiicere oportuit, et non de iis comedere ita vt antea. De hac ביעור in anno ſeptimo accurate vt omnia tractat Maimonides noſter in *Hal. Schemita* c. 7. de abolitione fermentati in Paſcha vid. C. l.

* בֵּיאוּרִים Rabbini ad textum ſacrum illuſtrandum commentarios ſcripſerunt; aſt cum in his quoque Rabbinorum commentariis litteralibus, quos Peruſchim vocant, extent quoque nonnulla intellectu difficilia, et quia inter illos Raſchi imprimis in ſtilo ſaepe eſt obſcurus, ideo fuerunt qui ביאורים *dilucidationes* in ipſius commentaria ſcripſerunt.

בִּכּוּרִים *Biccurim* de primitiis vid. ſuo loco.

* BILEAM de quo vid. *Edzardi Auot. Sar.* cap. 1. in indice. it. *Berachot*, p. 61. it. *Rabboth.* fol. 215. col. 1. ante med.

בִּירְהוֹר *Bizbur* in *Callab* cap. 4. 10. non eſt Bethar; ſed ſecundum gloſſam vrbs quaedam extra terram.

BLASPHEMVS non reus fit lapidationis, niſi expreſſerit nomen (proprium Dei,) dicit R. J. F. Corchac, toto die examinantur בכינוי adhibito *tecto nomine* v. 9. *percutiat Joſe Joſen.* Conſummato iudicio morte non afficiunt ob ſolum כנוי *tectum nomen*, ſed omnibus foras exactis, teſtium natu maximum interrogant, dicendo, ediſſere, quodcunque nomen audiviſti expreſſe. Tum ille hoc refert. Judices autem ſtant erecti, veſtesque diſcerpunt, non reſarciendas: (concinna nempe futura, ſed craſſa licet, quam conſuendi

Digitized by Google

ſuendi rationem vocant מכלב et שלל) *Sanhed.* cap. 7. 5. Vide Gemaram Babylonicam, quae copioſe ad hunc locum ediſſerit, quare iudices in pedes exſurgant, quare veſtimenta ſcindant, quare ea non liceat reſuere.

§. Qui Deum blaſphemauerit בשם עבודה זרה *nomine aliquo Idololatriae* Zelotypi הקנאים in ipſum incurrunt et ipſum interficiunt. *Sanhedr*. cap. 9. miſchn. 6. Si vero ad Synedrium adducitur, non lapidatur, niſi blaſphemauerit nomine aliquo proprio Dei.

§. In genere omnes qui audiunt blaſphemiam veſtimenta dilacerare debent, etiam ſi blaſphemia ſolummodo eſſet בכינוי, ſi ſcilicet blaſphemans Iſraelita fuerit, alias non lacerant propter blaſphemiam gentilis. Vnum idemque eſt, ſi quis blaſphemiam ex alterius qui audiuit, ore percipit, ſiue ex ipſo blaſphemantis ore.

§. כל העדים והדיינים סומכין את ידיהן אחד ואחד על ראש המגדף וכו׳ *teſtes et iudices*, *manus ſuas vnus poſt alterum capiti blaſphemantis imponunt* et dicunt דמך בראשך *ſanguis ſit ſuper caput tuum* etc. hoc in nullo qui a Synedrio capitali ſupplicio afficitur, obſeruatur, excepto in blaſphemo. etc. Maimon Auoda Sara c. 2. ſub fin. In iudicio Chriſti obſeruarunt lacerationem veſtium, cum ſecundum hypotheſin ipſorum protuliſſet blaſphemiam os ſanctiſſimum. De impoſitione manuum in caput eius nihil legimus, niſi forte conſpuendo et verberando faciem eius ad hunc ritum alludere voluerint.

* BONA OPERA. Judaei bonis operibus vitam aeternam ſe promereri poſſe putant. vid. *Menaſſe Ben Iſrael* de Reſurr. mort. p. 43. 44. Iniuſſi qui bonum opus faciunt, maius reportant praemium, quam qui iuſſi. *Wagenſ.* Sota. p. 473.

* BOS in terra eſt mundus, in mari immundus. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 160.

§. Quid ביעור ſit, diſces a gloſſatoribus in *Scheuiit.* c. 9. 2. In compendio rem ſic habeto; Anno ſeptimo fructus in apothecas repoſitos comedere licuit, quamdiu penderent iſtius generis fructus in arbore, in iſta regione: cum vero vlterius in arboribus eos inuenire non dabatur, iſtos, quos collegerant, aut quos domi repoſuerant, eiicere oportuit, et non de iis comedere ita vt antea. De hac ביעור in anno ſeptimo accurate vt omnia tractat Maimonides noſter in *Hal. Schemita* c. 7. de abolitione fermentati in Paſcha vid. l. l.

✱ ביאורים Rabbini ad textum ſacrum illuſtrandum commentarios ſcripſerunt; aſt cum in his quoque Rabbinorum commentariis litteralibus, quos Peruſchim vocant, extent quoque nonnulla intellectu difficilia, et quia inter illos Raſchi imprimis in ſtilo ſaepe eſt obſcurus, ideo fuerunt qui ביאורים *dilucidationes* in ipſius commentaria ſcripſerunt.

בִּיכּוּרִים *Biccurim* de primitiis vid. ſuo loco.

✱ BILEAM de quo vid. *Edzardi Auot. Sar.* cap. I, in indice. it. *Berachot*, p. 61. it. *Rabboth.* fol. 215. col. I. ante med.

ביתור *Bithur* in *Callah* cap. 4. 10. non eſt Bethar; ſed ſecundum gloſſam vrbs quaedam extra terram.

BLASPHEMVS non reus fit lapidationis, niſi expreſſerit nomen (proprium Dei,) dicit R. J. F. Corchae, toto die examinantur בכינוי adhibito *tecto nomine* v. 9. *percutiat Joſe Joſen.* Conſummato iudicio morte non afficiunt ob ſolum כינוי *tectum nomen*, ſed omnibus foras exactis, teſtium natu maximum interrogant, dicendo, ediſſere, quodcunque nomen audiviſti expreſſe. Tum ille hoc refert. Judices autem ſtant erecti, veſtesque diſcerpunt, non reſarciendas: (concinna nempe futura, ſed craſſa licet, quam conſuendi

ſuendi rationem vocant מכלב et שלל) *Sanhed.* cap. 7. 5. Vide Gemaram Babylonicam, quae copioſe ad hunc locum ediſſerit, quare iudices in pedes exſurgant, quare veſtimenta ſcindant, quare ea non liceat reſuere.

§. Qui Deum blaſphemauerit בשם עבודה זרה *nomine aliquo Idololatriae* Zelotypi הקנאים in ipſum incurrunt et ipſum interficiunt. *Sanhedr.* cap. 9. miſchn. 6. Si vero ad Synedrium adducitur, non lapidatur, niſi blaſphemauerit nomine aliquo proprio Dei.

§. In genere omnes qui audiunt blaſphemiam veſtimenta dilacerare debent, etiam ſi blaſphemia ſolummodo eſſet בכנוי, ſi ſcilicet blaſphemans Iſraelita fuerit, alias non lacerant propter blaſphemiam gentilis. Vnum idemque eſt, ſi quis blaſphemiam ex alterius qui audiuit, ore percipit, ſiue ex ipſo blaſphemantis ore.

§. כל העדים והדיינים סומכין את ידיהן אחד ואחד על ראש המגדף וכו׳ *teſtes et iudices, manus ſuas vnus poſt alterum capiti blaſphemantis imponunt* et dicunt דמך בראשך *ſanguis ſit ſuper caput tuum* etc. hoc in nullo qui a Synedrio capitali ſupplicio afficitur, obſeruatur, excepto in blaſphemo. etc. Maimon Auoda Sara c. 2. ſub fin. In iudicio Chriſti obſeruarunt lacerationem veſtium, cum ſecundum hypotheſin ipſorum protuliſſet blaſphemiam os ſanctiſſimum. De impoſitione manuum in caput eius nihil legimus, niſi forte conſpuendo et verberando faciem eius ad hunc ritum alludere voluerint.

✱ BONA OPERA. Judaei bonis operibus vitam aeternam ſe promereri poſſe putant. vid. *Menaſſe Ben Iſrael* de Reſurr. mort. p. 43. 44. Iniuſſi qui bonum opus faciunt, maius reportant praemium, quam qui iuſſi. *Wagenſ.* Sota. p. 473.

✱ BOS in terra eſt mundus, in mari immundus. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 160.

Digitized by Google

C. ג. ח.

CABI *loquacitatis* 10. deſcenderunt in mundum, novem abſtulerunt mulieres. 10 ſapientiae, 9. abſtulit terra ſancta. Decem *diuitiarum*, 9. abſtulit Roma. Decem *pulchritudinis*, 9 abſtulit Jeruſalem. Decem *paupertatis*, 9 abſtulit Babel. Decem *ſuperbiae* 9. Elam. Decem *fortitudinis*, 9. abſtulerunt Perſae. Decem *pediculorum*, 9. abſtulit Media. Decem *incantationum*, 9. ſumpſerunt Aegytii. Decem *plagarum*, 9. abſtulerunt porci. Decem *ſcortationis*, 9. Arabia. Decem impudentiae, 9. Miſchan. 10. *Nigredinis*, nouem Aethiopes. Decem ſomni, 9. ſerui ſibi attribuerunt. *Kidduſchin.* fol. 49. 2.

Cab eſt menſura cubica inter Ebraeos aridorum, quae eſt ſexta pars סאה Seac et capit viginti quatuor oua. *Leusden* Philol Hebr. Mixt diſſ. XXXI. p. 203. Vbi verba recenſentur ex *Baal Turim* ad cap. III. Gen. v. 20. *Decem cabi garrulitatis deſcenderunt in mundum, nouem acceperunt mulieres.* Conf. *Caſp. Waſeri* Tigurini libr. de antiquis menſuris Hebraeorum. qui tractatus extat in Tomo VIII. Critic. Sacr. p. 1061. editionis Londin.

כבול *Chabul* 1 Reg. IX, 12. 13. LXX. interpretati ſunt ὅριον, ex qua ratione, non ita apparet. Hieroſolymitani Chabhul ſic definiunt in Schabbat. fol. 7. כבול ארץ שאינה עושה פריות *Chabul terram ſignificat quae non fert fructus.* In *Bab. Schabb.* fol. 54 aliter Etymologiam rimantur. *Quid ſibi vult terra Chabul? Rabb Houna dixit*, quia incolae eius מכובלין בכסף ובזהב *erant inuoluti argento et auro.* Obiicit Abba, ſi res ita ſe haberent, quare ergo illae ciuitates terrae Chabhul Hiramo diſplicuerunt, ſi tam diuites fuerunt? Reſp. idcirco diſplicuerunt, quia propter affluentiam opum delicati et teneri erant, proindeque inepti ad opera Regis.

§. Aliam

§. Aliam nomenclationem reperiit R. Nachman Bar Iſaac loc. cit. terra Chahul חרמשן היחרת erat ſalſa et fiſſuris hians, et vocata eſt Chabul דמשתגרא ברת כרעא עד כבלא quia mergitur in ea crus vſque ad periſcelides.

§. Gloſſator ad locum Bab Schab. 54. dicit vrbes illas, quas Salomo dedit Hiramo et quas ille כבול vocauit, fuiſſe numero 22. cum in fonte ſacro ſolum 20. fuiſſe dicatur.

CADESCH BARNÉA et קדש ſimpliciter ab omnibus Orientalium interpretibus redditur רקם. Cadeſch Barnea eſt Onckeloſo רקם גיאה, Jonathani רקם גיעה, Targum Hieroſolym. רקם דגיעה, Gemariſtis רקם גיעה.

§. Rekam erat terrae Iſraeliticae limes, ita tamen, vt quaſi extra terram eſſe aeſtimaretur. Hinc iſta: *omnes maculae, quae veniunt a* רקם *ſunt mundae*. (Gloſſ. non enim determinarunt de maculis alienigenarum) *Gittin*. c. 1. 1. *Jeuamot*. fol. 16. 1.

§. Duo loca nomine רקם inſignita erant in terrae limitibus, vnum erat Cadeſch a parte auſtrali, alterum vero Cadeſch a parte Orientali, de qua loquitur R. *Niſſim* in Gittin. cap. 1. ad ea verba מרקם למזרח ורקם, כמזרח quando dicit, *Rekam ipſa pro oriente mundi* (pro terra Ethnica) *reputatur*, *non pro terra Iſraelitica*.

✱ CAECITAS. Caeci miſerrimi mortalium. *Tanch*. fol. 10. col. 3. p. init. Caecum Judaei vocant סגי נהור multatum luce, vid. *Wolf*. Bibl. Heb. Part. 1. p. 128. not. et p. 449. not. De Chriſto caecorum medico, vid. *Zorn*. opuſc. ſacr. tom. 2. p. 252. ſeqq.

✱ CAELEBS. Judaei magnopere laudant illorum inſtitutum, qui vt rebus diuinis attentius vacent, caelibem vitam degunt, ſiquidem et ipſum Moſen propterea

pterea adducunt, qui ſimul ac legi diuinae operam dare coepit, ſtatim ab vxore ſua, aliisque foeminis perpetuo abſtinuerit. *Voiſin* Pug. fid. p. 76. a. Qui ſtudiis operator caelebs, Judaeis בחור appellatur. vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. 1. p. 153. not. Caelibatus meretur mortem temporalem et aeternam. *Edzard.* p. 107. Caelibatus fugiendus. *Rabboth.* fol. 15. col. 3. med. it. fol. 330. col. 2. poſt med.

CAEREMONIALES leges ad quinque categorias referri poſſunt. 1. ad perſonas ſacras vid. *Sacerdos ſummus. Sacerdotes vulgares Leuitae.* 2. ad Actiones ſacras. vid. *Sacrificia, circumſio, Paſcha.* 3. ad res ſacras, vid. *primitiae, decimae.* 4. ad loca ſacra vid. *Templum.* 5. ad tempora ſacra, vid. *Nouilunia, Paſcha, Pentecoſte, feſtum Tabernaculorum, annus Sabbaticus, Jubilaeum.*

CAESAREA, Joſuae XI, 1. Arabs Interpres dicit fuiſſe *Hatzor;* fieri tamen poteſt vt ille non Caeſaream Stratonis de qua nunc loquimur, ſed Caeſaream Philippi intellexit. Judaei vocant *Ekron Bab. Megillah.* fol. 6. 1.

§. Ab Aſmonaeis vocata eſt אחידת מגדל צור *Juchaſin* fol. 74. 1.

§. Habitabatur Caeſarea a Judaeis, Samaritanis, et Ethnicis; hinc quaedam loca Judaeis immunda erant, et ſpecialiter locus in quem per arcum ingrediendum. *Hieroſ. Nazir* fol. 56. 1.

§. Portus Caeſareae in tribunali Hieroſolymitano non aeſtimatus fuit eiusdem puritatis vt ciuitas, (ſine dubio enim propter colluuiem populi, in portu maior immunditiès et plures profani erant.) vid. hiſtoriam de libello repudii allato a portu Caeſareae in *Hieroſ. Gittin* fol. 43. 2.

§. Praeclara Caeſareae fuit Academia, in qua floruerunt R. *Hoſchaia Ruba Hieroſ. Terumot* fol. 47. 1. item R. Abhu,

Digitized by Google

R. Abhu, *Juchaſin* fol. 74. 1. R. Zerikan, *Hieroſ. Peſachim.* fol. 28. 1.

§. Celebratur *Hieroſ. Nazir*, et *Hieroſ. Berachot* כנישתא מרדתה הקיסריה *Synagoga Maradta Caeſareae.*

§. Caeſarea Philippi eſt apud Talmudicos eiusdem claſſis cum Bethſcheane, vt inter Decapolitanas numeretur, argumentum afferri poteſt ex Ptolomaeo, qui eam numerat inter vrbes *Phoeniciae mediterraneae*, et ex Joſepho qui in vita ſua innuit, Syros eius incolas fuiſſe.

In CAENACVLVM aſcendere vſitatum erat apud Judaeos, quando de lege aut religione diſceptabatur. *Schabb.* c. 1. 7. *Hae ſunt traditiones, quas docuerunt* בעליית *in Caenaculo Chananiae Ben Chezckiae* etc. *Hieroſ. Sanhedr.* fol. 24. 3. aſcenderunt ſeniores לעליית *in caenaculum in Hierichunte. Aſcenderunt etiam in caenaculum in Jabhne. Juchaſin* fol. 23. 2. *Rab Jochanan et diſcipuli eius aſcenderunt εἰς ὑπερῷον, et legerunt et expoſuerunt.*

De talibus עליית caenaculis intelligenda ſunt loca Marci XIIII, 15. Act. I, 13. Ex hoc etiam dilucidari poteſt locus Marc. XI, 4. ἀπεστέγησαν τὴν στέγην. Chriſtus enim cum Phariſaeis et legum doctoribus non fuit in inferioribus domus partibus, ſed ſedit in caenaculo ad diſſerendum ordinato, in conclaui altiori vel ſupremo, ad quod perfoſſo tecto ſtatim venire licuit. Si autem ponatur Chriſtum in inferiori aliqua camera fuiſſe, quae non parietum et contignationum ſtrata perrumpenda fuiſſent?

De חגיגה *Chagiga* vid. Paſcha.

CAINVM et Abel vnico partu ab Eua in lucem editos fuiſſe ſentit R. Joſe apud R. Elieſerem in *Pirke* cap. 21. deceptus verbis ותוסף ללדת *et perexit parere:* quaſi

quaſi illa denotarent continuum pariendi actum, cum ſola mens Moſis fuerit compendioſe loqui.

§. Alii fingunt cum Caino et Habele, genitas eſſe gemellas, vt Saidus Patricides Patriarcha Alexandrinus *Annal.* p. 15. *Congreſſus eſt ergo*, inquit, *Adam cum Eua, quae cum concepiſſet, peperit puerum et puellam, puerum appellauit Cain, puellam* אצרון; *rurſus concepit, et puerum itidem ac puellam peperit, quorum hanc* אוין *Auvina, illum Abel nominauit.* Item R. *Sal. Jarchi* שלש אתים רבוי' הם מלמד שתאומה נולדה עם קין ועם הבל: *Tres* את *Eth multiplicati docent, gemellam fuiſſe natam cum Caino et Habele.* Sed hac ratione concludere liceret, non duas ſed tres gemellas fuiſſe, cum quinquies particula את in duobus verſibus legatur.

Circa ſacrificium Caini notandum, illum et fratrem eius ritum ſacrificandi didiciſſe ab Adamo, cui Deus illum monſtrauit tempore illo, quo poſt promiſſionem pelliceas veſtes protoplaſtis parabat, vt enim pellis haberi poſſet, animal occidi debuit, mactatum et excoriatum confirmandae promiſſionis ergo ſtatim Deus in victimam comburi curauit. Hanc coniecturam amplexus eſt *Jarchius* ad verba *Pſalm.* LXVIIII, 32. *Quae melior videbitur Jehouae boue* etc. הוא שור הקריב אדם ראשון *bos hic eſt, quem obtulit Adam primus, quique creatus fuit integrae ſtaturae* etc. Idem Onkelos.

Cain ſacrificium ſuum adduxit ad certum et pro ſacrificiis deſtinatum locum, ſed non placet ſententia illorum qui dicunt כי המנחה הבאה אל אביו *quod adduxerit ſacrificium ad patrem ſuum.* Aben Eſra.

Quod materiam oblationis attinet, negat Aben Eſra illam fuiſſe primitias frugum. In *Tanchuma* fol. 3. ſtatuitur tanquam ex communi ſententia Magiſtrorum, oblationem Caini ſumptam fuiſſe שורע פשתן *ex ſemine lini.*

Quid

Quid Cain loquutus ſit cum Habele ſecundum *Geneſ.* IIII, 8. expreſſit Targum Hieroſolymitanum. *Et dixit Cain ad Habel fratrem: veni et egrediamur foras. Et accidit cum egreſſi eſſent ambo in agrum, reſpondit Cain: Non eſt iudicium, nec iudex, nec ſeculum aliud nec merces bona pro iuſtis, nec poena pro impiis. Nec Dei miſericordia creatus eſt mundus, nec Dei miſericordia regitur, eo quod ſuſcepta eſt oblatio tua cum beneplacito. Reſpondit Habel: eſt Judicium, eſt Judex, eſt ſeculum aliud* etc. *ſed quia opera mea ſunt meliora tuis, ſuſcepta eſt oblatio mea cum beneplacito: tua autem non eſt ſuſcepta.* Ex hac altercatione deinde credunt caedem inſequutam. Aben Eſra exiſtimat etiam, Cainum hoc in loco Habeli recitaſſe כל החוכחות *omnem illam diſputationem, quae Deo cum ipſo interceſſerat.* Veteres autem Cabbaliſtae ſentiunt aemulationem fratrum ortam eſſe ex eo, quod Adamus Habeli deſponderit coniugem formoſiorem, hinc apud R. *Elieſerem* c. 21. R. Zadock illud בשדה *in agro* qui erat locus in quo Cain caedis occaſionem captauit, explicat, *cum vxore quae ſimilis eſt agro, ſicut dicitur: homo enim arbor agri.* Hanc traditionem retinuerunt orientales, vt videtur ex Eutychio Alexandrino apud Cl. *Heidegg.* de *vit. Patr. Exerc.* V. p. 192.

Circa ſignum quod Deus Caino impreſſit, varie ab Hebraeis luditur. R. Salomoh Jarchi חקק לו אות משמו במצחו *impreſſit fronti eius litteram ex nomine ſuo. Tanchuma* fol. 4. (fol. m. 2. col. 3. poſt init.) vult ſignum illud fuiſſe שבת, et Deum illud primitus dediſſe Adamo in remiſſionis ſignum, et deinde etiam Caino. R. Elieſer contendit in *Pirke* cap. 21. fuiſſe ſignum iſtud litteram vnam ex Alphabetho Hebraico, brachio Caini impreſſam. Alii putant, vbicunque locorum fuerit Cain, partem aliquam circumſtantis terrae tremuiſſe.

De Coniugio Caini vid. *Vxor.*

De

De lite Caini et Habelis vide Tanchuma fol. 2. col. 2. med. it. fol. 30. col. 2. circ. fin. Quomodo Cain poſt fratrem occiſum diſceptauerit cum Deo. *ibid.* f. 2. c. 2. circ. fin. Vbicunque abiit Cain poſt occiſum fratrem, terra mouit ſe. *ibid.* col. 3. init. Cain, poſtquam occiſus eſt, factus eſt angelus mortis. *ibid.* poſt init. Quomodo ille a Lamecho fuerit occiſus. *ibid.* med.

CALCEI extractio ita fit. Glos ſe confert ad illum locum vbi Leuir habitat, iudicesque conuenit. Qui ante omnia illi et Leuiro illud conſulunt, quod ipſos maxime decet, ſi iuuencula eſt, et ille iuuenis, vt eam ducat. Si vero illa iuuencula et ille ſenex, aut vice verſa, vt calceum extrahat. Deinde Judices locum definire debent, vt ibi coram illis ſedentibus extractio fieri poſſit, ipſamque expedite docent: לא אבה *non vult* etc. (textum ſcilicet illum, qui ita incipit) ita vt illa verbo vno anhelitu dicere poſſit.

§. Noctu nemini calceus extrahitur; nec extrahitur aliis, niſi qui patrem et matrem Iſraelitas habuerunt.

§. Fratria calceum allatum, qui ſoleam habet ſed lino non conſutus eſt, pedi dextro Leuiri induit, ligat, et deinde cum ipſo coram iudicibus aſſurgit.

§. Quo facto glos legit in lingua ſancta illa verba, *Renuit Leuiri ius mihi praeſtare* etc. *Leuir vero illa verba, Nolo ducere ipſam:* ſimulque pedem ſuum in terram figit; Glos autem ſedens calcei ligamenta ſoluit, calceumque exuit, illum in terram deiicit, et tunc ſtatim ac calceus proiectus eſt, aliis nubendi facultatem acquirit.

§. Poſtea ſurgit et coram Leuiro ſputum eiaculat, et legit, *ita fiet viro qui non aedificabit* etc. Judices accurate obſeruant quomodo exſpuerit, et deinde cum omnibus

omnibus praeſentibus ter clamant, ad finem lectionis fratriae חלוץ הנעל. *Extractus eſt calceus.*

§. Si Leuir caecus eſt, aut pes eius dexter abſciſſus ſit, ipſi calceus extrahi nequit, debet enim ſputum videre, et pedi eius dextro calceus indui.

§. Si calceus nimis magnus fuerit aut nimis paruus, ita vt eo incedere non poſſit, aut conſutus ex lino, aut contextus ſimpliciter ex crinibus, aut factus ex ligno, ſubere, muſco, extractio huius calcei illegitima eſt.

§. Si per artificium multum ſputi collegerit, aut ex ore eius profluat ſanguis, aut ſi ventus ſputum diſſipauerit, antequam e regione faciei eius veniret, extractio irrita eſt; debet enim ſputum naturale eſſe, et omnia reliqua accurate obſeruari. Maimonides in *Hal. Jebbom Vachalitza* c. 4.

§. De Calceis et Sandaliis vid. *Sandalia.*

§. Calcei ſolutione ſeruus tanquam arrhabone emebatur. vid. *Seruus Canan.*

CALCEVS Pſal. LX, 10. legimus *ſuper Aedumaeum proiiciam calceum meum* etc. נעל ibi ſecundum R. Immah. ſignificat etiam Chirothecam. Quia mos erat regum vrbem fortem obſidentium, vt Rex Chirothecam proiiceret intra vrbem: q. d. nunquam ſe ab vrbe receſſurum niſi vrbe capta. vid. *Chaldaeum* in *Ruth.* IV, 7 8. *Succa.* fol. 52. 2. *Elia* in *Thisbi* in קפוח et *Lex. Pagn.* in red. נעל.

Calcei extractio conf. *Leuiratus.* Calceum leuiro exuendi ritus deſcribitur a *Wagenſeil.* in Sota. p. 663. De calceis Hebraeorum. *Rabboth.* fol. 211. col. 2. ante med. vbi conf. Mallnoth Cehuna. Diſcalceatio neceſſaria praeſente Schechina. *Rabboth.* fol. 98. col. 1. ante fin. De modo contrahendi per extractionem calcei, *ibid.* f. 285. c. 1. poſt med.

Pro calceis venditus eſt Joſephus. *Tanchuma* fol. 13. c. 3. circ. med. Cuncta quae ad calceorum rationem inter Judaeos imprimis ſpectant, pertractans Antonius Bynaeus, de calceis Hebraeorum, Libros duos edidit Drordraci 1682. in 12. (vid. Act. Erud. Anno 1684. p. 68. it. Anno 1695. p. 533.)

* CALENDARIVM. De rationibus Calendarii Judaici. vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1302. it. Part. I. p. 608. et p. 719. et Part. III. p. 641. et 1269.

* CALVMNIA. Calumniari proximum ingens crimen. *Tanch.* fol. 2. col. 2. med. it. *Rabboth.* fol. 242. c. 1. ante fin. it. fol. 158. col. 4. ante med. Serpens emblema calumniatoris *Rabboth.* f. 242. c. 1. fin. ſeq. it. fol. 223. col. 3. poſt init. it. fol. 158. col. 4. poſt med.

* CALVITIES. Caluitiei ignominia. *Wagenſeil.* Sota. 1033.

CAMELORVM τρίχας vocant Talmudici צמר גמלים *Menachot.* fol. 39. 2. Veſtis non eſt ei praeter laneam לרבות צמר גמלי' וצמר ארנבי' *ad addendum lanam vel pilos Camelorum et lanam leporinam.*

§. Commiſcere lanam ouium cum pilis camelorum non fuit licitum, quia in veſtimentis omnia prohibentur heterogenea vid. *Orach. Chaiim.* lib. 2. 309.

§. In *Bereſchit Rabba.* §. 20. exiſtimat R. Samuel bar Nachman, veſtimentum quod fecit Deus Adamo, fuiſſe מצמר הגמלים *de pilis camelorum, et pilis leporum.*

Camelos praeſertim pingues Arabes ſacrificant in ara ignoti Dei, ſicut nupturae virginibus camelis. vid. *Joh. Guil. Stuck.* de ſacris Gentil. p. 68.

CANA

Digitized by Google

CANA in qua Chriſtus nuptiis interfuit, forſan eſt illud כנרה de quo legimus apud *Juchaſin* fol. 57. *In fine capitis ſeptimi Bauae Metziae eſt traditio. Abba Chalaphta de Cephar Chanania dicit nomine R. Meier* etc. ונל׳ כי כפר חנניה היא כפר כנרה *Et videtur mihi, quod Cephar Chanania ſit Cephar ſ. pagus Canna: ſicut probabile eſt ex capite nono tractatus Scheuiit, nam ibi erat initium Galilaeae inferioris*

§. קנרה cum litera initiali *Koph* eſt ciuitas in tribu Aſer, Joſ. XIX, 28. vbi Graeca quaedam habent Καν-θάν alia vero Κανά.

§. Memoratur etiam apud Talmudicos קיני *Keni*, vt in *Obaloth* c. 18. v. vlt. רבי ובית דינו נמנו על קני וטהרוה *Rabbi et conſeſſus eius numeratis ſuffragiis de Keni eam puram pronuntiarunt*.

§. Bis occurrit mentio pagi Κανά apud Joſephum *Antiq.* lib. 13. 23. Et *in vita eius*.

CANANAEAE populi. In catalogo excidendarum gentium etiam Perizaeos habes; at Gen. X. inter filios Cananis Perizaeus non numeratur; hinc etiam quidam ſupponunt illos populos *Perizaeos* dictos eſſe, quaſi diceres *paganos*, eo quod in villis et pagis degerent non munitis. Probabile eſt quasdam familias Cananiticae ſtirpis, denominatas fuiſſe non ab ipſiſſimo immediato filio Cananis, a quo originem deduxerunt, ſed a famoſo ac memorabili aliquo homine iſtius ſtirpis. Vide Cl. Leigtfootum in Chorog. *Marci* p. 86. Huius claſſis etiam erant, *Kenaei*, *Kenizaei et Kadmonaei*, *quas nationes nondum Judaei ſubiugarunt*, *ſed id fiet tempore Meſſiae*, *et ex illarum ciuitatibus adhuc tres aliae ciuitates refugii ordinabuntur*. *Maimon.* in רוצח cap. 8. *Bereſchit Rabba* fol. 28. 2. Quales illae nationes ſint, diſſentiunt Magiſtri: Hieroſolymitani in *Kidduſchin* fol. 61. 4. dicunt eſſe *Salmaeos*, *Sabaeos*, *Nabathaeos*,

 vel

vel Aſiam, Carthagenam, et Turkiam. Babylonici vero in *Bab. Bathra* fol. 56. 1. Secundum R. Jehudam ſunt illae gentes, *Mons Seir*, *Amon et Moab*. Secundum R. Simeonem ערדיסקים *Aſiam et Hiſpaniam*.

§. Bellum quod contra ſeptem gentes geſſerunt Iſraelitae erat מלחמת מצוה *bellum praecepti*, a quo nemo excipiebatur nec ipſe ſponſus in thalamo. *Maimon. Hal. Melach.* c. 7. Quomodo Girgeſaei praeſente Alexandro magno cum Iſraelitis de repetundis expoſtularunt. vid. *Alexander*.

Cananaea terra mercatorum. *Tanch.* fol. 76. col. 4. circ. med.

* CANIS. Canem alere non licebat, niſi vinculis alligatum. Baba Kama cap. 7. miſchn. 7. et *l'Empereur* it. *Tobb* et *Bart.* ad h. l. *En Iſrael* part. I. p. 49. col. 2. ant. fin. Tres creaturae coitum celebrarunt in arca, Cham, canis et coruus. *Tanchum.* fol. 4. col. 2. circ. fin. Canum fidelitas. *Wagenſeil.* Sota. p. 86. et 1099. Canum miſeria. *En Iſrael* part. 1. p. 64. col. 1. ant. fin. Canes in pretio apud Judaeos. *Rabboth.* fol. 121. col. 3. poſt init. De conuitio per canem facto. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 526. De quibusdam, qui ob impudentiam canes dicti ſunt, conf. *Fabricii* Bibl. Graec. Lib. 3. cap. 13. p. 361. *Guil. Saldenus* in otiis Theologicis peculiari quadam diſſertatione agit de canis pretio. Nimirum peculiari lege canis pretium ſanctuario inferri ſapientiſſimus Legislator vetuit, quod edictum Deut. XXIII. expreſſis verbis conſignatum exercit. 7. lib. 1. explicaturus auctor, multa de canum fidelitate, vigilantia, ſagacitate, aliisque praeclaris dotibus praefatur, eamque in rem haud pauca exempla et teſtimonia e variis Autoribus adducit, eadem occaſione Graecorum prouerbio *βλέπε κύνα*, et comparationi Paſtorum cum mutis canibus, quae apud Eſaiam cap. 56. legitur, lucem aliquam affundens. Deinde quantis nonnulli canes ſuos vel in deliciis habuerint viuos, vel honoribus proſe-

quuti

quanti fuerint mortuos, exponit. His aliisque praemiſſis inquirit, cur hoc animalium genus Deo vſque adeo inuiſum fuerit, vt ne quidem pretium eorum in ſanctuarium inferri permiſerit. Quamuis autem hic liberrimum Dei arbitratum ſufficere, nec rationes, quae penes Deum fuerunt, cur ita ſtatueret, nimis ſcrupuloſe inquirendas exiſtimet, non deeſſe tamen cauſſas vtcunque probabiles ſtatuit, quarum praecipuas in medium afferens, canem animal non ſolum ex lege immundum, ſed vile etiam et contemtum eſſe, ex ritu ignominioſae κυνοφορίας nobilibus ante capitale ſupplicium iniunctae, cuius exemplum in Guntheri Ligurino et Ottone Friſingenſi legitur, nec non ex talorum infelici iactu, qui apud Propertium et Perſium canis et canicula vocatur, item ex malo canum omine aliisque argumentis et ſacris pariter ac profanis teſtimoniis demonſtrat. Hinc ad canum impudentiam et obſcoenitatem progreditur. Accedit et alia cauſſa, cur ſanctiſſimum numen impuriſſimi huius animalis pretio ſanctuarium ſuum pollui noluerit, idololatria nempe gentilium, qui vel canes Diis ſuis mactabant, vel ipſos canes vt Deos venerabantur. Vtrumque Autor ex variis gentilium ſacris prolixius deducit, et cur Anubis Aegyptiorum Deus caninum caput retulerit, diſquirit. vid. *Act. Erudit.* Anno 1684. p. 519.

CAPERNAVM inter Tiberiada et Tarichaeas ſita fuit, et probabile eſt illam vrbem nomen ſumpſiſſe a πηγῇ ποτιμωτάτῃ Καπερναούμ *fonte dulciſſimo*, Capernaum vocato, quia ſecundum *Joſephum de bello* lib. 3. c. 35. regionem Gennesar irrigauit.

§. Guil. Tyrius lib. 10. cap. 16. nobis aliquam Capernaum ad littus maris mediterranei deſcribit, prout illa cuius mentionem facit ſacer codex, ad littus maris Genneſaretici fuit.

Digitized by Google

§. De כפר נחום *Capernaum* legitur in *Midraſch Cohelet* fol. 85. 2. *Chanina filius fratris R. Joſuae profectus eſt* כפר נחום *et fecerunt in eum* מינאי *haeretici aliquid incantationis* etc.

✱ CAPILLI. Sacerdotes comam alentes templum ingredi non debebant. *Maimon.* Biat Hammikd. Cap. 1. §. 8. Sacerdotes ſummi comam nutrire plane non debebant, *ibid.* §. 10. Quantum temporis requirebatur, vt quis dici poſſet nutriens comam. *Maimon.* ibid. §. 11. Judaeorum foeminae crines ſuos ſedulo tegunt. *Rabboth.* fol. 188. col. 3. fin. *Wagenſeilii* Sota. p. 42. Ornatrices crinium *ibid.* p. 137. Quilibet pilus in homine ſuum habet fontem, vnde alimentum capit. *Tanch.* fol. 48. col. 4. circ. med. Arabes et Indi cornua ex proprio capillo ſibi nectunt, quem morem et Alexander M. obſeruaſſe videtur. *Obſeru. Hallenſ.* Tom. 9. obſ. 10. §. 10.

כפר צמח *Caphar tzemach* vrbs vel pagus decapolitanus. Rabbi ſoluit eam a decimatione rerum dubiarum vid. *Hieroſ. Demai* fol. 22. 3. R. Salomo hunc locum כפר עמס per extraordinariam ח צ transmutationem.

§. De ſitu eius nihil licet pronuntiare niſi illam ab Hieroſolymitanis numerari inter עיירות אסורות בתחום *vrbes prohibitas in limite.*

כפר קרנים *Caphar Carnaim.* De hoc pago ſic loquuntur Hieroſolymitani loco modo cit. *Caphar Carnaim eſt eiusdem conditionis cum Beth Scheane.* Id eſt iuris Ethnici.

כפר עמ״קו *Caphar* ſiue *pagus Imki*, eius memoria fit in Taanith fol. 21. 1. *Ciuitas in qua ſunt quingenti pedites vt Caphar Imki.*

§. In textu Talmudico ſcribitur עמיקו, ſed Aruch et R. Salomo עמקי ponunt.

§. San-

§. Sandalia quaedam ab hoc loco famoſa fuerunt, et סנדלי עמקי *calcei Imkienſes*, vocantur, *Kelim* c. 9.

כפר בריש *Oppidum malum* ſonat, quod ita nominatum fuit דלא יהבי ביתא לאו שפיזא *quod non praeberet domum hoſpitalem.*

§. כפר שחליא Oppidum a quadam herba ſic dictum, quod iſta herba nutrirentur. *Bab. Gittin* fol. 57. 1. vbi etiam ſit mentio כפר דכריא *oppidi maſculorum*, ideo dictum quod vxores ipſorum primo parerent mares, et deinde foemellas, et ſic deſinerent, vel ſicuti dicitur *Hieroſ. Taanith* fol. 69. 1. quod niſi inde aliquo diſcederent foeminae, non potuerunt non mares parere.

כפר חנניה *Chananiae oppidum. Hieroſ. Auoda Sara* fol. 43. 2. etiam כפר חנן oppidum Cana vocatur.

§. Caphar Chananiae erat medium Galilaeae; *Scheviit.* cap. 9. v. 2. diſtabat a כפר עותני *oppido Vthni* 30. milliaria Gloſſ. ad *Bab. Berach.* fol 43. 2.

§. Familia Manual, et familia Gorionis tempore famis ficus atque vuas aridas pauperibus ex כפר שיחין et כפר חנניה diſtribuerunt *Bab. Erubbin* fol. 51. 1.

* CAPTIVITAS. Ob tria peccatorum genera Iſraelitae abducuntur in captiuitatem. *Rabboth* fol. 183. col. 4. fin. ſeq. De captiuitate Iſraelitarum ſub quatuor regnis. *Rabboth*. f. 184. c. 1. ante med. Quaenam tribus primum in captiuitatem fuerint abductae. *ibid.* fol. 286. col. 1. poſt init. et in fin. Quomodo Deus ob captiuitatem Iſraelitarum et templum deuaſtatum lugeat, proque iis deprecentur Abraham, Iſaac et Iacob. *ibid.* fol. 289. col 4. poſt init. tot. et f. 290. c. 1. et 2. tot. Quare Deus Iſraelitas abduxerit in captiuitatem. *ibid.* fol. 292. col. 2. poſt init.

CARNIS eſum ante diluuium illicitum fuiſſe plurimi referunt Rabbini.

Aben Eſra in Gen. I, 29. 30. הנה נתתי לכם *Ecce dedi vobis: Permiſit his verbis, inquit, filiis Adam et omni animam viuam habenti comedere, omnis quidem herba et omnis fructus arboris conceſſus eſt homini. At omnis herba viridis data eſt beſtiis et omni reptili,* ועד כרת לא התיר הבשר עד אחר המבול *et hactenus non conceſſit Deus carnem niſi poſt diluuium.*

Jarchius in eundem locum. *Permiſſum non erat Adamo et mulieri eius occidere ullam creaturam* ולאכול בשר *et carnem comedere; Poſtquam vero venerunt filii Noë,* התיר להם בשר *permiſit eis Deus carnem, ſicuti ſcriptum eſt,* omne reptile quod viuit etc. Similia reperies in *Bereſchit Rabba* ſect. 34. apud Joſephum *Albo* lib. עקרים parte III. c. 14. 15. *Menaſſe Ben Iſrael in Conciliat.* q. 10. in *Geneſ.* Quae omnia originem trahunt a ſententia R. Jochananis in *Gem. Sanhed.* c. 7.

Quare Adamo Creophagia prohibita, Noacho vero conceſſa ſit, diſquirit R. Bechai Ben Aſcher in Schulchan Arba. vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 234. Vtrum hominibus antediluuianis conceſſum fuerit, carnes animalium comedere, vid. *Iſingii* Exercitt. in Pentateuch. p. 18.

CARMEL. Mons ille non longe diſtat a mari mediterraneo; quod ex eo apparet, quod ille qui a vertice eius ſub occaſum ſolis deſcendit, et ſe in mari lauat, adhuc aeſtimetur טבול יום *interdiu lotus* et quaſi pleno die ſe lauaſſet, ex Hieroſ. Berachot. fol. 2. col. 2.

De fertilitate montis Carmel vid. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum p. 70.

✱ CASEVS. Caſei gentilium, in Beth Oniani parati, Judaeis ſunt prohibiti. *Auoda Sara* Cap. 2. Miſchn. 4. ſeqq. Caſei gentilium, quouſque ſint prohibiti *Edzard. Auod. Sara.* cap. 2. p. 72. ſeq. quare illi ſint prohibiti. *Rabboth.* fol. 251. col. 2. fin.

Si

Si CASVS nocturnus ſacerdoti, excubias agenti in templo, contigiſſet, per cochleam deſcendebat in cryptam porticus et ibi ſe lauabat. *Middot.* c. 1. v. vlt.

CASTIGATIONES temporales, ſunt quaſi fax accenſa in manu hominis, vt cognoſcatur מה מיבו עם בוראו qualis ſit ſtatus eius cum creatore ſuo. *Baal Akeda.* Pulchra eſt Judaeorum caſtigatio, ſicut lorum rubrum חיורא לסוסיא *equo albo* Rc. Chagig. fol. 9. 2.

§. Caſtigationes ממריקין *abrodunt*, vel finiunt omnes iniquitates hominis: quaſi ſanguinem hominis exhauriunt, et vires conſumunt, vt inique agere deſinat. *Berach.* fol. 5. 1. *Schabbat* fol. 33. 1. de duplici caſtig. vid. Buxt. Lex. Talm. p. 965.

Quicunque filium non caſtigat, degenerem eum facit. *Tanchum.* fol. 18. col. 3. ſeqq. it. *Rabboth.* f. 94. col. 1. med. et col. 2. tot. Iſaac primus ſuſtinuit caſtigationes. *ibid.* fol. 58. col. 4. init. Nunquam diutius caſtigantur Iſraelitae, quam per tres dies. *ibid.* fol. 347. col. 2. poſt init. Tria dona conceſſit Deus Iſraelitis, verum ea non niſi per caſtigationes. *ibid.* fol. 94. col. 2. init. *Tanchuma* f. 19. c. 1. med. Caſtigationes hominem ad Deum ducunt. *ibid.* fol. 83. col. 3. init. it. *Rabboth.* fol. 83. col. 3. med. Caſtigationes temporales a Judaeis creduntur eſſe ſatisfactoriae pro peccatis. *Edzard.* Berachot. p. 182. et 186. et 188.

✻ CASTITAS. Quomodo homo caſte vti debeat miniſterio lecti. *Maimon.* ad Sanhed. cap. 7. miſchn. 4. Caſtitas quomodo remuneretur a Deo. *Tanchum.* fol. 2. col. 3. fin.

✻ CASTRA. De iis vide bellum. Tria fuerunt caſtra Dei. *Rabboth.* f. 183. col. 3. circa fin. et col. 4. med. Quo ordine mouerint caſtra Iſraelitae, eademque fixerint,

Digitized by Google

rint, cum quieſcerent. *ibid.* fol. 177. col. 4. poſt med. et fol. 178. col. 1. et 2. tot. ſeqq. *Tanch.* fol. 59. col. 1. poſt init. tot.

✱ CATECHISMVS Judaeorum in diſputatione et Dialogo magiſtri ac diſcipuli ſcriptus a R. *Abrahamo Jagel*, et Latinus ex Hebraeo factus a Ludouici de Compiegne de Veil. Franequ. 1690. *Act. Erudit.* Anno 1690. p. 586. conf. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 54. vbi in genere de Catechiſmis Judaicis tractatur.

CAVPONES. Veritas omnis hominis inuenitur in mundo, praeter cauponum. R. D. *Kimchi* L. R. סבא. Ita Horat. Satyr. *Perfidus hic caupo.*

§. Cauponi non vendendum Demai, aut fructus qui non decimati ſunt antea, non ſunt enim credendi. *Demai* c. 3. 5. 6.

CAVSAE pecuniariae a tribus diiudicantur, partinm quaeque vnum deligit ſibi, et pariter adſciſcunt tertium. Pars quaeque Judicem ab aduerſario delectum repudiandi ius habet, ſi illum ob propinquitatem aut aliam cauſam ad hoc ineptum eſſe demonſtrare poteſt. Qui dixerit, Ego cauſam meam patri meo vel etiam tuo detulero fidens, imo etiam על שלושי רועי בקר *tribus bubulcis*, ſecundum R. Meir retractare poteſt, ſed non ſecundum ſapientes. Sanhed. cap. 3. 1. 2. de cauſis capitalibus, vid. *Judicia.*

Dixit R. Iſmael, ſi quis velit eſſe ſapiens, meditetur iura cauſarum pecuniariarum; nam non eſt in lege locus maior hiſce, nam ſunt inſtar fontis perennis, et ſi meditari quisquam velit haec iura, inſeruiat Simeoni filio Nanae. Baba Batra cap. 10. miſchn. 8.

✱ CEDRVS. Cedri arboris proprietates *Wagenſ.* Sota. p. 735. Viginti et quatuor ſpecies ſunt cedrorum ex

Digitized by Google

ex quibus ſeptem ſunt praecipuae, et ex ſeptem illis praecipua eſt ſpecies, quae dicitur lignum Sittin. *Tanch.* fol. 32. col. 1. circ. fin. it. *Rabboth.* fol. 124. col. 2. circ. fin. it. fol. 14 col. 2. med. Quare iuſti comparentur cedro et palmis. *Tanch.* fol. 5. col. 3. poſt med.

✱ CEREMONIAE. Joſephus in Prooemio antiquit. et libr. 20. cap. 20. cap. 9. pollicetur, ſe allegoricam theoriam legum Judaicarum et rationes dogmatum ſingulari ſcripto in quatuor libros diſtributo perſecuturum, quod tamen opus lucem haud vidit. Conf. *Fabric.* Bibl. Graec. Lib. IIII. cap. 6. p. 241. *Jacob. Triglandus* diſſertationem de origine et cauſſis rituum Moſaicorum edidit Vltraiecti 1702. Caſp. *Caluoer* in vulgus emiſit Rituale eccleſiaſticum. Jenae 1704. vid. Wittenb. A. u. N. 1704. p. 233.

✱ CHAM. Tres creaturae coitum celebrarunt in arca, Cham, Canis et Coruus. *Tanch.* fol. 4. col. 2. circ. fin. Cham qualem acceperit poenam, quod nudum viderit Patrem. *ibid.* col. 3. poſt init. De Chamo vtrum fuerit Zoroaſtres, vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 377. it. *Petr. Zorn,* Opuſc. ſacr. tom. 2. p. 409.

חברים *Chauerim.* Ita vocantur תלמידי חכמים diſcipuli *ſapientum*, quia illorum ſocietas qua inter ſe inuicem conglutinati ſunt, eſt חברה נאמנה *ſocietas vera* quaeque ad חברת שם שמים *Dei communionem ducit.* Qui autem pro חבר haberi vult, cum plebeiis ſe miſcere non debet, nec aridos nec humidos fructus iis diuendere, aut ab illis emere. Non debet apud plebeios hoſpitari, non debet educare בהמה דקה *paruum pecus*, nec laſciuire in votis vouendis, nec ſe ob mortuum immundum reddere. *Demai* cap. 2. 3. 5. Qui vult חבר eſſe, debet ſuam חברות ſuſcipere coram tribus aliis חברים *religioſis*, qui ipſum quoque per triginta dies probant, et deinde demum a diſcipulo ſapientum fit ille נאמן, de quo omnes debent perſuaſi

ſuaſi eſſe, illum omnem munditiem ſectari, et quaerere. *Maimon.* ad loc. Ex his multis locis Talmudicis elegantem lucem aſpergere poteris, praecipue iis, quae de נאמן occurrunt in *Demai.*

§. Num חברים ad ſtatuendam Neomeniam ingrediantur, quaerunt in *Hieroſ. Sanhed.* fol. 18. 3. dixit R. Hoſchaia, cum ego חבר eſſem, induxit me R. Samuel ben Iſaac ad ſtatuendam Neomeniam, ego autem ignoraui, num e numero eſſem nec ne.

§. *Cum Rabban Gamaliel annum embolizare vellet, conuocauit ad ſe ſeptem ſeniores; ingreſſi autem ſunt octo: dixit Rabban Gamaliel, quis huc ingreſſus eſt absque venia? Ego, reſpondit Samuel Paruus*, (qui ex numero חברים erat.) Hic et aliis locis חבר ſimpliciter *ſtudioſum* et hominem doctrina imbutum ſignificat: Sed aliquando vt ſupra aliquo modo innuimus, latius ſumitur, pro omnibus illis, qui vitam deuotiorem quam vulgus profitentur, ſiue docti ſint ſiue indocti; hinc mentio fit חבר כותי *religioſi Samaritani Bab. Berachot.* fol. 44. 2. נחתום חבר *piſtoris religioſi Joma* fol. 8. 2. חבריא רברבי וחבריא זעירא *religioſorum maiorum et minorum B. Batra* fol. 17. 1. חברי מדכן בגליליא *religioſi Galilaei purificant* i. e. ſecund. Gloſſ. mundant vinum ſuum et oleum in libationem, ſi forte in diebus ipſorum aedificetur templum.

✱ CEREVISIA. De cereuiſia gentilium et ſyriaca imprimis. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 91. ſeqq. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum p. 175.

✱ CERVVS. Ceruas multo firmius pedibus ſuis inſiſtere, quam quidem ceruos. *Jarchi* Comment. Pſalm. 29. v. 9. Ceruae omnium animalium ſunt beneficentiſſimae: hinc in defectu aquarum congregant ſe ad illam omnes beſtiae, quo facto illa in terra puteolum effodit, inque illam cornua ſua mittit, cla-

man-

Digitized by Google

mando, donec Deus ex abyſſo aquam producat. *idem* Pſalm. 42. v. 1.

גר יון *Gad Jauan* eſt locus in templo, eius mentio fit in tract. זבין c. 1. 5. *Videt vnam multiplicatam inſtar trium* כמן גר יון לשילוח *quae ſunt ad Gad Jauan ad Siloam:* Gloſſatores et Aruch quid Gad Jauan ſic explicant. גר יון *eſt phraſeologia deducta a verbis iſtis* הערכים גר שלחן Eſai. LXV, 11. *Et eſt locus vbi reges Graeci erexerunt idolum: Sicut dicitur in Cod. Auoda Sara. In angulo ortum aeſtiuum ſpectante Aſmonaei abdiderunt lapides altaris; quod profanauerant Graeci idolis ſuis.* De loco illo in quo lapides altaris profanati a familia Aſmonaea poſiti fuerunt. vid. *Middot* c. 1. 6.

* CHALDAICA lingua vocatur etiam Aramaea *Dan.* II, 4. Dialecti eius ſunt: *Babylonica* quae vel *prior* vel *poſterior: Hieroſolymitana* et *Syriaca*. vid. *Hottinger.* Smegma orientale. Lib. I. Cap. 3. p. 35. Et vſum habet in ſcriptura ſacra Veteris Teſtamenti, cuius capita quaedam in illa conſignata legimus: et in Nouo Teſtam. cuius plures voces ea illuſtrantur. Extra ſcripturam ſacram vtilitatem affert vel in Targumim vel in Talmude. *ibid.* p. 49. vtrumque maxime inſeruire illuſtrandis oraculis diuinis: haud immerito igitur concludit Hottingerus. l. c. *Dicta haec apparent ſpecioſa ut comperiet maiora, quisquis vel ipſa illa, vel doctiſſimorum quorumcunque virorum, Druſii; Scaligerorum, Caſauboni, Dan. Heinſii; vtriusque Buxtorffii, Lud. de Dieu* etc. *ſcripta adire ſtudio habebit.* De Chaldaicis imprimis Verſionibus conf. *Hotting.* theſaur. Philolog. p. 281. 251. et 261. it. *Joh. Leusden.* Philol. Hebr. mixt. Diſſ. V. VI. p. 33. ſeqq.

CHRISTI diſcipuli quinque numerantur *Bab. Sanhedr.* fol. 43 r. *Tradunt Rabbini: Quinque fuerunt diſcipuli Jeſu* מתאי נקאי נצר ובוני ותודה *Mathai* (Mathaeus) *Nakai, Nezer, Boni et Thodah* (Judas) de Salvatore

vatore noſtro vid. Cl. Buxt. Lex. Talm. p. 991. 1184.

§. De Chriſti profectione in Aegyptum vid. *Aegyptus*.

§. De Meſſia plurima, vide ſuo loco.

§. Quod toties nomini Chriſti in Nouo Teſtamento ſuperaddatur nomen Jeſu, contra Judaeorum perfidiam fit, qui Meſſiam et Chriſtum quidem profitentur, ſed Jeſum Nazarenum eum eſſe ſtrenuo negant.

§. Euangeliſtae Chriſti genealogiam, non ad Mariam ſed Joſephum maritum Mariae, aut ad Eli Mariae patrem deducunt, propter illam rationem quae Juchaſin fol. 55. 2. proponitur משפחת אם אין קרויה משפחה *familia materna non vocanda eſt familia.*

§. Chriſtus baptizatus fuit cum vigeſimum nonum annum iam compleuerat, et triceſimum iam recens inchoarat: hoc ſonant verba Lucae, ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὢν, ſecundum illud Judaeorum axioma in *Roſcb Haſcbana*. fol. 2. 2. יום אחד בשנה חשוב שנה *Dies primus anni reputatur pro iſto anno.*

§. Chriſtus in oppido Capernaum ciuis fuit, et vt ciuis didrachma ſoluit Math. XVII, 24. Non autem difficile fuit ius ciuitatis acquirere; nam in *Baua Batbra* c. I. dicitur, ſufficere *vt aliquis ibi per duodecim menſes habitauerit.* Cur autem Nazaretham deſeruerit poſt tranſactos illic 26. aut 27. annos patet ex Luc. IIII, 28.

§. Chriſtus loquutus eſt ἐξουσίαν ἔχων Matth. VII, 29. quia ille verborum ſuorum authoritatem non ſtabiliuit ſolo aliquo תנו רבנן *tradiderunt Magiſtri* aut אומרים חכמי' *dixerunt ſapientes*, ſicuti fecerunt Scribae et Phariſaei, niſi enim illi oraculum aliquod traditionale adduxiſſent לא קבלו ממנו *eorum doctrinam non recipiebant.* Sic filii Bethirae noluerunt fidem adhibere

bere Hilleli, niſi poſtquam dixiſſet, *ſic audiui a Schemaia atque Abtalione Hieroſol. Peſachim* fol. 33. 1.

§. Chriſtus duodecim elegit diſcipulos, pro numero tribuum Iſraeliticarum, hi vocantur Hebraice שלוחי *Apoſtoli*, quo titulo etiam inſigniti ſunt Moſes et Aaron a Chaldaeo Paraphraſte *Hierem.* 11. 1. haec vox שלוח hanc emphaſin habet, vt non nude nuntium ſonet, ſed nuntium vices mittentis gerentem. Nam שלוחו של אדם כמותו *Apoſtolus cuiusuis eſt ſicut ipſe a quo deputatur.* Bab. Berach. fol. 34. 2.

§. Chriſtus vere dici poteſt fuiſſe in ſepulchro per tres עונות τρεῖς νυχθήμερον, quamuis defuerit maxima pars diei primi, atque nox omnino ac longe maxima pars diei tertii, *Hieroſ. Schabb.* fol. 12. 1. dicitur. יום ולילה עונה ומקצת עונה ככולה *dies et nox conſtituunt* עונה, *et pars* עונה *eſt ſicut totum.* Si itaque pars τῆς עונה concludit totum, ſequitur hoc idiomate etiam partem illam minutulam diei tertii quo Chriſtus reſurrexit, pro toto die et nocte eum ſequente eſſe numerandam. Vide quae computant de immunditie foeminae in triduum *Gemariſtae* ad *Schabb.* c. 9. 3. De Chriſti condemnatione a Synedrio vid. Judicia.

Chriſtus, confer *Jeſus*, quo die natus ſit. *Wagenſ.* Sota. p. 944. De anno Chriſti natali Judaei cuiusdam ſententia. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 53. De conuitiis Judaeorum in Chriſtum. *ibid.* part. II. p. 1104. De epiſtolis Judaeorum ad Wormatienſes aliosque ob necem Chriſti miſſis. Vid. *ibid.* p. 1253. it. Part. III. p. 1170. R. Jacob fil. Salomonis ſcripſit collectanea de rebus Chriſti regis, quibus explicatur, quidquid Judaei de Chriſto rege tradunt. *ibid.* Part. I. p. 616. Nummi Hebraici Chriſti vultu notati *Wagenſeil.* Sota. p. 579. De Chriſto eiusque diſcipulis vid. *Edzard.* Auod. Sar. c. 1. in Indice. tit. *Jeſus.* it. Cap. 2. in Indice tit.

Digitized by Google

tit. *Jacobus*. Chriſti miracula à Judaeorum calumniis vindicantur. *Edzard.* ibid. cap. 2. p. 314. Miraculorum Chriſti in Alcorano fit mentio. *ibid.* p. 355. De variis typis Chriſtum adumbrantibus. *ibid.* Cap. 2. in Indice. De Chriſto caecorum medico. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 552. Chriſtus gentium ſcriptoribus Chreſtus dictus. *ibid.* p. 63. Num fuerit Eſſenus. *ibid.* p. 62. De pulchritudine Chriſti. *ibid.* p. 113.

CHRISTIANI vid. gentes: in Chriſtianorum laudem nihil dicere debes. v. g. quam pulcher eſt iſte גוי *Chriſtianus?* R. *Salomon* ad Deut. VII, 2. et Bechai ad illum locum fol. 196. 4. *Te non polluere debes rebus mulierum Chriſtianarum.* Aben Eſra *Deut.* VII, 5. Quomodo Chriſtianorum ſcholas vocent vid. *Scholas.*

Chriſtiani a Judaeis dicuntur Minim et habentur pro idololatris *Edzard.* Berachot. p. 283. et 285. cum Judaeis olim confundebantur. vid. *Pet. Zorn.* Opuſc. ſacr. tom. 2. p. 62. it. de fiſco Jud. p. 283. Num Chriſtiani fuerint Eſſeni. *idem* op. ſacr. tom. 2. p. 70. De immani Judaeorum in Chriſtianos odio, variisque eorum in hos conuitiis. *En Iſrael* Part. I. p. 56. col. 2. circ. fin. ſequ. conf. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1103. it. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. in indice et Cap. 2. in indice. Chriſtiani licite poſſunt occidi. *idem* Berachot. p. 225. a Judaeis vocantur Edomitae. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 633. not. Num Judaeorum opinione ſalutis aeternae fiant compotes. *Wagenſeil.* Sota. p. 751. it. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1110. De migratione Chriſtianorum in oppidum Pellam. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 70.

CHAMMAT Gadarae גדר חמתא vrbecula ſic dicta propter Thermas Tiberiadis: a qua tantillum diſtabat, vt quoad iter Sabbathicum Tiberienſes et

Cham-

Chammatenſes conſtituerent ciuitatem vnam. Fit etiam mentio apud Talmudicos חמת דפלה *Chammath Pellae* ſiue *Callirhoe*. de Chammat vide *Megillah* fol. 6. 1. *Hieroſ. Erubbin* fol. 23. 4. *Hieroſ. Kidduſchin* fol. 46. 3. *Hieroſ. Scheuiit.* fol. 36. 3.

✳ CHANINA ben Duſa. Eius miracula vid. in *Wagenſeilii* Sota. p. 985.

CHERVBINI ab vtraque extremitate arcae praſignarunt aliquo modo duos angulos in ſepulchro Chriſti Joh. XX, 12.

§. De Cherubinis haec leguntur in *Baba Bathra* fol. 9. 9. Onkelos proſelytus dicit כרובים מעשה צעצועים *Cherubini erant inſtar puerorum recedentium a magiſtro.* Id eſt facie partim erga magiſtrum verſa, partim erga viam qua illi perrecturi. Nam vt Gemariſtae, *cum praeſtaret Iſrael voluntatem Dei, alter in alterius faciem reſpexerunt Cherubini, at vero cum non, tum reſpexerunt parietes.*

§. *Chagiga* fol. 13. 2. quaeritur, *quid eſt* כרוב? Reſpond. כרביא שכן בבבל קורין לינוקא. *Idem quod* כרביא *ſicut puer. Nam in Babylonia* puerum vocant רביא.

Chriſtoph. Wittichius in Inueſtigatione Epiſt. ad Hebraeos p. 234. de Cherubinis ad verſum 5. cap. 9. breviter agit, ac denominationem ab illo animali arceſſit, quod bouem facie retuliſſe, ſ. פני הרכוב habuiſſe Ezech. I, 10. dicitur, vt כרוב ſit idem (ſicut Cocceius iam ante ex Kimchio notauit) quod bos arator, deriuetque a כרב *arare*, ſecus atque aliis videtur, qui deducunt a רכב equitare per μετάθεσιν litterarum ר et כ et כרוב ſ. רכוב faciunt. Qua ratione alias Cherubini vocantur רכוב אלוהים Pſ. XXXXVIII, 18. Iis ſymbolice ait exprimi duplicis generis creaturas, angelos nempe et homines, vbi impoſiti arcae ſeſe mutuo adſpexiſſe

Digitized by Google

ſpexiſſe dicuntur, innuique angelos cum hominibus in Chriſto amico quaſi vinculo conſociari, et arcanis ſalutis noſtrae flagrantiſſimo animo ſtudioque inhiare. *Act. Erudit.* Anno 1691. p. 528. Cherubini gentilibus putantur debere originem, aque ſimulacris Aegyptiorum deriuati. *ibid.* Anno 1686. p. 118. De Cherubim Paradiſiacis vid. *Obſ. Hallenſ.* Tom. 10. obſ. 11. tot. Cherubini quid vid. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 13. *Zornius* hiſtor. Hecataei p. 155. R. Jacob Jehuda Leo edidit tractatum de Cherubinis vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 594. De forma Cherubini et an vterque ſexus in iis expreſſus. *Abarb.* fol. 228. col. 4. Cherubini opere ductili exierunt e propitiatorio. *Jonathan ben Vziel* Exod. XXXX, v. 20. De Cherubim propitiatorii. *Rabboth.* fol. 178. col. 1. init.

הכחשה *Haccbaſcha* eſt בעדות עצמה contradictio illa quae illi fit *circa ipſum teſtimonium*, vt ſi vnum par teſtium dicat, rem factam, alter neget. הזמה autem eſt בעדים עצמם *circa teſtes;* cum probatur ipſos neſcire, an res ita ſe habeat nec ne. Haec niſi praeſentibus prioribus teſtibus non fit; illa eſt abſentibus etc. *Maimon.* Hal. Educt. cap. 18.

החיצונים *Hachitſonim* οἱ ἔξω (quae Phraſeologia etiam occurrit Marc. IIII, 11.) Judaeis erant Ethnici; nam quicquid regionis extra terram Iſraeliticam erat, illud ſolummodo vocarunt חוצה לארץ extra terram, huius nominationis clarum exemplum habes in *Baua Bathra* fol. 27. 2. *Arbor cuius pars dimidia naſcitur intra terram Iſraeliticam, et dimidia pars extra terram* etc.

§. ספרים חיצונים libri οἱ ἔξω extranei, ſunt aliquando vero ſimpliciter libri Ethnicorum, aliquando vero של חכמת יונית *ſapientiae Graecorum.* Aruch in voce ספרים.

§. Vox חיצונים etiam aliquando nonnullos de gente Judaica denotat. *Megillah* fol. 24. 2. *Qui dat phyla-*

cteria

ſteria ſua in fronte ſua, aut in palma ſua הרי זה דרך הקראי *Ecce morem ſequitur Karaitarum. Et qui vnum ex iis auro obducit, datque ſuper veſtem, quae eſt ad manum* הרי זו דרך החיצוני *ecce is morem ſequitur* ע״ז *ibid.* Gloſſ. חיצונים *ſunt homines, qui proprium arbitrium ſequuntur, et non ſententiam ſapientum.*

חיל *Chel* vid. *Atrium.*

✱ CIBVS. Cibos illicitos cur gentibus permiſerit Deus. *Tanch.* fol. 47. col. 1. poſt init. Cum Deus crearet mundum, omnes cibi fuerunt permiſſi. *ibid.* col. 2. poſt med. Varia ciborum genera, vt ſunt תורמוס lupinum etc. vid. *Tanch.* fol. 60. col. 1. poſt med. it. *Edzard.* Auod Sar. Cap. 2. n. 156. R. Bechai ben Aſcher peculiarem edidit librum de moribus ac ceremoniis in conuiuiis ſ. ad menſam obſeruandis. vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 233. Menſae diu adſidere eſt ſatisfactio pro peccatis. *Edzard.* Berachot. p. 184 et 186. Quaenam ſint tempora cibi capiendi *Talmud. Schabbath* fol. 10. col. 1. poſt med. Cibus quomodo digeratur. *Rabboth* fol. 137. col. 2. circ. med.

CIRCVMCISIO. Praeceptum eſt circumcidendi omnes maſculos. Qui non circumciſus eſt, in poenam כרת *excidii* incurrit.

§. Pater, Dominus ſerui, tum in familia nati, cum pecunia acquiſiti, filium et ſeruos circumcidere debent, ſi id non faciunt, peccant in praeceptum affirmatiuum, et in tali negligentia Synedrium illos circumcidi curat, etiam inuitis patribus aut dominis, non enim patitur, vt incircumciſus ſit in Iſraele. Si autem accideret, vt talis infans aut ſeruus a Synedrio circumcidi non poſſet, ſtatim ac aetatem habet, ipſe ſe circumcidere debet.

§. Eadem eſt ratio ſerui qui natus eſt inter Iſraelitas, et illius quem a gentibus acquiſiuerunt, niſi quod illum

 lum

lum qui in familia natus eſt circumcidant die octauo, pecunia vero acquiſitum primo die emptionis. Si tamen accidit, vt quis ſeruum ſenem ex gentilibus comparet, et ille ſe circumcidere renuat, expectare poteſt cum ipſo duodecim menſes, quibus effluxis non diutius retinendus eſt, ſed gentilibus iterum diuendi debet, niſi in pacto coram domina gentili ipſi promiſerit, ſe ipſum non ad circumciſionem adacturum, et ſeruus ſeptem Noachidarum praecepta in ſe ſuſceperit, alias tollendus et dimittendus eſt.

§. Si quis ex gentilibus deſiderat proſelytus fieri, ante omnia ſe circumcidere debet; ſi vero iam circumciſus fuerit, cum adhuc gentilis erat, nihilominus die octaua ad ſanguinem foederis ex loco circumciſo ſtillandum tenetur. Ad idem obligatur, qui circumciſus naſcitur.

§. Androgynus et ille qui duo praeputia habet, item יוצא דופן *qui ex ventre matris exciditur:* debent etiam die octaua circumcidi.

§. Circumciſio fit de die non autem de nocte, ſiue ſit tempore ordinario, quod eſt dies octauus, ſiue extraordinario, quod eſt a die nono et vltra. Illa quae tempore ordinario fit, pellit Sabbathum (i. e. in Sabbatho fieri poteſt) Extraordinaria vero non pellit Sabbathum, neque vllum alium diem feſtum. Extraordinaria tamen et ordinaria fieri debet quamuis papula albicans leprae in mentula appareat, quia praeceptum affirmatiuum pellit negatiuum. Circumciſio Androgyni, illius qui ex ventre exciſus eſt, illius qui duo praeputia habet, ſi incidit in Sabbathum, illud non pellit, ſed debet fieri באמצע שבת *ἐν μέσῳ σαββάτων* die ſcilicet nono a generatione ipſorum.

§. Aegrotum non circumcidunt, ſed expectant, donec conualuerit. Similiter ſi infans die octauo viridis

aut

aut ruber appareat, expectant donec ſanguis eius communem infantum colorem acquiſiuerit. *Rabboth.* fol. 273. col. 2. ante med.

§. Si contigerit vt mulier primogenitum et ſecundum ſuum filium die octaua circumciderit, et ambo mortui ſint, tertium die octaua circumcidere non debet, ſed expectabit vſque dum vires ſufficientes acquiſiuerit, ad dolores perferendos. In ſumma; in hisce caute agendum, et nihil eſt, a quo periculum mortis non diſpenſet. *Maimon. Hal. Milah.* cap. 1.

§. Vnusquisque circumcidere poteſt, praeputiatus, ſeruus, mulier, paruulus, mulier, in eo loco vbi virum commode habere non poſſunt; excepto gentili; ſi tamen ille circumcidiſſet, circumciſionem non reiterant.

§. Inſtrumenta circumciſionis eſſe poſſunt cultri lapidei, vitrei, nouacula, et alia ex ferro confecta, ſed non fruſtum Cannae, quia admodum periculoſum eſt.

§. Circumciſio ita fit, circumciſor imponit mentulae bacillum, et praeputium quantum poteſt ſuper illum extendit, deinde forcipe partem eius prehendit, et nouacula praecidit. Deinde duobus pollicis vnguibus praeputium arripit et deuoluit, donec glans tota denudatur; quo facto ſanguinem exſugit, donec advenerit ſanguis e remotioribus corporis partibus, vulnerique emplaſtrum imponit. Qui ſimpliciter praeputium praecidit, ולא פרע *non vero etiam deuoluit*, eſt quaſi non circumcidiſſet.

§. Iteranda eſt circumciſio, ſecundum ſapientes, ſi praeputium alicuius ita concreuerit, et magnum factum fuerit, vt non dignoſci poſſit, an circumciſus ſit, nec ne.

§. Si ea quae ipſis opus ſunt ad circumciſionem nondum praeparauerint ante Sabbathum, ipſis quidem ea

Digitized by Google

praeparare non licet, ſed gentili alicui mandare poſſunt, vt illa adferat. *Maimon. cit. tract.* c. 2.

§. De benedictionibus quas circumciſor, ſiue ſit pater ſiue alius, dicere debet, vid. Maimon. in cap. 3. *Milah.* Cl. *Buxtorf. in Synagoga.*

§. Non benedicitur cum ſtillare faciunt ſanguinem proſelyto iam ante circumciſo, et puero qui circumciſus naſcitur, nec cum Androgynus circumciditur, quia ille perfectus maſculus non eſt.

§. Si quis gentilis circumcidi peteret a Judaeo, ad id adactus propter vlcus aut vulnus aliquod, quod in praeputio eius eſt, ipſum circumcidere non debet, niſi vera intentione circumcidendi acceſſerit. Maimon. l. m. c.

§. Circumciſio inſtituta eſt tum vt hominum libido diminuatur, et membrum hoc, quantum fieri poteſt ad illum actum debilitetur; cum vt illi qui eiusdem fidei participes ſunt, habeant aliquod ſignum, quod illos coniungat, et ab aliis diſcernat. Nam quoniam hoc eſt duriſſimum quid, non quiuis illud ſuſcipiet.

§. Circumciſio debet fieri in infantia ob tres rationes, 1. eſt, quia ſi expectaretur donec infans adoleſceret, tum id forte non amplius faceret, 2. quia non ſentit tam magnum dolorem ſicut adultus, tum ob cutis ſuae teneritatem, cum propter imaginationis debilitatem, 3. quia parentes admodum exiguam rationem habent infantis recenter nati. Die octauo vero circumciſio fieri debuit, quia vix ante illum diem infantes propter nimiam debilitatem, et humiditatem illos dolores ferre poſſent. *Maimon. More Neuoch.* III, 49.

§. Perſequutione durante cum in ברני *Burni* et aliis locis non auderent circumciſionem infantum proclamare, ſtatuerunt vt ſignum circumciſionis ſonus mo-

Digitized by Google

larum (quibus aromata praeparabant) eſſet. Ita in ברור חיל *Beror Chel* lumine candelae interdiu, aut plurium nocte ſignum exhibuerunt, ac ſi quis publico praeconio edixiſſet, conuiuium circumciſionis (aut etiam nuptiarum, quod ipſis etiam prohibitum erat, vid *Aruch* in אור) eſſe ibi. *Gloſſ. ad Bab. Sanhedr.* fol. 32. 2. Quamvis deinde ceſſaret perſequutio, non tamen ceſſauit iſta conſuetudo. *Cherubb.* fol. 25. 3.

§. Seruus alicuius proſelyti circumcidendus eſt etiam inuitus, at filius alicuius non circumcidendus eſt inuitus. *Hieroſ.* Jeuamot. fol 8. 4.

§ *Dicunt Rabbini noſtri, quod omnis Iſrael reiecerat circumciſionem in Aegypto. At tandem ſunt circumciſi* ונתערב דם הפסח בדם המילה *et commiſtus eſt ſanguis Paſchatis, cum ſanguine circumciſionis. Accepitque Deus vnumquemque eorum, atque eum exoſculatus eſt. Schemot Rabba.* Sect. 19.

§. *Maimon Iſſure Biah* c. 13. Per tria introducti ſunt Iſraelitae in foedus; per circumciſionem, baptiſmum et oblationem ſacrificii. His tribus etiam opus habet Ethnicus, ſi vult in foedus admitti.

De circumciſione vide varia apud *Edzard.* Auod. Sar. c. 2. in Indice. it. *Rabboth.* fol. 242. col. 4. poſt init. fol. 266. col. 2. circ. fin. ſeq. Quidam circumciſi naſcuntur. *Wagenſeil.* Sota p. 199. ſeptem imprimis homines nati ſunt circumciſi. *Tanchuma* fol. 3. col. 3. med. Circumciſio pellit ſabbathum. *ibid.* fol. 6. col. 3. poſt init. et fol. 7. col. 4. poſt init. In circumciſione Elias Judaeis ſemper creditur adeſſe praeſens. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 671. not. Quam accepta Deo ſit circumciſio. vid. *Tanch.* f. 6. col. 3. tot. et fol. 7. c. 2. init. et col. 4 p. init. fol. 45. col. 4. circ. fin. Quare Deus praeceptum circumciſionis non retulerit in Decalogum. *ibid.* fol. 6.

 col.

Digitized by Google

col. 4. med. Circumciſio eſt arcanum Dei, Abrahamo primum reuelatum *ibid.* col. 4. init. Abrahamum circumcidit ſerpens. *ibid.* col. 3. poſt med. Quo die circumciſus eſt Abraham, apparuit ei Deus, et Abraham ſedit, Deus vero ſtetit. *ibid.* f. 7. col. 1. p. med. et col. 2. init. et col. 4. p. init. Quo die circumciſus eſt Abraham, confortauit eum Deus, vt circumcideret totam domum. *ibid.* col. 2. init. Si quando alicui nati ſint duo filii, alter in veſpera Sabbathi, alter in Sabbatho, et ſi oblitus fuerit aliquis, et circumcidat eum, qui in veſpera ſabbathi natus eſt, in Sabbatho, aut vice verſa, an quis peccatum committat. *ibid.* col. 4. p. init. Parentes gaudent de circumciſione filii, et conuiuium inſtituunt. *ibid.* fol. 32. col. 3. p. init. Quicunque circumciſus erit non deſcendet in gehennam. *ibid.* fol. 6. c. 4. p. init. Per circumciſionem ingrediuntur Judaei in coetum Iſraelitarum *ibid.* fol. 7. c. 4. p. init. Omnes, qui circumciſi ſunt, ingrediuntur hortum Eden, qui vero non ſunt circumciſi, ingrediuntur gehennam. *ibid.* fol. 45. col. 4. p. med. Omnes, qui circumciſi ſunt, gerunt ſigillum Dei, et inſcriptum habent membris ſuis nomen שדי, qui vero non ſunt circumciſi, gerunt ſigillum Diaboli, et inſcriptum tantum habent membris ſuis שד, quod Cacodaemonem ſignificat. *ibid.* Circumciſio cur in corpore fiat. *Rabboth.* fol. 158. col. 2. Quando infans circumcidendus. *Tanch.* fol. 32. col. 3. p. med. Poſt mortem Joſephi intermiſſa fuit in Aegypto circumciſio. *ibid.* f. 19. c. 2. p. med. Quamdiu Iſraelitae in deſerto fuerunt, circumciſio fuit intermiſſa, quia ventus aquilonaris per integros 40. annos in deſerto non ſpirauit, qui alias ad ſanguinis effuſionem omnium ſaluberrimus fertur. vid *aquilonaris ventus.* *Antonius Bynaeus* diſſertationem de circumciſione Jeſu Chriſti habuit, in qua multa de circumciſione affert nota-

notatu digna, et diſquirit, an Aegyptii ritum circumciſionis a Judaeis acceperint. vid. *Act. Erud.* Anno 1690. p. 125. *Job. Spencerus* libro de legibus Hebraeorum cum de circumciſione agit, controuerſiam proponit, num Aegyptii, quos itidem genitalia circumcidiſſe conſtat, ab Iſraelitis, vt communis fert opinio, an quod in Canone Chronico Joh. Marshamus eques Anglus cenſuerat, Iſraelitae ab Aegyptiis circumciſionis illum ritum fuerint mutuati, ſuoque iudicio ſuſpenſo vtriuſque ſententiae momenta et rationes diligenti ſtudio expendit. *Act. Erudit.* Anno 1686. p. 114. Quod circumciſio ab Aegyptiis ad Hebraeos non deuenerit, contra Spencerum et Marshamum oſtendit. *Basnage* in Exercit. eccleſ. conf. *ibid.* anno 1692. p. 164. Ad Maurit. Henr. L. B. a Miltitz epiſtola altera *Chriſtfridi Waechtleri* agit de circumciſione et nonnulla contra Spencerum in hac materia afferuntur. Dresd. 1692. conf. *ibid.* p. 124. *Jobus Ludolfus* in commentario ad hiſtoriam ſuam Aethiopicam libro 3. tractationem ipſam incipit a circumciſione, quam Habeſſini a Judaeis minime acceperint, ſed a maioribus ſuis Homeritis ſ. Sabaeis ſecum attulerint, quae etiam reſpectu denudationis eſſentialiter a Judaica differat; ſiquidem et aliae gentes plurimae iam a multis ſaeculis eam vſurparint ſine ſcientia originis. Quaeſtionem, quae hodie nonnullos eruditos vexat, an circumciſio apud Judaeos, an apud Aegyptios primum coeperit? vanam eſſe putat, niſi clare probetur, circumciſionem Aegyptiorum antiquiorem eſſe Abrahamo. Praeterea ad dictum Paulinum docet, quomodo apud Judaeos praeputium rurſus ſuperinduci, vel naturaliter recreſcere poſſit: et quomodo circumciſio vel exſectio potius faemellarum in Africa et Aſia peragatur, vt nullo modo cum circumciſione comparari poſſit, ſimulque foeminae inexſciſae nomen probroſum apud Arabes

Digitized by Google

eſſe docent. vid. *ibid.* Anno 1691. p. 368. De circumciſione Mahumedanorum vid. *Maraccius* in Prodromo Alcorani *ibid.* Ann. 1692. p. 380. Auctor libri *Relation de la Nigritie* p. 40. Nigritiarum circumciſionis feſtum tribus quatuorue ſeptimanis poſt Ramadam incidere ait, quo ipſorum filiis circumciſionem ſuſcipere ſolemne ſit: huic vero ceremoniae nullam certam aetatem praefiniri, ſed fere inter decimum et decimum octauum annum eam fieri, ac politicam potius, quam ſacram haberi, indeque nec a ſacerdotibus, quos Marabuſios vocitent, ſed a quouis obuio expediri: circumciſos vero absque vllo doloris ſigno totum illum diem choreis, tripudiis, epulisque tranſigere, eo praeterea priuilegio gaudentes, quod vſque donec vulnus plene fuerit conſolidatum, liberum ipſis ſit obuias quasque pecudes, etiam alienas pro lubitu mactare etc. *Act. Erudit.* ſupplem. p. 422. Multa huc ſpectantia reperies etiam in *Joh. Guil. Stuck.* Antiquit. Conuiu. Lib. I. c. 16.

* CIVILITAS, cuius laus recenſetur in *Wagenſeilii* Sota p. 274.

CIVIS. *Qui duodecim menſes in ciuitate aliqua commoratus eſt, ciuis fit* קנה בית דירה הרי הוא כאנשי העיר מיד: *Si vero domum commorationis ſibi comparauerit, ille ſtatim quoque ius ciuium ſibi acquirit. Baua Bathra* c. 1. 5. vid. etiam *Bab. Sanhedr.* fol. 112. 1. Hoc Gemara Hieroſ. ſic explicat. Si quis commoretur in vrbe triginta dies, fit ſicut vnus e ciuibus, quoad *ciſtam eleemoſynariam;* ſi ſex menſes, quoad veſtitum; ſi 12. menſes, *quoad tributa et vectigalia Gem. Babyl.* addit, ſi 9. menſes; quoad ſepulturam.

כלה ערב Ita vocatur illud ferrum quod tecto templi impoſitum erat, ne aues conſidendo murum conſpurcarent. Maimonides in *Hal. Beth Habech.* cap. 4. med.

Digitized by Google

med. illud ita deſcribit גובה המעקה שלש אמות וטס של ברזל כמו סייף גובהו אמה על גבי המעקה סביב כדי שלאנה ינוחו עליו העופות: *Altitudo Peribolii erat trium cubitorum, et lamina ferrea acuta vt gladius altitudine cubiti erat extremitati et circumferentiae eius impoſita, ne aues ibi quieſcerent.* Vid. L. Talm. Buxtorf. p. 1038.

CIVITATES, vrbes oppidaque triplici etiam nomine deſignant כרכים et כפרים et עיירות, quibus apud Euangeliſtas reſpondent πόλεις et κώμας et κωμοπόλεις. כרכים redduntur per πόλεις et עיירות per κωμοπόλεις ex ſenſu eorum quae leguntur *Bab. Chetub.* fol. 110. *Vir non poteſt vxorem cogere, ut eum ſequatur* habitatum לא מעיר לכרך ולא מכרך לעיר *non ex oppido in ciuitatem, nec ex ciuitate in vrbem.* Cuius rei ratio eſt reſpectu כרך *ciuitatis*, quia in ciuitate reperienda et habenda ſunt quaelibet, אלא בעיר Aſt in oppido non habenda ſunt quaelibet, nam ſecundum Gloſſ. כרך *maior eſt* עיר *oppido et in* כרך *ciuitate locus eſt platearum, quo conueniunt omnes circumhabitantes ad forum, ibique habenda ſunt quaelibet.* Cur vero maritus non cogere potuerit vxorem relinquendi העיר *oppidum* et ipſum ſequendi in כרך *ciuitatem* hanc rationem reddunt Gloſſ. *quia habitatio in Kerachin eſt peior, quia omnes illic habitant, et domus ſunt compreſſae, et contiguae, ita vt non ſit ibi aura libera. At vero* בעיר *in oppido ſunt horti et paradiſi iuxta domos et aura ſalubrior.*

§. Rem in compendio ſic habeto. Vrbes terrae Iſraeliticae diſtinguuntur in כרכים *oppida moenibus cincta a diebus Joſuae* et עירות *vrbes*, ſiue munitae ſint nec ne, ſiue vocentur גדלות magnae vel קטנות paruae, modo (vt notat Pirke Toſaphot art. 2.) ibi ſint decem homines otii orantes et legentes legem. At loca שאין בהן י' בטלין כבפר *in quibus non ſunt decem otioſi iudicantur eſſe villa.* Megillah. c. 1. 1.

§. Reſpectu vrbium hae obſeruabantur cautiones. 1. Intra quinquaginta cubitos ab vrbe nullum columbarium aedificari debuit, (ne columbae hortos et ſemina

mina perderent. 2. non permiſerunt arborem intra 25. cubitos ab vrbe decoris cauſſa. 3. non permiſerunt cadauera aut ſepulcra, aut officinam coriariam, niſi intra 50. cubitos ab vrbe. *Baua Bathra* c. 2. 5.

Sic quoque horreum ſeparant ab vrbe 50. cubitis. *Baua Bathra*. Cap. 2. miſchn. 8. De ciuitate idololatrica. *Sanhed.* cap. 10. miſchn. 4. Nulla ciuitas pronuntiatur idololatrica niſi per Synedrium 71. virorum. *ibid.* c. 1. miſchn. 15. Ciuitates maritimae quae dicantur. *Wagenſeil.* Sota. p. 294. Non omnes ciuitates praeciſe muro debent cingi. *Baba Bathra* Cap. 1. miſchn. 5. Nihil addi ſolet vrbi vel atriis niſi iuſſu regis, Prophetae, Vrim et Tummim, et Sanhedrin ſeptuaginta et vnius viri, et per duo ſacrificia euchariſtica atque carmen, vbi domus iudicii praeit, et ſacrificia euchariſtica poſt illos ſequuntur, omnesque Iſraelitae poſt haec. *Schebuoth* Cap. 2. miſchn. 2. et Comment. h. l. it. *Sanhedr.* cap. 1. miſchn. 5.

* COELVM et omnia eius expanſa quam longe a terra et ab inuicem diſtent. *Tanch.* fol. 31. col. 4. circ. fin. Terra ab expanſo diſtat itinere 500. annorum. *Edzard.* Auod. Sar. c. 2. p. 258.

* COITVS. Variae coeundi ſpecies et quomodo quis caſte vti debeat miniſterio tori. *Maimon.* ad Cap. 7. Sanhedr. miſchn. 4. Tres creaturae coitum celebrarunt in Arca, Cham, Canis et Coruus. *Tanchuma* fol. 4. col. 2. circ. fin. Noah, quamdiu fuit in arca, abſtinuit a coitu *ibid.* col. 1. circ. fin. Quomodo animalia coeant. *Rabboth.* fol. 19. col. 2. ante fin. Nunquam ex primo coitu grauida fit mulier. *ibid.* f. 41. col. 4. fin. coitus noctu non die celebrandus. *ibid.* f. 57. col. 4. fin.

* COLAPHVS. Qui colaphum impingit proximo, quamnam poenam ſuſtineat. *Baba Kama* cap. 8. miſchn. 6.

* COL-

Digitized by Google

✱ COLLIS. Colles gentilium non ſunt prohibiti, ſed tantum luci. *Auoda Sara*. Cap. 3. miſchn. 5.

✱ COLOR. De colore תכלת et כרתי vid. *miſchn. Berach*. Cap. 2. miſchn. 2. et interpp. De colore filorum Hyacinthinorum. *Wagenſ*. Sota. p. 396. et *Edzard*. Auod. Sar. Cap. 2. p. 536. ſeqq. De colore תכלת vid. *Tanch*. fol. 67. col. 1. med. it. *Rabboth* f. 280. col. 3. circ. fin. it. fol. 220. col. 1. fin.

✱ CLYPEVS. De clypeis vet. *Petr. Zorn*. Opuſc. ſacr. tom. 2. p. 365. *Ortlobius* peculiarem diſſert. edidit de clypeis Hebraeorum.

✱ CORVVS, quomodo corui nutriantur. *Rabboth*. fol. 151. col. 2. ante fin.

CREATIO eſt actio להוציא יש מאין *producendi ens ex nihilo*. *Aben Eſra* ad Gen. I.

Beth in *Bereſchit*. 1. denotare poteſt ברכה *Benedictionem*, *quaſi Deus dixiſſet*, incipiam cum Benedictione. ברך ſignificat *benedixit* et *maledixit*, quia Biblia et benedictionem et maledictionem annuntiant. 2. Denotare poteſt שני עולמי *duplicem mundum*, hunc et futurum, de illis enim vbique ſonat ſacra pagina. 3. forſan illa littera ב Deus alludit ad duplicem legem, *ſcriptam* et *oralem* aut ad bina templa, templum *primum* et *ſecundum*. Sic ludit *Baal Hamrim* Gen. I. vid. etiam *Tanch*. fol. 1. col. 4. init.

בראשית notat, Deum dum mundum conderet, animo iam concepiſſe exſtructionem templi. *Kimchi* et *Rabboth ſect*. 1. Ex illa voce enim exſculpi poteſt בית ראש *Domus prima*.

Male Chriſtiani Judaeorum Cabbalam ſequentes ex בראש elicere volunt Trinitatem, quaſi אב inſigniret

אב

אב *Patrem*, בן ב *filium*, רוח ר *ſpiritum* S. Dant enim hoc modo haereticis et infidelibus anſam auguſtiſſimum hoc myſterium cauillandi, ſicuti fecit *Eniedinus*, addito ſarcaſmo, א denotare ארדה, et ר deſignare ראשית, ב vero eſſe initium vocis בליעל.

Deus hominem creaturus inquit נעשה אדם *faciamus hominem;* circa quem locum et priſci et veteres Judaei ex iuſta Dei excaecatione varie errarunt.

1. Philo de *Opificio mundi* p. 15. Myſterii S. S. Trinitatis ignarus, quomodo intelligeret verba Dei ita ambiguus haeſit, vt in haec verba erumperet, *veriſſimam cauſam locutionis illius* (in numero plurali) *neceſſe eſt, Deum ſolum ſcire.*

2. Quidam faciunt נעשה praeteritum paſſiuum tertiae perſonae, non futurum actiuum primae, ac inſuper fingunt בצלמו eſſe verbum Moſis, hoc ſenſu: *creatus eſt homo ad imaginem noſtram* nempe humanam. Quam detorſionem merito Aben Eſra פרוש חסר לב *explicationem hominis fatui vocat.*

3. *Saadias* facit Deum loquentem על מנהג מלכים *iuxta conſuetudinem regum.* Cuius expoſitionem mendacii arguit Aben Eſra.

4. *Joſeph Kimchi*, teſte Abarbanele, verbum *faciamus* retulit tum ad Deum, qui infudit animam rationalem, tum ad terram a qua eſt corpus, et corporeae eius facultates. Haec ſententia etiam eſt acutiſſimi Maimonidis.

5. R. *Jochanan* in *Gem. Sanhedr*. cap. 4. f. 11. exiſtimat Deum hic nihil feciſſe אלא אם נמלך בפמיליא של מעלה niſi habito conſilio cum familia ſuperna. Id eſt, interprete Maimonide, *niſi inſpexerit mundum intelligentiarum.*

6. Aben-

6. Aben Eſrae ſententia eſt, Deum haec verba ad angelos dixiſſe, et eos in ſocietatem operis fuiſſe acitos. Quaſi Deus dicere voluiſſet, *venite, faciamus hominem, terra et aqua, quae occupata ſunt ad germina producenda, non hominem facient, ſed nos in eo producendo occupabimur.*

Fecit Deus hominem מן התחתוני' *ex inferioribus* ומן העליוני' et *ſuperioribus*, corpus ex inferiobus, animam ex ſuperioribus. Jarchius Gen. II, 7. Quoad *imaginem*, ſecundum quam Deus hominem creauit, *Jarchius* et *Lipmannus* in *Nizachon*, illam interpretantur ideam, quam de homine expreſſerat Deus; verba Jarchii ſunt בצלמו בדפוס שלן *ad imaginem noſtram* id eſt *ad typum qui eſt in nobis.* Sic autem Deus de homine non plus dixiſſet, quam dici potuit de qualibet creatura: nihil enim Deus fecit quod non ad ideam in intellectu ſuo exiſtentem expreſſerit. *Maim. in More Neu.* lib. I. c. I. cenſet hominem ad imaginem et ſimilitudinem Dei conditum מפני השכל אלהי המבודק בו *propter intellectum diuinum qui ipſi ineſt.* Sed hac ratione etiam impii imaginem Dei geſtarent, cum etiam ſint praediti intelligendi facultate. Ex *Midraſch Tillim* et *Vaiikra Rabba* citat quosdam *Raymundus Martinus* in *pug. fid.* p. 3. diſt. 2. c. 2. quorum ſententia fuit, animam hominis eſſe imaginem Dei, *quia implet corpus vt Deus mundum, nec edit, quia vnica eſt in corpore ſicuti Deus in mundo* etc. *Videt et non videtur, non dormit, nec locum eius quisquam nouit.*

Deus ſolus creauit mundum *Rabboth.* fol. 3. col. 1. fin. Angeli non fuerunt creationis ſocii *Edzard.* Berachot. p. 201. Deus creationem ſuam fecit contrario modo, quo homines ſolent, aedificaturi palatium. *Tanch.* fol. 1. col. 3. fin. Quomodo Deus verſatus fuerit in opere creationis, et aquas inprimis ab arido ſeparauerit. *ibid.* fol. 9. col. 3. med. Quomodo Deus creauerit mundum. *ibid.* f. 38. col. 3. poſt init. fol. 39. col. 3. med. fol. 9. col.

Digitized by Google

col. 3. med. fol. 57. col. 3. poſt init. item *Rabboth* fol. 143. col. 1. poſt init. fol. 104. col 4. fin. fol. 107. col. 3. med. ſeq. fol. 9. col. 1. med. Deus omnia creauit per legem. *Tanch.* fol. 1. col. 1. init. Omnia opera creationis aliquando ſunt innouanda. *ibid.* fol. 47. col. 4. poſt med. Septem res ante mundum conditum ſunt creatae. *ibid.* fol. 61. col. 4. poſt init. it. *Rabboth.* fol. 3. col. 2. poſt init. Sex res creauit Deus in ſexto die creationis *Tanch.* fol. 48. col. 2. circa fin. Quam mirabiliter Deus formet hominem *ibid.* med. et col. 3. tot. *ibid.* fol. 68. col. 4. med. Creatio foeminae quomodo a Deo inſtituta. *Wagenſeil.* Sota. p. 637. Deus nihil creavit fruſtra. *En Iſrael* part. I. p. 50. col. 2. ante med. *Rabboth.* fol. 154. col. 3. circ. fin. col. 4. tot. fol. 155. et 156. tot. fol. 103. col. 3. poſt med. fol. 9. col. 2. ante fin. Quae Deus creauit, in ſuam creauit gloriam. *ibid.* 109. col. 3. poſt init. Creaturae omnes Deo inſeruiant ad exercendam vindictam. *ibid.* fol. 154. col. 4. poſt init. et ante fin. et fol. 155. col. 1. tot. Num coelum, an vero terra prius fuerit condita. *ibid.* fol. 168. col. 4. ante fin. ſeqq. Quae Deus creauit in terra, illa creauit etiam in coelo. *ibid.* fol. 123. col. 3. init.

CREDITVM omne dubium eſt: forte venit, forte non venit (eius ſolutio) et ſi venit ſolutio, pecuniae malae ſunt; (i. e. malis pecuniis ſoluitur) *Peſach.* fol. 113. 1. Sunt qui non ſoluunt quod debent, ni Daniſta ipſis dentes confringat. Bemid. Rab. fol. 228. 1.

כרת *Karath* Exterminium. *Exſcindetur anima eius*, in ſacra ſcriptura deſignat ſecundum R. Salomonem, *morietur ſolitarius ſine liberis, ante ſexageſimum vitae annum.* Qui infra moritur, ex hac poena eſt, ob ſpecialia peccata; qui ſupra, ex benedictione id habet, proinde qui illum attigerunt annum, ſolebant conuiuium Eucharisticum inſtituere, quod non ſunt ante

tem-

tempus excisi. Schabbat. 57. 1. *Toſipht. Moed Karon* 28. 1. R. D. *Kimchi* Eſ. XXXVIII, 10. Reus המיתה mortem ſimplicem ſolus patitur; הכרת *Exterminium* vero ipſe et ſemen eius. Fagius Exod. 12. n. 15. *Amama Antibarb.* 954. Cl. Peaukoky Porta Molis. n. 158. De כרת vid. *Aben Eſram* ad Exod. XII, 15. Ephodaeus ad *More Nebb.* p. 3. c. 41. *Abarbanel* ad Num. XV, 22. *Maimon. Hal.* תשובה c. 8. qui credit כרת totius hominis, ſecundum corpus et animam, extinctionem denotare. §. Denotat itaque כרת non exciſionem a coetu publico per cenſuram eccleſiaſticam, ſed exciſionem per vindictam diuinam; aliquando tamen quando reum ad exciſionem adiudicant, ipſum iudicio Dei tradunt coniuncta cenſura et poena a Synedrio, aliquando non. De mera traditione ad iudicium Dei, absque vlla poena a Synedrio inflicta, loquuntur illa in *Hieroſ. Baua Kama* fol. 5. 2. פטור מדיני אדם וחייב בדיני שמים *Abſolutus eſt Judicio hominum at reus* iudicio coeli: (Dei) De iudicio vero Dei et Synedrii coniunctis ſonant haec *ibidem: Si tenetur ad reſtitutionem reus factus a Synedrio non ignoſcit ei coelum* (Deus) *vſque dum ſoluerit.* At in *Bab. Megillah* fol. 7. 2. qui poenam a Synedrio indictam paſſus eſt, exſoluitur ab exciſione: quando dicunt; *omnes exciſiones rei*, cum vapulauerint, abſoluuntur ab exciſione ſua: *ſicut dicitur*, et vilis ſit frater tuus in conſpectu tuo *cum vapulauerit, ecce eſt frater tuus.*

De diſcrimine inter כרת et מיתה בידי שמים vid. *Bart. Maim.* et *Jom Tobb* ad Sanhed. Cap. 9. miſchn. 6. Omnes excidii rei ſi flagellati fuerint, liberi ſunt ab exciſione *Maccoth* Cap. 3. miſchn. 15. it. *Tanch.* fol. 66. col. 1. fin.

CRVCIS ſignum vocant שתי וערב *regmen et ſubſtamen.* Illo Chriſtianos characterizant et diſtinguunt. Vid. *Bechai* in lib. כד הקמח fol. 20. 1. Ibi enim locum Jeſ. LXVI, 17. Chriſtianos denotare dicit. ירמוזו

לשתי וערב של אדום שהם מתקדשי׳ בו *Indicat crucem Chriſtianorum, qua ſanctificant ſe* etc.

De ſignis crucis in gente Hebraea vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 433. Part. III. p. 996. et *Edzard.* Auod. Sar. Cap. p. 226. ſeqq. et 374.

COMBVSTIONIS ſupplicium vid. de *Vrendis* vid. etiam *ſupplicia.*

COLLYBISTAE. vid. in *templo erat emporium.*

* COLVMBAE. vid. tit. *Aues.* Non tendunt retia columbis, niſi id fiat procul a loco habitato ad triginta ſtadia. *Baba Kama* Cap. 7. miſchn. 7. et l'Empereur ad h. l. varia de columbis et columbariis vid. *Baba Bathra* Cap. 2. miſch. 5. ſeqq. Columbarum eductores non poterant teſtimonium dicere. *Sanhedr.* Cap. 3. miſchn. 3. Idem ſemper ſuſpecti ſunt de periurio. *Scheuuoth.* Cap. 7. miſchn. 4.

COMA. Permiſerunt Abuteli radere comam, quia vicinus erat regno; id eſt, quia viuebat circa tempora regni Graecorum, qui crines capitis anterioris reſcindunt vſque ad aures, e regione frontis totius, et ſinebant capillos ſuperiores verſus ceruicem ſparſos et fluxos. Cl. *Caſtell ex Aruch* in קומי.

Mulieres Iſraeliticae comam tegebant. *Rabboth.* fol. 188. col. 3. fin.

§. Qui caluitiem in capite ſuo facit, capitis ſui angulos tondet, ſecat ſe vna caeſura ob defunctum, vapulat. Si ſecuerit ſe vna caeſura ob quinos demortuos, aut quinis caeſuris ob vnum, ob quamlibet tenetur. *Maccoth.* c. 3. §. 5.

COMPARERE in feſto omnes debent, excepto ſurdo, ſtulto, paruulo, טומטום *genitalibus obturato*, Androgy-

drogyno, mulieribus, ſeruis nondum manumiſſis, claudo, caeco, aegroto, ſene, et qui non poteſt pedibus aſcendere. Qui comparet ſecundum Schammaeum debet afferre שתי כסף *duos nummos argenteos*, בחגיגה *in feſtiuitate* vero vnum. Hilleliani contrarium ſentiunt. *Chagiga* c. 1.

§. Hanc comparitionem in feſto vocant ראיה et ipſam feſti celebrationem חגיגה. Judaei nullum habuerunt Calendarium ſcriptum, ſed nouilunia et primus dies menſis vel ignibus ſubleuatis vel miſſis nuntiis ex Synedrii ordinatione ipſis innoteſcebat. Poſtquam autem familiis dies feſti ſignificatus erat, lege obligabantur omnes tempore ſtatuto Hieroſolymas petere, ad feſtum celebrandum. Comparitio autem ipſorum facta eſt in atrio templi die primo feſti et offerebant ſacrificium *comparitionis*, afferebant etiam oblationes pro *Chagiga* et oblationes pro gaudio, quas שלמי שמחה vocarunt. Miraculo certe ſimile eſt, quod omnia in laribus domeſticis ita relinquere, et quod Hieroſolyma pro tanta multitudine et commeatum et commoda hoſpitia ſuppeditare potuerit. Et tamen id factum eſſe refert *Abbot R. Nathan* cap. 34. *Decem miracula facta ſunt patribus noſtris in Sanctuario. Nulla vnquam mulier abortum paſſa eſt ex nidore carnium ſacrificiorum; Nullus vnquam impegit in Hieroſolyma; Nullus vnquam lapſus eſt Hieroſolymae; Nullus vnquam erat abortus Hieroſolymis; Nullus vnquam dixit ad ſocium ſuum, non inueni ignem ad aſſandum meum Paſcha; Aut quod nullum lectum reperit, aut quod ipſius hoſpitium ipſi nimis anguſtum ſit.*

Conf. *Maimon. Chagiga* tot. Quam grata ſit Deo Comparitio in feſto *Rabboth.* fol. 274. col. 1. poſt init. Paruulus, qui ad eam profectus fuerat aetatem, vt patrem manu prehenſum comitari poſſet, debebat ſimul comparere in feſto. *Maimon.* Chagig. Cap. 2. §. 3.

חומש הפקודים *Chumaſch happekudim* occurrit in *Joma* c. 7. et *Sota* cap. 7. Quid proprie ſignificaret diu anxius haeſi; tandem reperii illud denotare *librum numerorum*, et in locis citatis ſumi pro illa benedictione quam faciebat ſummus ſacerdos Hebraice in die expiationis; incipit autem illa lectio Numer. XXVIIII, 7. et Leuitic. XVI. Apud *Maimon.* in Tamid. cap. 8. ſumitur etiam Leuitico.

CONCLAVIA quatuor habebat atrium mulierum, in quatuor ſuis angulis poſita. Ad ortum Brumalem erat atrium Naziraeorum, in quo Naziraei Euchariſtias ſuas coquebant, et ſe tondebant. Ad ortum aeſtiuum erat לשכת עצים conclaue lignorum, vbi ſacerdotes immundi ligna ſcrutabantur, an immunia eſſent a vermibus. Ad occaſum Brumalem Conclaue vini atque olei. *Middot.* cap. 2. §. 5. *Maimon.* B. *Habech.* c. 5.

§. Conclaue Gazit לשכת הגזית erat כמין בסילקי גדולה *inſtar Baſilicae magnae*, dimidia pars eius erat in loco ſancto, et altera dimidia in prophano; duoque habuit oſtia, quorum vnum verſus ſanctum, alterum verſus profanum aperiebatur, vnum nempe in atrio, alterum in antemurali. Sedit Synedrium non in atrii parte; (nam in atrio non niſi Regibus ex familia Davidis ſedere licuit,) ſed in ea parte conclauis Gazit, quae in חיל antemurali erat. *Joma* Folio vigeſimo quinto. 1. In hoc conclaui ſedebat Synedrii praeſes a parte occidentali. *Ibid.* Abh Beth Din (vide Synedrium) a dextra eius, atque vtrinque in hemicyclo ſeniores. *Maimon.* in *Sanhed.* c. 1. In hoc conclaui Synedrium etiam de ſacerdotibus, qui propter aliquam labem accuſati erant, iudicabat. *Joma* fol. 19. 1. Exiſtimauit olim V. C. *Conſt. l' Empereur* in notis ad *Middot* p. 119. Judam Iſcarioten nummos proditionis, poſtquam ipſum ſceleris poenituiſſet, et Patres Conſcripti illos reſumere renuerant, in huius conclauis ſolum proieciſſe; ſed

ſed an Synedrium tunc temporis in Gazith ſederit, decidimus apud Synedrium.

§. Conclaue הגולה *ſcaturiginis* proximum fuit τῷ Conclaui Gazit ab Oriente; in eo autem erat puteus et trochlaea, vnde aquas ſuppeditabant toti atrio *Middot* c. 5. Jom. fol. 19.

§. In Conclaui lauantium lauabant victimarum inteſtina, in Conclaui הפרוה condiebant victimarum pelles. Huius nomenclationis rationem vid. *Bab. Joma* fol. 35. 1. In tecto eius erat Balneum pro ſacerdote Magno in die expiationis. Middot. c. 5. 2.

§. Conclaue פרהדרין erat ſupra conclaue lignorum in atrio Iſraelis, alias etiam vocatur לשכת בולווטי *Camera conſiliariorum;* quia in ea ſacerdotes de negotiis templi conſultabant. Summus ſacerdos etiam in illa degebat ſeptem diebus ante diem expiationis. *Joma* c. 1. *Middot.* c. 5. de hoc conclaui haec legimus in *Bab. Joma* fol. 8. 2. *Num fuit conclaue* פרהדרין προέδρων? *Nonne conclaue* בולווטי Βελευτῶν? *Primo vocabatur* לשכת בולווטי *Conclaue* Βελευτῶν, *At cum Pontificatus emeretur pecunia, annuatimque mutaretur* כפרהדרין הללו *ſicut annuatim mutantur* πρόεδροι *Regis, exinde vocabatur* לשכת פרהדרין *Conclaue* προέδρων. Gloſſ. dicit בולווטי לשון שרים Βελευταὶ *denotat principes. Aruch* vero in ea ſententia eſt בולווטי eſſe לשון יון *vocem Graecam*, et conſiliarium denotare. Et certe ibi collocamus בית דין של כהנים *conſilium ſacerdotum*, cui praeſidebat ſummus ſacerdos *Chetubb.* cap. 1. Nota hic εὐσχήμονα βελευτὴν apud *Marcum* XV, 43. membrum forſan huius ſenatus fuiſſe, nam cur alias ita vocatus fuiſſet, vix vlla apparet ratio.

§. Camera ſiue Conclaue ניצוץ eſt locus vbi Leuitae excubias agunt Middot c. 1. §. 3. De Beth Mokad vid. ſuo l. in B. In Conclaui Beth Mokad erant quatuor

conclauia. 1. *Conclaue agnorum* לשכת טלאים, vbi illi ad vſum altaris reſeruabantur. 2, *Conclaue panum propoſitionis.* 3, *Conclaue vbi repoſiti ſunt lapides altaris* ab Aſmonaeis, cum Reges Graeciae altare prophanarant. 4, Conclaue *quo in Balneum deſcendebatur. Maimon. Bet Habech.* c. 5.

§. Conclauia erant infra atrium Iſraelitarum, quae aperta erant verſus atrium mulierum, in quae Leuitae, citharas et nablia collocabant, cum reliquis inſtrumentis Muſicis. *Middot* cap. 2. 6.

De Conclaui Therumoth, et quomodo pecuniam inde repetere conſueuerint. vid. *Rabboth.* fol. 133. col. 1. fin.

CONCVPISCENTIA יצר הרע ſimilis eſt in principio, filo araneae, in fine vbi aſſcenſeris, ſimilis eſt denſo funi plauſtri. *Succa* fol. 52. 1. Alius dixit, a principio venit vt viator, deinde הוא נעשה בעל הבית *fit herus domeſticus.* Vid. *Bereſch. Rabba* ſect. 22, vid. *peccatum orig.* Quis eſt fortis? כובש את יצרו qui ſubigit concupiſcentiam ſuam. Auot. c. 4. De יצר הרע vid. Cl. Buxt. L. Talm. p. 973.

An Deus ſit Auctor peccati, eo quod condidit יצר הרע? *Tanchuma* fol. 2. col. 1. poſt init. it. *Rabboth.* fol. 131. col. 1. poſt med. Medicina concupiſcentiae prauae eſt poenitentia. *Tanch.* fol. 3. col. 4. med. Per concupiſcentiam prauam veniunt peccata. *ibid.* fol. 4. col. 3. poſt init. fol. 5. col. 1. med. et fol. 11. col. 1. p. med. Per יצר הרע breuior fit hominum vita. *ibid.* In altera vita non erit יצר הרע. *ibid.* fol. 36. col. 2. circ. med. fol. 53. col. 3. poſt med. it. col. 4. poſt init. fol. 64. col. 3. p. med. *Rabboth.* fol. 216. col. 4. ante med. De concupiſcentia praua vide varia in *Edzard,* Berachoth. in Ind. tit. *figmentum.* it. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 120.

it.

it. *Rabboth.* ſol. 21. col. 4. med. ſeq. et ſol. 31. col. 2. ante med.

CONCVBINAE. פלגשים quas veteres Judaei habuerunt, erant vxores ſeruae absque ſcripto dotali, aut ſponſalibus ductae, quarum liberi legatis tantum non autem haereditate fruebantur; *Sanhed.* 21. 1. פלגש dicitur, quaſi פלג אשה, vxor diuiſa, dimidiata.

§. R. Moſes Nachmanides in ſuo Commentario in leg. *Gen.* XXV, 6. abſolute concubinis neque deſponſationem, neque litteras dotis permittit, et citata a nobis τῶ Sanhedrin verba aliter explicat, ſed Abarbanel in cap. 19. *Judicum* Nachmanidem prolixe refellit, et tandem concludit, hanc Talmudis veram eſſe lectionem. אשה בקדושין וכתובה *Vxor ducitur cum deſponſatione, et inſtrumento dotali* פלגש בקדושין בלא כתובה *Concubina cum deſponſatione absque inſtrumento dotali.* Nam, inquit, quomodo potuiſſent ſapientes noſtri credere, Dauidem habuiſſe concubinas non deſponſatas, et quae nullam rationem vxorum habuerint? Si concubinae non deſponſatae fuiſſent, Iſraelitis non ſolum fuiſſent illicitae, ſed omnes liberi illarum fuiſſent ſpurii. Nota tamen hic quod Maimonides dicit cap. 4. *Halac. Melach. Licet Regi ducere vxores et concubinas absque inſtrumento dotali et ſponſalibus,* אלא ביחוד בלבד קונה אותן ומותרות *nam coniunctione ſola illas acquirit et ſibi licitas facit,* אבל ההדיוט אסור בפילגש אלא באמה העבריה בלבד אחר ייעוד *Homo priuatus autem primo non poteſt concubinam ſumere, niſi ſit ancilla Hebraea, et deinde ſemper deſponſationem adbibere debet.*

§. Licet etiam Regi omnes ſuas concubinas ad officia neceſſaria in Palatio ſuo cogere, et ex vna facere coquam, ex altera aromatricem etc. *Maim.* l. m. c.

CONFESSIO decimarum וידוי מעשר poterat fieri in omni lingua. Sota. c. 7. 1. Haec dici poſſunt

בכל לשון *in omni lingua*, *Sectio Sotae*; *Confeſſio decimae*, *lectio Schemaa* etc.

§. Exſtat confeſſio decimarum *Deut.* XXVI, 13. *Tunc dices coram Jehoua Deo tuo, ſuſtuli quod ſanctum eſt in domo mea.* Debebat Iſraelita, vt indigitat Gloſſa, confeſſionem illam edere, ſi duo anni effluxerant, a quibus decimas Hieroſolymas non aduexit. Talis decimatio deinde vocatur מעשר שני *decima ſecunda*, quaſi מעשר של שתי שנים *decima duorum annorum.* Quid autem proprie מעשר שני ſit vid. *Decimae.*

Confeſſio a reo mortis debet fieri, quia, qui confitetur peccatum, partem habet in futuro ſeculo. *Sanhed.* c. 6. miſchn. 2. Confeſſio in die expiationis. *Rabboth.* fol. 137. col. 1. ante fin.

Ne CONFIDAS tibi vſque ad diem mortis tuae *Pirke Auoth.* c. 2. אל תאמן עצמך בשלות גופך *Ne confidas in incolumitate corporis tui. Quot enim contulerunt ſe in lectum, qui non ſurrexerunt? quod cubitum iuerunt ſani, et ſurrexerunt aegri? Orchoth chayim.*

CONVIVIUM in quo non eſt ſal, non eſt conviuium. *Berachot.* fol. 441. 1. Ad conuiuia diuites inuitant pauperes et viatores. *ibid.* fol. 43. 1. Nullum conuiuium eſt fine moleſtia. *Schabbat.* fol. 153. 1 Qui recte ſeruit tria epula in Sabbatho, liberatur a tribus poenis; *a doloribus Meſſiae, a iudicio Gehennae, a bello Gog et Magog.* Ibid. fol. 118. 1. *Machſos Hiſpan.* 11. 137. De conuiuio multa habet *Maimon* in *Hal. Berachot.* c. 7. ſumma haec eſt. Poſtquam locum conuiuii ingreſſi ſunt, honoratior ex illis manus omnium primus lauat et deinde etiam primo loco accumbit (de ritu hoc vide *Accumbendi ritus.*) Pater familias ſuper cibum benedicit ואח״כ בוצע *et deinde diſcindit.* Non debet ſciſſionem (panis) incipere, niſi poſtquam ſal allatum fuerit cum vniuscuiusque edulio. Fruſta non debet nimis

Digitized by Google

nimis parua facere, ne appareat כצר עין quaſi *auarus* eſſet, nec nimis magna מפני שנראה כרעבתן ne videatur ipſos, *pro belluonibus* ſumere.

Sabbatho vero licet magnum fruſtum abſcindere: ואינו בוצע אלא ממקום שבשל יפה יפה *non autem abſcindere debet niſi quod eleganter coctum eſt*. Qui ſcindit panem, extendit manum ſuam primus in patinam. (vid. *Gittin* fol. 59. 2. *Berachot* fol. 47. 1.) nec licet guſtare accumbentibus, niſi poſt illum qui benedixit. Si ſciſſor vult honoris cauſſa permittere vt alios ante ſe manum cibo admoueat, id facere poterit. שנים ממתינין זה לזה בקערה שלשה אין ממתינין *Duo ſe inuicem in patina expectant, ſed non tres*. Non confabulantur inter edendum שלא יבואו לידי סכנה ne in periculum (obſtructionis aſperae arteriae) incidant: Quare etiam, ſi vinum ipſis inter edendum propinatur, vnusquisque apud ſemetipſum benedicit, ne loquendo in periculum incidat. Edentem autem non aſpiciunt intente, quaſi ipſius bolos ſupputarent, ne ipſum pudore afficiant. Qui accumbentibus inſeruit, non debet cum ipſis comedere ודרך החכמה ליתן לתוך פיו מכל תבשיל ותבשיל כדי לישב דעתו *beneuolentiae tamen eſt ipſi ex omni edulio aliquid ingerere, ad ſedandum appetitum eius*. Licet bibere vinum per fiſtulas; moris etiam eſt in diebus aeſtiuis herbas, fructusque conuiuis apponere, non autem in diebus pluuioſis, מפני שנמאסין *quia tunc hoc taedioſum eſſet*. Hoſpitibus non licet quicquam puerulis aut aliis de cibis appoſitis dare שלא יתביש בעל הסעוד' *ne Dominus conuiuii pudore afficiatur:* forſan enim non parauit, vt ſemper alia ſuppeditare poſſet. In ſumma כל המביאין לידי בושה לבעל הסעודה אסורין *omnia illicita ſunt, quae Dominum conuiuii aliquo modo pudore adficere poſſent*. In conuiuiis vſu habuerunt, pſalmos et rythmos, ſecundum literas Alphabeti ſcriptos, ad exhilarandos hoſpites recitare et cantare. *Medraſch Ruth* cap. 1. 13. Conuiuio peracto Deo gratias agunt et remouent menſam, manusque

K 5 lauant:

lauant: nullis caeremoniis obſeruatis שאין מכברין בידי מזוהמא' nam manibus inquinatis non caeremoniatur. (venia verbo barbaro) Ita etiam nullas complimentorum ambages faciunt in pontibus, aut ſtratis, ſed ſolum in introitu coram porta cui מזוזה affigi poteſt. Lotione manuum peracta infertur המוגמר thuribulum, et qui ſuper cibos benedixit, etiam ſuper thuribulum benedicit, omnibus reſpondentibus Amen. Tandem repletur poculum, quartale continens, et quod vocant כוס הברכה poculum benedictionis, et afferuntur aromata, benedictoneque facta ſuper vnumquodque, poculum exhauritur, et ita conuiuium clauditur. Plura vide *Maſſec. Berach.* c. 8. 1. in toto hoc Maimon. tract.

Conuiuium. conf. *Cibus.* De conuiuiis veterum Hebraeorum vid. *Joh. Buxtorf.* diſſertt. varii argumenti Baſ. edit. in 8vo p. 72. De moribus ac ceremoniis in conuiuiis obſeruandis agit R. *Bechai ben Aſcher* in Schülchan Arba. vid. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. 1. p. 233. R. *Jebuda Löw* edidit cantica, quae in conuiuiis decantari poſſint. *ibid.* p. 445. Euchariſticum Judaeorum poculum in conuiuiis. *Wagenſeil.* Sota p. 809. De conuiuio corporali et ſpirituali iuſtis in futuro ſeculo expectando. *Wolf.* loc. cit. p. 234. Benedictio Judaeorum finito conuiuio, vid. *Cramerus* ad Cod. Succa p. 121.

CONSESSVS nobiliores fuerunt in Lydda ſub R. Eleaſare; ſub Rabban Jochanan Ben Saccai in לברור חיל. In פקיעין ſub R. Joſua. In Jabhne ſub R. Gamaliele; in Bene Barak ſub R. Akiba. Romae, praeſide R. Mathia. In Sicni, Rectore R. Chanania Ben Teradion. In Zipporin Rectore R. Joſe. In Neſibin, Rectore Judah Ben Bethira. In Pompeditha Rectore R. Joſua; In Beth Schaarim, Rectore Rabbi. *Bab. Sanhedrin* fol. 32. 2. Quae omnia quidem בית דין vocantur, ſed in quibusdam ex illis locis ſimplices ſcholae fuerunt, non autem tales ſenatus qualis Maieſtuoſus ille in

in conclaui Gazit, qui vt praeſtantiſſimus his appendi-tur coronidis loco. vid. *Synedrin.* Conſ. *Synagoga.*

✱ CONSTANTINOPOLIS. vnde Stambol dicta. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 135. De hac vrbe plurima notatu digna vid. apud *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 95. ſeqq.

CONTRACTVVM inſtrumentis inſcribebatur a iudicibus ad eorum confirmationem, שטרא etc. Contractus prodiit in conſpectum noſtrum teſtificantibus N. et N. de ſubſignatione manuum ſuarum; vnde confirmamus et ſtabilimus eum. *Metzia* 7. 2. vid. Cl. *Caſtellum* in קנב.

Aera contractuum initium ſumit ab anno 6. Alexandri Macedonis, cum ſubiugato Dario Rege Perſarum vltimo imperium vniuerſale obtinuit, et ab illo tempore Judaei coeperunt ſupputare annos ſuos et contractus ſuos conſignare. *Voiſ.* Pug. Fid. p. 27. a. marg. it. p. 63. b. De aera contractuum vid. etiam *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 293. not. De modis contractuum per extractionem calcei. *Rabboth*, fol. 285. col. 1. poſt med.

✱ COR. Cor furari quid? *Wagenſeil.* Sota p. 56. Variae cordis affectiones. *Rabboth*, fol. 314. col. 3. poſt init.

CORIARIVS. Talis fuit Judas Iſcariot; vid. ſ. l. Vae illi cuius opificium coriarium eſt. *Kidduſchin.* fol. 82. 2. Et proinde ex Coriariis nullus poterat Rex fieri; *Maimon. Hal. Melachim* c. 1. et *Kidduſchin* l. m. c. Cadauera, ſepulchra, officinas coriariorum, quinquaginta cubitos ab vrbe remouent, neque illas collocant niſi verſus orientem vrbis. *Baua Bathra* fol. 23. 1. in Miſchna cap. 2. miſchn. 9. Coriariorum officinam nemo ingredi debuit tempore precum. *Schabbat* cap. 1. in *Miſchna.*

De

Digitized by Google

De CORONA triplici ſibi data gloriantur Rabbini; *Altaris*, *Menſae et Arcae*. Altaris id eſt Sacerdotii, quam obtinuit Aharon: Menſae id eſt regni, quam conſecutus eſt Dauid; nam reges ſolent in menſa diuitias et Maieſtatem ſuam oſtentare. Arcae id eſt legis diuinae, quae repoſita fuit in arca, vt peterent eam omnes. Ex legis autem cognitione oritur ſapientia, et corona ſapientiae maior eſt corona regni. Secundum illud *Prou. VIII*, 15. *Per me* (ſapientiam) *reges regnant*. *Bab. Joma* fol. 72. 2. *Maim. Hal. Talmud thorah* c. 2. Conf. *Tanchuma* fol. 39. col. 1. circ. med.

De triplici Judaeorum corona vid. *Wolf*. Bibl. Hebr. Part. 1. p. 100. Tres ſunt coronae, corona legis, corona ſacerdotii, et corona regni, quibus omnibus praeſtat corona boni nominis. *Tanch*. fol. 38. col. 3. fin. *Rabboth*. fol. 213. col. 3. init. fol. 124. col. 2. init. Coronae ſponſorum ſponſarumque apud Judaeos quales? *Wagenſeil*. Sota. p. 963. et 965. R. Abraham Seev peculiarem edidit librum in decem coronas, quae paſſim in Talmude memorantur. *Wolf*. Bibl. Hebr. Part. 1. p. 50.

De CORREPTIONE fratris peccantis. vid. *offenſio*.

Corripere proximum priuatim oportet. *Wagenſeil*. Sota. p. 204. Si quis rem turpem videt in ſocio, corripere eum debet. *Tanch*. fol. 29. col. 3. circ. med. An diſcipulus etiam corripere poſſit magiſtrum. *ibid*. Quousque aliquis progredi poſſit in correptione *ibid*. Correptionis quanta ſit praeſtantia. *ibid*. circa finem.

מכזיב vel כזיב *Machſibb* vel *Cheſibb* eſt ille locus, qui terrae Iſraeliticae limen facit, et quem vltimo occuparunt Judaei ex captiuitate Babylonica redeuntes. Hoc nomine etiam exprimitur ille locus, quem vltimo occuparunt Iſraelitae ex Aegypto aſcendentes. *Maimon*. dicit

Digitized by Google

dicit illa loca libera eſſe a Demai; quia quaſi extra terram Iſraeliticam exiſtere exiſtimantur. In *Demai* c. 1. 3. vide *Schevuiit* 6. 1. *Hieroſ. Auoda Sara* 40. 1.

✱ CVCVMERES Graues admodum ſunt corpori humano. *Edzardi* Auod. Sar. Cap. 2. p. 63. Nunquam defuerunt in Menſa Antonini. *ibid.* p. 386.

CVCVRBITARVM varia genera habuerunt in terra Iſraelitica, vt videre eſt ex verſu ſecundo *Kilaim* cap. 1. Vna ſpecies erat דלעת הרמוצה *cucurbita teſſelata:* de cuius guſtu Maimonides refert, illum ita amarum et ingratum fuiſſe, vt comedi non potuerit, niſi prius cucurbita obtecta fuerit cinere calenti, a quo cum aliquae eius partes vrebantur, illa deinde רמוצה vocabatur. Ein gefleckelter Kürbiß.

✱ CVLTER. Si culter quidam ſacer (qui ſcil. in templo ad ſacras res adhibebatur) excidiſſet e manubrio, vel ſi crena eſſet vitiatus, non reſtituebatur, aut acuebatur, ſed recondebant illum ad latus templi etc. *Maimon.* de vaſ. Templi. cap. 1. §. 15. Cultros, quibus mactant, quomodo explorent. *Tanch.* fol. 45. col. 1. init.

✱ CRVX. De ſignis Crucis in gente Hebraea. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 433. et Part. III. p. 996. Crux Chriſti vtrum ex cupreſſo, pinu et cedro fuerit compacta: vid. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 286.

CVLTVS quotidianus templi. Sacerdotes qui excubias egerant in Beth Mokad (vid. ſ. l.) cum אנשי בית אב (v. ſ. l.) ſummo mane ſe lauabant et veſtimenta ad cultum requiſita induebant; nam quod lotionem attinet, hunc habuerunt Canonem: שאין אדם נכנס לעזרה לעבודה אפילו טהור עד שיטבול *Ne vllus atrium ad cultum peragendum, quamuis purus ingrediatur, niſi poſtquam ſe lauerit. Joma* c. 3. Poſtquam autem ſemel

lotio-

lotionem peregerunt, iteratione lotionis per totum diem non opus habent, niſi poſtquam naturae ſatisfecerint, tunc enim pedes et manus lauant. (Confer loc. Joh. XIII, 10.) Omnibus ita paratis expectarunt praeſidem cultus הממונה, qui pulſans ad fores immittebatur: nullum tempus fixum Praeſes habebat, aliquando accedebat מקריאת הגבר *ad cantum galli*, aut circiter hoc tempus; aliquando citius aut tardius. *Tamid.* c. 1.

§. Deinde ſumptis clauibus aperiebant הפשפש *valuulam* et e Beth Mokad ingrediebantur in atrium, manibus tenentes אבוקות של אור *duas faces aureas*; ſeque in duas cateruas diuidebant, vna petiit porticum atrii orientalem, altera occidentalem; inter eundum in omnia inquirebant, et ſemper vlterius pergebant, donec ſibi inuicem occurrerent apud בית עושי חביתין Conclaue illorum qui placentas coquebant, in quo occurſu ſe inuicem interrogarunt, *an omnia bene ſe habeant?* Eadem opera etiam excitarunt *Placentarios*, vt ſartagines praepararent ad ſummi ſacerdotis oblationem. *Tamid.* c. 1.

§. Poſtquam ita haec viſitatio peracta eſt; Praeſes eos conuocat ad ſortem faciendam. De quo ritu v. *Sors.*

§. Cui ſors contigit purgandi altare holocauſtorum, (quod officium ſorte omnium primum diſtribuebatur.) Socios ſuos relinquit in conclaui Gazit, et lotis pedibus manibusque opus ſuum adgreditur. *Maimon. Tamid.* c. 1. Super altare ſemper triplicem ignem nutriebant; (*Maim. Tamid.* c. 2. §. 4. et 7.) vnus et quidem maior deſtinatus erat ad ſacrificia conſumenda; ex altero deſumebant prunas ad thymiama in loco ſancto adolendum; Tertius nullum alium vſum habuit, niſi vt ignis in altari continuo conſeruaretur. Altare itaque purgaturus ſumit מחתה הכסף patinam argenteam, et ad ſummitatem altaris aſcendit, carbones huc atque illuc congregat, et patinam ſuam replet illis qui conſumpti ſunt,

Digitized by Google

ſunt, quam deinde deſcendendo ad pauimentum defert, et in parte orientali altaris euacuat. *Tamid:* c. 1. 4.

§. Statim ac ſacerdotes ſocii eius vident, ipſam deſcendiſſe רצו *currunt*; ובאו et *abeunt*, ומהרו et *feſtinant* ſanctificare et lauare manus ſuas מן הכיור ex labro; v. ſ. l. deinde arripiunt המגריפות והצינורו *forcipes et furcas ſuas*; et altare aſcendentes remouent ad latus altaris, ſi aliqua fruſta de ſacrificio praecedentis diei remanſiſſent; omnes cineres aggregant ad vnum cumulum in medio altaris, et ex illis tantum deſumunt, quantum requiritur ad vas פסכתר nomillatum (et quod continebat dimidiam partem Chomer) replendum, ſecumque deferunt. Semper tamen ſuper altare mediocrem cumulum cinerum, quem תפוח nominant relinquentes. Delatos hos cineres alii ſacerdotes extra ciuitatem deferunt, illosque in locum aliquem a procellis venti tutum ſeponunt, vt ibi, nullos ad vſus adhibendi, conquieſcant. Vid. *Tamid:* c. 2: §. 12: ſeqq.

De his rationibus remouendi cineres confer *Maim.* *Tamid.* Cap. 2: §: 5. 10. 13. Remotio cinerum per neminem, niſi ſacerdotem fieri debebat. *Maimon.* Biat Hammikd. Cap. 9. §. 8.

§. Hanc altaris purgationem vt plurimum incipiebant cum diluculo, ſed in 3. magnis feſtis citius, et in die expiationis, illam iam media nocte peragebant. (v. ſ. l.) Remotis autem modo quo diximus, cineribus, ignem adaptant; et ante omnia excitant ignem magnum מערכה גדולה *ſtruis magnus* ad partem orientalem altaris; ad hunc ignem omnis generis ligna adhiberi poterant exceptis lignis oliuarum et vitium. (quomodo autem ligna antea purgarint vid. *Conclaue ligni.*) Deinde inſtruunt ſtruem ſecundam ad cornu altaris meridionale, vt in loco deſcenſui aptiſſimo, et ad prunas deferendas commodiſſimo: ad hunc ignem praecipue ligna ficuum adhibebant. Indifferens erat quo-

Digitized by Google

quocunque in loco tertius ignis excitabatur. Praeter haec ligna duas taleolas ſingulares igni imponebant, et deinde fruſta ſacrificii diei praecedentis nondum conſumpta lignis et ſtrui ſuperaddebant. His peractis contulerunt ſe ſacerdotes iterum in conclaue Gazith ad aliam ſortem proiiciendam.

Vid. *Maimon. Tamid.* cap. 2. §. 4. et 7. ſeqq. Quo tempore quotidie decinerauerint. *ibid.* §. 11. Quomodo decinerauerint altare. *ibid.* §. 12.

§. Sorte ſecunda decernebatur 1. quis ſacrificium iuge mactare deberet 2. Quis ſanguinem ſpargeret. 3. Quis mundaret Altare incenſus ſiue ſuffitus. 4. Quis adaptaret candelabra et lampades. 5. Quis caput et crura ad gradus altaris deferret. 6. Quis humeros eius portaret. 7. Quis caudam et pedes. 8. Quis pectus et gulam. 9. Quis lumbos. 10. Quis inteſtina. 11. Quis הסלת *Similam*. 12. Quis Placentas ſummi ſacerdotis. 13. Quis vinum libaret. In quibus nota, ſolummodo primum ſorte iacta fuiſſe electum, reliqua munia vero ſacerdotes obiiſſe pro ratione ordinis quo ipſum ſequebantur, ita vt ſecundus ab ipſo officium ſecundum, tertius tertium; et conſequenter obtinuerit. vid. *Comment.* ad *Tamid.* c. 3. v. 1.

§. Duae aliae ſortes adhuc in vſu erant; ſcilicet quis fruſta illa ſacrificii ab aſcenſu altaris in eius ſummitatem ferre deberet; Quis ſuffitum in altari thymiamatis adoleret. Sed illae ſortes paulo tardius iactae fuerunt, quam hae de quibus hactenus loquuti ſumus.

§. Sacerdotes illi qui neque ſorte neque alio modo ad officia electi fuerunt, exuerunt veſtimenta ſua ſacerdotalia; et ſe applicabant ad minora officia templi, qualia fuerunt afferre vaſa, auferrre cineres altaris etc.

§. His omnibus ſummo mane peractis, *Praefectus cultus* iubet, vt obſeruent, an tempus offerendi ſacrificium

ficium iuge adſit. Statim vnus aut alter in ſummitatem templi aſcendit, (vid. rubricam diei expiationis) et ſi videt iam diem illuxiſſe clamat בקראי *clarus iam dies eſt.* Praefectus tunc vt plurimum ab ipſo petit האיר פני כל המזרח עד שהוא בחברון *An totum coelum vſque ad Hebron lucidum eſt;* Si reſpondet, *Ita*, iubet praefectus afferri agnum ex *conclaui agnorum.* Qui etiam ſtatim affertur, et etiamſi agni, iam antequam illuc deducerentur, viſitati fuerint, an omni macula carerent, nihilominus inquiſitio ope candelae repetitur.

Vid. *Maim.* Tamid. cap. 1. §. 9. Cur Duo agni quotidie in ſacrificium ſint oblati. *Rabboth.* fol. 255 col. 2. ante fin.

§. Ille qui ſorte electus fuit ad agnum mactandum, illum adducit 'לבית המטבחי ad illum locum in quo ſolebat mactari; omnes illi qui deſtinati ſunt ad ſanguinem ſpargendum et membra ferenda ipſum ſequuntur; alii vero petunt לשכת הכלים *conclaue vaſium*, et ex illo afferunt 93. vaſa quae omnia ad cultum illo die adhibere ſolent; in vno ex illis vaſibus agno potum praebent, vt eo facilius excoriari poſſit.

§. Seniores quibus commiſſae erant claues atrii (vid. אנשי מעמד et Amarcalin) ordinario tempore curabant aperiri portas atrii.) Cum portae vltimae duorum atriorum aperiebantur tubis clangebant, et ita Leuitis omnibusque qui illo die cultui adeſſe debebant, ſignum dabant ſua munia obeundi. Vltimo etiam aperiebatur שער הגדול *porta templi maxima*, ad intromittendos illos duos qui debebant praeparare altare aureum, et adornare lampades: Qui etiam in hunc finem quatuor inſtrumenta vel vaſa ſecum tulerunt, duo erant aurea et vocabantur טני et כוז; (vid. Tamid. c. 3. 6.) duo reliqua erant מפתחות.

§. Statim ac ille, qui mactaturus erat agnum, audiebat ſtrepitum portae magnae, agnum iugulabat; ille qui purgare debebat altare ſuffitus, ipſum mundabat cum agnus mactabatur. Ille qui lampades mundare et adornare debebat, aliquas ex illis mundabat, cum ſanguis ſpargebatur. Altare incenſus ita purgabatur; Sacerdos purgaturus ſumſit patinam vel vas טני illudque coram altari ponebat, deinde vola manus capiebat carbones et cineres, et illos in Teni immittebat, reliqua vero in illud verrebat; vasque ibi relinquens egrediebatur. Lampades vero hunc in modum adornabant. אבן היתה לפני המנורה *Lapis erat coram Candelabro*, cui tres gradus inciſi erant; illis inſiſtebat Sacerdos, et illas lampades quae extinctae erant, nouo oleo et lychnucho inſtruebat, et iterum incendebat illis lampadibus, quae vigorem ſuum retinuerant. Hoc tamen non obſeruarunt נר מערבי in lampade occidentali, (quae non illa erat quae maxime occidentem verſus poſita, ſed quae in medio omnium poſita erat.) nam ſi illa extincta erat, non poterat niſi igne altaris refici. Lampades vero illas quas adhuc incenſas reperiebat, purgabat, illisque nouum oleum ſuppeditabat. Hoc tempore Sacerdos ille ſolum 5. lampades, non autem omnes 7. adornat. Quibus omnibus paratis egreditur; Idem faciunt reliqui qui ſpargebant ſanguinem, excoriabant ſacrificium iuge, et illud in partes diuidebant; nam poſtquam fruſta eius ad gradus altaris fuerunt allata, et ſale conſperſa, omnes iterum petunt conclaue *Gazit*, et ſe ad preces componunt. vid. *Tamid* c. 3. *Joma* c. 3. *Maim. Tamid*.c.6.

De modo adornandi et praeparandi lampades vid. *Maimon.* Tamid. Cap. 3. §. 10. ſeqq. fin.

§. Preces quas omnium primo dicunt ita ſonant. *Amaſti nos o Deus Domine noſter amore aeterno; tu magna miſericordia nos proſequutus es, o Pater et Rex noſter! Propter patres noſtros, qui confidentiam ſuam in te poſuerunt*

Digitized by Google

runt, et quibus dediſti ſtatuta vitae. Etiam nobis ſis gratioſus, o Pater, miſerere noſtri, Pater ſumme miſericors. Et cordibus noſtris inſtilla, ut poſſimus intelligere, cognoſcere, docere, obſeruare omnia verba ſtatutorum tuorum in caritate; illumina oculos noſtros lege tua, da cordibus noſtris retinere praecepta tua, et timere nomen tuum etc. vid. *Maimon. Tamid.* cap. 6. et *Sepher Tephillot.*

Deinde ſequitur recitatio decem praeceptorum Dei, et Phylacteriorum, (de quibus vid. ſ. l.)

§. Quod tempus adolendi ſuffitum attinet, de eo hunc habent Canonem in *Joma* c. 3. קטורת של שחר היתה קריבה בין דם לאיברים של בין הערבים בין איברים לנסכים *Suffitus matutinus offertur inter aſperſionem ſanguinis et collocationem membrorum ad gradus altaris, et ſuffitus veſpertinus inter collocationem membrorum, et oblationem libaminis vini.* Quis debeat hoc officio fungi iterum ſorte decretum, et ſimul, quis ad ſuperficiem altaris fruſta ſacrificii deferret. Ille qui ſorte ad adolendum electus fuit, ſumebat patinam argenteam, in qua erat thuribulum ſuffitu plenum; et comitatus aliquo ſacerdote qui gerit prunas ab igne altaris deſumptas templum ingreditur. Cum ita procedunt, ſonant inſtrumentum מגריפה quod admodum ſonorum erat, triplicem in finem. (*Tamid.* cap. 5.)

De adolendo ſuffitu vid. *Maimon.* Tamid. Cap. 9. tot.

1. *Vt vnuſquiſque Sacerdos ſciret ſacerdotes fratres ſuos iam ad cultum paratos eſſe, et ita ſe etiam ad officium accingeret.*

2. *Vt quiuis Leuita ſignum hoc audiens ſe ad canendum praepararet.*

3. *Vt* ראש המעמד *Praeſes ſtationis illos ſacerdotes qui nondum tunc mundi et parati, ad portam orientalem* (Nicanoris) *deduceret, ad eos ibi reprehendendos.* Illi duo qui altare ſuffitus et lampades purgauerant, hos duos

 praece-

praecedunt, vnus ſumit ſuum טנין quod poſuiſſe coram altari diximus, et incuruando ſe egreditur; alter etiam ſuum vas כוז (quod apud lapidem Candelabri reliquerat) ſumendo egreditur. Ille qui prunas attulit, illas ſuper altare diſponit, et alterum ſolum relinquendo reuerentia facta egreditur.

Caeterum לא היה המקטיר מקטיר עד שהממונה אומר לו הקטר *ille qui adolere debet non adolet*, donec praefectus ipſi dicat (elata voce) *ſuffumiga:* Imo ipſe ſummus Sacerdos non adolet, niſi poſtquam Praefectus ipſi dixit אישי כ״ג הקטר *Domine ſumme ſacerdos, fumiga.* Signo autem adolendi dato omnes qui in atrio ſunt ſe ad reliquas preces accingunt. Vid. Maim. l. c. et Tamid c. 6.

§. Illae preces praecipue ſequentes fuerunt. 1. Oratio vocatur אמת ויציב quia illa his verbis incipiebat; et quoniam illae orationes in *Tamid.* c. 5. non plene adducuntur, hic integras eas referre lubet. Oratio itaque prima ita ſonat. *Verum et ſtabile firmum et certum, integrum et fidele, amabile et delectabile, pulchrum, terribile, et glorioſum, ordinatum, acceptabile, bonum et elegans eſt hoc verbum pro nobis perpetuo. Verum aeterni Dei regis noſtri, rupis Jacobi, ſcutum ſalutis noſtrae in perpetuum; Ille eſt certus, et nomen eius eſt certum, thronus eius firmus, Regnum et veritas ſtabilita in aeternum.* etc. 2. Oratio vocatur in *Tamid.* c. 5. עבודה et apud *Maimon.* in *Tamid.* c. 5. רצה. Tenor eius hic eſt. *Gratus ſit tibi, o Deus, populus Iſrael, precesque eius. Reſtaura cultum domus tuae, et aſpice holocauſtum Iſraelis eiusque preces in fauore, in complacentia, ſitque tibi ſemper acceptus cultus Iſraelis. Laudamus te qui es Deus Dominus noſter, et Deus patrum noſtrorum, Deus omnium craturarum, gloria et laus ſit tibi, quod nos conſeruaſti* etc. 3. Oratio ſic incipiebat: שים שלום *Da pacem, bonitatem, felicitatem, gratiam, miſericordiam, pro omni tuo populo Iſrael*, etc. 4. Oratio ſiue benedictio erat ſolum in vſu in Sabbatho, cum illi qui prae-

cedenti

cedenti ſeptimana inſeruierant, domum petunt; illa ita ſonat. *Qui habitare fecit nomen ſuum in hac domo, faciat vt apud vos habitet charitas, fraternitas, pax et amicitia.* Ita etiam clauſit Epiſt. 2. ad Corinthios Paulus, ὁ Θεὸς τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔσαι μετ' ὑμῶν. Plura de precibus vid. ſ. l. vid. Comment. ad Tamid. l. c.

§. Peractis et ad finem perductis precibus, ille cui ſorte contigit ponere fruſta agni in ignem, ſe ad hoc agendum accingit, et primo illa incondite in ignem coniicit, deinde vero in ordinem diſponit.

§. Deinde ſacerdotes, praecipue autem illi qui cultui in loco ſancto interſuerunt, ſtantes ſuper gradus qui in propylaeum ducebant, eleuabant manus ſuas et benedicebant populo. Manus eleuabant ſupra capita, ſparſis digitis, et vnus ex ipſis recitabat Numer. VI, 24. 25. 26. quos verſus reliqui repetebant, benedictione vna; in Synagogis vero faciebant ex his verbis tres benedictiones. Populus autem reſpondebat: *Benedictus ſit Deus Iſraelis* מן עולם עד עולם *a ſeculo in ſeculum.* De hac benedictione ſacerdotum vide *Taanith* c. 4. *Maimon* in Tephill. et Bircat Hacohan. c. 14. et 15.

§. Deinde offerebatur הסלת et poſtea החביתין *placentae ſummi ſacerdotis;* libamenque vini. Haec excipiebat Muſica, tandemque populus incuruatione facta dimittebatur.

§. Cultus Veſpertinus a matutino, quem nunc deſcripſimus, non differt, niſi in accidentariis quibusdam. Sortes non proiiciebantur veſperi niſi pro illo qui debebat adolere, reliqua munia peragebantur ab illis qui mane in officiis fuerunt. Suffitus veſperi paululum tardius offerebatur, quam mane. Sacerdotes etiam non ſemper benedicebant veſperi, quamuis tamen vt plurimum id fiebat. v. c. 4. *Taanit.*

Digitized by Google

§. Iam referemus quaedam quae in perſonis requirebantur, ſi cultum ſuum in templo rite peragere voluerunt. I. לא יכנס אדם להר הבית במקלו *Nemo debuit montem templi baculo aſcendere. Berachot.* c. 9. *Zavim* c. 1. *Gemara. Maimon. in Beth Habech.* c. 7. Non enim in locum pacis arma percuſſoria afferenda; aut templum quaſi fatigare exiſtimandum. Excipe tamen ab hac regula praefectum cuſtodiarum, qui baculo inſtructus erat, ad percutiendos dormientes Leuitas. Chriſtus non baculo idcirco vſus eſt ſed flagellis, cum mercatores ex templo expelleret. II. Nemo debuit ad templum accedere במנעל שברגליו *calceis in pedibus ſuis.* Poterant tamen ſandalia pedibus induere, at Leuitae et Sacerdotes quando munia ſua obibant, debebant nec calceis nec ſandaliis inſtructi ſed nudipedes eſſe. *Erach* c. 2. in *Gemara.* III. Nemo debet ad templum accedere באפונדתו *cum pera ſua*, או באבק שעל רגליו *aut pedibus puluere conſpurcatis.* IIII. Nemo debet accedere במעות הצרורין לו בסדינו *pecuniis ligatis in crumena ſua.* Nam alias cum de Deo cogitandum ad nummos noſtros animam deflectimus. Licuit tamen in manu afferre, quod vel pro ſacrificiis vel eleemoſynis deſtinatum.

§. Poſtquam ad montem templi peruentum, vnuſquisque haec quatuor obſeruare debet. (1) אסור לרוק בכל הר הבית *Prohibitum eſt in monte templi ſputum eiaculari*, ſi vero exſpuere cogitur, ſputum debet eiicere in aliquam partem veſtimenti ſui. *Maimon. Beth Habech.* c. 7. (2) ראשו כנגד שער מזרחי *Debet ab omni indecoro geſtu abſtinere, praecipue e regione portae Nicanoris:* Id eſt nemo ridere aut cachinnari, alium irridere, multo minus inhoneſtius quid committere debuit. (3) לא יעשה הר הבית קפנדריא *Nemo debuit templum compendium viae facere.* Id eſt, per illud ire, ſi forte loco quo tendis, proprior eſſes; nam ad templum nemo venire debet niſi religionis cauſſa. Vid. *Maimon. in Tephillah.* c. 1. (4) Qui egreſſus eſt atrium הולך בנחת *debet*

debet cum grauitate et modeſtia procedere vſque ad locum in quem tendit.

§. אין מתפלל אלא מעומד *Ad preces ſe ſtando componere debent*, *Maim. Hal. Tephil.* c. 5. De hoc geſtu vid. *preces.*

§. אין ישיבה בעזרה אלא למלכים בית דוד בלבד *Nemo in atrio Iſraelis* ſedere poterat, niſi rex ex familia Dauidis. *Maim. Beth Habech.* c. 7. vid. *Kimchi* in 1 Sam. I. et *Leui Gerſom*, qui credunt id aliquando etiam ſummo Pontifici licere.

Nullus cultus niſi ſtando perfici debebat. *Maimon.* Biat Hammikd. C. 5. §. 16. ſeqq. Nullus cultus niſi manu dextra perfici debebat. *ibid.* §. 18. Sacerdotes cultum perficientes non debebant inſiſtere lapidi, qui non firmiter pauimento inhaerebat. *ibid.* §. 19.

§. לא יעמוד בראש מגולה *Nemo preces ſuas fundere que ſtare debet detecto capite, imo ſapientes nunquam niſi velati orarunt. Maimon. Thephillah.* c. 5. Sic apud R. *Nathan* in Abhot c. 6. Nicodemus ad orationem ſe componit מתעטף *velatus.*

§. Geſtus corporis, quo in cultu ſuo vſi ſunt, triplex erat; 1. erat כריעה *genuflexio.* 2. קדה *Capitis incuruatio.* 3. השתחויה *Corporis proſtratio*, quae non debebat adhiberi niſi ab illis, qui ſe ipſos integros et iuſtos ſciebant vt Joſua. *Maimon.* Hal. Tephilla. c. 5. vid. de his *preces.*

Sacerdos, qui ſemel idolis ſacrificauerat, nunquam per omnem vitam cultum in templo perficere poterat. *Maimon.* Biat Hammikd. cap. 9. §. 13. De זר cultum perficiente eiusque poena vid. *ibid.* §. ſeqq. it. *Miſchna Sanhedrin.* cap. 9. miſchn. 6. De vitiis ſacerdotes ad cultum ineptos facientibus.

 Mai-

Digitized by Google

Maimon. l. c. cap. 6. 7. 8. tot. Cultus tempore nemo ſacerdotum templum egredi debebat. *ibid.* cap. 2. §. 5. Sacerdos gregarius cultum perficiens; ſi audiret, quendam ex ſuis eſſe mortuum, non debebat continuare cultum, bene autem ſacerdos ſummus. *ibid.* C. 2. §. 6. De immundis cultum perficientibus eorumque poena. *ibid.* Cap. 4. tot. Si quis ſacerdos in immunditie ſacra perfecerit, non trahunt eum fratres eius ſacerdotes in iudicium, ſed iuniores ſacerdotii protrahunt eum extra atrium, et fuſtibus cerebrum eius elidunt. *Sanhed.* Cap. 9. miſchn. 6. De ſacerdotibus praeputium habentibus, cultumque facientibus, eorumque poena. *Maimon.* l. c. cap. 6. §. 8. octodecim ſunt, qui cultum perficere non poſſunt. *ibid.* cap. 9. §. 15. Qui vel maxime inepti erant ad cultum perficiendum, poterant tamen mactationem perficere, excepto immundo. *Maimon.* Peſule Hammikd. Cap. 1. §. 1.

Cultu peracto, dum domum redire intendunt, non debebant terga altari vertere, (Maimon. *Hal. Beth Habech.* c. 7.) quare etiam retrorſum eundo ex atrio egrediebantur; Vltimum vero quod obſeruandum, erat, ne egrederentur per illam portam, qua ingreſſi ſunt. *Maſſ. Middot.* cap. 2.

CVRSORES habuerunt Reges Orientales; eximii curſoris exemplum habes in *Hieroſ. Taanit.* fol. 68. col. 3. ibi enim recenſetur, quod בלדרין *Curſor* egreſſus ſit Hieroſolyma, primo die Auguſti, et ſpatio vnius diei et noctis peruenerit Tyrum. De Tabellariis vel curſoribus Ahasveri vid. *Medraſch Eſther* cap. 1. 8. De memorabilibus aliarum gentium curſoribus vid. Lipſii Cent. 3. epiſt. 59. ad Nicolaum Micaultium.

Perpetuos regibus curſores fuiſſe teſtatur *Maimon.* Hal. Melach. c. 4. §. 2. ומעמיד מהן אנשים לרוץ לפניו *conſtituit ex illis* (viris fortibus), qui ante ſe currant. Conf. W. *Schikardi* Jus reg. Hebr. Cap. III. Theor. VIII. p. 166. ſeq. not. edit. Carpzov.

CVSCHI

✱ CVSCHITAE. De Cuſch et Cuſchitis vid. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. II. p. 357.

De CVSTODIA templi vid. *excubias.* vid. *Leuitas.*

Eruditum elegantemque Commentarium hiſtorico-philologicum de cuſtodia templi nocturna edidit *Paul. Frid. Opitius.* Kilon. 1710.

✱ CVSTOS. Quatuor cuſtodum ſunt genera, cuſtodiens gratis, petens cuſtodiam, mercedem cuſtodiae accipiens, et mercede conducens. *Schevuoth.* Cap. 8. miſchn. 1.

D. ד.

DAEMONES meridiani ſunt periculoſiſſimi. R. *Saadia* et *Aben Eſra* Job. III, 5. Eo maior eſſe debet cura de oratione meridiana *Alcoran. Sura* 11. 237.

§. In Nouo Teſtamento multa legimus de Daemoniacis et lunaticis, ad ipſorum dilucidationem conſidera quae Talmudici de שוטה dicunt. In *Hieroſ. Trumot* fol. 40. 2. haec legimus. *Haec ſunt ſigna* שוטה ג̃; *Exit nocte et pernoctat inter ſepulchra, et veſtes ſuas lacerat, et quodcunque ei datur, peſſundat,* (conf. Matth. VIII, 28.) *Dicit Rabb Houna, at num ille ſolum, in quibus haec omnia? Ego dico quod non. Qui exit nocte* קניטרוכוס *Chondriacus eſt. Qui pernoctat inter ſepulchrea* מקטר לשדים *fumigat diabolis. Qui veſtes ſuas lacerat, eſt* קוליקוס *melancholicus. Et qui peſſundat, quodcunque ei datur,* קרדיקוס *Cardiacus. Et paulo inferius* פעמים שוטה פעמים חלום *Aliquando furit, aliquando eſt ſanus; dum furit habendus eſt pro furente ad omnia; dum ſanus eſt, quoque habendus eſt pro ſano ad omnia.*

§. De חרש ושוטה *Surdo muto et Lunatico* plurima in Miſchna habemus loca; *Trumoth* c. 1. 1. ad Trumam

 non

non admittuntur. *Cholin* c. 1. 1. Excluduntur a mactatione beſtiarum.

§. Judaeis vſitatum erat morbos grauiores, eos praeſertim quibus vel diſtortum eſt corpus, vel mens turbata, malis ſpiritibus attribuere. *Maimon in Giruſchin.* c. 2. מי שהירה רוח רעה מבעתת אותו ואמר כשהתחיל בו החולי *Si quis vexatus ſpiritu malo dixerit, cum illum primo inuaſerit iſte morbus, conſcribite libellum repudii vxori meae* etc. Maſſ. Gittin. cap. 7. 1. מי שאחזו קורדיקוס ואמר כתבו גט לאשתי לא אמר כלום *Si quis quem inuaſerit Cardiacus, dicat, conſcribite libellum repudii vxori meae, nihil plane dixit,* (ipſi non eſt obediendum) Gloſſatores dicunt: *Cardiacum eſſe Daemonem qui dominatur in nimium vini noui bibentibus.* Maimonides vero in loc. cit. dicit, קורדיקוס *eſt morbus generatus a repletione vaſorum cerebri, a quo confunditur intellectus: Eſtque morbus e genere morborum comitialium.* Ecce hic habes eundem Daemona et morbum.

Tertullianus in libro ad Scapulam Notarii cuiusdam meminit, quem a Daemone praecipitatum Chriſtiani liberarunt. *Dodwellus* autem in diſſertationibus in Irenaeum verba iſta de morbo caduco ſeu regio intelligit, cum hunc morbum daemoniis tributum fuiſſe ex Hippocrate conſtet, qui hanc opinionem tanquam erroneam iuſto opere refutauit. Nec alios Daemoniacos fuiſſe dicit, de quibus Math. XVII. et Luc. VIIII. legitur. vid. *Act. Erudit.* Anno 1690. p. 552. *Elias Henr. Henckellius* edidit ordinem et methodum cognoſcendi et curandi energumenos ſ. a ſtygio cacodaemone obſeſſos. Francf. et Lipſ. 1689. *ibid.* p. 197.

§. Aruch in rad. שבתא refert dari quendam Daemonem nomine *Schibta* qui prehendens ceruices infantum, neruos eorum exſiccet et contrahat.

§. Bab.

§. Bab. Berach. fol. 51. 2. dicitur; qui pocula duplicata ebibit ניזק על ידי שדים plectitur per diabolum.

§. Saepius etiam in Talmudicis mentio fit רוחות מסאבות ſpirituum impurorum τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων, Exemplum afferemus ex *Sanhed.* fol. 65. 2. דורש אל המתים *Necromantes ille eſt, qui inedia ſe macerat, atque it et pernoctat inter ſepulchreta, eo fine vt habitet ſuper eum* רוח מסאבה *ſpiritus immundus.* (Gloſſ. vt daemon ſepulchreti eum amet, atque adiuuet in incantationibus ſuis.) Cum verſiculum iſtum R. Akiba legeret, fleuit et dixit: ſi ieiunanti eum in finem vt ſuper ipſum veniat ſpiritus immundus, ſpiritus etiam ſuperveniat; multo magis ieiunanti, vt ſpiritus ſanctus ſuperveniat, ille ſuperueniret. At quid ego faciam, cum peccata noſtra nos ſeparauerint a Deo etc. De Principe Daemoniorum vide *Belzebul* etc. in *B.* Quidam Judaeus Ramae Daemonem eiecit. *Gloſſ. Bab. Joma* fol. 57. 1.

De Daemonibus vid. *Abarban.* in Prophet. prior. in Indice. it. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. in Indice. Judaei putant, quod ſi quis in ſomnis videtur rem habere cum muliere, ſi ex illa viſione ſemen emittat, ex eo ſemine oriantur Daemones, et propterea ſtatuunt, quod circa mortuum circuitus fieri debeant, vt eiusmodi circuitionibus fugentur Daemones. *Voiſin* Pug. fid. p. 25. a. fin. Collyrium ad videndos Daemones. *Wagenſeilii* Sota. p. 482. Daemones noctu iter facientibus ſolent occurrere. *ibid.* p. 475. interdiu etiam ſunt moleſti *ibid.* p. 480. Quod exiſtimant viri ſummi, vſitatum fuiſſe apud ethnicos etiam Daemones exorcizare, nullo modo probare poſſumus: nam Tertullianus, quem vnum auctorem laudant, eo loci de Chriſtiano agit, non de Ethnico. *Sam. Petit.* Comment. Leg. Alt. Lib. III. tit. 9. p. 302. Ad errores *Joſephi* referenda ſunt, quae de arte Daemones virtute radicis annulo incluſae per na-

res

res extrahendi, et ab obſeſſis profligandi tanquam ſingulari ſapientiſſimi regis Salomonis inuento Lib. VIII. Antiquit. c. 2. retulit. Radicem autem illum dum alibi deſcribit, alium etiam errorem addit, cum ait Daemonia eſſe hominum impiorum ſpiritus, quos viuis immergi, et eos, quibus ſubuentum non fuerit, necare tradit. Quam opinionem ex magorum diſciplina hauſtum eſſe Tertullianus indicat. vid. *Ittig.* Proleg. ad edit. Joſephi Colon. fol. 1. col. 1. poſt fol. e. 4. *Joſephus Glanvilius* in Saducismo Triumphato cum de lactatione Daemonum agit, etſi ſubeſſe huic negotio ſacramentum aliquod diabolicum agnoſcat; non abſurde tamen ſtatui cenſet, et Daemonem nutrimentum quodcunque ex lacte ſagarum capere, et viciſſim ſagis virus quoddam inſtillare, phantaſiae penitus corrumpendae idoneum. *Act. Erudit.* Anno 1683. p. 319. Plura de Daemonibus vid. *ibid.* Anno 1686. p. 456. et 457. Ann. 1689. p. 433. nec non Supplement. p. 45. et 290. Meridie potiſſimum timendos eſſe Daemones crediderunt veteres. *Cler.* Art. Crit. Tom. I. Part. I. cap. I. §. 3. p. 53. it. Part. II. Sect. I. c. 5. p. 256-277. De ſpiritu familiari vid. Monatl. Auszüge zu Hannover Januar. 1700. De controuerſia, quam circa ſpirituum doctrinam mouit Bekker. *Act. Erudit.* Anno 1692. p. 19. Anno 1693. p. 313. Anno 1694. p. 254. De ſpectris imprimis *ibid.* Anno 1683. p. 317. it. Anno 1690. p. 29. Wittenb. A. u. N. 1701. p. 55.

DACTYLVS ſtomacho ieiuno eſt acerbus. *Mezzia.* fol. 113. 2. Dactyli דטובינאי *Tuſianaei* i. e. qui Tubhianae creſcunt admodum parui aeſtimabantur, quia in illo loco vix ad maturitatem perueniebant. *Obolin.* fol. 46. 2. de Palmorum vſu in feſto Tabernaculorum vid. in F. *feſtum* tabern. Ab ipſis Jericho עיר התמרי' vocata Deut. XXXIV. Dactyli laxant, calefaciunt, ſatiant, ſed

ſed non oblectant, i. e. dulcedine nocent. *Gittin.* fol. 70. 1.

De ſpeciebus Dactyli vid. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 287. Dactylorum Babyloniorum qualitas. *Wagenſeil.* Sota. p. 1028. Dactylorum Judaeae praeſtantia. *ibid.* p. 1083.

✱ DAGON quale fuerit idolum. *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 87. col. 2. fin.

✱ DAMASCVS. Quotnam fana idolorum fuerint Damaſci. *Rabboth.* fol. 287. col. 1. init. *item* fol. 341. col. 3. poſt init.

✱ DAMNATIO AETERNA. De qua vide *Tanch.* fol. 81. col. 1. init. Quinque ſententias de damnatione aeterna recenſet *Maimon.* ad Sanhedr. Cap. 10. miſchn 1.

✱ DAN vrbs Dan olim dicta fuit מכבש et cur? *Tanch.* fol. 6. col. 2. med.

✱ DANIEL, de ſtatua quam vidit Daniel. vid. *ibid* fol. 31. col. 3. fin. et 4. init. De Daniele Propheta *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. 1. p. 334. Danielem non fuiſſe prophetam ſtatuunt Judaei. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 335. ſeqq.

DAVID. Niſi fuiſſet Dauid, non feciſſet Joab bellum et niſi fuiſſet Joab, non dediſſet Dauid operam legi *Sanhed.* fol. 49. de corona Dauidis, quomodo eam geſtarit cum pondus eius fuerit tanlentum auri. v. L. T. Cl. Buxt. p. 6. 18.

Dauidis filius, Ammon, Dauidi fuit per omnia ſimilis. *Tanch.* fol. 10. col. 3. init. Nummi Dauidis. *Wagenſeil.* Sota. p. 574. Dauidis matri quod nomen fuerit. *ibid.* p. 161. De cithara Dauidis. *Tanch.* fol. 64. col. 3. poſt init. *Edzard.* Berachoth. p. 20. ſeqq.

Digitized by Google

ſeqq. *Rabboth.* fol. 216. col. 3. fin. Mephiboſeth fuit praeceptor Dauidis. *Edzard.* Berachoth. p. 24. Dauidis peccatum cum Bathſeba commiſſum, quomodo excuſetur a Judaeis. *En Iſrael.* Part. I. p. 47. col. 2. fin. Fabula de morte Dauidis. *En Iſrael.* Part. I. p. 41. col. 2. med. it. *Rabboth.* fol. 281. col. 1. med. it. p. 322. col. 4. fin. et p. 323. col. 1. init. De Dauide varia. *Abarban.* in Prophet. prior. in Indice.

DALMANVTHA. Marci VIII, 10. poteſt derivari quaſi diceres ביה דאלמנות *Domum* viduitatis; habebant enim in vſu, viduis domunculas iuxta domus patrum ſuorum aedificare, ſicuti patet ex *Baua Bathra* fol. 98. 2. Quam facile autem ab aliqua ſplendidiore viduitatis domo hic locus denominari potuit.

§. Poteſt etiam hoc nomen deductum eſſe a voce צלמון *Zalmon* de quo fit mentio *Judic.* IX, 48. צ in ד mutato ſecundum conſuetum Syris et Arabibus Idioma. Apud Talmudicos mentio fit צ Zalmon *Jeuamot* fol. 122. 1. *Hiſtoria eſt de homine quodam in Zalmon* etc. Item *Kilaim* c. 4. v. 9. *Baua Bathra* fol. 82. 2. Sed in illis locis non videtur intelligi illud Zalmon Sichemiticum de quo *Jud.* IX. mentio fit, praecipue in *Kilaim*, nam ibi dicitur בא מעשה לפני חכמים *illud quod* in Zalmon *contigerat, adductum fuiſſe et diiudicandum traditum ſapientibus.* Quid enim Samaritae cum Sapientibus Judaeorum? nihil autem incommodi erit, ſi intelligamus, hunc locum propinquum fuiſſe Tiberiadi, et cauſſam huius incolae Zalmon ad ipſos adductam fuiſſe Sapientes Tiberiade Academiam conſtituentes.

DILVCVLI diſtinctio apud Rabbinos haec eſt 1. erat אילות השחר *cervum aurorae.* Prima lucis apparitio: *Hieroſ.* Berach. fol. 2. 3. *R. Chnia et R. Simeon itinerantes ſimul mane quodam in valle Arbel, viderunt Ceruam aurorae, quod lux eius diffunderet aethera. Dixit R. Chnia, talis futura eſt redemptio Iſraelis. Primo gradatim

datim et minutim procedet, ait quo magis procedet eo magis augebitur: II. משיכיר בין תכלת ללבן *Cum diſtinguere quis poteſt inter colorem Hyacinthinum et album.* III. *Cum luceſcit oriens:* משיאור המזרח. IIII. בנץ החמה *oriente ſole.* Ita enim diſting. Hieroſ. Berach. fol. 1. 3. *A quo tempore recitant phylacteria mane? Ab eo tempore quo diſtinguere quis poteſt inter colorem hyacinthinum et album.* etc. Item fol. 2. 3. *A prodeunte ceruo aurorae vſque dum luceſcat oriens, et a quo luceſcit oriens, vſque dum oriatur ſol.* etc. Ad hos quatuor temporis articulos non inconcinne adaptat Phraſeologias Euangeliſtarum V. Cl. D. Leigtfootus. Ad primum refert τῇ ἐπιφωσκούσῃ *Math.* XXVIII, 1. Ad ſecundum πρωῒ σκοτίας ἔτι οὔσης *Johan.* XX, 1. Ad tertium ὄρθρου βαθέος Luc. XXIIIII, 1. Ad quartum λίαν πρωῒ et tamen ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου Marc. XVI, 2. Qua re animaduerſa, facillima eorum eſt reconciliatio.

Cum DEBITOR apud Judaeos ſoluendo non erat, dabat Judex creditori litteras, quibus perſequi poterat debitoris bona, quocunque tempore et loco ea reperiret, eaque poſt 90. dies libere occupare, idque proclamari curabat iudex per praeconem. *Metzia* fol. 35. 2. et 108. 2.

Si quis aes alienum ſoluerat, libellus debitorius erat ſciſſus. *Schevuoth* Cap. 7. miſchn. 7. Vt Deus a nobis non adeo ſeuere exigit debita, ita nec nos a proximo exigere debemus. *Tanch.* fol. 30. col. 3. circ. fin.

* DEBORA Num Debora fuerit maritata. *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 45. col. 3. et 4.

Cum DECEM praecepta promulgebantur, populus quidem ſonum audiuit, ſed diſtincte verba non percepit, ſicuti Moſes. *More Nevoch.* II, 32.

De

De Decalogo vid. prolixe *Voiſin* Pug. fid. p. 68. b. ſeqq. Decalogum eo modo diuidunt Judaei, quo Lutherani. *Tanch.* fol. 60. col. 4. poſt init. Tabulae legis fractae vna cum tabulis integris poſitae ſunt in arcam foederis. Targum *Ben Vziel* Exod. XXXX, v. 20. Decem paaecepta Decalogi vna vice prodierunt ex ore Dei. *Tanch.* fol. 28. col. 1. med. Quare duae fuerint tabulae legis. *ibid.* fol. 36. col. 1. poſt init. *item* fol. 79. col. 4. init. Cur tabulae legis fuerint lapideae. *ibid.* fol. 36. col. 1. poſt init. Grauitas tabularum legis. *ibid.* col. 4. poſt init. Sectio קדושים continet omnia praecepta Decalogi. *ibid.* fol. 52. col. 4. poſt init. Quot praecepta vnicuique tabulae fuerint inſcripta. *ibid.* fol. 79. col. 3. fin. *Rabboth.* fol. 131. col. 4. poſt init. item fol. 270. col. 1. med. In libro ſuo contra moechos, vt et in illo de decalogo praeceptum de non occidendo poſtponit *Philo* praecepto de non committendo adulterio, ſecutus codices Graecos Exod. XX. Sic et Lucas XVIII, 20. Marcus X, 19. Paulus Rom. XIII, 9. Syrus interpres Matth. XV, 19. *Tertullianus* de pudicitia cap. 5. *Clemens* VI. Strom. p. 685. *Julianus Parabates* apud *Cyrillum* Alexandr. 5. p. 152. *Syncellus* p. 131. Chronographiae. *Fabric.* Biblioth. Graec. Lib. 4. cap. 4. p. 111. Conf. *Act. Erudit.* Anno 1690. p. 253. it. index rerum Theol. ad decenn. 1. *Act. Erudit.*

§. Decem in Synagoga eſſe debent, alias plurimas actiones omittunt. vid. *Synagog.* et *Megillah* c. 4. v. 3.

DECIMAE. De illis varia in Maſſichtot *Maaſer*, Peah, et alibi curioſus lector reperiet; Nos hic de magno cumulo paucula libabimus.

§. De decimis haec eſt generalis regula כל שהוא אוכל ונשמר וגדוליו מן הארץ חייב במעשרות *Quodcunque cedit in cibum, quodque cuſtoditur* (i. e. quod non eſt com-

communis iuris) *quodque e terra naſcitur, decimari debet. Maaſeroth.* cap. 1. v. 1.

§. Ex lege decimatio erat pecorum, frugum et fructuum: cuius modus et menſura ſecundum ſcribas haec erat. *E frugibus trituratis et ventilabro purgatis. 1. Excipitur quinta pars pro ſacerdote: haec vocatur* תרומה גדולה *oblatio magna. 2. Decima pars reſidui Leuitae cedit: vocabatur haec* מעשר ראשון *decimae primae. 3. Decima pars iterum e reſiduo tollenda, et comedenda Hieroſolymis, aut redimenda: vocabatur haec* מעשר שני *decimae ſecundae.* 4. Leuita decimas dat e ſuo ſacerdoti, vocantur hae מעשר המעשר *decimae decimarum.* Haec ex Peah et Demai paululum diducemus inferius.

§. *Olerum decimatio eſt a Rabbinis* מעשר ירק דרבנן *Bab. Joma* fol. 83. 2. Non erat illa, inſtitutionis diuinae, ſed humanae; inter illa olera etiam numerantur תרנגלת τὸ ἡδύοσμον quae herba ſecundum *Scheuiit* c. 1. 1. etiam legibus anni ſeptimi obnoxia eſt: ab Aruch illa vocatur מיקמרא et definitur *eſſe herbam ſuauis odoris, quam in ſynagogis ſpargunt.* Item שבת τὸ ἄνηθον de quo ſic loquitur Gloſſ. in *Bab. Auoda Sara* fol. 7. 2. שבת *lingua Romana eſt Anethum et decimatur ſiue colligatur viride, ſiue maturum.* Item τὸ κύμινον כמון qui fructus etiam inter decimanda numeratur *Demai* c. 2. 1. Confer Math. XXIII, 23.

§. Decimae quae dantur pauperibus, vocantur מעשר עני. Extra terram Iſraeliticam decimas non ſoluunt. *Baua Bathra* fol. 27. 2.

§. Decimae ſacerdotibus et Leuitis, (de quorum decimis etiam locus modo citatus loquitur) dabantur, vt tota Leuitica tribus Deo conſecrata, ſemper cultu eius vacare poſſet, nec aratione aut ſatione detineretur. Decimas ſecundas praecepit lex tantum in victualibus Hieroſolymam aſportare, eo quod hoc neceſſa-

Digitized by Google

rio cogat eleemoſynas inde facere, cum non niſi in cibo et potu erogari potuerint. *Maim. More Neuoch.* III. 39.

§. Montanum Judaeae quidam a decimatione eximere ſtuduerunt. *Hieroſ. Demai* fol. 24. 4. cuius conaminis alia vix eſt ratio, quam quod regio iſta iam nimis ethniciſſaret, et non exigerentur decimae ab Ethnicis. Idumaei enim qui ibi habitabant, Judaicos quidem ritus amplexi erant, at caeterum nec amici Judaeorum nec religionis.

§. A Decimis liber eſt, qui agrum communem factum מפקר occupauit, donec ventilauerit. Qui rem ad ſacros vſus deuotam redimit, ad decimas tenetur, donec quaeſtor templi ventilauerit. *Peah.* c. 1. 5. A decimis liber eſt, qui fructus ſuos cum ſpicilegio pauperis commutauerit, accepti ſcilicet priuilegii reſpectu; ſi vero cum paupere commutat, quod alias pauperi debebatur, decimas dare debet. *Peah.* c. 5. 5.

§. מעשר שבולת *decimae ſpicae* ſunt, quando pater familias ex aceruo, cui quaedam ſpicilegii ſpicae immixtae fuerunt, profert duas ſpicas, et vna accepta dicit אם תהיה זאת שבולת לקט טוב ואם איננה שבולת הלקט יהיו המעשרות המחויבות לה בזאת השבולת האחרת. *Si haec ſpica pertinet ad ſpicilegium bene eſt; ſi vero non, ſint ipſi debitae decimae in hac altera ſpica.* Tradit deinde primam ſpicam pauperi, alteram vero ſacerdoti: *Maimonides* ad Peah cap. 5. 2.

§. Qui vult auellere folia oleris ſine herbarum, ad ſubleuandum onus, non debet auulſa ſeponere niſi poſtquam decimas ab iis ſumſerit. Si quis olera emerit, et ea venditori reddere vult, ea reddere non poteſt, niſi antea decimas ex illis ſeparauerit, et earum pecuniam venditori dederit: Si vero olera nondum ſuis manibus acceperit, a decimis liber eſt. Sic qui in via fructus reperit, et eos edere aut abſcondere vult

Digitized by Google

vult, debet decimas ſeparare; at ab illis liber eſt, ſi illos vult abſcondere aut ſeponere, ne ab ethnicis aut aliis diripiantur. *Demai* cap. 2. 3. Qui cauponae farinam aut fructus dat, debet illos decimare, quia tales exiſtimantur non omnia accurate obſeruare, ſed facile cum aliis rebus miſcere. Idem obſeruare debet, qui aliquid dat ſocrui ſuae (ſolent enim illae mulierculae auaritiae deditae eſſe.) *Demai.* 3. 5. 6.

§. Qui promiſit ſocio ſuo, ſe cum ipſo cibum ſumpturum, ſed deinde ipſi ob decimas ſuſpectus ſit, cum illo edere poteſt primo die ſeptimanae, aut primo nuptiarum die, ſed non vltra. Ingreſſus in vrbem ſi quis aliquem interrogat, quis eſt hic נאמן in decimis (i. e. quis eſt cui fidere poſſim in frugibus, illas eſſe decimatas.) et ille ipſi monſtret N. Ille quem monſtrauit, aeſtimatur pro נאמן. *Demai* c. 4. in *Maim.* נאמן idem eſt ac ἀληθινὸς et vt plurimum denotat eum cuius verbum et teſtimonium in re quauis acceptandum: Et quid proprie נאמן reſpectu frugum ſit, percipies ex *Chagigah*, fol. 24. 2.

Hominibus Judaeae נאמנין *fides habenda de puritate vini et olei.* Id eſt, hominibus nomine et facie non notis ſacerdotibus, tamen cum offerrent vinum et oleum, fides habebatur de eius puritate, ob ipſum locum habitationis.

§. Qui panem a piſtore aut a פלטר *proxeneta panis* ſumit, debet ab illo ſeparare תרומת מעשר *oblationem decimarum*, dicendo vnum ex centum, quod eſt in hoc latere, ſit oblatio decimarum. *Demai* cap. 5. 1. 4.

§. A decimis liber eſt, qui agrum ſuum pauperibus communem fecerit. *Peah* 6. 1. in Maim. Cum decimas pauperum porrigunt, vnicuique non minus quam dimidium Cabum dant. Pauperi vero qui de loco in locum Eleemoſynas exigit, non minus dant מככר

Digitized by Google

כפונדריון *pane qui dimidiatum* זוז *Suſaeum* valet. *Peah.* 8. 5. 7.

§. Ex frugibus Iſraelitarum decimae ſolui poſſunt pro gentili, et ex frugibus gentilis pro Iſraelitica etc. *Demai* c. 5. 9. Trumam debebant omnia illa quae in עציץ נקוב *vaſe concauo* et terra repleto creſcebant, non autem illa quae in vaſe plano proueniebant *ibid.* Qui ab alienigena conduxit agrum certa ſumma pecuniae, debet, antequam Domino agri ſatisfaciat, decimas perſoluere; ſi agrum conduxit a ſacerdote aut Leuita, decimae ſunt Domini agri. *Demai* cap. 6. Prohibitum eſt ſoluere decimas in Sabbatho aut die feſto. *Maimon.* ad v. 1. c. 7. *Demai.*

§. Decimas pecoris qui ſeparat, colligit omnes agnos in ſtabulum, cui facit oſtium paruum, vt non poſſint egredi duo ſimul; conſtituuntur matres illorum foris, quae balant, audientes autem vocem ipſarum agni egrediuntur vnus poſt alterum. Tum incipit numerare virga, vnus; duo, tres: et decimum egredientem percutit virga rubricata, dicens iſta eſt decima. *Maim. Hal. Bechorot.* c. 7. 1. de decimis vid. plura apud Demai.

§. De decimarum confeſſione vid. *Confeſſio.*

Decimarum perſolutio commendatur. *Tanch.* fol. 35. col. 3. poſt med. fol. 80. col. 4. poſt init. fol. 81. col. 1. poſt init. *Rabboth.* fol. 204. col. 1. init. fol. 122. col. 3. poſt init. fol. 126. col. 4. poſt init. Decimarum varia genera. vid. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 219. ſeqq. it. *Zornii* hiſtor. Hecataei. p. 17. De Sacerdote Decimas in horreo colligente elegans ſimile. *Tanch.* fol. 11. col. 4. p. med. De decimis pecoris perſoluendis. *Maimon.* Bechorot. Cap. 6. tot. it. Cap. 7. tot. nec non Cap. 8. tot. De tempore, quo decimae iſtae pecoris eligi poterant. *ibid.* cap. 7. §. 8. Conf. *Act. Erudit.* Anno 1685. p. 234. p. 512. item ſupplem. Tom. I. p. 79.

DE-

Digitized by Google

DEFRAVDATIO. Semper ſit homo cautus de fraude vxoris ſuae, quando enim lachrymae eius prodeunt, tunc fraus eius proxima eſt:

Tria ſunt ante quae non clauditur cortina i. e. non celari poſſunt coram Deo; Defraudatio, Rapina et Idololatria; Ad ea nunquam conniuet Deus, ſed perpetuus ipſorum vltor exiſtit R. Chasda dixit; omnes portae claudi poſſunt coram Deo חוץ משער אונאה excepta porta defraudationis. *Bau. Baua Metzia.* f. 59. 1.

דמאי *Demai*, definitur הספק שלא נודע אם הוציאו ממנו מתנות הקדש *illud de quo dubitatur, an decimae et dona quae Deo debentur, ex illo data fuerint.* Hi autem ſunt הקלין illa quae non ad Demai tenentur השיתין *ficuum ſylueſtrium genus*, רמין quod Arucho eſt פולצארקי forſan malogranata. עוזרדין *ſorbus arbor.* בנות שוח (vid. ficus) בנות שקמה (vid. Lex. Buxt.) *Dactyli* a palma decidui. ודפנין *ſpecies oleris* ſiue herbae anetho ſimilis. הצלפות *Capparis* (quod eſt ex Arabico קאפר) אוג *Arbuſti cuiusdam fructus* ſpecialis terrae Iſraeliticae. *Acetum* terrae Iſraeliticae quod non fiebat ex vino ſed Dactylis: et *Coriandrum Demai* c. 1. 1.

§. Demai hoc priuilegium habet, vt liberum ſit a בעור excuſſione in fine anni 3. et 7. poſſit comedi a lugente, afferri Hieroſolymas et iterum efferri, plebeiis ad eſum dari; quae alias circa decimas ſecundas fieri non poterant. Demai c. 1. 2.

§. A Demai liber eſt, qui fructus emit ad ſerendum, aut ad cibanda pecora, mucorem vini ad coria praeparanda, oleum pro lucerna, aut ad vnguenda vaſa. Item locus מכויב (v. ſ. l.) *ibid.* v. 3.

§. Illa quae in omni loco ab Demai decimanda veniunt haec ſunt: Palathae ficuum, Dactyli, ryza, Cuminum. Tabernariis τὸ Demai vendere non licet,

 niſi

Digitized by Google

niſi גסרין בפורין משפיעין יהיו magna vtantur menſura, vt faciunt הסיטונות magni mercatores frumenti; Menſura autem נפה definitur, eſſe in aridis tres cabos, in liquoribus vero quantum pro denario diuenditur. *Demai* cap. 2. τò Demai dari poteſt pauperibus in cibum, vt et hoſpitibus, quales ſunt milites regis tranſeuntes. Triticum illud quod molitori peregrino, Cutheo aut vni ex עם הארץ *plebeia* molendum traditur, Demai eſt, praeſumitur enim illos decimas non bene obſeruare. A τῷ Demai non ſeparantur pauperum decimae anno ſecundo, neque locum vbi eſſe debet, deſignant. *Demai* c. 3. 4. Qui plura deſiderat ipſum *tract. Demai* conſulat.

DENARIVS דינר et זוז Rabbinis idem valent. *Aruch* in זוז. Quarta pars ſicli argentei eſt זוזא חד דכספא *zuz vnus argenti* Gloſſ. in *Bau. Batbra* fol. 166. 1. *Denarios vocant lingua Gemariſtica Suſim.*

§. In Talmudicis ducenti ſuſaei vel denarii erant ſumma admodum celebris, et frequentiſſimae mentionis. *Chetubb.* c. 1. 3. *Si quis grandaeuior coeat cum minorenni, aut quis minorennis cum grandaeuiori aut ſauciata, Dos earum eſt* מאחים *Ducentorum Suſaeorum.* Ita v. 2. בתולה כתובה מאתי׳ *virginis dos eſt ducentorum Suſaeorum.*

§. *Baua Kama* c. 8. 6. Si quis impingat alteri colaphum in maxillam נותן לו מאתי׳ זוז *Det ei ducentos Suſaeos. Chetubb.* fol. 17. 1. Foemina iam vidua facta, aut diuortio dimiſſa, quae virgo nupta erat, *habeat pro dote ducentos ſuſaeos.*

Haec celebratiſſima ſumma etiam eſt in ore diſcipulorum Marc. VI, 37.

§. Denarius ille qui Chriſto allatus fuit Marci XII, 16. fuit *Denarius Caeſareanus* דינרא קיסרנא id eſt fuit

fuit alius formae et inſcriptionis, quam communes זוזים ſuſaei erant. De tali denario mentio fit *Bab. Auoda Sara* fol. 6. 2. ההוא מינאה דשדר ליה דינרא קיסרנא *ethnicus quidam miſit R. Jehudae principi denarium Caeſareanum* etc. Probabile etiam eſt, Denarium illum fuiſſe argenteum, ſecundum illum Canonem, qui legitur in *Baua Bathra* fol. 166. 1. דינרין סתם משום של כסף *Denarii abſolute poſiti, intelligendi ſunt denarii argentei.*

§. Denarius aureus valebat viginti quinque denarios argenteos. Gloſſ. ad *Cherituz*. c. 1. 7. vid. *Moneta*.

De denario vid. *Petr. Zorn.* de fiſco Jud. p. 201.

✱ DENTES aſſimilantur forcipibus fabrorum. *Jarchi* Comment. Pſalm. XXII, 16. Varia remedia adverſus dentium dolores. *Edzard.* Auod Sar. Cap. 2. p. 54. Aduerſus dentium dolores remedia adhibere etiam in Sabbatho licet. *ibid.* p. 53.

✱ DESERTVM. Deſcriptionem deſerti Sin. vid. *Voiſin* Pug. fid. p. 78. b. Qui in deſerto perierunt, non erunt participes vitae aeternae. *Sanhedr*. cap. 10. miſchn. 3. Ex deſerto Judaeis plurima obtigerunt bona. *Tanch*. fol. 19. col. 4. circ. fin. De deſerto שור varia notatu digna *ibid.* fol. 26. col. 2. poſt init. Deſertum tempore Meſſiae aliam nanciſcetur faciem. *ibid.* fol. 76. col. 2. init. Quot annos Iſraelitae in deſerto circumerrarint. *Iſingii* Exercitt. in Pentat. p. 153.

DESPONSATIO. In illa vxor ſibi quasdam facultates reſeruabat in proprium vſum, extra dotem in contractu matrimoniali deſcriptam, illae deinde vocabantur נכסי מלוג facultates vſuariae. *B. Kama* p. 90. 1.

§. Triplici modo deſponſatur foemina, pecunia ſcilicet, aut ſcripto aut coitu; et ſic deſponſata, tametſi adhuc non maritata, nec in domum viri introducta,

 illius

illius tamen eſt vxor; ſi quis cum ea rem habuerit, a Synedrio morte plectendus eſt. *Maim. Hal.* אישות cap. 1. vid. *Nuptias.*

Vxor poteſt etiam ſtercore deſponſari. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 115. Deſponſata eodem iure cenſetur, quo vxor. *Wagenſeil.* Sota. p. 381. Num mater poſſit deſpondere filiam, *ibid.* p. 452. Pater quomodo deſpondeat filiam. *ibid.* p. 451. Sororem num fratres deſpondere poſſint. *ibid.* p. 452.

DEVS tria ſingulis diebus מכרז *promulgando* quaſi admiratur, caelibem, qui habitat in vrbe et non peccat; pauperem, rem amiſſam reſtituentem; diuitem fructus ſuos verecunde decimantem. *Peſachim.* f. 113. 1.

§. In Dei operibus ſi quid praui videatur eſſe ignorantiae animae tribuendum; haec ignorantia aperte fatenda. *Coſri* 376. 380.

§. Actiones Dei omnes bonae ſunt, quia Deus nihil facit praeter exiſtentiam, exiſtentia autem omnis bona eſt; mala vero ſunt priuationes, a quibus actio non dependet. *More Neuoch.* III. 10.

§. An Deus *voluntate abſoluta* בחפץ משׁום quempiam puniat, ſine iuſta et nota cauſſa. vid. *Abarbanel* in Jeſ. 38.

§. Multa loquuutur Judaei de *Dei ſigillo* חותמו של הקב״ה *Hieroſ. Sanhed.* fol. 18. מה חותמו של הקב״ה *Quodnam eſt ſigillum ſancti benedicti.* R. Bibai dixit אמת *veritas.* מהו אמת *At quid eſt veritas?* R. *Bon dicit* אלהים חיים ומלך עולם *Deus viuens et rex aeternus. Reſch Lakiſch dicit.* א *eſt prima littera Alphabeti,* מ *media, et* ת *ultima; quaſi diceret Jehouah ſum primus, neque quidquam accepi a quopiam, et praeter me non eſt Deus,* etc. Bab. Sanhedrin. fol. 64. 1. et Joma fol. 69. 2. hiſtoria eſt de Synagoga magna eiulante נפל להו פיתקא מרקיעא

מרקיעא והוא כתוב בה אמת *Cecidit tandem iis ſchedula de firmamento, in qua ſcriptum erat* אמת *veritas.* R. *Chanina dicit, inde diſco, quod ſigillum Dei eſt veritas.* Chriſtus eſt Character Patris, veritas Patris, τοῦτον ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν Joh. VI, 27. et Joh. XIIII, 6. vid. infra *Veritas.*

DEVS Benedictus non facit vt homines carnales, qui primo ponunt ſuum nomen, deinde honoris titulum, veluti N. *Auguſtus.* N. *Imperator. Bereſch. Rabba* ſect. 1. Dei nomina vid. in N.

Deus benedictus non ſumit vltionem ab aliquo populo, niſi donec legerit אורגלוגין שלה *obligationem eius, quantum debeat.* Bereſch. R. S. 28.

Inter homines excelſus reſpicit excelſum, neque excellens reſpicit humilem; ſed Deus longe aliter, ipſe eſt excelſus et reſpicit humiles. *Sota.* fol. 5. 1. Quando Deus recordatur filiorum ſuorum cum dolore habitantium inter gentes, duas ingentes emittit lacrymas in mare magnum, quarum ſonus auditur ab vna extremitate mundi ad alteram, et ille eſt terrae tremor. *Berachot.* fol. 59. 1.

§. Quando Deus miſericors venit ad liberandum Iſraelem ex Aegypto, non miſit legatum vel angelum, ſed Deus Bened. ipſemet venit *Hieroſ. Horaiot.* c. 3. ab init. לא חלי ולא מרגיש גברא דמריה סייעיה. *Nulla aegritudine afficitur, nec quicquam curat is, quem Dominus adiuuat Bab. Joma* fol. 22. 2.

§. Decem nomina Rabbini Deo attribuerunt. vid. Leusdenium in notis ad *Pirke Auot. Buxtorf. in Lex. Talmud.* p. 90. et in radicibus שכינה, גבורה, יתברך, מקום, שמים. vocant ipſum in libro Coſri אלקים vel אלרים, ne promiſcuo vſu prophanent nomen אלהים.

Quando in Scriptura S. mentio fit gloriae Domini e. g. Ezech. I, 28. tunc non intelligendus eſt ipſe Deus, ſed illud, quod per parabolas proponitur. *Voiſin* Pug. fid. p. 61. a med. interdum tamen et ipſe Deus intelligitur. *ibid.* De variis antiquorum erroribus circa Deum. R. *Salom. ben Melech* Exod. XIII. fin. Quatuor homines in mundo ſeipſos fecerunt Deos. *Tanch.* fol. 22. col. 1. circ. med. De Adriano volente ſemet ipſum facere Deum. *ibid.* fol. 2. col. 1. med. De variis Dei nominibus. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. I. p. 344. *Rabboth.* fol. 98. col. 3. circa fin. De nomine Dei eiusque reuelatione Moſi facta *Tanch.* fol. 21. col. 2. init. prolixe agitur. Dei nomen non eſt temere proferendum. *Wagenſeil.* p. 167. Qua circumſpectione ſcribendum ſit. *ibid.* p. 22. ſeq. Quare Deus vocetur מקום *Rabboth.* fol. 62. col. 2 poſt init. De nominibus Dei; cur nunc vocetur אלהי׳, nunc צבאות, nunc אל שדי etc. *Tanch.* fol. 20. col. 3. circ. init. et fol. 21. col. 2. med. it. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 325. Diuina nomina quaenam delere non liceat. *ibid.* p. 288. Cur Deus vocetur rex gloriae. *Rabboth.* fol. 102. col. 2. ante fin. Deus omnis compoſitionis expers eſt. *Maimon. More Neuochim.* lib. 3. c. 7. Nulli rei aſſimilatur. *Voiſin.* Pug. fid. p. 61. a. fin. Dei cum regibus terrenis comparatio. *Tanchuma* fol. 22. col. p. init. fol. 25. col. 2. p. med. fol. 63. col. 2. med. it. *Rabboth.* fol. 182. col. 4. ante fin. fol. 210. col. 4. init. De praeſtantia Dei prae regibus terrenis. *Tanchum.* fol. 1. col. 4. med. Exiſtentiam Dei, eiusdemque prouidentiam, omniſcientiam et attributa reliqua demonſtrant Judaei ex miraculis patribus ipſorum factis, vid. *Salom. ben Melech* Michl. Joph. Exod. XIII. in fine eamque in rem Rambam allegat. Dei amor multo maior, quam hominum amor. *Tanch.* fol. 3. col. 3. fin. Dei viae omnes ſunt חסד *ibid.* fol. 7. col. 1. p. med. it. *Rabboth.* fol. 97. col. 2. med. Septem in locis Deus ſe

ſe aequiparat pauperum humiliumque conſortio. *Tanch.* fol. 7. col. 1. circ. fin. Deus promittit parum, ſed praeſtat multum. *ibid.* col. 3. init. Deus arcana ſua non niſi iuſtis reuelat. *ibid.* col. 3. circ. med. Quinam ſint ii, quibus Deus arcana ſua reuelet. *ibid.* col. 4. p. med. Quando homines peccant, Deus conſtituit ipſis Patronum cauſſae. *ibid.* fol. 8. col. 1. p. init. Quando Deus promittit bona, etiamſi homines peccent, non ſtatim aufert ea. *ibid.* col. 2. med. non tentat niſi iuſtos *ibid.* c. 4. p. init. Deus cum anima humana eleganter comparatur. *ibid.* fol. 9. col. 3. init. *Rabboth.* fol. 138. col. 3. p. med. maior eſt vniuerſo mundo. *Tanch.* fol. 9. col. 3. p. init. eſt ſumme perfectus. *ibid.* fol. 19. col. 1. p. med. Inſigne elogium Dei. *ibid.* f. 21. col. 4. init. Deus induit phylacteria. *Wagenſeil.* Sota. p. 407. Deo ex amore ſeruire quid? *ibid.* p. 611. et 623. Deus quamdiu poenam differat exſequi. *ibid.* p. 462. Quando vltionem ſumit de gentibus, glorificatur nomen eius. *Tanch.* fol. 24. col. 4. p. med. fol. 33. col. 2. circ. med. Deus eadem re, qua homines affligit, eosdem ſanat. *ibid.* col. 3. p. med. col. 4. p. init. Viae Dei quatuor hominibus fuerunt cognitae. *ibid.* f. 27. col. 4. poſt init. Deus omnia vna vice peragit. *ibid.* fol. 28. col. 1. p. med. Deus eſt iuſtus. *ibid.* fol. 28. col. 3. med. fol. 29. col. 1. poſt med. Quomodo dextra et ſiniſtra tribuatur Deo. *ibid.* fol. 30. col. 3. circ. med. Dei thronus vbinam. *ibid.* fol. 31. col. 4. circ. fin. it. *Rabboth.* fol. 108. col. 2. poſt med. fol. 263. col. 4. circ. fin. Quam inſigniter Deus dilexerit Iſraelitas, quod relictis ſupernis ſedibus in tabernaculum conceſſerit habitatum. *Tanch.* fol. 31. col. 4. poſt med. fol. 32. col. 1. circ. med. fol. 35. col. 2. poſt init. fol. 40. col. 2. circ. fin. fol. 61. col. 4. circ. med. Deus non continetur tabernaculo, ſed etiamſi praeſens eſſet in arca foederis, impleuit tamen coelum et terram. *ibid.* fol. 38. col. 3. poſt

med.

Digitized by Google

med. Quando et punit homines, et bono afficit, celebrandus. *ibid.* fol. 33. col. 2. p. med. Hiſtoria de matrona quadam, quae interrogauerit R. Joſen, quid Deus quotidie agat, cui ille reſpondit, quod copulet homines matrimonium inituros. *ibid.* fol. 34. col. 8. circ. fin. Hiſtoria de Turno Rufo, qui interrogauerit, cur Deus opus faciat in Sabbatho. *ibid.* fol. 37. col. 3. init. Quomodo Schechina, malitia hominum irritata, a terris fuerit ſublata. *ibid.* fol. 40. col. 2. fin. ſeq. Deus luxit ſeptem dies antequam veniret diluuium. *ibid.* fol. 46. col. 1, p. init. De fletu Dei ſuper deſtructum templum. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 105. Poſt deſtructum templum Deus nunquam riſiſſe dicitur. *ibid.* Deus vere excelſus eſt quando gentes punit. *Tanch.* fol. 52. col. 3. p. init. omnibus in rebus ſanctus eſt. *ibid.* col. 4. med. Deus non opus habet cibo et potu. *ibid.* fol. 74. col. 4. ante med. fol. 55. col. 2. p. med. *Rabboth* f. 230. col. 3. poſt med. Nihil requirit ab hominibus, quam quod in illorum poſitum eſt viribus. *Tanch.* fol. 61. col. 4. p. med. fol. 75. col. 1. p. med. Totus lux eſt *ibid.* fol. 63. col. 4. p. med. non poteſt videri. *ibid.* col. 2. circ. med. Quidnam Deus agat, poſtquam mundum condidit. *ibid.* fol. 75. col. 4. circ. fin. Quid agat per horas 12. diei, itemque noctu. *Edward.* Auod. Sar. cap. 1. in indice. Deus docet pueros mature mortuos. *ibid.* Cap. 2. p. 183. Attributa Dei ab eſſentia eius non differunt realiter. *Edward.* Berachoth. p. 205. De Deo varia impie a Judaeis prolata. *ibid.* in indice. tit. *Deus.* Dei ira quamdiu duret, quando efferueſcat, et quodnam eius ſignum. *ibid.* p. 62. ſeq. Deus pura mente colendus. vid. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 201. Deus optimus patronus. *Rabboth.* fol. 237. col. 4. ante fin. ſeq. Dei vox apud ethnicos ſimpliciter poſita, ſignificat *Deus ille*, qui me tutatur, non quod ſecundum quorundam opinionem vnum

cum

cum Chriſtianis Deum crediderint. *Cler.* Art. Crit. Tom. I. Part. II. Sect. 1. p. 176. Quinquaginta nomina Dei a Leonardo Leſſio et totidem diuinorum operum erotemata a J. E. Nierenbergio fuſius conſcripta. in ſuccincto compendio a J. Dubsky. Pragae 1684. *Act. Erudit.* Anno 1684. p. 521. conf. *ibid.* Anno 1685. p. 213. De Trinitatis myſterio ethnicorum loca quaedam adducta. *Cler.* Art. Crit. Tom. I. Part. 2. Sect. 1. Cap. 14. p. 424. *Eiusd.* epiſt. Crit. epiſt. 3. p. 96. Confeſſio S. Trinitatis apud Judaeos. vid. *Obſeru. Hallenſ.* Tom. 4. obſeru. 4. De perſonis aduerſus Muhamedanos prolixe diſputat *Maraccius* in Prodromo Alcorani Part. III. *Act. Erudit.* Ann. 1692. p. 376.

DICERE אמר in hiſtoria creationis intelligitur de voluntate Dei. *More Neuoch.* 1. 68.

DIES. Quomodo Judaei diem ſupputent vid. *Chriſtus.*

§. Totus dies idoneus eſt ad lectionem Megillae, item hymni quem vocant הלל, ad clangorem tubae, ad geſtationem palmarum, לתפלת המוספין *ad orationem ſupererogatoriam*, ad confeſſionem ſuper iuuencos, confeſſionem decimarum, confeſſionem diei expiationum, ad manus impoſitionem, mactationem, תנופות *agitationem* הגשות etc. ad potandam Sotah, ad decollandum vitulum, ad leproſi purificationem. Tota nox idonea eſt ad manipuli demeſſionem, ſuffumigationem adipum et membrorum. *Megillah.* c. 2. v. 5. 6. Noctu iudicandum non eſt, ſed interdiu, ſi tractantur iudicia capitalia; ſi vero tractatur iudicium pecuniarium, potuit illud interdiu inceptum noctu terminari. *Sanhed.* c. 4. v. 1. Peſſimi homines in iudicio Chriſti facientes opus tenebrarum, hunc Canonem non obſeruarunt.

§. De diluculi diſtinctionibus vid. *ſuo loco* de hebdomadis ſupputatione v. f. l. in H.

Judaei

Digitized by Google

Iudaei diem diuidunt in primam, ſecundam et tertiam horam. *Tanch.* fol. 3. col. 1. ante med. Dies diuiditur in tres partes. *ibid.* fol. 9. c. 4. p. med. Dies fauſti atque infauſti. *En Iſrael* Part. I. p. 59. col. 2. circ. fin. Fuere olim qui dies Hebdomadae a planetis nollent denominari; quod haereſibus etiam adſcripſit Philaſtrius Cap. 3. ſed ſuaderent, eos a ſeptem ſacramentis appellari, quod fecit Campanella de Monarchia Hiſpanica. vid. *Fabric.* Bibl. Graec. Lib. IIII. Cap. 14. p. 460. De die Dominica. *Act. Erudit.* Anno 1686. p. 166. Anno 1688. p. 195. et p. 241. **Witt. A. u. N.** 1701. p. 114.

DIGITIS micando et ſortem proiiciendo in templo munia diuidebant. *Ioma* c. 2. 1. *Ab initio omnis ille, qui voluit purgare altare a cineribus, illud peragere poterat; Si plurimi erant qui hoc facere intendebant, curſu certarunt, et ille qui alios quatuor cubitos in gradibus altaris anteuerterat,* זכה *illud opus perficere potuit. Si duo erant aequales, praefectus cultus dicebat,* הצביעו *micate digitis; cum autem aliquando accidiſſet, vt vnus alterum de gradibus deturbaſſet, et ille crus fregiſſet, Synedrium ordinauit, vt in poſterum ſorte rem deciderent.* In micatione digitorum מוצאין אחד או שתים ואין מוצאין הגודל במקדש *produxerunt vel eleuarunt digitum vnum, aut duos, ſed non eleuarunt pollicem in Sanctuario.* id eſt, ad micationem non licuit pollice vti. Vide Commentarium *Maimon.* ad locum *Ioma.* c. 2. 1.

§. Quare acuti ſunt digiti? quia ſi audiat homo verbum inhoneſtum, infigat digitos in aures ne audiat. *Ketubbot.* f. 5. 2.

De benedictione per tres digitos vid. *Obſeruat. Hallenſ.* Tom. 4. obſ. 4. De ſuperſtitione carpendi per tres digitos. *ibid.*

✱ DILVVIVM. Qui diluuio perierunt non erunt haeredes futurae vitae. *Sanhed.* cap. 10. miſchn. 3. Gens dilu-

Digitized by Google

diluuii commiſcuit animalia diuerſi generis. *Tanch.* fol, 3. col. 3. med. et fol. 4. col. 2. med. Generatio diluuii periit propter transgreſſionem ſtatutorum. *ibid.* fol. 29. col. 1. med. De nummo Apamenſi, diluuii Deucalionei typum exhibente. vid. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 1. p. 35. it. de fiſco Jud. p. 369. de diluuio vniuerſali. *Eiusd.* op. ſacr. tom. 1. p. 787. it. Joh. Raius in miſcellalaneous Diſcourſes et *Act. Erudit.* Anno 1693. 20. *ibid.* Anno 1682. p. 70. Anno 1686. p. 523. Anno 1691. p. 98. Joſephus Anton. Gonçalès de Sala ſcripſit librum de duplici terra, in quo materiam iſtam hodie a Burneto et Woodwardo de diluuio vniuerſali agitatam pertractat. vid. Wittenb. A. u. N. 1801. Febr. p. 47.

DIOCLETIANVS Imperator: eius ſaepius mentio fit in *Talmude Hieroſ.* vt in *Berachot.* fol. 61. *Cum Tiberiada accederet* דוקליטינוס מלכא *Rex Docletinus, viderunt R. Chaiam, ſcandentem ſepulchrum, vt ipſum videret.* Vid. *Hieroſ. Naſir* fol. 56. 1.

§. דיקליטינוס *Dicletinus congregauit fluuios et confecit mare Apamiae.* Idem recitatur in *Chetubbot* fol. 35. 2. 2. atque ibi vocatur *Docletinus* דוליטינוס.

§. Pueri R. Jehudae ictibus contuderunt דיקלוט *Diclot porcarium;* Euaſit ille tandem Rex, et propter hoc factum expoſtulauit cum Rabbinis; reſponderunt illi: Diclot הזירא porcarium contempſimus דיקליטיאנוס מלכא *Diocletianum regem* non contemninus. *Hieroſ. Trumot.* fol. 46. 2. 3.

§. Curauit Diocletianus inſcriptionem poni in foro Zur ſiue Tyri, in aeternum amoris et beneficii erga ciues monumentum. Extat illa *Hieroſ. Auod. Zara* fol. 39. 4. אנא דיקלטיאנוס מלכא שבנית אתן ירידה רצור לגדיה דארקלים אחי תמניא יומין *Ego Diocletianus Rex hoc forum Tyri condidi fortunae fratris mei* (Maximiani) *Herculii, ſpacio octoginta dierum.* De Diocletiano etiam vide

vide loca Hieroſ. *Joma* fol. 41. 4. *Schevuot* fol. 34. 4. *Schevíit* fol. 38. 4.

Fabula de Diocletiano. *Rabboth.* fol. 56. col. 4. ante med. De perſecutione Diocletiana. vid. *Petr. Zornii* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 547.

DISCIPULI Sapientum תלמידי חכמים non ſolum dicuntur illi, qui ſapientiae ſtudioſi, ſed qui et ipſi ſapientes erant, et tamen modeſtiae cauſſa libentius ſapientum diſcipuli, quam σοφοὶ Sapientes audire malebant.

§. *In urbe, in qua capita ſunt* תלמידי חכמים *diſcipuli ſapientum, ne habites, quia non eſt ibi metus Domini.* *Peſachim* fol. 113. 1. *Schabbat* fol. 11. 1.

§. Diſcipuli ſapientum erant in Synedrio magno in tribus ordinibus collocati, in quolibet ordine 23, ex illis cooptabantur Judices in *Sanhedrin*, et ſi quid haberent, quod dicerent in defenſionem accuſati, admittebantur in loco iudicii. *Maimon.* Hal. *Sanhedrin.* c. 1. 7. et c. 10. 8.

§. De honore et immunitatibus diſcipulorum ſapientum vid. יורה דיעה H. ת״ת vid. etiam חברים in C. et *promotionem.* Diſcipulos ad pedes praeceptorum ſediſſe apparet ex *Pirke Avot.* c. 1. מתאבק *Pulveriſa te in pulvere pedum ſapientum.* etc. vid. Lex. Talm. Buxt. p. 1146.

De diſcipulis ſapientum vid. *Edzard.* Avod. Sar. cap. 2. in *indice.* Diſcipulus ſapientum qui falſam doctrinam profert, liber eſt. *Sanhedr.* Cap. 11. miſchn. 2. Diſcentes a curis vacui eſſe debent. *Wagenſeil.* Sota. p. 1005. Diſcipulorum in Synagogis vetus conſidendi ratio. *ibid.* p. 816. et 823. it. *Rabboth.* fol. 92. col. 2. poſt init. Diſcipuli apud Judaeos quando ſedentes diſcere coeperint. *Wagenſeil.* Sota. p. 993. it. *Sam. Petitus* obſervatt. Lib. III. cap. 2.

Diſci-

Digitized by Google

Diſcipulus quo honore praeceptorem afficere debeat. *Wagenſeil.* l. c. p. 537. miniſtrandum diſcipulis ſapientum. *ibid.* p. 553. Diſcipuli ſapientum. eodem loco a magiſtris habendi, quo ipſimet. *Tanchum.* fol. 26. col. 4. fin. fol. 57. col. 1. init. Diſcipuli ſapientum, ſi ſint teſtes, ſedeant in iudiciis. *ibid.* fol. 29. col. 2. p. init. Diſcipulus ſedens in iudicio coram magiſtro ſuo, videnſque a cuius partibus ſtet iuſtitia, non opus habet vt ſileat. *ibid.* col. 3. p. init. An corripere poſſit magiſtrum. *ibid.* med. Non debent promulgare doctrinam praeſente magiſtro. *ibid.* fol. 33. col. 2. poſt init. fol. 51. col. 3. med. *Rabboth.* fol. 153. col. 1. ante med. Nec debent promulgare doctrinam in coetu, donec viderint, verba legis accepta fore auditoribus. *Tanch.* fol. 36. col. 1. init. De Diſcipulis ſapientum prudentiaque in docendo adhibenda. *ibid.*

✱ DIVINATIO. De Diuinatione peculiarem librum ſcripſit *Caſp. Peucerus*, vbi varia diuinationum genera recenſet. De ſortibus ſacri Codicis, Virgilianis et Homericis. Vid. *Obſeruat. Hallenſ.* Tom. 4. obſ. 13. De diuinationibus per Euangelium Johannis aliaque Euangelia. *Fabricius* in Biblioth. Graeca Lib. 4. cap. 5. p. 141.

✱ DIVITES ſi eleemoſynam erogent in pauperes, ſumma capitalis reſeruatur ipſis in altera vita. *Tanch.* fol. 29. col. 4. p. init. *Rabboth.* fol. 120. col. 4. ante fin. Non omnis, qui hodie eſt diues; cras etiam diues erit. *ibid.* fin. *Tanchum.* l. c. poſt init. Sunt quaedam diuitiae, quae proprietariis in bonum et quaedam, quae ipſis in malum cedunt. *ibid.* et *Rabboth.* l. c. Qui diues eſt, et eleemoſynas erogat in pauperes, neque pro foenore mutuum dat, eſt ac ſi ſeruet omnia praecepta. *Tanch.* l. c. poſt med. Diuites plerumque non ſunt pii. *ibid.* fol. 63. col. 1. fin. Diuitiae ſunt donum Dei. *ibid.* fol. 75. col. 4. poſt init. Bonum ſunt caducum.

Digitized by Google

ducum *Rabboth.* fol. 231. col. 4. poſt init. Quisnam dicendus ſit diues. *En Iſrael* Part. I. p. 42. col. 1. poſt init.

✱ DIVORTIVM non facile admittendum *Rabboth.* fol. 253. col. 2. poſt init. *Joh. Georg. Nicolai* tractatum de Repudiis ac diuortiis Dresd. 1685. conf. *Act. Erudit.* Anno 1685. p. 529. Ita extant *Joh. Meyeri* Vxor Chriſtiana ſ. de coniugio inter duos deque inceſtu et diuortio diſſertationes tres. Amſtel. 1688. *Act. Erudit.* Anno 1688. p. 482.

✱ DOCTRINA. conf. *Lex.* Senior falſam doctrinam euulgans vocatur ממרא על בית דין, isque ſtrangulatur. *Sanhedr.* Cap. II. miſchn. 1. ſeqq. In doctrinalibus deciſio eſt penes Synedrium ſummum. *ibid.* miſchn. 2. De Synedrio in doctrina errante vid. *Horaioth* Cap. 1. tot. De ſacerdote ſummo in doctrina errante. *ibid.* Cap. 2. tot. Aetas quae apta ad docendum. *Wagenſeil.* Sota. p. 542. Liberi a patribus erudiendi. *ibid.* p. 519. Mater non obligatur ad liberos erudiendos. *ibid.* p. 471. Doctrinae ſtudia non poſſunt eripi naufragio, quod exemplo demonſtratur. *Tanch.* fol. 31. col. 2. poſt init. Quare pueri primum incipiant legere librum ויקרא? *ibid.* fol. 45. col. 3. circ. fin. Achas clauſit omnes ſcholas et ſynagogas Judaeorum, vt nulla amplius eſſet doctrina. *ibid.* fol. 47. col. 3. med. De more docendi Medraſchico. *Petr. Zornii* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 445.

✱ DOEG, de quo varia vide in *Abarban.* in Prophet. prior. in *Indice.*

Δῶρον eſt vox etiam nota et vſitata Talmudicis *Zeuachim* fol. 7. 2. אמר רבא עולה דורון היא *dicit Rabba Holocauſtum eſt* δῶρον. Vbi gloſſa: *holocauſtum non offertur ad expiandum pro facto aliquo: Sed poſtquam poenitentia expiauit factum, venit holocauſtum,* להקביל פנים *vt cum fauore homo recipiatur* etc.

§. Pe-

§. *Peſachim* fol. 118. 2. Aegyptus afferet דורון למשיח δῶρον τῷ Meſſiae.

✱ DOS Hebraeis quid ſit. vid. *Wagenſeil.* p. 551.

✱ DRACO. Si quis inuenerit vaſa, quibus inſculptum ſit ſignum draconis, proiiciat in mare ſalſum. *Auod. Sar.* cap. 3. miſchn. 2.

דרך ארץ *Derech erethz*, proprie ſonat *via terrae;* ſed hic modus loquendi varia apud Rabbinos denotat 1. mortem, 2. ciuilitatem ſiue vrbanitatem, 3. actum venereum, 4. ſtudium et laborem quaerendi victum. Hac ſignificatione dicitur in *Abbot* c. 2. יפה תלמוד תורה עם דרך ארץ שיגיעת שניהם משכחת עון ; *pulchra eſt doctrina legis cum artificio aliquo adiuncto, nam labor vtriuſque obliuiſci facit peccati.*

Huius formulae loco adhibent etiam בנוהג עולם *Tanchum.* fol. 7. col. 1. p. med.

E.

✱ ECCLESIA. De eccleſia *Africana* extat *Melch. Leydeckeri* hiſtoria eccleſiae Africanae illuſtrata pro eccleſiae Reformatae veritate et libertate. Vltraiect. 1690. *Graeca.* Hiſtoria ſtatus praeſentis eccleſiae Graecae autore Rycauto. Mediob. 1692. *Armenica.* Eiusd. hiſtoria ſtatus praeſentis eccleſiae Graecae atque Armenicae. *ibid. eod.* De ſeptem eccleſiis *Apocalypticis* peculiari diſſertat. agit *Herm. Witſius* ;Miſcell. ſacr. Lib. III. conf. *Act. Erudit.* anno 1693. p. 6. In genere huc ſpectant: ſcriptorum eccleſiaſticorum Hiſtoria Litteraria a Chriſto nato vſque ad ſec. XIIII. Autore *Guil. Caue.* it. Eiusd. appendix. it. Eiusd. tabulae eccleſiaſticae. it. cartophylax eccleſiaſticus cum ſupplementis Colomeſii. Conf. *Act. Erudit.* anno 1690. p. 76. 77. et 83.

N 2 ✱ EBRIE-

Digitized by Google

* EBRIETAS libidinis cauſſa eſt. *Wagenſeil.* Sota. p. 20. Varia ebrietatis mala. *Tanch.* f. 46. col. 3. circa med. fol. 48. col. 1. med. prolixe. *Rabboth.* fol. 343. col. 1. p. med.

* EBAL mons in Palaeſtina. *Wagenſ.* Sota. p. 666.

* EDEN. De horto Eden. *Rabboth.* fol. 14. col. 2. poſt med. Lucem primigeniam abſcondit Deus in horto Eden. *Tanch.* fol. 47. col. 4. poſt med. De ſitu paradiſi et Edenis. *Spanheim.* Geograph. S. ſect. 1. §. 1. p. 7.

* EDOMITAE. Per hos Judaei ſemper intelligunt Romanos et Chriſtianos reliquos. *Abarb.* Comment. Eſ. XXXIIII. prolixe. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. I. p. 633. et Part. II. p. 172. not. De regno Edomitico vid. *Tanch.* fol. 11. col. 2. tot. De bello Joabi contra Edom. *ibid.* fol. 77. col. 3. p. med. Idumaeam imprimis Stemma Herodum nobilem reddidit, de quo vid. *Noldii* hiſtoria Idumaea. Franequer. 1660. poſtea ab Haverkampio editioni Joſephi adiecta.

* ELAMITAE. De quibus vid. *Zornii* hiſtor. Hecataei. p. 24.

ELEEMOSYNAE ſunt מלח ממון *ſal diuitiarum*, cuius denegatio Idololatria dicitur, *Adag.*

§. Eleemoſynam nomine צדקה inſigniuerunt Rabbini, quia plurimum ad iuſtificationem conferre putabant. Hinc dicitur, *ſi quis quadrantem vnum pauperi dederit in Eleemoſynam, particeps ſit beatificae viſionis. Bab. Bathra* fol. 10. 1. Midraſch Tillin in Pſalm. XVII, 15. vid. Baba Kama Cap. 10. miſchn. 1.

§. Cum quidam Eleemoſynam daret, dixit. *Hunc tibi nummum do, ea propter, vt viuant filii mei, atque vt ipſe acquiram mundum futurum. Bab. Roſch Haſchana.* fol. 4. 1.

§. *Si Eleemoſynas praeſtiteris e crumena tua, cuſtodiet te Deus ab omni damno et nocumento. Hieroſ. Peah.* fol. 15. 2. vid. etiam Bab. Berachot. fol. 55. 1.

§. Re

Digitized by Google

§. Rex Monobazes cum a cognatis propter magnas eleemoſynas in pauperes erogatas audiret, ſe ſua et maiorum bona atterere, cum illi ea auxiſſent, reſpondit: *opes ſuas repoſuerunt patres mei in terra, ego meas in coelo.* Hiſtoria extat in *Hieroſ. Peah.* fol. 15. 2. *Bab. Baua Bathra.* fol. 11. 1.

§. Rex Jannai vidit quendam, nummum pauperi dantem palam, cui dixit, *praeſtat non dediſſe, quam ſic dediſſe.* Chagiga fol. 5. 1.

§. Eleeemoſynam ordinariam tripartiuntur magiſtri. *Prima* erat לתמחוי *ſportulae vel caniſtro publico.* תמחוי enim ſecundum Aruch, erat vas quoddam, in quo colligebantur panis et eſculenta לעניי עולם *pro pauperibus mundi*, i. e. pro mendicis quibusuis oſtiatim petentibus, etiam Ethnicis: ſecundum illud *Hieroſ. Peah* fol. 21. 1. תמחוי לכל אדם *ſcutella Eleemoſynaria fuit* pro quolibet homine. Haec Eleemoſyna ſecundum Aruch נגבית בכל יום בב׳ ומתחלקת בשלשה *exigebatur quotidie per tres viros et diſtribuebatur per tres.* Exigebatur ab oppidanis per collectores intra fores eorum, quod patet per cautionem iſtam *Baua Bathra.* fol. 8. 2. גבאי צדקה אין רשאין לפרוש זה מזה אבל פורש זה לשער וזה חנות *Non licet collectoribus Eleemoſynae ab invicem ſe ſeparare, niſi quod hic ſecedere poſſet ad portam, ille ad tabernam.* Id eſt ſemper ſeſe debebant in conſpectu habere, nec ipſis licuit, diuiſim et ſeparatim Eleemoſynas colligere, ne oriretur ſuſpicio, ipſos data in proprium vſum contuliſſe.

Secunda Eleemoſyna dabatur לקופה *in arcam pauperum publicam*, diſtribuenda ſolum pauperibus illius vrbis. Colligebatur illa per שני גבאי צדק *duos Collectores*, et diſtribuebatur per tres, qui in genere פרנסין vocantur: Rationem numeri reddunt in Peah. c. 8. 7. et in *Gem. Ciſta eleemoſynaria exigitur per duos et diſtribuitur per tres.* Exigitur per duos שאין עושים שררות

 על

על ציבור פחות משנים *nam non faciunt προστασίαν* in Synagoga minorem quam duorum; *et diſtribuitur per tres, ſicuti iudicia pecuniaria tranſiguntur per tres.* vid. *Maimon. Sanhed.* c. I. Colligebatur haec Eleemoſyna in Synagoga Sabbatho; et diſtribuebatur pauperibus veſpere Sabbathi, hinc illud קופה מערב שבת לערב שבת *Ciſta Eleemoſynaria a veſpere Sabbathi ad veſperam Sabbathi; ſcutella Eleémoſynaria vnoquoque die.* vid. *Bartenoram* ad *Peah.* I. 2.

Tertiam Eleemoſynam dederunt ex agro, eamque praecipue quadruplicem. 1. Angulum agri non demeſſum. (v. ſ. l.) 2. manipulos in agro relictos, vel ex obliuione vel voluntarie. (v. שכחה) 3. Reliquias vindemiationis (vid. לקט) 4. Decimas pauperum מעשר עני quae ter in die diſtribuebantur. (vid. *angulus agri.*) In his omnibus Eleemoſynis non legitur ipſos tubas adhibuiſſe, ita vt locus *Math.* VI, 2. de extraordinariis quibusdam Eleemoſynis intelligendus ſit.

§. Jam ſupra notauimus quod plurimi inter Judaeos oſtentando Eleemoſynas dederint, et quod mercedem ex illis, quaſi ex opere operato, expectarint; exemplum adhuc adducamus ex *Hieroſ.* fol. 21. 2. R. *Lazar fuit eleemoſynarius Synagogae. Ingreſſus aliquando domum ſuam, dixit, Quid noui? Reſponderunt: venerunt huc quidam, et comederunt ac biberunt, et pro te preces fuderunt. Tunc (inquit ille) non eſt merces bona. Cum vero aliquando alii acceſſiſſent, et poſt conceſſum ipſis cibum et potum ipſi conuitiati eſſent, dixit: Iam erit merces bona.* Quidquid autem de oſtentatione ipſorum in Eleemoſynis referatur, certum tamen eſt, quod plurimi ſumme approbarint Eleemoſynas ſecreto erogatas; hinc etiam in templo inſtituerunt לשכת חשאי *conclaue ſilentium*, quod erat Gazophylacium aliquod, in quod Eleemoſynas ſuas contulerunt. Viri religioſiſſimi ſilenter et clanculum, vt inde nutrirentur pueri pauperes virorum bonorum. Vid. *Aruch.* in חש et *Maſſ.*

Sch-

Schekalim c. 5.6. Hoc etiam apud ipſos fuit adagium העושה צדקה בסתר יותר ממשה ר ὁ ποιῶν ἐλεημοσύνην ἐν κρυπτῷ (vt hunc loc. vertit Cl. Leigtſ.) maior eſt ipſo Moſe Mag. noſtro *Bab. Baua Batbra* fol. 9. 2.

Eleemoſynas clam dare oportet. *Wagenſeil.* Sota. p. 98. Si diuites eleemoſynam erogant in pauperes, in altera vita repoſitam habent ſummam capitalem. *Tanch.* fol. 29. col. 4. poſt init. fol. 120. col. 4. ante fin. Qui diues eſt et eleemoſynas erogat in pauperes, eſt ac ſi omnia ſeruaret praecepta. *ibid.* fol. 29. col. 4. p. med. Qui pauperi dat Perutham, et liberat eum ab interitu, eius liberos a morte atque interitu iterum ſeruat Deus. *ibid.* fol. 30. col. 3. poſt init. *Rabboth.* fol. 166. col. 3. med. Si diuites non erogant eleemoſynas in pauperes, facile rota fortunae vertitur. *Tanch.* fol. 30. col. 3. poſt med. Exemplum ſingularis munificentiae in erogandis eleemoſynis. *ibid.* fol. 30. col. 3. circ. fin. *Rabboth.* fol. 166. col. 3. poſt init. Eleemoſynae ſatisfaciunt pro peccatis. *Edzard.* Berachot. p. 183. ſeq. Eleemoſynae Deo gratae. *Rabboth.* fol. 167. col. 1. init. col. 2. p. init. fol. 283. col. 3. circ. med. Qui pupillos nutrit, quotidie quaſi dat eleemoſynas. *ibid.* fol. 343. col. 4. ante med. De eleemoſyna catini *Petr. Zorn.* ad Hecataeum. p. 23. De eleemoſynis Mahumedanorum et Pontificis Romani. *Maraccius* in Prodromo ad Alcoranum. *Act. Erudit.* Anno 1692. p. 378. conf. *ibid.* Supplem. p. 205. it. Anno 1689. p. 240. ſeq. Anno 1690. p. 384. Witt.A.u.N. 1702. p. 429.

* ELEMENTA. Quatuor ſunt elementa mundi. *Rabboth.* fol. 214. col. 2. ante med. De primo rerum elemento, Anaximandri et Anaximenis opiniones duae exponi tentatae. vid. *obſeru. Hallenſ.* Tom. 2. obſ. 19. p. 428.

* ELI. De Eli eiusque familia varia affert *Abarban.* in Prophet. prior. in *Indice.* Filii Eli num peccarint? *En Iſrael* part. 1. p. 47. col. 2. ante med.

ELIAS. De expectato aduentu Eliae in Talmudicis quam plurima reperiuntur. *Kimchi* in *Malach.* IV, 23. *Reſtituit Deus* (inquit) *animam Eliae, quae aſcendit olim in coelum, in corpus creatum inſtar corporis eius prioris* כי גופו הראשון שב אל הארץ בעלותו כל יסוד אל יסודו. *Nam corpus eius primum ad terram rediit, cum ille aſcenderet in coelum, vnumquodque elementum in elementum ſuum. Cum autem eum viuificauerit Deus in corpore, mittet eum ad Iſraelem ante diem iudicii, et admonebit ſingulos, vt ad Deum conuertantur* etc.

§. *Aben Eſra* in eundem locum ſic commentatur. *Comperimus Eliam vixiſſe in diebus Ahaziae filii Achab; et etiam reperimus, ipſum poſt mortem Jehoſaphati ad filium eius Ahaziam ſcripſiſſe epiſtolam, ſicuti dicitur:* Et venit epiſtola ad eum ab Elia Propheta. ואין ספק כי בימי חכמינו הקדושים נראה *Et absque controuerſia eſt, eum viſum fuiſſe in diebus Sapientum ſanctorum noſtrorum. Acceleret Deus ex miſericordia ſua prophetiam ſuam, atque terminum aduentus eius.* Vides hic Aben Eſram apparitionum Eliae mentionem facere, et certe in pluribus aliis locis mentio fit, quod Elias apparuerit; quod ſine dubio praeſtigiis diaboli, vt Bathkol effectum fuit.

§. Eliam ſabbatizantem in monte Carmel ſupponunt Talmudici in *Hieroſ. Peſachim* fol. 30. 2. *Ne comburatur Trumah, de qua dubitatur, an munda ſit an immunda, ne Elias ſabbatizans in monte Carmel adueniat, et teſtetur de ea Sabbatho, quod ſit munda.*

§. Elias ſcrupulos et difficilia omnia enucleaturus eſt. *Inuenit quis apud ſe ſchedulam contractuum, et non nouit quid ſibi velit,* והא מונח עד שיבא אליהו, *ſeponat eam vſque dum aduenerit Elias. Baua Metzia* c. 1. v. vlt. Si

quis

Digitized by Google

quis aliquid perditum repererit, et publico praeconio facto poſſeſſores non cognouerit, apud ſe reponat vſque dum aduenerit. Elias. *Maimon.* in *Gezelah* cap. 13. *Periochen* Ezech. XLV, 18. 19. עתיד אליהו לפרשה *Elias explicaturus eſt. Menachot* fol. 45. 1.

§. *Bab. Erubbin*, fol. 43. 2. diſputatur quonam die Hebdomadae venturus Meſſias, et quonam Elias: inter alia haec occurrunt לא אתא אליהו מתמול *Elias non venit heri:* id eſt eodem die quo venit, prodibit in publicum, et non latebit veniens heri in hodiernum. *Certi ſunt Iſraelitae Eliam nec veſperis dierum feſtorum venturum* מפני טרח *propter laborem.* Item לא אתי אליהו בשבת *Elias non venit in Sabbatho.* (vid. *Hieroſ. Peſach.* fol. 30. 2.) *propter laborem;* id eſt propter praeparationem in Sabbathum, ne ſcilicet neceſſaria Sabbatho non peracta relinquant, vt obuiam ei eant; aut propter laborem in conuiuiis; ne ſcilicet omittant comeſtiones ſabbathicas. Ex gloſſatoribus in paginam citatam haec tria obſeruare poteris. 1. לפני ביאת בן דוד יבא אליהו לבשר *Ante aduentum filii Dauidis aduenict Elias, ad euangelizandum de eo.* 2. לא אתי משיח בחד בשבא *Non veniet Meſſias primo die Sabbathum inſequente*, quia Elias, qui ipſum praecedere debet, non veniet in Sabbatho. 3. הלא משיח בן יוסף יש לו לבא תחילה. *An non Meſſias Ben Joſeph primo veniet?*

§. Plurima fingunt Judaei, quae reſtauraturus ſit Elias. *Bab. Kidduſchin.* fol. 71. 1. יטהר הממזרים *purificabit nothos, eosque reſtituet congregationi.* vid. etiam *Kimchi* Zach. IX, 6. Iſraeli reddet vrnam Mannae, phialam ſacri olei, phialam aquae, et ſunt qui dicunt, virgam Aaronis. *Tanchum.* in Exod. 1. fol. 26. col. 3. poſt init.

Quare Elias ſacrificauerit in excelſis. *Tanch.* fol. 63. col. 1. init. Venturus adhuc eſt tempore Meſſiae. *ibid.* fol. 31. col. 1. med. Scrupulos et difficilia omnia enucleaturus eſt. *Wolf.* not. Mardoch. p. 124.

Digitized by Google

124. Elias fuit aſſeſſor Synedrii Magni. *Rabboth.* fol. 126. col. 3. p. init. De apparitione Eliae Judaeis obueniente. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. I. p. 63. not. it. p. 144. not. Elias in circumciſione Judaeis praeſens. *ibid.* p. 671. not. De Elia varia, vid. *Abarban.* in prophet. prior. in *indice.*

§. Scrupulum mouent Judaei an corui panem et carnem attulerint Eliae, an homines qui vocantur עורבים, ſic *Kimchi* in locum. In eundem ſenſum hoc legimus in *Bereſch. Rabba* ſect. 33. R. Jehuda dicit עורבים attulerunt panem et carnem mane et veſpere ad Eliam עיר היא בתחום בית שאן ושמה ערבו *Vrbs iſta erat in limitibus Bethſcheanis et vocabatur Orbo.*

* ELISA, de quo multa in *Abarban.* in Prophet. prior. in *indice.*

ELIESER. Inter illos qui hoc nomine occurrunt, duo praecipue famoſi fuerunt. *Elieſer ben Harſum*, et *Elieſer fil. Hircani.* Elieſer ben Harſum fuit coaetaneus Antigoni, et talibus diuitiis affluens, *vt poſſederit mille vrbes in arida, et mille vrbes in mari;* id eſt ditiſſimus et magnus dominus in palaeſtina fuit. Hoc enim vult hyperbole. Et quamuis opulentiſſimus fuerit, magna fortuna tamen abuſus non eſt, ſed perpetuo ſtudiis incubuit. *Juchaſin* p. 15. a. Semel cum ſtudiorum gratia, vtrem farinae in dorſo ferens; eſſet in via ad aliquam ſcholam, incurrerunt in ipſum ſerui eius et voluerunt ipſum facere אנגריא. (v. ſ. l.) Hi enim ſerui Dominum ſuum ſtudiis incumbentem, et qui ſplendidam haereditatem per alios adminiſtrabat, nunquam viderant.

De opulento hoc atque nobili doctore Miſchnico vid. *J. H. Othonis* hiſtor. doct. miſchn. in *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. IIII. p. 361. ſeq.

§. R.

Digitized by Google

§. R. Elieſer, fil. Hyrcani magni, aeſtimatur, ita vt ipſum aliquando הגדול *magnum* nominent; in Miſchna intelligitur, quoties סתם *abſolute* R. Elieſer ponitur. *Halic. Olam* p. 1. c. 3. Compoſuit ille quaedam capitula, quae V. C. *Guil. Vorſtius* latinitate donauit. Ad praeſidiatum peruenire non potuit, quamuis doctrina et canitie venerabilis erat: cauſſas vide in *Juchaſin*. Cum pro Praeſidiatu diſputaret, argumenta ſua praeter rationum pondera, etiam ſignis ſtabilire conatus eſt. *Baua Merzia*. fol. 59. 2. Akiba ipſum ingenti amore proſequutus eſt, et mortem eius acerbe deplorauit. vid. *Bab. Sanhedrin*. fol. 68. De aliis Elieſeris poteris conſulere *Juchaſin* in אליעזר.

De Elieſer fil. Hyrcani conf. *J. H. Othonis* hiſt. doctor. miſchn. in *Wolf*. Bibl. Hebr. Part. IIII. p. 465. ſeq.

✱ ELOHIM. Vox Elohim trinitatem infert. *Edzard*. Auod. Sar. c. 1. p. 196. Varia de voce Elohim vid. in *Edzard*. Berachoth in *indice*.

EMAVS. Miſchna illum locum deſignat per עימאום *Hieroſ*. vero in Scheuiit. fol. 38. 4. per אמאום denotantes locum חמת *thermas* Tiberienſes, ſiue prope Tiberiadem.

§. A *Bethhorone ad Emaunta erat montanum. Hieroſ. Scheuiit*. l. c. diſtabat illa Hieroſolymis ſtadiis ſexaginta Luc. XXIIII, 13.

§. In *Erachin* c. 2. 4. fit mentio משפחות בית הפגרים ובית צפריא מאמאום היו *familiarum Beth Pegarim et Beth Zeparia ex Emaunte*: Gloſſaque dicit: *Incolas Emauntis fuiſſe Iſraelitas generoſos, ſacerdotesque filias ipſorum duxiſſe in vxores*.

EMMAVS. *Midraſch Coheleth* c. 7. 6. R. Jochanan Ben Saccai 50. habuit diſcipulos, quamdiu viuebat, ſemper ſedebant coram eo, cum vero moreretur, profe-

cti

cti ſunt Jabhnen; R. Elieſer autem, filius Erech, iuit ad vxorem eius לאמאוס *Emmaunteṁ* מקום מים יפים *locum aquarum amoenarum*, *et habitationis iucundae.*

✻ EMTIO venditio. De modis contrahendi in emtione et venditione. *Rabboth.* fol. 285. col. 1. p. med.

ESTER de illa vide Cl. Buxt. L. T. 178.

ENOCH Hebr. חנוך quod μεμυημένον *conſecratum* denotat, a Talmudicis vocatur מטטרון vt a *paraph. Jonath.* ad Gen. V, 24. Idem citatur ex Medraſch Ruth in *Zohar* fol. 81. vid. Buxtorf. in Lex. Talm. In *Juchaſin* fol. 134. vocatur אדריס *Adris.*

De Enochi pietate non bene ſentiunt Judaei; Jarchius verba Gen. V, 24. Et ambulauit Enoch cum Deo ita παραφράττει; ambulauit cum Deo, id eſt *iuſtus fuit, ſed leuis tamen et inconſtans, ſolitus cito ad malum deflectere,* לפיכך מהר הקב״ה וסילקו והמיתו קודם זמנו *Ideo feſtinait Deus benedictus, et tranſtulit eum, et ante tempus mori fecit. Et hoc eſt quod annus eius quo mortuus eſt, deſcriptus eſt ſcribendo: et non erat nempe in hoc ſeculo, ad implendos annos ſuos.* Ita in Bereſchit Rabba dicunt *in loc.* fuiſſe Enochum חנף *hypocritam*, nunc iuſtum nunc improbum. Ideo Deum tempore iuſtitiae ipſius, quo cum Deo ambulabat, eum ſuſtuliſſe ſubito, ne rurſum deficeret.

Quoad raptum Enochi, Aben Eſra putat, mortuum eſſe, et deinde poſt mortem a Deo aſſumptum: idem ſentiunt Abarbanel et R. Salomoh; at contrarium habent Targum Onkeloſi et Jonathanis.

Locus in quem raptus Enochus ſecundum *Kimchium* in lib. II. Reg. II, 1. eſt Paradiſus terreſtris; et ſtatum, in quo erant noſtri protoplaſti, etiam conditionem Enochi fuiſſe, ipſius eſt ſententia.

Enochus

Digitized by Google

Enochus fuit propheta, artium et ſcientiarum praecipue Mathematicarum peritus, eius publica verae theologiae profeſſio, cum Kainitis bella, de translatione eius variae ſententiae, poſt eius translationem Kainitarum malitia creuit. *Hotting.* Smegm. Orient. p. 239. vſque 242. Enocho conſtantiſſima in oriente fama gemina tribuit ſcripta, ſacra et profana. *J. H. Hottinger.* Theſaur. Philol. p. 85. ſeqq.

EPHRAIM de quo II. Paralypom. 13. 19. eſt oppidum in terra Iſraelis frugibus fertiliſſimum. Praeſtantiſſima quoque ſimila ex illa proferebatur; inde factum eſt prouerbium: Num tu ſtramen inducis in Ephraim. *Bab. Menachot.* fol. 55. 1. et vſurpatur vt illud Graecorum τὸ φῶς ἡλίῳ δανάτας. Vid. Aruch in ירחני.

EPICVREVM triplicem facit *Maimon.* in *Hal. Teſchubba* cap. 3. 14. *Qui ait nullam prorſus prophetiam eſſe: nec ſcientiam quae pertingat* מהבורא ללב אדם *a Creatore ad cor hominis; et qui abnegat prophetiam Moſis magiſtri noſtri; quique ait, creatorem neſcire actiones hominum.* Item in Hal. ע״ז. cap. 2. 8. *Epicurei ſunt, qui conſulunt cognitiones animi ſui, ignari earum, quas diximus rerum, donec transgreſſi potiſſima legis capita offendant per contumaciam.* De Epicureo vid. L. T. B. p. 194. 195.

Sadducaei et Baithoſaei inter Judaeos infames, quod Epicureiſmo viam ſternerent, vnde et κατ' ἐξοχὴν Minaei et Epicuraei vocantur, quae nomenclatura in oriente adeo in imperio poſtea Muslimico inualuit vt Zindikaei Epicuri de grege porci promiſcue appellarentur omnes. *Hotting.* Theol. Jud. p. 2. Quisnam ſit Epicureus. vid. *Maimon.* ad Sanhedr. Cap. 10. miſchn. 1. circ. fin. et *Bart.* h. l. Epicureus non fit particeps vitae aeternae. *Tanchum.* fol. 21. col. 2. init. Catalogus Epicureorum ordine Alphabeti diſpoſitus extat in *Fabric.* Lib. 3.

Cap.

Cap. 33. p. 808. ſeq. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 253.

✱ EPOCHA, Vnde Judaei epochas ſuas deſumſerint *Voiſin.* Pug. fid. p. 63. ſeq. De epochis Judaeorum celebrioribus. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 134. Annus et Epochae Syro-Macedonum in vetuſtis vrbium Syriae nummis, praeſertim Medicaeis expoſitae. Auctore *F. Henr. Noris.* Florent. 1689.

✱ EQVVS. Equi deſcriptionem vid. in Jarch. p. 32. 9. De equis ſtratis, ſuperfluis regi non conceſſis, manuductis regiis aliis illicitis, eneruatis, humano honore affectis, non multiplicandis, ad ſpectacula otioſis vid. *Schickhardi* Jus Reg. edit. Carpzov. *in indice.*

In EREMO eſſe vel degere ferme ſemper ſignificat vitam ruri non in vrbe tranſigere, opponitur enim Eremus vrbi. *Menachot.* c. 7. 1. quinque Seae ירושלמיות *Hieroſolymitanae, valent ſex ſeahs* מדבריות *eremiticas.* i. e. ruſticas. *Bab. Erubbin.* fol. 83. 1. *Seab Hieroſolymitana excedit Seam Eremi ſexta parte.*

§. אילנות מדבריות ſunt (Maimon ad Cap. 1. Demai) arbores quae ſunt communis iuris, et non vnius Domini in communibus ſaltibus ſcilicet et paſcuis. Ita etiam pecora מדבריות *eremi* vocantur illa quae foris et in agris nutriuntur, aut in montibus, vt in montoſis regionibus in vſu eſt, appoſite ad illa quae in vrbe aluntur. Hanc differentiam facit Canon *Hieroſ. Schabbat* fol. 45. 2. et *Beza* fol. 40. 1. אין משקין ושוחטין את המדבריות *Non potant et mactant pecora Eremi, ſed potant* הביתות *domeſtica:* (vt ſcilicet melius excoriari poſſint.)

§. Hinc apparet, quam male argumententur pro vita monaſtica ex Matth. III, 1. Secundum communem et vulgarem ſententiam educatus erat Johannes in monte

te regali; at ſecundum *Hieroſ. Tanith.* fol. 69. 1. *Mons regalis myriadem vrbium habuit*, quomodo ergo ibi deſertum?

De Eremo. vid. *Rabboth.* fol. 232. col. 1. ante fin. Eremi laus. *ibid.* fol. 262. col. 2. circ. med.

ESAIAS. Gemariſtae *Jebbamot* fol. 49. 2. referunt hunc prophetam interfectum fuiſſe a Rege Manaſſe, praecipue ideo, quod accuſauerat Iſraelem ob impuritatem labiorum. Verba hiſtoriae haec ſunt. Dixit Eſaias; *noui quod* (Rex Manaſſes) *non auſculcaturus ſit, quicquid ipſi dixero; ſi quid protulero ad conciliationem ſcripturae*, (cuius quasdam apparentes contradictiones rex ipſi obiecerat, vt ex antecedentibus patet:) *ille faſtuoſe aget.* Dixit ergo, איבלע בארזא *concludam me intra hanc cedrum. Adduxerunt cedrum et ſerra diſſecuerunt eam.* כימטה להדי פומה נח נפשיה *Cumque ſerra os eius attingeret, expirauit. Idque ideo quod dixerat, ego habito inter populum impurum.*

Pater Eſaiae fuiſſe dicitur Amos Propheta. *Voiſin.* Pug. fid. p. 18. a. fin.

ESAVVS noluit permittere Joſepho, vt patrem ſepeliret. Cl. Buxt. L. T. p. 41.

Eſauus admodum honorauit patrem. *Rabboth.* fol. 131. col. 1. ante med. *it.* fol. 59. col. 2. ſuperbe allocutus eſt patrem, Jacob contra humiliter. *Tanch.* fol. 10. col. 4. med.. A Satana in venando fuit impeditus. *ibid.* poſtquam intrauit ad patrem, aperta fuit gehenna. *ibid.* p. med. Eſauus Jacobum revertentem quomodo exceperit, et mordere voluerit etc. *ibid.* fol. 12. col. 3. init. ſeqq. Quinque peccata commiſit in vno die. *ibid.* fol. 18. col. 4. *Rabboth.* fol. 94. col. 1. p. med. De Eſauo varia. *Tanch.* fol. 83. col. 3. circ. fin. ſeq.

ESRAS

Digitized by Google

ESRAS floruit anno mundi 3413. Erat praeſes כנסת הגדולה Synagogae magnae, et omnium Doctorum Miſchnicorum pater. Religione et manſuetudine ipſum Moſen aequabat. *Juchaſin* p. 13. Elias in *praefat. Maſor.* et Zacuthus Eſram cum Zerubabele et Malachia confundunt. Pater Eſrae fuit Saarias, fil. Aſariae, vid. *Zemach. Dauid.*

§. Cum Eſras e Babel Hieroſolymas aſcenderet, ſecum abduxit omnes illegitime natos, et quorum genealogia ignota erat, vt populus, quem in Babel relinquebat, eſſet נקי כסולת *purus inſtar farinae.* Quod prolixe videre potes in *Kidduſchin* cap. 4. 1. *Gem.* Eſra cum reliquis ſenatoribus (quorum aliquos recenſet *Abarban.* in *praef.* ad *Nachalat Auot*) fecit Maſoram, punctationem et accentus ſuper tota Biblia. *Elias praef.* 3. *Maſor.*

§. Vt eccleſia ab Eſra recenter purgata et inſtituta, iuſto et decenti regimine dirigeretur, Eſras plurimas ſanciuit conſtitutiones, principaliores ſunt decem illae, quae in *Baba Kama* fol. 75. 1. recenſentur. 1. vt inſtitueretur publica legis lectio diebus ſeptimanae ſecundo et quinto. 2. Vt in Sabbatho ad *Mincham* legeretur. 3. Sanciuit ablutionem gonorrhaicis. 4. Seſſionem iudicum in ciuitatibus diebus hebdomadae ſecundo et quinto. 5. Permiſit Aromatariis, vt circumire poſſent per vrbes, ad Iſraelitarum decus. 6. Praecepit vt lauarent (veſtimenta) die quinto ſeptimanae, propter gloriam Sabbathi. 7. Vt pinſerent et coquerent panem veſperi, qui Sabbathum antecedit, vt הפרוסה fruſtum dari poſſit pauperibus in Sabbatho. 8. Indulſit allii eſum nocte Sabbathum praecedente, quia gignit amorem et tollit cupiditates. 9. Vt mulier accincta eſſet בסינר *ſuccinctorio poſteriori et anteriori;* (ad ſcandalum euitandum.) 10. Conſtitutum eſt, vnamquamque mulierem tribus diebus ante ſuam purificationem ſe pectere et mundare debere, etc.

§. Eſras

Digitized by Google

§. Eſras magnopere reſtitit Sadducaeorum haereſi in diebus ſuis pullulaſcenti, et vt aliquod ſymbolum poneretur, quo Orthodoxi a praue ſentientibus diſtinguerentur, viſum eſt ipſi decernere, vt ad coronidem omnium orationum, quae in templo fundebantur, diceretur מן העולם עד עולם *a ſeculo in ſeculum*. *Bab. Berachot*. fol. 54. Aſſueuerat populus in captiuitate Babylonica Chaldaeae linguae, ita vt Hebraicam non niſi cum difficultate intelligeret: huic incommodo vt conſuleretur, inſtituit Eſra התורגמן *Synagogae interpretem*; qui aſtans legenti in lege, verſiculatim ea vernacule redderet, quae lecta fuerant e fonte Hebraeo, vt ex *Hieroſ. Megillah* fol. 7. 4. elicere eſt.

§. Praecepit Eſras, vt Jubilaeum poſt captiuitatem iterum inciperent ab anno ſeptimo reſtaurationis templi. *Maimon. Hal. Jobel* cap. 10. Caeterum dignus erat Eſra, vt data fuiſſet lex per manus eius Iſraeli, ſi non praeceſſiſſet ipſum Moſes. *Bab. Sanhed.* c. 2. f. 21.

§. Vixit Eſras, ſecundum Chronica Judaeorum, vſque ad annum, quo Alexander Magnus Hieroſolymas venit, et deinde die decimo menſis Tebhet ſiue Decembris ſuo fato functus eſt; quo anno vt memorant, etiam ſublati fuerunt *Haggaeus*, *Zacharias*, *Malachias*, vna cum Prophetia.

De Eſra vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 940. it. Part. III. p. 668. De Eſra et vitiis Synagogae magnae. *Wolf.* not. ad *Mardoch.* p. 151. Eſrae manu exarata ſcripturae volumina, num Bononiae aſſeruentur *Wagenſeil.* Sota. p. 372. De quo codice autographo conf. *J. C. Wolf.* Bibl. Hebr. Part. IIII. p. 78.

✱ ESSENI. De Eſſenis. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 817. it. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 81. Num Chriſtus et Chriſtiani fuerint Eſſeni *ibid.* p. 62. ſeq. vtrum Eſſeni et Therapeutae iidem fuerint. *ibid.* p. 70. Conf. *J. Druſii* Comment de ſectis Judaicis, et *Joſ. Scaligeri* elenchus trihaereſii Nic. Serarii, cuius mendacium, de Eſſenis Monachis Chriſtianis, confutatur.

✱ ESTHER. De Autoribus libri Eſther. *Wolf.* not. ad *Mardocb.* p. 75.

EVANGELIVM quomodo Judaei vocitent vid. Cl. Buxt. L. T. p. 8. et 42.

Conf. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 255.

✱ ETHNICI apud Judaeos ne hominum quidem loco habebantur. *Petr. Zorn.* ad hiſtor. Hecataei. p. 23. Ethnicorum ſcripta multas locutiones cum ſcriptura habent communes. *Cleric.* Art. Crit. Tom. I. Part. 2. Sect. 1. Cap. 14. p. 423. ſeq. ſed dicta eorum non temere cum ſacrorum ſcriptorum ſermone conferenda *ibid.* p. 420. Conf. De Goden en Godsdienſt der Heyden etc. Tractatus de Diis et Religione ethnicorum Gallice a Guaultruchio conſcriptus et Belgice verſus a Fr. Halma. Vltrai. 1690.

EVA poſt auditam promiſſionem, quae protoplaſtos erexit ad ſpem ſalutis, vocata eſt חוה, non tam quia facta erat *mater omnis viuentis* corporaliter Gen. III, 12. quam quod crediderit promiſſioni diuinae, et ita prima ſpiritualiter reuixerit.

Rupertus Tuitienſis, Adamo admodum abſurdam ſententiam attribuit, cum refert, Adamum ex animi ſuperbia diuinam mortis ſententiam aduerſus ſe prolatam contemnentem, appellaſſe vxorem ſuam חוה matrem viuentium, vt qui mortem non extimeſceret, et aeque ſe vitae compotem crederet, ac ſi nunquam peccaſſet. Non minus eſt abſurdus *Baal Haturim*, qui חוה deriuat a חוה *garrire*, *loqui*, e coelo enim fingunt decem cabos garritus vel colloquiorum deſcendiſſe, et nouem ex illis ceſſiſſe mulieribus. vid. *Cabi.*

Apud vocem *Adam* retulimus, Hebraeorum ſententiam eſſe, ipſius corpus non fuiſſe יצירה חדא *vniforme* ſed *biforme*, qua ratione Adamus fuit a fronte, et Eua a tergo, et vtrumque corpus ad ſcapulas quaſi pice agglutinatum. Haec eſt mens in *Bereſchit Rabba* R. Samuelis Bar Nachman, Menaſſe ben Iſrael *Conci-*

liat

liat. in Gen. VIII. vbi etiam inter ſuffragia numerat *Jarchium*, *Aben Eſram*, *Rabbenu Babye*, *R Elieſer*, *et Iſaacum Karus*. His adde *Maimon. More Neuoch.* p. 2. c. 30.

Circa lapſum Euae ſequentia obſeruamus.

Diabolum tentaſſe fatentur *Rabb. Elieſer Pirke* cap. 13. et *Maimon.* in *More Neuoch.* Lib. II. c. 30. Cuius verba ſunt: *oportet te ſcire, quomodo illud explicent in Midraſch, videlicet ſerpentem fuiſſe equitatum, qui magnitudine Camelum ſuperaret; ſeſſorem autem eum fuiſſe, qui deceperat Euam, Samaëlem nempe, quam nomenclaturam abſolute Sathanae tribuunt.*

Occaſionem tentationis ſumſiſſe Diabolum refert *Jarchius*, quia eos viderat *nudos*, et occupatos בתשמיש, quam felicitatem ipſis inuidebat.

Serpens quando dixit *Nouit Deus*, cauillabatur inuidiam Dei, reformidantis ſocietatem et ſimilitudinem aliorum. Hoc exprimit *Jarchius* כל אומן שונא את בני אומנותו *quilibet nutritius odit filios quos nutrit*, vel magis ſecundum ſenſum Jarchii, *omnis opifex odit alios et ſimiles opifices.* Si enim de arbore comederitis, (inquit diabolus) ſcit Deus, vos ipſi ſimiles futuros, vos fore יוצרי העולם *Creatores mundi*, vt ipſe eſt; quare ex inuidia vobis eſum illius fructus prohibuit.

Abarbanelis ſententia eſt, neque ſerpentem alloquutum Euam, neque deinde Deum ſerpentem, cum ipſi ſuam annuntiauit poenam, ſed ſerpentem arborem ſcandiſſe, fructum decerpſiſſe, atque ſic exemplo Euam fefelliſſe; Dei vero verba intelligit de decreto, quod de ipſo decreuit.

Ad quaeſtionem an ſerpens pedibus inſtructus fuerit, antequam puniretur, Reſpond. affirmando *Chaldaeus Paraphraſtes R. Elieſer*, *Moſes Bar Cepha*, *Salom. Jarchi* cuius haec ſunt verba היו לו רגלים ונקצצו *habebat ſerpens pedes, ſed ipſi praeciſi ſunt.*

Referunt *Jarchius* ad Gen. IV, 1. et Moſes Haddarſchan in *Bereſchit Rabba*, Adamum operam liberis dediſſe, et vxorem ſuam cognouiſſe iam in Paradiſo:

cum tamen contextus narrationis Moſaicae manifeſte oſtendat, id demum poſt eius expulſionem factum.

EVNVCHVS duplex eſt, vel מבטן האדם *a natiuitate talis*, et qui ab vtero illam imperfectionem habet, vel סריס האדם *eunuchus ab homine talis factus*, cum vi vel voluntarie caſtratus fuit. *Zabbin* c. 2. 1. *Jeuamot* 79. 2. *Maim.* Hal. אישות c. 2. Hic Hebraeis inuiſus fuit Deut. XXIII, 1. Romanis maxime: ad Sacerdotium et Synedrii conſiliariatum pertingere non potuit, (quia illi vt carentes liberis, vt plurimum crudeles eſſe ſolent). Sanhed. fol. 30. 2.

§. Fit etiam mentio apud Maimon. l. c. סריס חמה *eunuchi ſolis*, qui ferme cum *eunucho* אדם coincidit, et definitur, ille qui mox vigeſimum annum impleuit ולא הביא שתי שערות למטה ולא בזקן *Nec tamen infra, nec in barba duos pilos produxit*, inſuperque omnia Eunuchi ſigna habet, quae ſunt שאין לו זקן ושערו לקוי ובשרו מחליק ואין מימי רגליו מעלין רתיחה וכשמטיל מים אינו עושה כיפה ושכבת זרעו ואין מימי רגליו מחמיצין ורוחץ בימות הגשמים ואינו מעלה בשרו הבל וקולו לקוי ואין ניכר בין איש לאשה: Quae ſicuti curioſis adduxi, ita ipſimet exponant, ſi lubuerit.

Eunuchi duorum ſunt generum. *Wagenſeil.* p. 582. Eis num liceat vxores ducere. *ibid.* p. 584. Sacerdotem Eunuchum miſſam adminiſtrare poſſe. *Act. Erudit.* anno 1692. p. 303 An eunuchus, ſi cum muliere rem habeat, adulterium committat, nec ne? Sam. *Petit.* Comment. Leg. Att. Lib. VI. Tit. 4. p. 463.

* EXCELSA. vid. *Luci.*
Excindetur anima eius vid. כרת.

De EXCOMMVNICATIONE vſitata apud Hebraeos vid. *Seldenum* de *Synedrio.* Cl. Buxtorf. in בידוי et חרם leuiſſima ſpecies erat נדוי *ſeparatio a coetu eccle-*

eccleſiae, et erat ſolummodo amolitio vel amandatio, quando Sacerdotes aliquem immundum & deteſtandum auerſabantur; erat autem illa ſeparatio ad quatuor cubitos, durans triginta dies, ſi reſipiſcat, ſin minus, duplicatur ad ſexaginta, aut triplicatur ad 90 dies. Si nec dum reſipuerit, ſecunda ſpecie punitur, quae vocatur חרם: Prima excommunicationis ſpecie punitus vocatur מנודה, ſecunda מוחרם. המנודה fit propter 24 cauſſas, quas recenſet *Maimon.* in *Hal. Talmud thora* c. 6. et Cl. Buxtorf. in *Lex. Talm.* p. 1304.

§. המנודה *Excommunicatus prima ſpecie* non debet ſe tondere aut lauare inſtar lugentis, quamdiu excommunicatus eſt. Si triginta dies in feſto aliquo finiantur, et excommunicatus abſoluatur, poteſt in feſto ſe tondere. *Maimon.* vbi ſupra c. 7. et Megillah. c. 3. Non admittitur in conſeſſum ordinarium decem perſonarum, non ſedent iuxta eum ad quatuor vlnas. Docere tamen poteſt et diſcere cum aliis ſeparatim. Conducit et conducitur. Propter debita pecuniaria neminem excommunicant, niſi iudicii nomine prius ter moneatur. Si quis moriatur in excommunicatione illa, iudices feretro eius lapidem imponi curant, iudicantes quod fuerit dignus, vt lapidatus fuiſſet, quod poenitentiam non egerit, et ſeparatus fuerit a coetu eccleſiae. *Maimon. Hal. Talm. thora* cap. 7. Exemplum in excommunicatione mortui habes *Berach.* f. 19. 1. vbi Elieſeris cuiusdam mortui feretrum lapidatum fuiſſe dicitur.

§. Excommunicatio נידוי faciebat vel בפניו *in facie* excommunicati, coram, vel לא בפניו *non coram.* Si coram excommunicatio ſit alicui denuntiata, etiam coram ſoluenda eſt. Si non coram, poteſt vel coram vel non coram ſolui. Si quis abſens excommunicandus erat, ipſi excommunicatio ſignificabatur per alium aliquem, (talis annuntiationis exemplum extat *Hieroſ. Moed Katon* cap. 3). vel per ſchedam a ſcriba publico ſcriptam, quae dicebatur כתב של נידוי vid. *Maimon.*

Digitized by Google

l. m. c. et *Schulchan Aruch* in *Choſen Hammiſpat.* num. 11. ſect. 4.

§. Viros doctos et praeſtantes propter nulla delicta excommunicant בפרהסיא *publice*, niſi propter delictum Ieroboami et ſociorum eius: in reliquis vero culpis ipſos plagis caedunt בצנעה *in ſecreto*, et extra publicum conſpectum. Maimon. ibid.

§. Excommunicabant olim Cuthaeos per שם המפורש Nomen Iehoua. *Capit. R. Elieſeris* c. 38. *Tanchuma* ſect. וישב

De excommunicatione Cuthaeorum ab Eſra facta vid. *Abarb.* in prophet. prior. fol. 292. col. 4.

§. De ſeptem illis qui ſunt מנודין לשמים *coelitus excommunicati*, vid. *Peſachin.* fol. 113. 2.

§. המוחרם אינו שונה לאחרים ואין שונין לו *excommunicatione* חרם *percuſſus*, *neque docet*, *nec diſcit cum aliis*, ſolus autem poteſt ſtudere, ne doctrinae ſuae obliuiſcatur. Non conducit neque conducitur: nullum commercium, nulla conſuetudo cum ipſo habenda, duntaxat ipſi licet victualia emere. *Maimon. Hal. Talm. torah.* c. 7.

§. Cum tali excommunicato non licet edere nec bibere. *Iore Dea* num. 334. parag. 5. (*Confer* 1 Cor. V, 11.

§. חרם non poteſt fieri niſi in coetu et a coetu decem virorum *Pirke R. Elieſer* cap. 38. it. *Tanchum.* fol. 13 col. 3. med. Poteſt autem ſolui a tribus etiam הדיוטות *vulgaribus*, vel ab vno *graui viro* מומחה. *Maimon* vbi ſupra.

§. Formam Anathematis Iudaici refert Cl. Buxtorf. in חרם

§. Tertia excommunicationis ſpecies et omnium grauiſſima vocatur שמתא, per quam homo poſt omnia humana media totaliter et finaliter ſoli diuino iudicio deſtinabatur: probabile eſt, illud nomen eſſe compoſitum ex שם *Deus* et אתא *venit*, vt ita idem ſit quod Apo-

Apoſtoli מרן אתא Maranatha *Dominus veniet.* Alii vero vti in *Moed Katon* fol. 17. 1. dicunt שמתא idem eſſe ac שם מיתה *ibi eſt mors*, vel שממה *deſolatio:* quia vt notat Gloſſ. ⸺ conſumptus et perditus.

§. Schammata grauius eſſe excommunicationis genus, patet ex Gloſſa R. *Salomonis in Peſach* fol. 52. 1. Ibi enim rationem dat, quare ſapiens non excommunicetur, משום דשמתא חמורה *Quia Schammata res grauiſſima eſt, babebant autem rationem legis diuinae.* In hunc ſenſum etiam ſcribit R. Aſcher in *Toſiphot. Peſach.* fol. 130. col. 2. אין משמתינן אלא על דבר חמור *Excommunicatione* שמתא *non vtimur niſi propter rem grauiſſimam.*

§. Aliquando נדוי et שמתא confunduntur, vt ex *Lex: Talm.* p. 2467. videre eſt: vbi etiam aliis exemplis probat שמתא non ſemper ſenſu illo rigido ſumi, vt plane omnem ſolutionem excludat. Ibi etiam plura de Schammata reperies.

§. Salomo in templo duas conſtituit portas, per vnam ſponſi, per alteram vero excommunicati ſoli ingrediebantur; lugentes obuelabant ora, ſed non excommunicati; quando ita templum ingrediebantur per illas portas, ab omnibus egredientibus ſalutabantur; lugenti dicebant השוכן בבית *ille qui hanc domum inhabitat*, *conſoletur te* הזה ינחמך. Excommunicato vero, Qui inhabitat hanc domum יתן בלבבך ותשמע לדברי חבריך *indat animo tuo, vt obtemperes verbis ſociorum tuorum et reſtituant te.* Nota hic, communem ingrediendi viam in templum fuiſſe ad dextram, egrediendi vero ad ſiniſtram; At excommunicati, lugentes ſoli illi erant, qui ſiniſtra via et extraordinario vt ita dicam, itinere vſi ſunt. Ex his portis poterant ita omnes egredi, ſed praeter hos nemo ingredi, vid. *Middot.* c. 2. *Pirke Elieſer* c. 17.

§. In ſolenni excommunicatione tubis ad clangendum vſi ſunt. *Bab. Sanbed.* fol. 107. 2. *Produxit Ioſua fil. Peruchiae quadringentas tubas, et* (Ieſum) *anathematizauit.* vid. eiusdem Tract. fol. 7. 2. vbi Gloſſ.

 cum

cum agitur de כלי דיינין expreſſe dicit, *ſubis iudices vſos fuiſſe ad excommunicationem.* De praeconio publico contra obſtinatos in vitiis edito vid. *offenſio.*

Ipſum Deum anathemati obnoxium eſſe, ſatis blaſpheme adſeritur in *Tanch.* fol. 13. col. 3. med.

* EXHAEREDATIO. Pater per votum nulla de cauſſa poterat exhaeredare filium. *Baba Kama* cap. 9. Miſchn. 10.

* EXPANSVM. Quam longe expanſa a terra et a ſe inuicem diſtent. *Tanch.* fol. 31. col. 4. circ. fin. et fol. 32. col. 2. med. Ignis et aqua in expanſis coelorum inter ſe mixta ſunt, neque tamen ignis abſumit aquam, nec aqua exſtinguit ignem. *ibid.* fol. 32. col. 2. med. Quot ſint expanſa. *Rabboth.* fol. 238. col. 1. ante fin.

EXPIATIONIS feſtum celebrabatur die decimo menſis *Tiſri:* Septem dies ante feſtum Sacerdos ſummus e domo ſua ſeſe confert ad conclaue פלהדרין προέδρων, vt ſe exerceat circa ritus diei expiationis aduentantis, et ad officium illius diei ſe promptum paratumque reddat. Poſtquam eo ſe contulit, ei alium Sacerdotem ſubſtituunt, ſi quod vitium forte ipſi contingeret: *Maimon.* Iom Haccipur. cap. 1. §. 3. Secundum R. Iehudam ipſi etiam alia vxor ſubſtituitur, ſi forte vxor eius moreretur; nam in illo die vxorem habere debet, quia preces ipſi pro integra domo familiaque eius fundendae ſunt. *Ioma.* c. 1.

§. Cum ibi erat ſummus ſacerdos, quinquies in die ſe lauabat, et decies manus et pedes ſanctificabat; atque haec omnia in loco ſancto peragebat, ea ſola lotione excepta, quae fiebat in loco profano, ſupra portas aquarum. *Gemara* ad *Ioma.* Omnibus iſtis ſeptem diebus ipſe ſanguinem ſpargebat, ſuffitum adolebat, lucernas aptabat, pedem et caput ſacrificii iugis offerebat;

rebat; Synedrium etiam ad ipſum mittebat aliquos ex ſenioribus, qui coram ipſo legebant ritus peragendos in die expiationis, et ipſi dicebant: *Domine ſacerdos magne, lege ipſemet, forſan oblitus es, aut forſan non didiciſti.* (ſub templo ſecundo enim ſaepius ad Sacerdotium peruenerunt homines indocti, ſola Regum gratia, aut ſuis artibus ad hoc munus erecti. *Maimon.*) *Iom Haccipur.* Cap. I. §. 5.

§. Veſpera diem expiationis praecedente adducebant ſummo Sacerdoti iuuencos, arietes, vt eos mactando expeditus fieret ad miniſterium: (non recte hoc loco Maimonidem accepit Autor. vid. *Maimon.* l. c.) veſpera quoque hac non permittebant ei multum edere, quia cibus ſomnum inducit. (ibid. l. c. §. 6.) Deinde ſeniores Synedrii cum ſenioribus Sacerdotum, eum in conclaue Aftinas ducebant et diſcedentes ipſum ſic adiurabant: אישי כהן גדול אנו שלוחי בית דין ואתה שלוחינו ושליח בית דין משביעין אנו עליך במי ששכן את שמו בבית הזה שלא תשנה דבר מכל מה שאמרנו לך׃ *Domine Sacerdos magne, nos legati ſumus Synedrii magni, et tu legatus noſter et Synedrii, adiuramus te per eum cuius nomen habitat in hoc templo, ne mutes quicquam ex omnibus iſtis, quae tibi diximus.* Deinde hic et ille flentes diſceſſerunt; Iuramentum autem hoc introductum fuit, quia Sacerdos quidam extra velum adolere, et alia mutare conati ſunt. *Maimon.* l. c. §. 7.

§. Dimiſſis Synedrii legatis, ſummus Sacerdos, ſi edoctus erat, legebat et exponebat; ſin minus, diſcipuli ſapientum legebant et exponebant; lectionem vero ſumebant ex Eſra, Zacharia, Chron. Daniele, &c. *Maimon.* ibid. §. 8.

Si dormire geſtiebat, iuniores Sacerdotes percutiebant coram eo digito indice (i. e. ſonum ipſorum illiſione fecerunt, vel tibiis luſerunt, quod magis arridet), et ipſi dicebant, Domine ſacerdos, remitte ſemel ſuper pauimentum, (i. e. pedibus conſiſte aliquantulum, ipſumque ita occupatum tenebant, donec mactationis tempus inſtaret.

§. Singulis diebus expurgabant altare ſub gallicinium, in die expiationis vero a media nocte, et in tribus feſtis magnis a vigilia prima, quia in illis feſtis ad gallicinium atrium Iſraelitis iam repletum erat.

Si inſtabat tempus mactationis, clamabat ſpeculator ברקאי *Coruſcationes*, vel *illuminatum eſt coelum vsque ad Hebron*. Quo audito, deducebatur ſummus Sacerdos ad lauatorium, (in cultu enim omnis ille qui naturae ſatisfecerat, manus et pedes lauare debebat.) extendebant autem inter ipſum et populum velum byſſinum, ne, dum lauabat, in eius conſpectu eſſet.

§. Hoc facto induebatur veſtibus aureis, et mactabat iuge ſacrificium, ſanguinem accipiebat, ſpargebat, intrabat ad adolendum, aptabat lucernas, caput, membra frixa, et vina offerebat.

Mane Summus Sacerdos induebatur veſtibus quae octodecim, veſperi vero veſtibus quae duodecim minas valebant, quae pecunia ex Eccleſiae nummis erogabatur.

§ Quando Iuuencum pro ſe et domo ſua mactabat Summus Sacerdos, ſtabat in oriente, facie in occidentem verſa, manibusque impoſitis confitebatur, dicens; Obſecro, Domine, deliqui ego et domus mea, remitte nunc delicta, iuxta quod ſcriptum eſt in lege, *Quoniam in die hac expiabit* &c.

Deinde ibat ad orientem altaris, Vicarius eius erat ipſi a dextris, praefectus cuſtodiae a ſiniſtris.

Ibi erant duo hirci, cum ſorte in vrna. Sorte projecta quis debeat offerri et quis emitti, ſortes hircis imponebat dicendo לה' חטאת

Deinde ad caput hirci emiſſarii alligabat linguam coccineam, et ſiſtebat eum ad locum, vnde erat emittendus, alteram vero linguam alligabat ad ceruicem hirci mactandi; (*Maimon.* l. c. Cap. 3. §. 4.) poſtea ſecunda vice ibat ad iuuencum, quem pro ſe et familia ſua offerebat, repetens eadem verba, quae antea. Precibus peractis mactabat ipſum, ſanguinem in patera excipiebat, dabat miſcenti, et cum prunis in thuribulo ab

ab altari deſumptis progrediebatur verſus Sanctum Sanctorum; inter procedendum pugillabat ſuffitum, et vela transeundo pergebat; donec perveniret ad arcam, inter cuius duos vectes deinde collocabat thuribulum, ſuffimentum ſuper prunas congerebat, ita vt tota domus repleretur fumo; exibat retrorſum, breuem orationem in domo exteriori recitabat, nec diu orationi inſiſtebat, ne Iſraeli metum incuteret; (ſi enim diu moratus fuiſſet, populus facile ſuſpicari potuiſſet, illum mortuum eſſe, nam Maimon. dicit plurimos qui non debito modo adoleuerant, morte punitos fuiſſe.)

§. A quo tempore ſublata fuit arca, thuribulum collocabat ſuper lapidem illum cui arca impoſita erat; thuribulo diſpoſito ſanguinem a miſcente ſumebat, intrabat iterum in Sanctuarium, et ſtabat inter vectes arcae, et ex illo ſpargebat ſemel ſurſum, et ſepties deorſum, non intuebatur ad ſpargendum ſurſum aut deorſum, (i. e. non intuebatur propitiatorium, multo minus illud ſanguine aſpergebat ex intentione, quod obſerv.) Poſtquam autem Sanctum Sanctorum debito rito expiauit, ſanguinem Iuuenci et hirci denuo ſumſit, ad tabernaculum conuentus expiandum. Poſt factam expiationem, quidquid ſanguinis ſupererat, effundebatur ad baſin altaris exterioris, ex quo loco per fiſtulam in torrentem Kedron manabat, vendebaturque olitoribus ad ſtercorandos hortos. Si accideret vt ſummus Sacerdos aliquod miniſterium, ex illis, quae hoc die peragenda ſunt, anteuerteret, ita vt non legitimum ordinem obſeruaret, omnia fruſtra ſunt. *Maimon.* l. c. cap. 5. §. 2.

§. Hirci diei expiationis debent eſſe pares aſpectu, ſtatura et pretio, ſimul etiam a grege ſumpti. Si vnus ex illis ſorte iacta moritur, alius in eius locum adduci debet, et ſi compar non reperitur, par nouum hircorum adduci debet, *Maimon.* l. c. §. 14. Ibat Sum. Sacerdos ad hircum emiſſarium, duasque manus ei imponebat, et confitebatur, *obſecro Domine, deliquit et* *rebel-*

Digitized by Google

rebellis fuit domus Iſrael, remitte nunc delicta, ſicuti ſcriptum eſt, quia in die hoc expiabit ſuper vos, ad mundandum vos coram Iehoua &c. Sacerdotes vero et populus, qui in atrio ſtabat, cum nomen Iehoua ex ore eius egrediebatur, ſe incuruabant, et in facies procumbentes dicebant, *ſit nomen glorioſum regni eius in ſecula ſeculorum*.

§. Deinde hircus tradebatur ei, qui eum in deſertum ducturus erat; Quiuis ad ducendum legitimus erat, non tamen permittebant, vt Iſraelita eum duceret, quamuis nec hoc ſemper obſeruatum fuerit. Egrediebatur hircus ſuper tabulatum (*Gall. Eſchaffaut*), propter Babylonios, qui crines ei vellicabant, et ad egrediendum vrgebant. (v. Babyl.) Tribus milliaribus, (alii dicunt duodecim) diſtabat Hieroſolyma et locus צוק quo deportandus erat hircus, et nonaginta nobiles Hieroſolymitani comitabantur hirci ductorem vsque ad tabernaculum primum, quorum erant decem (vlterius non poterant, propter terminum Sabbathi), alii deinde ipſum ad ſecundum Tabernaculum comitabantur, et ſic deinceps, excepto vltimo, ex quo non progrediebantur ad locum Zuck, ſed ſtabant e longinquo, et obſeruabant, quid ductor acturus eſſet. Ille vero cum ibi appulit, diuidebat linguam coccineam, vnam partem alligabat rupi, alteram inter cornua hirci, poſtea hircum depellebat deorſum, qui vix ad medium praecipitii perueniens iam in fruſta diminutus erat. Ductor vero hirci ibat ad vltimum Tabernaculum, et in illo ſedebat, donec aduesperaſceret.

§. Hirco Aſaſel dimiſſo ſummus ſacerdos iuuencum et hircum, qui comburi debebant, findebat, et eorum viſcera educebat, deinde extra vrbem in illum locum vbi cineres altaris deferri ſolebant, portari et comburi curabat. Hircum emiſſarium in deſertum veniſſe Sacerdoti ſummo ſignificabatur ex ſpeculis, in quibus agitatione ſudarii ſignum dabant. *Maimon.* ibid. Cap. 3. §. 7. ſeq.

§. Quo

§. Quo tempore Iuuencus et hircus cremabantur, S. Sacerdos publice legebat; vid. *Sota.* etiam benedicebat, v. S. *Sacerdos*, veſperi huius diei ſuffitum adolebat, et amicis, cum ſaluus euaſit, conuiuium inſtruxit. In die expiationis exceptis puerulis omnes ieiunare, et a lotione et vnctione abſtinere debuerunt. vid. haec omnia prolixius in *tract. Ioma Miſchnae* et *Maimon.* l. c. §. 8.

§. In Expiationis die egreſſus eſt Iſmael Ben Camithi ſummus Sacerdos, vt cum duce quodam Ethnico colloqueretur; inter confabulandum ſparſa eſt ſaliua ab iſtius Ducis ore in eius veſtes, vnde pollutus non potuit illo die miniſterium obire, ſed fratri ſuo hanc Spartam committere debuit. *Auot R. Nathan* fol. 9. 1. Etiam alia vice contigit, vt cum in die expiationis ſummus Sacerdos ob contractam immunditiem miniſterio fungi non poſſet, ingreſſus ſit Ben Elam מציפורין e Zippoti, et cultu functus ſit. *Hieroſ. Ioma* fol. 38. 4. *Hieroſ. Megillah* fol. 72. 1.

§. Quamdiu Simeon iuſtus vixerat, caper qui die expiationis emittebatur, deiectus de praecipitio ſemper comminuebatur, ſed poſt obitum eius, aufugit viuus in deſertum, et fuit a Saracenis comeſtus; ſors etiam quae illo die proiici ſolebat, non ſemper ad dextram vt ſolebat, ſed etiam ad ſiniſtram prodiit: *Hieroſ. Ioma* fol. 43. 3. Quae manifeſta erant ſigna deficientis cultus ceremonialis appropinquante Chriſto.

Decimo die menſis Tiſri varia contigerunt Iſraelitis memoratu digna. *Tanch.* fol. 41. col. 2. circ. init. De ſeceſſione in Parhedrin ſummi ſacerdotis. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 1. p. 302. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 2. it. p. 30. In feſto Expiationis octodecim animalia mactabantur, et miniſterium circa iſta non competebat niſi ſummo ſacerdoti. *Maimon.* Iom Haecipur. cap. 1. §. 1. 2. Varia de feſto hoc, et quaenam immunditiei ſpecies illud expiet. *Scheuuoth.* Cap. 1. miſchn. 1. 2. 3. 4. ſeq.

Digitized by Google

ſeq. In feſto expiationis obſignantur libri viuentium et mortuorum. *Tanch.* fol. 12. col. 2. p. init. In ſeptem illis diebus ante feſtum expiationis, die nimirum tertio et ſeptimo conſpergunt Sacerdotem S. puluere vaccae, ne forte immundetur in mortuo inſcius. *Maim.* l. c. §. 4. Die nono Tiſri, qui diem expiationis antecedit, edendum et bibendum. *Edzard.* Berachot. p. 81. Quare Sacerdos S. in feſto expiationis non ingreſſus ſit Sanctum Sanctorum veſtibus aureis. *Rabboth.* fol. 154. col. 2. med. De eo quod extraordinarium fuit in Pontifice Maximo hoc die feſto. *Petr. Zorn.* l. c. p. 290. Omnia miniſteria cultus quotidiani in feſto expiationis perficiebat ſolus Sacerdos S. in veſtibus aureis, miniſteria autem huic feſto propria perficiebat in veſtibus albis. *Maimon.* Iom Haccip. Cap. 2. §. 1. Quotiescunque alias atque alias veſtes indueret Sacerdos S. in hoc feſto, toties lauare debebat. *ibid.* §. 2. Quod ſi Sacerd. S. ſenior eſſet aut aegrotus, excandeſcere faciebant laminas ferreas in igne, et proiiciebant eas in aquam ad pellendum aliquo modo earum frigiditatem, aut etiam aquas admiſcebant calidas. *ibid.* c. 1. §. 4. De variis huius diei Praeferentiis, priuilegiis et honorum ſignificationibus. *ibid.* c. 2. §. 5. De confeſſione, quam edere debebat Sacerd. S. pro ſe et domo ſua. *ibid.* c. 2. §. 6. cap. 4. §. 1. Decem vicibus Sacerd. S. in hoc die pronuntiabat nomen יהוה ſecundum ſcripturam ſuam. *ibid.* Cap. 2. §. 6. Simulac audiret populus pronuntiatum a Sacerdot. S. nomen יהוה, procidebant in facies et benedicebant. *ibid.* §. 7. De ordine, quo ſingula perficiebantur in hoc feſto. *ibid.* cap. 4. tot. De modo confeſſionis in feſto expiationis. *Rabboth.* fol. 137. col. 1. ante fin. De precatione Sacerdotis S. in hoc die, cum egrederetur Sanctum S. *ibid.* fol. 152. col. 4. ante fin. Iuuencus a Sacerd. S. in

S. in feſto expiationis mactatus, expiabat tantum ſuper ſacerdote. *Schevuoth.* Cap. 1. miſchn. 7. Si moreretur Sacerd. S. antequam mactaſſet iuuencum pro ſuis peccatis, ſubſtitutus eius non debebat alium iuuencum. *Maim.* l. c. cap. 5. §. 13. De ſortibus, quibus eligebantur hirci. *ibid.* cap. 3. §. 1. et 2. Sacerd. S. ſi in die expiationis extra miniſterii tempus ſanctum ſanctorum ingrederetur, reus erat mortis per manus coeli inferendae. *Maimon.* Biat Hammikd. cap. 2. §. 3. De Sacerd. S. cum ſuffitu ſacro ſanctiſſimum ingrediente. *Tanch.* fol. 33. col. 4. circ. fin. et fol. 34. col. 1. init. De ſparſione ſanguinis hoc die peragi ſolita. *Maimon.* Jom. Haccip. c. 3. §. 5. it. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 296. Quomodo Sacerd. S. legerit. *Maimon.* l. c. cap. 3. §. 9. Quomodo inter legendum benedixerit. *ibid.* §. 11. De ſacrificiis ſuperadditis in feſto expiationis. *Maim.* Tamid. c. 10. §. 1. De variis caſibus conſcientiae circa miniſterium ſacerdotis S. in feſto expiationis. *Maim.* Jom. Haccip. cap. 5. tot.

* EZECHIEL. Ezechielis prophetae ſepulchrum. *Wagenſeil.* Sota. p. 717. De lectione Ezechielis. vid. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. 1. p. 384. Ezechielis librum e canone eiicere voluerunt Judaei. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 487.

F.

FABIS veſcebantur iuuenes formoſi, *Daniel.* I, 12. vt per eructationes crepitusque (earum effectus) a concubitu eorum maſculo arcerentur Chaldaei. R. *Saadias* in loc. גריס של פול *faba freſſa ſomnum inducit*, idcirco eius vſus S. Sacerdoti prohibitus in die expiationis v. L. T. B. p. 480.

FACVLTATES ממון *Chriſtianorum* ſunt inſtar ſolitudinis (communes et expoſitae omnibus) primus qui

qui eas occupat, earum dominus eſt. *Bab. Bathra.* fol. 54.

§. Ob quatuor res facultates patrum familias traduntur fiſco regni. 1. Quod detineant obligationes iam ſolutas; 2. Quod mutuo dent in vſuram. 3. Quod peccantes non caſtigent; 4. Quod decernentes, vt eleemoſynae publice dentur, ipſimet nullas dent. *Succa* fol. 29. 1. de bonis immobilibus et mobilibus vid. Buxt. L. T. in קרקע.

✱ FAMES. Ob iudicia male adminiſtrata fames venit in mundum. *Tanch.* fol. 47. col. 4. p. init. Decies fames fuit in mundo. *Rabboth.* fol. 57. col. 3. poſt med. it. fol. 279. col. poſt med.

✱ FATVM. Cumprimum concipitur homo, omnia, quae ipſi euentura ſunt, fata ei determinantur a Deo. *Tanch.* fol. 39. col. 3. circ. fin.

✱ FAX quantum commodum praeſtet noctu iter facientibus. *Wagenſeil.* Sota. p. 478.

FEMINAE immunitatem a pluribus ritibus habent; hinc illae indulſiones. Feminae, ſerui et paruuli ad haec non tenentur. *Berachot.* cap. 3. 3. Feminae ſerui et paruuli non tenentur ad recitanda phylacteria nec ad geſtanda. H. *Kidduſchin.* fol. 61. 3. Omnes debebant in feſto magno comparere, excepto androgyno, ſurdo, paruulo, mulieribus etc. Chagiga c. 1. 1. Ad ſiclum ſoluendum non tenentur mulieres, ſerui, paruuli, Schekalim c. 1. פסחים של נשים רשות *Paſchata feminarum ſunt ex arbitrio*, i. e. ea etiam abſque reatu omittere poſſunt.

§. Matronae cuidam, de peccato quod Iſraelitae in confectione vituli commiſerunt, quaerenti, Reſpondit R. Eleaſar, *ne docta ſit mulier niſi quoad colum.* Dixit ei Hyrcanus filius eius, eo quod ei non reſpondetur verbo vno e lege, detrahet ea a nobis trecentos

coros

Digitized by Google

coros decimales annuatim. Cui ille, in ignem potius eant, quam tradantur verba legis feminae. Bab. Sota fol. 21. 2. in Gloſſ. V. etiam *Bammidbar* R. f. 135.

§. De mulierum loquacitate vid. Cabi.

§. Mulierum quatuor ſunt ſpecies, *guloſae*, *auſcultatrices*, *pigrae*, *zelotypae*. Bereſchit. Rab. Sect. 45. Qui mulieres multiplicat, multiplicat veneficas. Auot. c. 2. 7. Earum non valet teſtimonium, q. d. et *mentita eſt Sara* etc. Gen. XVIII, 15. Opifices omnes, qui pro eis laborant, apoſtatae ſunt. *Kidduſchin* 82. 1. Ex iis Rex eligi non debet. *Maimon. Hal. Melachim*. c. 1.

§. Qui mulierem non aſpicit cum intentione, perinde eſt ac ſi rem habuiſſet cum ea. *Tract.* כלה poſt init. *Nedar* 20. 1. *Sanhed.* f. 97. 2. Conf. *Matth.* V, 28.

§. Vxori haec officia debet maritus: curare aegrotam, redimere captiuam, ſepelire mortuam, ſuſtentare ipſam filiasque eius ex bonis ſuis, et filios ad dotis eius haereditatem admittere. *Maimon. Hal.* אישות c. 12. 1. qui tractatus tibi etiam plura alia circa mulieres ſuppeditare poterit.

§. Joh. IV, 27. diſcipuli mirantur, quod cum femina colloquium Chriſtus haberet, praecipue vero quod cum Samaritana: Expreſſe enim ſapientes ſtatuunt in *Erubbin* fol. 53. 2. אל תרבה שיחה עם אשה *ne multiplices colloquium cum femina:* Rigidiores adhuc ſunt in *Kidduſchin* fol. 70. 1. *Samuel dicit*, *non ſalutant feminam omnino*. Et in *Joma* fol. 240. 2. Ne colloquatur quis cum *femina in platea*, *imo ne quidem cum propria vxore*.

§. De mulierum ob adulterium ſuſpectarum potatione vid. *Aquae amarae*. Illum ritum Deus inſtituit, vt mulier viro iuncta exacte ſibi caueret, ne cor mariti aegritudine afficeret: nam etiam innocentes mulieres pleraeque omnibus ſuis facultatibus actionem illam ignominioſam redimerent. Hac ratione etiam magni et exitiales morbi ordinem domeſticum deſtruentes impediti fuerunt. *More Neuoch.* III. 49.

Feminae tenentur de precationibus, Meſuſa et benedictione pro cibo. *Berachot*. Cap. 3. miſchn. 3.

An exire debeat femina cum corona aurea in ſabbatho. *Tanch.* fol. 12. col. 3. poſt med. Vitam licentioſam ne agat, multumque prodeat in publicum. *ibid.* Feminarum et virorum diſcrimen. ap. *Wagenſeil.* Sota. p. 446. Feminam quomodo Deus creauit. *ibid.* p. 637. Feminae cum litteris diuinis ſint erudiendae. *ibid.* p. 434. et 471. Eruditarum exempla. *ibid.* p. 1120. Feminas intentius intueri non licet. *ibid.* p. 51. Feminis non cantandum. *ibid* p. 1066. Num in templo Hieroſolymitano habitauerint. *ibid.* p. 1119. Sine dolore parientium exempla. *ibid.* p. 249. Femineus ſexus Judaeis eſt in contemtu. *ibid.* p. 593. Feminae ſunt libidinoſae. *ibid.* p. 501. De feminis Judaicis aeque ac Chriſtianis varia in *Edzard. Auod. Sar.* Cap. 2. in *indice.*

FAMILIA materna אין קרויה משפחה non vocanda eſt familia. *Juch.* fol. 55. 2. hinc etiam genealogia Chriſti a marito Mariae deriuatur.

§. De familiis, quae officia templi obtinebant, vid. *Schekalim.* c. 5. 1. de illis vero, quarum officium erat templo circa lignum proſpicere, vid. *Taanith.* c. 3. 5.

§. De familiis illis, quae a tempore Eſrae vſque ad deuaſtationem templi et vrbis floruerunt, vide *hiſtoriam* noſtram *Doct. Miſnicorum.*

§. *Bab. Erubhin* fol. 51. 1. Laudantur familiae *Mamal*, et *Gorionis* Arumae in Galilaea, ob ſingularem ſuam liberalitatem. Ad familiarum conſeruationem apud Synedrium depoſiti fuerunt libri genealogici; de quibus v. ſ. l.

FANA celebriora olim haec quinque fuerunt; fanum ſcilicet Bel Babylone; fanum Nebo in Curſi; Tirathae in Mapheg; Zeriphae in Aſcalone; et Niſrae in Arabia. *Bab. Auoda Zara.* fol. 11. 2.

FEBRIS ardens curatur calculo, qui prodit e veſica, *Gittin* 69. 2. Febris internae et externae medicamenta *ibidem* narrantur. Pro calculo recipe tres guttas olei Cypri. *ibid.* Febris hyemalis grauior eſt febri aeſtiua. *Joma.* fol. 29. 1.

*FE

Digitized by Google

* FENESTRAE orientalium et templi quomodo fuerint comparatae. *Tanch.* fol. 33. col. 1. circ. med. it. fol. 63. col 3. circ. med. *Rabb.* fol. 215. col. 3. ante med. *it.* fol. 164. col. 3. p. init. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum. p. 142. Quot feneſtrae ſint in coelo. *Rabboth.* fol. 108. col p. init.

FERMENTVM. De fermenti et fermentali eiectione vid. בִּיעוּר. Exeunte die decimo tertio ante Paſcha בודקין את החמץ לאור הנר *inueſtigant fermentum per lucem candelae. Peſachim.* c. 1. 1. E verbis ſcribarum: Inueſtigant atque amouent fermentum initio noctis diei decimi quarti, idque per lucem candelae etc. *Maimon.* in חמץ ומצה cap. 2. *Idem ibid.* c. 1. Prohibitum eſt comedere fermentatum die decimo quarto a meridie, et porro vix ab initio horae ſeptimae. Prohibuerunt etiam ſapientes noſtri comeſtionem eius ab initio horae ſextae. Nec hora quinta comedunt fermentum, ne forte nubilus ſit dies, et ſic circa tempus error committatur. Ecce diſcis, quod licitum ſit fermentum comedere die decimo quarto, ad finem vſque horae quartae, at quinta non edendum. vid. plura apud *Paſcha.*

§. Matth. XVI, 6. dicit Chriſtus προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, quae verba diſcipuli proprie, non metaphorice, de fermento doctrinae intellexerunt: fuit quidem frequens vſus metaphoricus huius vocis in malam partem, de affectibus ſcilicet malis, et cordis prauitate, at rarior aut nullus de praua doctrina. De prauis affectibus ſonat locus *Bab. Berach.* fol. 17. 1. *Domine ſeculorum, libenter voluntatem tuam perficeremus; aſt illud, quod impedit, tu ſubde* שאור שבעיסה ושעבוד מלכיות *fermentum ſcilicet, quod eſt in maſſa, et tyrannidem regnorum* (Ethnicorum) Gloſſ *fermentum, quod in maſſa, ſunt praui affectus, qui in cordibus noſtris nos fermentant.* Idem ſenſus eſt loci *Bab. Roſch Haſchana* f. 3. 2. כורש החמיץ *Cyrus fermentatus eſt*, id eſt, deterior et peior euaſit. De deliberatione in iudicio, non autem de doctrina, intelligendus locus *Kimchi* in *Eſai.* I, 17.

Dicunt Rabbini: beatus eſt ille iudex, qui fermentat iudicium ſuum.

§. Quo fermento vtendum, quo non, anxie definitur *Hieroſ. Schabbath.* fol. 3. 9.

Fermentum in altari non offerendum. *Maimon.* Iſſure Misbeach c. 5. §. 1. ſeqq.

De FESTIS generalia quaedam. In feſto foſſam nouam האשורן non faciunt, corruptam vero inſtaurant; reparant etiam vias et plateas et aquaeductus, quaeque deinde publicam vtilitatem ſpectant. Sepulchra etiam conſignant, et exeunt ad eradicanda mixta: *Moed Katon* c. 1. 2. Agrum ſiticulorum in feſto irrigare licet, v. ſ. l. (conf. ſupra p. 24.) licet fornacem, foculos, et molas erigere; *Moed Katon* c. 1. 9. vid. *ſepulchra fodere; Qui oliuas ſuas* etc. Hos *Radunt* etc. Haec *ſcribi in feſto* etc. *Luctum* etc. Cardinem, canalem, vectem, ſerram vel clauem, ſi forte fortuna frangantur, redintegrant in feſto, hac tamen conditione, ne quis talium reparationem ex intentione differat ad feſtum. Condire etiam licet ea condimenta, quae in feſto edi poſſunt. Licet vnicuique fructus ſuos in feſto in domum introducere; ne illos ſubducant fures; extrahere etiam linum ex areolis, in quibus iacet, ne corrumpatur, modo id data opera in feſtum non diſtulerit. Seruos, iumenta in feſto non niſi ad vſum feſti comparare et conducere licet. Illicitum eſt in feſto remouere vaſa ex domo in domum; ſed in atrium licet. Abſciſſas ficos in feſto ſtramine obtegere licet. Qui fructus tegmina et vaſa vendunt, id ſecreto ad neceſſitatem feſti facere poſſunt. *Moed Katon* c. 1. 10. et c. 3. 1. Ex quo deuaſtatum eſt ſanctuarium, עצרת feriae eodem modo ſe habent ac Sabbathum. Et nunc ſapientes feriam feſtis ſolennibus, initium anni autem et diem expiationis Sabbatho aſſimilant. Simeon Cyrenaeus ἀπ' ἀγροῦ in feſto ligna attulit, quod illicitum non fuit. *Betſah* fol. 31. 1. *die feſto* מביאים עצים מן השדה *important ligna ex agro vel collecta in vnum, vel*

מן הקרפף *a loco aliquo circumſepta, vel ſparſa:* Si ſcilicet, vt Gloſſ. notant, locus ille vltra limites Sabbathicos non diſtet.

§. Ob infinitam multitudinem populi, ad feſta confluentis, vide *Comparere in feſto* etc. Tentoria circa vrbem Hieroſolymitanam fixerunt, aſt intra terminos Sabbathicos, ne nimis coarctarentur ex anguſtia vrbis. *Gloſſ.* in *Peſachim* fol. 95. 2. Maneque conuertens te redibis ad tentoria tua. Deut. XVI, 7. *Nocte feſti prima pernoctandum erat intra Hieroſolymam. Exinde licitum erat commorari extra maenia, aſt intra terminos Sabbathicos. Illud ergo quod dicitur, ibis ad tentoria tua, hoc vult, ibis ad tentoria tua, quae extra maenia Hieroſolymae, at nequaquam in domum tuam.* Vid. *Aben Eſram* in *Deut.* XVI. Haec lucem afferunt profectionibus illis, quas Chriſtum in feſtis ad montem oliuetum feciſſe legimus. De annuntiatione feſtorum per nuntios vid. *Roſch Haſchana* cap. 1. verſ. 3.

Quomodo feſta Chriſtianorum appellare ſoleant Judaei, *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. 1. pag. 608. not. Chriſtiani cum feſta celebrant, quid Judaeis obſervandum. *Wagenſ.* Sota. p. 775. Quaenam ſint feſta idololatrarum. *Auod. Sara* Cap. 1. miſchn. 3. Triduo ante feſta idololatrarum non licitum eſt eum ipſis verſari. *ibid.* miſchn. 1. De origine et cauſis feſtorum ſolenniumque dierum, quos olim Judaei in terra Canaan, hodieque in exilio agitare conſueuerunt, Diatribe: Autore *Joh. Meyero*, Amſtel. 1693. De Judaeorum tribus feſtis maioribus *Cramerus* ad Cod. Succa p. 2. et 542. De tribus officiis Judaeorum in tribus feſtis maioribus praeſtandis, *ibid.* p. 293. Tria maiora feſta cur inſtituerit Deus. *Tanch.* fol. 30. col. 2. poſt med. Quaenam et quotuplicia Hebraeorum fuerint feſta, vid. *Iſingii* Exercitt. in Pentateuch. p. 138. Quot vicibus cibum capere liceat in feſto. *Tanch.* fol. 75. col. 1. circ. fin. Feſto die non licet Ju-

P 3 daeis

daeis coquere cibos in proximum Sabbathum, niſi adhibitis certis ritibus. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 511. Senior rebellis in feſto debebat occidi. *Sanhedr.* Cap. 10. miſchn. 4. In diebus feſtis omnes ſacerdotes, licet ἐφημερία eorum nondum aduentaſſet, poterant obire miniſterium. *Maimon.* de Vaſ. Templi. Cap. 4. §. 4. et *Tamid.* cap. 10. §. 12.

De FESTO Expiationis vid. *Expiationis* etc.

De FESTO Paſchatis vid. *Paſcha.*

De FESTO Tabernaculorum vid. *More Neuoch.* III. 21. *Buxtorf.* Synag. c. 21. *Schindler* ad סוכה *Joſeph. Antiq.* III. c. 11. Machſor Hiſpanorum Judaeorum et Germanorum ferme clauditur hoc feſto, propter Hoſannas ſiue Euchariſtias; nec non eccleſiarum orientalium. *Offic. Maron.* 555.

§. Feſtum Tabernaculorum inſequebatur feſtum Expiatorium, ſed in illo tanta ſolicitudine ſummo ſacerdoti munia non erant obeunda, maiori etiam laetitia erat celebrandum. Die XI. menſis Tiſri turbae, quae Hieroſolymam confluxerunt, ſe ante feſtum purificabant, et parabant ad feſtum neceſſaria, qualia erant tentoriola, poma citrea, faſciculi palmarum et ſalicum. Die XIV. vulgo tondebantur in honorem feſti. Die XV. menſis Tiſri erat primus Scenopegiae. Summa cultus omnium dierum Scenopegiae recenſetur in *Hieroſ. Succa* c. 5. *Summo mane offerebatur ſacrificium iuge, deinde ſacrificia additionalia, deinde oblationes votiuae. Poſt haec ad prandium ſe conferebant; Prandio peracto ad ſtudium legis. Hoc inſequebatur ſacrificium veſpertinum. Tandem dies claudebatur libatione et effuſione aquae.* In additionalibus illis ſacrificiis notandum 1. maximum ipſorum numerum fuiſſe, ita vt cum ſacrificiis iugibus 215. pro ratione annorum, quibus Iſraelitae in Aegypto degerunt, fuerint. 2. Oblationes illas ſemper inaequali numero factas fuiſſe; nam die prima feſti oblati

lati

lati fuerunt tredecim iuuenci, die ſecunda vero ſo-lummodo duodecim, et ſic ſemper decreſcendo: Cu-ius diminutionis ratio non ita facile reperiri poteſt. R. *Sal. in Num.* XXIX. dicit, id factum eſſe, ad ſignificandum 70. *nationes, quae per* 70. *iuuencos denotantur, ſemper diminui et in peius ire debere.* Abarb. vero in eund. l. 70. *illos iuuencos denotare aetatem hominis, quae ſingulis annis aliquid de ſuo vigore amittit.* In his ſacrificiis offerendis ita verſati ſunt, vt omnes 24. ſtationes ſingulis diebus aliquid haberent, quod offerrent, vid. *Succa.* c. 5. in *Tamid.* c. 5.

§. Leu. XXIII, 40. praecipit Deus, vt ad hoc feſtum celebrandum ſumant *termites arborum ſpecioſarum, palmas et ſalices torrentis;* Sadducaei (inquit Aben Eſra in h. loc.) exiſtimarunt, ramos et palmarum ſpathas ad tentoria applicandas eſſe; ſed Phariſaei conſtituerunt, vt manibus ferrentur. Poſtquam itaque primus dies feſti illuxit, ramos palmarum, myrti, ſalicumque parabant, et illos colligabant aureo vel argenteo aut etiam alius generis filo, ſemperque eos in manu geſtabant. Si quis petit Synagogam, aut viſitat aegrotantem, aut alia charitatis obit, hunc לולב *faſciculum* in manu habere debet. Templum abſque illo non adeunt, imo ſingulis diebus expreſſe illum in templum portant. *Maimon.* in *Succa.* c. 7.

§. Erat quidam locus non multum diſtans Hieroſolyma, qui vocabatur מוצא, eo deſcenderunt in feſto tabernaculorum, et decerpſerunt ramos ſalicum perlongos, atque abeuntes locarunt eos iuxta latera altaris, incuruatos, ita vt capita eorum in verticem altaris declinarent. *Succa.* c. 4. 5. *Salix* dicit *Hieroſ Succa.* fol. 55. 1. יסוד הנבואה *eſt fundamentum prophetiae:* Quod ita intelligendum, ſalices illae maximo cum gaudio et caedebantur, et geſtabantur, at (vt alibi dicunt) ſpiritus ſanctus non deſcendit, niſi ſupra gaudentes.

§. Poſtquam proſpexerant ſibi de faſciculo, quem manu geſtarent, et alio, quem ad altare collocarent, ſemel ſingulis diebus atrium ingrediebantur, et faſciculos manibus tenentes altare circumibant hoc occinentes אנא יהוה הושיעה נא ה' הצליחה נא: *ſalua, obſecro, nunc Domine, proſpera, obſecro, Domine.* At die feſti ſepties circuiuerunt. *Maimon.* in *Succa.* c. 6.

§. In feſto Scenopegiae cani ſolitum eſt *Hallel magnum*, id eſt, Pſalmi CXIII. CXIV. CXV. CXVI. CXVII. CXVIII. Dumque ab vno occinerentur verba Pſalmorum, a toto coetu aliquando reſponſum eſt ad quasdam clauſulas *Halleluiah*, aliquando agitati et quaſſati ſunt faſciculi, ad clauſulas iſtas הודו לה' *gratias agite Domino*, in initio Pſal. CXVIII. et fine. Item ad clauſulam *ſalua, obſecro. Succa.* c. 3. 9. Agitatio faſciculorum fuit dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, deorſum. *Bab. Succa.* fol. 27. 2. Ratio horum faſciculorum fuit myſtica; in initio anni in judicium prodeunt Iſrael et nationes mundi, cumque ignorent, quinam juſtificandi, quinam rei, praecepit Deus, vt laetarentur cum faſciculis hiſce, ſicut homo exiens e conſpectu judicis juſtificatus laetatur. Rab. Aſcher in Succa, fol. 66. 2. 3.

§. Vidimus ipſos in feſto hoc vna manu geſtare faſciculum; ſed traditione receperunt altera manu האתרוג *malum citreum* ferendum eſſe. In lege nullum expreſſum de hoc ritu extat praeceptum, ſed credunt, citreum intelligi per פרי עץ הדר *fructus arborum ſpecioſarum.* Leu. XXIII, 40. Ita *Talm. Hieroſ. in Succa.* fol. 53. 2. rem ita exponunt: *per* עץ הדר *intelligitur et fructus elegans et lignum ſpecioſum, at ambo habet citrus.* R. Leui inquit, *Citrus ibi vocatur* עץ הדר *quia* דר *ſtat et permanet ramis appenſa ab vno anno ad alterum.* vid. *Aruch* in הדר *Bab. Succa* fol. 35. *R. Salomoh* et *Baal Turim* in Leu. XXIII. Et certe Paraphraſis Chaldaica per עץ הדר l. c. etiam citrum intellexit. Quales qualitates mala haec citrea habere debuerint, longum hic eſſet referre. Omnes illas curioſitates apud *Maimon.* in

Succa

Succa Velulabh c. 8. reperies. Memorabilis eſt hiſtoria illius Sadducaei in *Bab. Succa* fol. 35. et *Toſapht.* ibid. c. 3. qui cum in feſto tabernaculorum aliquam partem cultus non obſeruaſſet, adſtantium malis citreis obrutus (vel vt Talmudici ſe exprimunt) lapidatus fuit. Cuius facti tamen deinde quidam Regi Jannaeo Sadducaeis addicto poenas dederunt. *Juchaſin* fol. 15.

§. Singulis diebus cum ſacrificium matutinum afferebatur, ſacerdos aliquis vaſe aureo ex fonte Siloah aquam petiit, et vino mixtam, poſt diſpoſita membra ſacrificii, libauit; populus adſtans ipſi ſolebat acclamare effundenti, *tolle manus;* ne forte aquam ad pedes ſuos eiiceret, ſicuti fecerat Sadducaeus ille malis citreis trucidatus, cuius modo mentionem fecimus. vid. *Toſapht.* in *Succa*. c. 3. Miſchnam c. 4. ad hanc libationem ordinarie canebatur *Hallel magnum*, de quo etiam iam diximus.

§. Poſtquam ita dies tranſactus erat ordinariis et additionalibus ſacrificiis, nocte appropinquante ſeſe accinxerunt ad laetitiam ניסוך המים *effuſionis aquae;* quae ceremonia tanto gaudio fiebat, vt dicant in Succa c. 5. מי שלא ראה שמחת בית השואבה לא ראה שמחה מימיו *Qui nunquam vidit laetitiam effuſionis aquae, non vidit vnquam vllam laetitiam.* Mane quidem cum aqua effundebatur, cultus reuerentia non permiſit, vt talem laetitiam oſtenderent, quali erant delibuti ſub veſperam, omni cultu peracto. Fiebat autem ille ritus hunc in modum, ſicuti ex *Succa* cap. 5. et *Maim. Succa* c. 8. apparet: In exitu diei primi feſti deſcenderunt in atrium mulierum, et ſcenam magnam ibi ordinarunt, in cuius tabulatis foeminae ſupra et viri infra ſtare poterant. Candelabra aurea ibi parietibus affixa, et ſuper ea ſimpula aurea: erantque quatuor ſcalae, quibus aſcendebant ad ea: quatuorque iuuenes ſacerdotum in manibus habentes ampullas continentes centum et viginti logos, infundunt in vnumquodque ſimpulum. Ex lacernis veſtimentorum cingulorumque ſacerdotum ellychnia fecerunt, quibus

accenderunt iſtas lampades, et non erat totis Hieroſolymis platea vlla, quae non coruſcaret ex iſta irradiatione. Viri magnates, religioſi et deuoti ſaltarunt coram iis, in manibus habentes ardentes faces, decantaruntque cantica et doxologias. Leuitae cum cytharis, nabliis, cymbalis aliisque inſtrumentis Muſicis absque numero ſteterunt in XV gradibus, quibus deſcenditur ab atrio Iſraelis in atrium mulierum, atque ediderunt canticum. Steterunt etiam duo ſacerdotes in porta ſuperiore, qua deſcenditur ab atrio Iſraelis in atrium mulierum, cum duabus tubis in manibus. Signo dato cecinerunt tuba et clanxerunt, et clangendo perrexerunt, donec peruenirent ad portam atrii orientalem. Cum illuc peruentum, facies ſuas conuerterunt ab oriente in occidentem, et dixerunt: *Patres noſtri hoc in loco, verſis ad templum dorſis et faciebus ad orientem, adorarunt ſolem: Nos autem facies et oculos noſtros ad Deum conuertimus.* Haec omnia in ſeram noctem protrahebantur, donec tandem ſopor et laetitiae ſatietas vnumquemque domum traherent.

§. Huius laetitiae cauſam affert *Maimon* Hal. *Succa Velulabb* cap. 8. שהשמחה שישמח אדם בעשיית המציה ובאהבת האל שצוה בהן עבודה גדולה היא *Quia magnus Dei cultus erat cum laetitia praeceptum legis implere*, Quare etiam non quiuis מן עם הארץ *ex plebeiis* coram Deo actor illius laetitiae eſſe poterat, ſed ſolum Magnates, Synedrii et Academiarum praeſides, viri denique inſigni pietate celebres. Reliqui vero ſpectatorum ſolummodo partes explebant. Tradit porro *Maimon* in *Succa* fol. 51. 1. Libationem illam aquae eſſe traditionem a monte Sinai; et Ionam Prophetam ſpiritu ſancto fuiſſe afflatum ex laetitia ob libationem hanc aquae. vid. reliq. Gloſſ. in loc. At ſi quaeras, quonam fundamento nitatur hic ritus, in anteceſſum reſpondet *Maimon. quod ſint abſtruſa quaedam ſigna eius in lege: Verum illi, qui non credunt legi traditionali, non credent hunc articulum de libatione aquae.* In ſpecie autem 1. producunt authoritatem

Digitized by Google

tatem Prophetae Eſaiae. Succa. fol. 50. 2. *Vocatur haec actio* בית שואבה *locus hauſtionis*, *quia ſic ſcribitur : et haurietis aquas cum laetitia* etc. Eſai. XII, 3. hinc laetitia illa vocatur שמחת תורה *laetitia legis :* vel propter legem, Eſaia enim LV, 1. aquas interpretantur de lege.

II. Addunt, quod hauſtio et libatio denotarit effuſionem Spiritus Sancti. *Bereſchit Rabb.* fol. 70, 1. *Quare vocant eam* בית השואבה *locum hauſtionis? Quia inde haurimus Spiritum Sanctum.* Gloſſ. in Succa. fol. 50. 2. *In Talmude Hieroſolymitano* (Succa fol. 55.) *exponitur, quod inde hauriant Spiritum Sanctum. Nam inſidet homini diuinus afflatus per laetitiam.* Hauſtio ergo aquae erat propter verba Eſaiae: laetitia pro aquis, vt ſymbolo legis, expectatio Spiritus Sancti ex hac laetitia.

III. Adiiciunt tamen porro in *Roſch Haſchana* fol. 16. 1. *Quare dicit lex, libate aquam in feſto Tabernaculorum? Dicit Sanctus Benedictus, Libate coram me aquas in feſto Tabernaculorum* כדי שיתברכו להם גשמי שנה *vt benedicantur vobis pluuiae anni.* Nam autumarunt, (notat Cl. Lightfoot) Deum in iſto feſto decreuiſſe et determinaſſe de pluuiis futuris anno ſequenti. Hinc illud loco iam allegato et *Taanith* fol. 2. 1. בחג נידונין על המים *In feſto Tabernaculorum iudicantur circa aquas.*

§. Ioh. VII, 37. cum vltimam diem feſti μεγάλην vocat Euangeliſta, loquitur ſecundum opinionem gentis: nam, ex inſtitutione Dei, non apparet aliqua dignitas huius diei ſupra primam; imo ſi conſideretur multitudo ſacrificiorum, vltima feſti dies omnibus inferior dici debet, vtpote in qua agni ſolum ſeptem et iuuencus vnus oblatus fuerit, die prima vero tredecim iuuenci et quatuordecim agni. Loquitur, inquam, Iohannes ex mente gentis; quia caeteris diebus ſupplicationes et ſacrificia fieri arbitrabantur, non tam pro ſe ipſis, quam pro reliquis gentibus, at die feſti octaua ſolum pro ſe ipſis. Hoc eſt quod dicunt in *Succa* fol. 55. 2. ע' פרים כנגד ע' אומות *Erant ſeptuaginta iuuenci,*

uenci, (qui in hoc feſto offerebantur) *ſecundum ſeptuaginta nationes mundi* פר יחידי למה כנגד אומה יחיד' *At ad quid iuuencus ſingularis? Pro gente ſingulari.* (*Iudaica ſc.*) Secundum Gloſſ. Deus non delectabatur a ſacrificiis illis et oblationibus pro gentibus factis, ſed tantum oblatione pro Iſraele. Hinc aeſtimarunt diem octauam non includi intra feſtum, ſed conſiderarunt ipſam vt diem feſtum per ſe ſeparatim. *Succa* fol. 48. I. שמיני רגל בפני עצמו *Dies octauus eſt feſtum per ſe ipſum.* In quo tamen homo tenetur *ad decantandum Hallel*, *ad offerendum ſacrificia Euchariſtica in laetitiam feſti*, *ad honorandum ipſum, ſicuti reliquos dies feſti.* In eo tamen non adhibuerunt סכה *tentoriolum*, nec לולב *ramos palmarum*, nec אתרוג *mala citrius*: aſt adhibuerunt נסוך *libationem aquae* ſicuti in reliquis diebus feſti. §. In exitu feſti tabernaculorum obſeruabant tempeſtatem, omen ex illa pro toto anno deſumentes. vid. *Tempeſtates* &c.

Feſto Tabernaculorum Iudaei Lectionem Pentateuchi abſoluere debebant, nimirum in nono eius die, quem diem שמחת תורה ſeu feſtum laetitiae Legis vocant. *Voiſin.* Pug. fid. p. 81. 2. De feſto Tabernaculorum varia affert *Tanch.* fol. 75. col. 1. circ. fin. ſequ. nec non *Cramerus* ad Cod. Succa in indice ſub litt. F. De ſacrificiis ſuperadditis in feſto Tabernaculorum *Maimon.* Tamid. Cap. 10. §. 3. LXX iuuenci offerebantur in hoc feſto die, *Tanch.* fol. 75. col. 2. ante med. Cur ex quatuor ſpeciebus faſciculos faciant in tabernaculorum feſto. *ibid.* fol. 55. col. 3. fin. ſeq. et col. 4. med. Cur Lulaf geſtent Iſraelitae. *ibid.* R. Chaiim ſcripſit librum de ritibus Lulaf et ceremoniis in feſto tabernaculorum. *Wolf* Bibl. Hebr. Part. I. p. 373. De Lulaf eiusque agitatione vid. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 247. in *Cramerus* ad Cod. Succa. in indice lit. L. De Hoſanna *ibid.* in indice. Quomodo ſacerdos, aquam in feſto taber-

nacu-

naculorum libans, ad altare ire debuerit, *Maimon.* Corbanot. cap. 7. §. vlt. De modo libandi aquam in feſto hoc. *idem.* Tamid. cap. 10. §. 6. ſeq. *Cramerus* ad Cod. Succa. in indice. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 20. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. 1. p. 37. not.

De FESTO PENTECOSTES. Inceperunt Iudaei a ſecundo die feſti Paſchatis ſeptem numerare ſeptimanas; quibus elapſis Feſtum erat Pentecoſtes, quod a ſcriptura Exod. XXIII, 16. vocatur *feſtum meſſis;* item *feſtum ſeptimanarum.* Deut. XVI, 10. a Iudaeis vero יום חמשים *Pentecoſtes.* *Maim.* in *Tamid* cap. 8. Rabb. Salom. in *Leu.* XXIII. vt plurimum etiam עצרת *Paraph. Chald.* Num. XXVIII, 26. *Abarbenel.* Lev. XXIII. cuius nomenclationis probabiliſſima ratio eſt, quod omnes oblationes primitiarum fructuum retentae fuerint vſque ad hoc feſtum. vid. *Maimon.* in *Biccurim* cap. 2.

§. Huius diei ſolemnitas haec erat: 1) omnes maſculi in eo comparere debebant, eadem ratione ac in Paſchate et feſto Tabernaculorum. Exod. XXIII, 16. 2) Offerebant duas placentas fermentatas de nouo illius anni tritico. Cauſam, cur in hoc feſto fermentatos offerre debuerint panes, in Paſchate autem azymos, hanc reddit Abarbenel, vti ſupra; Quia illi panes oblati in hoc feſto repraeſentabant ordinarium ipſorum panem ad quotidianum vſum deſtinatum, panes Paſchales vero memoratiui erant celerrimae et improuiſae ipſorum profectionis, quae non permittebat, vt panes fermentarent. Panes Paſchales erant loco ſigni et memorialis, ſed non ita panes Pentecoſtes. In Paſchate ſolum dicere poterant הילך מצה *Hic eſt panis azymus,* at in Pentecoſte dicere poterant הילך מצה וחמץ *Hic eſt panis azymus* (talis enim ad oblationem מנחה adhibebatur) *et ſimul fermentatus.* vid. *Talm. Ieruſ. Succa* c. 5. Placentae autem illae quadratae erant, ſeptem palmos in longitudine et quatuor in latitudine et altitudine habentes.

3) Cum

3) Cum illis placentis etiam offerebantur ſeptem agni, iuuencus vnus, arietes duo pro holocauſto, haedus vnus pro oblatione pro peccato, et duo agni pro ſacrificio pacifico. Hi duo agni debebant a ſacerdote cum placentis agitari, quod ſecundum Maimon. in Tamid cap. 8. ita fiebat: Sacerdos agnos adhuc viuos ſurſum et deorſum agitabat, deinde illos mactabat, excoriabat, et vnius aut alterius armum aut pectus ſumens prope panes collocabat, omniaque ita vna ſurſum deorſum, hinc illinc, et orientem verſus agitabat: Inteſtina comburebat, et reliquum carnis comedebat. Summus Sacerdos autem vnam ex placentis pro ſe deſumebat, altera vero inter משמרות *ordinem ſacerdotum* tunc cultui vacantem diuidebatur.

§. Huius feſti celebritatem non ſacrificiorum multitudo, ſicuti in aliis feſtis, praecipue autem tabernaculorum, faciebat, ſed memoria promulgationis Legis in Sinai.

De feſto Pentecoſtes conf. *Petr. Zornii* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 29. De duabus placentis in feſto hoc die oblatis *Maimon.* Tamid. Cap. 8. tot. it. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 499. ſeq. De agitatione Panum Pentecoſtalium ibid. §. 11. De ſacrificiis ſuperadditis in feſto Pentecoſtes *ibid.*

FESTVM חנוכה Encaeniorum originem ſuam habuit ab hiſtoria, quam 1 Macchab. IV, 52. legimus. Super quam ſic Ioſephus Αρχαιολογ. lib. 12. cap. 11. *Tanta voluptate capti ſunt in reſtauratione rituum ſacrorum, poſt tantum temporis, vt lege ſancirent poſteris, feſto celebrandam eſſe reſtitutionem rituum templi, per dies octo. Exinde ergo vſque nunc feſtum celebramus, illud vocantes lumina. Nomen tale indentes feſto, vt opinor,* quia praeter ſpem *talem libertatem ſumus adepti.* Talmudici in *Schabbath* fol. 21. 2. aliam rationem huius nominis repererunt, dicendo: *Aſmonaeos deuictis Regibus Graecis quaeſiuiſſe oleum, ſed non niſi vnam phialam, quae repo-*

repoſita erat ſub ſigillo ſummi Pontificis, reperiſſe, nec in ea ſatis fuiſſe, niſi in accenſionem pro die vna. Factum autem eſſe miraculum: nam accenderunt de ea in dies octo; Anno vero poſtero inſtituerunt et fecerunt dies iſtos dies feſtos.

§. Incipiebat hoc feſtum a 25 menſis Chislev, qui noſtro Decembri et Nouembri aliquo modo reſpondet; in diebus eius octo decantandum erat Hallel, de quo plurima apud *Maimon.* Prohibitum erat in illis lugere aut ieiunare. Veſpere ad oſtia domuum vnaquaque nocte iſtarum octo lucernas accendere debent; Praeceptum eſt, vt vnaquaeque domus accendat lucernam vnam. At ille, qui magis honorat praeceptum, accendit lucernas ſecundum numerum perſonarum, quae ſunt in domo. Ille vero, qui et vlterius honorat praeceptum, accendit lucernam pro vnoquoque, qui in domo nocte prima, et duplicat nocte ſecunda. Si ſint decem perſonae in domo, accenduntur nocte prima decem lucernae, nocte ſecunda viginti, tertia triginta, ita vt nocte octaua ſint lucernae octoginta. *Maimon.* Hal. *Chaniba.* c. 3. et c. 4. Mortuus erat filius vxoris טרקינוס *Tarquinii* in feſto dedicationis; accenderunt Iudaei tamen lucernas, quod ipſis male ceſſit, quia imputatum ipſis eſt, quaſi ob mortem filii laetarentur. *Echa Rabbati* fol. 80. 1. Hinc iudicat Maimon. tempore periculi et perſequutionis licere lucernas intra domum collocare.

§ Paſcha, Pentecoſte, Scenopegia, non poterant niſi Hieroſolymis celebrari: verum Encaenia celebrabantur vbiuis per totam regionem: Hinc illud in *Roſch Haſchana* fol. 18. 2. גזרו תענית בחנוכ' בלוד *Indixerunt aliquando ieiunium intra feſtum Encaeniorum in Lydda.* Et Maimon. l. m. c. *Itinerans, pro quo accendunt lucernam domi ſuae, non opus habet, vt pro ſe accendat ibi, vbi itineratur.*

De lucernis feſti Encaeniorum *Tanch.* fol. 63. col. 2. p. init. De feſto Encaeniorum, lucernisque in

eo

eo accendendis, vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 420.

De FESTO PURIM vid. Buxtorf. Synag. c. 29. dicitur Hebr. פורים *ſortium*; celebratur 14. et 15. Februarii; Hodiernis Iudaeis non tam feſtum eſt quam Bacchanalia; nec a feſtiuitatibus abhorruerunt Priſci, hinc illud *Megillae* fol. 7. 2. *tenetur homo in feſto Purim eo vſque inebriari, vt nullum diſcrimen norit, inter haec: Maledictus Haman, et Benedictus Mardochai.*

§. In feſto Purim priſcorum iuuenes et pueri fecerunt effigiem Hamanis, eamque primo poſuerunt in tectis aedium, (in memoriam patibuli, in quo fuit ſuſpenſus) deinde faciunt rogum, et effigiem proiiciunt in ignem, laetique circumſtantes vociferantur, cantant et hilariter inſtrumentis Muſicis ludunt; habuerunt etiam latum annulum, qui in igne ſuſpenſus eſt, per quem ſaliuit ab vna parte ignis ad aliam. vid. *Ialkut* in leg. 171.

De feſto Purim vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1269. et *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 450. De Feſto Laetitiae Legis *Voiſin.* Pug. fid. p. 81. 2. *Edzard.* Berachot. p. 243. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 374. De feſto collectionis frugum *ibid.* p. 5. De feſto Encaeniorum *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 36.

De FESTIS minoribus, qualia ſunt initium anni noui, et nouiluniorum, vid. ex Roſch Haſchana apud *Nouilunia.*

De origine et cauſſis feſtorum ſolenniumque dierum, quos olim Iudaei in terra Canaan, hodieque in exilio agitare conſueuerunt, Diatribe: Autore *Iohanne Meyero,* Amſtelod. 1693. De feſtis primorum Chriſtianorum *Guil. Caue* in Libro Primitiue Chriſtianity P. I. c. 7. pergit ibi ad alia feſta, quorum tum non niſi tria viguiſſe oſtendit, Paſchatis nempe, Pentecoſtes, et Epiphaniae. conf.

Wit-

Digitized by Google

Wittenb. A. und N. anno 1701. p. 116. et anno 1702. p. 191. et 738. et *Act. Erudit.* anno 1693. p. 540.

FICVS. Fuerunt ficus in Iudaea, quas vocarunt שיתין דופראי. Quia bis in anno fructus ſuos proferebant; דופראי autem dixerunt quaſi duplices fructus, ex די quod pro *duo* ſumunt et פרי *fructus*. *Demai* cap. 1. §. 1. in *Maimon. Com.*

§. Varia memorantur genera ficuum a Talmudicis, praeter vulgares illas, quae in hortis creſcebant et paradiſis. 1. שיתין de quibus modo ex Demai. Gloſſa dicit, fuiſſe תאני מדבריי *ficus ſilveſtres*. 2. fit loco citato mentio ficuum quae בנות שקמה ab ipſis nominabantur, et quae ſecundum aliquos fuerunt fici Platano inſitae. 3. Aliud genus ficuum erat, quod ברטאות et aliud quod בנות שוח appellabatur, quae ſpecies poſterior erat fructificationis admodum inuſitatae. Nam de illis ſic inſit Gloſſa ad *Scheuiit* c. 5. v 1. בנות שוח *protrudunt fructus vnoquoque anno; at non ad maturitatem perducunt niſi anno tertio. Ita vt in arbore iſta conſpici poſſit vnoquoque anno triplex fructus, anni ſcilicet praeſentis et praeteriti, atque anni iſtum praecedentis. Sic ficus* ברטאות *fructum perducunt ad maturitatem duorum annorum ſpatio* etc. Addit *Gemara Hieroſ.* vniuscuiusque anni fructus dignoſci potuiſſe per appenſa licia et affixa appendicula. Niſi dicamus Math. XXI, 19. et Marci XI, 13. arborem illam, cui Chriſtus maledixit, ex hoc genere ficuum בנות שוח ſcilicet fuiſſe, nulla ratio illum locum explicandi nobis remanet. Nam ſi communis fuit ficus, et ſecundum Marcum *tempus ficuum nondum aderat*, cur quaeſo Chriſtus arbori maledixiſſet pro ſua natura agenti? Chriſtus reperit τὰ φύλλα, at in ordinariis arboribus menſe Niſan, cuius die vndecimo, Chriſtus hanc maledictionem fecit, nulla adhuc folia erant, ſed ſolum procrepere incipiebant, vid. Gloſſ. in *Bab. Peſachim* fol. 52. 2. ad haec verba משיוציאו כל האילנות Verum ſi dicamus hanc ficum ex genere בנות שוח fuiſſe, omnia

clara ſiunt; Per clementiam aëris huic ficui adhaeſerunt, vt diximus, trium annorum fructus ſimul cum foliis; Chriſtus ambulans ἐπὶ τῆς ὁδοῦ in loco publico (quem Talmud. מופקר nominant contradiſtincte ad שמור quod locum ad peculiarem aliquem Dominum pertinentem denotabat) vidit arborem ἔχουσαν φύλλα *folia habentem*, (quod praeſupponit, reliquas ficus iſtius loci foliis caruiſſe); folia praeferebant ſpem ficuum ab annis praecedentibus iam exiſtentium, nam praeſentis anni ficus Chriſtus nec expectauit, nec expectare potuit, cum tam parum adeſſet καιρὸς σύκων, vt abeſſet fere per ſpatium quinquemeſtre. Si itaque haec ficus ſecundum ſuam naturam egiſſet, debuiſſet duorum ſaltem annorum praecedentium fructus exhibere Chriſto; at vt diſcipulis eſſet emblema poenae infligendae Iudaeis ob eorum ſpiritualem ſterilitatem ac hypocriſin, diuina ordinatio voluit, vt quidem folia ſigna fructus prae ſe ferrent, fructu tamen arbor careret omnino. Quare quoque iuſtam paſſa eſt vindictam, poſtquam (ſi ita loqui licet) Domini ſpem ſefellerat. Marcus ergo in clauſula iſta, quae maxime interpretes torquet, οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων non ſtricte et ſolum rationem reddit, cur ficus non inuenerit Chriſtus: Sed rationem reddit totius actionis, cur ſcilicet in monte iſto ficubus abundanti, vnam tantum viderit, cui folia talia, eamque conſpectam e longinque adierit. Ratio inquit haec erat; *Quia non erat tempus ordinarium ficuum:* quod ſi fuiſſet, a ficubus vndique circumſtantibus decerpere potuiſſet; at cum non eſſet, ab hac ſola erat expectatio, quae de genere פרסאות aut בנות שוח videbatur; quae nunquam foliis ac ficubus caruerunt. Hanc hujus loci explicationem a Cl. D. Leigtfooto didicimus.

De variis ficuum generibus, eaque, cui maledixit Chriſtus vid. *Edzard.* Auod. Sar. cap. I. p. 284. ſeqq.

FILIVS immorigerus Heb. סורר Reus eſt lapidationis; aetas autem eius, qua immorigerus fieri capax eſt

eſt, ita definitur. Filius immorigerus talis declaratur, quando duos pilos produxerit, quando veſtitus eſt barba תחתון; ſi comedere poteſt carnis dimidiatam minam, et bibere poteſt vini Italici ſextarium dimidiatum. Non declaratur immorigerus niſi furatus patri apud exteros voret. Alterutro parentum nolente non declaratur filius immorigerus, vſque dum ambo id petant. Si mater eius patri non conueniat, aut ſi alteruter parentum ſit mancus, aut claudus, aut caecus aut ſurdus, non declaratur talis. Si admonitus aut virgis caeſus coram triumuiris ad ingenium redit, iudicio XXIII iudicandus ſiſtitur. Filius immorigerus iudicatur propter שם סופו *Id quod tandem deueniet*, ſi nulla cenſura corriperetur. *Sanhed.* cap. 8. miſchn. 1. ſeq.

In genere de *filio* et *filia* variae inter Hebraeos ſunt diſceptationes. Num mater poſſit deſpondere filiam? *Wagenſeil.* Sota. p. 452. Filiam pater quomodo deſpondeat. *ibid.* p. 451. Filiam patri quo caſu vendere liceat. *ibid.* p. 450. Filium pater quomodo Naſireatui deuoueat. *ibid.* p. 447. ſeq. Filius tum acceptiſſimus eſt patri, quando primum incipit adoleſcere, circa annum forte aetatis tertium vel quartum. *Tanch.* fol. 32. col. 3. poſt init. Filiorum ſepultura eſt ſatisfactoria pro peccatis. *Edzard.* Berachot. p. 182 et 186. In ſpecie de *filio immorigero* tradunt, quod filius patrem aut matrem verberibus excipiens, ſtrangulatur. *Sanhed.* cap. 11. miſchn. 1. Qui maledixerit parentibus, grauius punitur, quam qui eos verberauerit. *ibid.* cap. 11. miſchn. 1. Quicunque filium non caſtigat, degenerem eum facit. *Tanch.* fol. 18. col. 3. ſeqq. Filius immoriger grauior eſt in aedibus, quam bellum Gog et Magog. *ibid.* col. 4. fin. Maledicens parentibus cum expreſſione nominis diuini. Edzard. Auod. Sar. Cap. 2. p. 285.

FLAGELLATIO. Hi flagro percutiuntur. Qui concumbit cum ſorore ſua, vel amita, vel mater-

 tera,

Digitized by Google

tera, vel ſorore vxoris, vel glore, vel vxore patrui, vel cum menſtruata, vel cum vidua, ſi ſit ſacerdos ſummus; vel cum repudiata, et cui calceus traditus eſt, ſi ſit ſacerdos gregarius, vel cum ſpuria et Nethinaea, ſi ſit Iſraelita, vel cum Iſraelitide, ſi ſit ſpurius vel Nethinaeus. Ob viduam et eandem repudiatam tenentur duplici nomine. Pollutus qui ſacrum comederit, qui in ſacrarium ſe immundum intulerit, qui adipem, ſanguinem, immundumque comederit. Plura alia quibus ſuperſedemus, reperies in *Maccoth* c. 3. miſchn. 1. ſeqq.

§. Sontem quadraginta, vno minus, verberibus afficiunt, nam illud Deut. XXV, 2. 3. exponendum eſt numero, qui proximus eſt quadragenario. *Maccoth* Cap. 3. miſchn. 10. Hinc patet quid velit Paulus, dum 2 Cor. XI, 24. ſe a Iudaeis quinquies accepiſſe quadragenas plagas, vna minus, aſſerit. Non adiudicatur plagis, niſi quae trifariam diuidi poſſint. Si XXXX. ferre poſſe aeſtimatus fuerit, et parte tolerata, videatur reliquum ſuſtinere non poſſe, dimittitur.

§. Flagellatio ita ſit. Aſtringuntur manus rei ambae ad columnam; Tum miniſter publicus veſtem eius arreptam detrahit, ſiue rumpatur, ſiue diſſuatur, vſquedum denudet pectus. Lapis pone illum collocatus eſt, in quo ſtat lictor, manu tenens lorum bubulum complicatum, primo vt ex ſimplici ſit duplex; iterum vt ex duplici fiat quadruplex. In illo duo lora ſunt quae aſcendunt et deſcendunt. Manubrium palmi longitudinem habet, latum eſt palmum; extremitas eius ad os ventris pertingit. Hoc cum ferit trifariam, ita vt trientem ictuum aduerſo, beſſem auerſo infligat. *Maccot* c. 3. v. 12. 13. 14. 15. vid. *Maimon. Hal. Sanhed.* cap. 17. *Buxtorf. Epiſt. Ded. Abbreuiat.* Si quis flagellatus fuerit, et deinde reciderit, iuſſu iudicum arcae inditur, et hordeo cibatur, donec rumpatur venter eius. Sanhed. cap. 9. 5.

§. Qui flagellabatur ad numerum 39. plagarum vocatur flagellatio eius מלקות; ſed ſi quis rebellis eſſet in verba legis et ſcribarum, nulla denique admonitione a mala ſua via deterreri poſſet, ille percutitur מכת מרדות

per-

percuſſione contumaciae, ſine menſura aut aeſtimatione, ſine numero tripertito, donec animam exhalet. *Malkus* infligitur propter transgreſſionem praeceptorum negatiuorum, et מכת מרדות propter transgreſſionem praeceptorum affirmatiuorum. vid. *Aruch* in לקה et *Maimon* in *Sanhed.* c. 16. §. 3. et c. 18. 5.

Flagellatio per tres Iudices poteſt decerni. *Sanhed.* Cap. 1. miſchn. 2. Quare homo in flagellatione 40 afficiatur plagis. *Tanch.* fol. 60. col. 1. fin. it. *Rabboth.* fol. 150. col. 3. ante fin. Flagellatio ſpontanea eſt ſatisfactoria pro peccatis. *Edzard.* Berachot. p. 185. ſeq. Flagellatio liberat a poena excidii. *Rabboth.* fol. 180. col. 3. poſt med. conf. *Maccoth.* cap. 3. miſchn. 15. Non flagellabatur reus ſtans, aut ſedens, ſed inclinatus. *ibid.* miſchn. 13. Qui flagellabat, vna manu caedebat totis viribus. *ibid.* Si quis flagellabatur, praeco alta voce exclamabat et recitabat textus quosdam biblicos. *ibid.* miſchn. 14. Si quis inter flagellandum ſe conſpurcauerit, vt vel excrementa vel lotium emiſerit, liber erat, *ibid.* Etiam mulieres flagellabantur coram Synedrio. *Tanch.* fol. 70. col. 2. circ. fin. De duobus flagellationum generibus vid. *Petr. Zornii* opuſc. Sacr. tom. 2. p. 313. et p. 793. it. de fiſco Iud. p. 352.

✱ FLVMINA quantum ſpatii in ſingulos dies curſu ſuo conficiant. *Wagenſ.* Sota. p. 713.

✱ FLVXVS viri grauior habetur, quam mulieris. *Tanch.* fol. 50. col. 4. poſt med.

✱ FOCVS. De loco focario tam magno, quam paruo vid. ſupra בית המוקד p. 85.

FOENORARIA negotiatio apud Iudaeos a duplici genere hominum peracta eſt, 1. a שולחנים *Menſariis*

ſariis τραπεζίταις (Matth. XXV, 27.) qui מוכרו מטבעות *vendebant nummos;* et Menſarii nominabantur, *quia coram ipſis erat menſa, ſuper quam emebant et vendebant. Aruch.* 2. a חנוניים *Tabernariis*, qui ſuum foenus praecipue exercuerunt in fructibus vendendis et emendis; horum ſaepius mentio fit, dum Talmudici de *decimis* tractant, magnum numerum tabernarum ſuarum habebant in atrio exteriori templi. vid. *Tabernae.*

Qui foenus exercent ſemper ſuſpecti ſunt de periurio. *Schevuoth*, cap. 7. miſchn. 4. Qui diues eſt, et eleemoſynas erogat, neque pecuniam foenore mutuam dat, eſt, ac ſi omnia impleret praecepta. *Tanch.* fol. 29. col. 4. poſt med. *Rabboth.* fol. 121. col. 1. ante med. Foenus aſſimilatur morſui ſerpentis. *Tanch.* fol. 30. col. 1, p. init. *Rabboth.* fol. 121. col. 2. circ. med. Omnes creaturae ſine foenore ab inuicem mutuo accipiunt, ſolus homo foenus poſtulat. *Tanch.* fol. 30. col. 2. poſt init. Qui foenore mutuum dat, ad extremum ipſe eget. *ibid.* ad fin. Qui foenus exercent, rei ſunt mortis. *Rabboth.* fol. 121. col. 4. ante fin. et nullam habent remiſſionem. *ibid.* fol. 122. col. 1. p. init. Foenus a gentilibus accipere licitum eſt. *ibid.* fol. 50. col. 1. poſt med.

FORMVLAE loquendi variae, ad quas ſaepius in nouo teſtamento alluditur. §. *Eu. Marci* c. IV, 1. *ἤρξατο διδάσκειν* eſt phraſeologia, quae vſitatiſſima genti Judaicae *Hieroſ. Sanhed.* fol. 18. 3. שרי רב כהנא מאריך בצלותיה *incepit R. Chana prolixus eſſe in oratione ſua:* i. e. prolixus fuit. *ibid* fol. 23. 3. שרי ההוא תלמידא בכי *incepit ſcholaris iſte flere.* i. e. fleuit. *Bereſchit Rab.* ſect. 33. שרי געי *incepit bos mugire* i. e. mugiit.

§. In eodem capite v. 11. extat Phraſeologia τῶν ἔξω pro *Ethnicis*, omnes enim regiones et terras praeter ſuam Judaei vocarunt חוצה לארץ *extra terram.* Iſtius nomenclationis exempla occurrunt vbique; vid. *Sanhed.*

Mai-

Maimon. cap. 1. *Baua Bathra* fol. 27. 2. Ad illa verba: *Arbor cuius pars dimidia naſcitur intra terram Iſraeliticam, et dimidia pars extra terram* etc. vid. apud חיצונים in C.

§. Πάσῃ τῇ κτίσει Marc. XVI, 15. eſt phraſeologia vſitatiſſima, qua 1. omnes homines denotantur. *Bab. Chetubb.* fol. 17. 1. *dicunt ſapientes: ſit ſemper animus hominis* מעורבת עם הבריות *complacens creaturis.* Gloſſ. *vt faciat cum vnoquoque homine ad complacentiam. Maim.* in *Sanhed.* cap. 2. *requiritur in vnoquoque iudice prudentia, clementia, religio, odium pecuniae, amor veritatis,* ואהבת הבריו' *et amor Creaturarum.* i. e. Φιλανθρωπία. 2. Praecipue vero intelliguntur gentiles. *Bab. Chagiga* fol. 12. 2. אוי להם לבריות *Vae creaturis quae vident, et non norunt quid videant: quae ſtant et non norunt ſuper quid ſtent* etc. *Bereſchit Rabba* ſect. *ſermo et preces* של בריות *creaturarum ſunt tantum pro rebus terrenis, preces vero Iſraelitarum pro loco ſancto* etc. Hunc ſenſum etiam habent verba citata Marci, vt ex parallelis Matth. XXVIII. Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, apparet.

§. Matth. III, 2. *regnum coelorum* eſt מלכות שמים Judaeorum; quae formula loquendi occurrit in *Berachot* cap. 2. v. 2. 5. *Gemara Babyl.* illius tractatus fol. 13. 2. fol. 15. 1. *Zohar* in Leuit. fol. 53. *Seruire Domino in timore eſt iugum regni coelorum. Hieroſ. Kidduſchin* fol. 59. 4. *Quare ſeruus per aurem terebrandus potius, quam per aliquam aliam partem corporis? Reſpondit ille. Cum aure audiret haec in monte Sinai, non erit tibi Dominus alius coram facie mea, rupit ille a ſe iugum regni coelorum, et ſuſcepit in ſe iugum carnis et ſanguinis.* In quibus locis *ſuſcipere iugum regni coelorum,* aliquando ſignificat externos ritus legis diligenter obſeruare. vt plurimum vero ſecundum ſenſum Euangelii, *ſe ad internum Dei amorem ac timorem applicare.*

§. τῷ *Amen Amen* in Euang. reſpondent frequentiſſimae formulae τῇ הימנותא quae eſt Phraſeologia iuramenti, ſecund. Gl. *Bab. Berach.* f. 55. 1. ad haec verba, *dixit R. Juda Bar Allai* הימנותא לרידי תרויהי אמורין *in*

in veritate vtrumque eſt mihi probibitum. vid. plura apud *Amen* in l. A.

De formulis acclamandi vid. *Cramer.* ad Cod. Succa. p. 333.

§. Joh. I, 9. πᾶς ἄνθρωπος ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον plane reſpondet phraſi כל באי עולם qua omnes homines qui ſunt in mundo, denotant. *Hieroſ. Sanhed.* fol. 26. 3. Nonne ſol oritur על כל באי עולם *ſuper omnes venientes in mundum? ibid.* fol. 25. 4. כל באי עולם *omnes venientes in mundum non poſſunt creare vnam muſcam.* Roſch Haſchana cap. 1. 1. *In initio anni* כל באי עולם *omnes venientes in mundum tranſeunt coram facie Dei.* Quae Phraſeologiae non de naſcentibus ſed in mundo iam exiſtentibus intelligi debent.

§. Joh. I, 47. occurrit Phraſis ἔρχου καὶ ἴδε, quae ipſiſſimum Talmudicorum eſt תא חזי et תא חמי; aliquando איתא חמי, et בוא וראה.

Ambulare in Script. Sacr. quid ſignificet? vid. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 558.

§. Per τὸν κόσμον mundum, de cuius vocabuli reſtrictione et extenſione diſputatur in controuerſia de gratia vniuerſali, Judaei 1. magnam multitudinem et magnum numerum denotant. *Baua Metzia* fol. 33. 2. שבקו כולי עלמא מתניתין ואזלו בתר גמרא *Reliquit totus mundus Miſchnas, et ſecutus eſt Gemaram.* Innumeris vicibus occurrit כולי עלמא מודי *totus mundus fatetur*, et כולי עלמא לא פליגי *totus mundus non diſſentit.*

2. Per hominem mundi intelligunt quemuis cuiusuis ordinis. *Roſch Haſchana* fol. 22. *Non requirit R. Vlla, vt vir magnus ſolum ſit fide dignus, ſed vt homo mundi* איניש עלמא *ſit etiam credibilis.* Sic cum de Eleemoſynis loquuntur, ſemper diſtinguunt inter עניי אותו העיר *pauperes propriae ciuitatis*, et עניי העולם, *pauperes mundi*, id eſt vndecunque aliunde aduentantes.

§. Joh.

§. Joh. VIII, 25 τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν optime vertitur, *illud quod a principio dico vobis;* vel ita, *illud quod praecipue vobis aduertendum;* vt ἀρχὴ reſpondeat τῷ רישא Judaeorum; quo denotant rem primariam et praecipuam, ſicuti e contra per סיפא rem ſecundariam aut minorem intelligunt. vid. *Tamid.* fol. 61. Berachot fol. 53. 1.

§. Joh. XIX, 22. ὃ γέγραφα γέγραφα; repetitio talis admodum vſitata fuit *Chetubbot* fol. 96. 1. *Vidua ſi prebendat vel occupet bona mobilia mariti ſui defuncti in alimoniam ſuam* מה שתפסה תפסה *illud quod prebendit, prebendit,* quod fecit, ſtat et obtinet. *Menachot* fol. 3. 1. Si quis ſe obligat ad offerendum oblationem de ſartagine, offert autem de craticula מה שהביא הביא *illud quod obtulit obtulit,* Ita etiam ſaepiſſime dicunt מה שעשוי עשוי *quod factum, factum eſt.* vid. *Jebbamot.* f. 106. 2.

§. Math. VI, 22. 23. *Oculus malus et oculus bonus* animum auarum et non auarum denotant, ex vſitata formula loquendi. *Terumot* cap. 4. 3. *Haec eſt menſura oblationis Sacerdotibus conceſſae* עין יפה א' מארבעים *oculus bonus concedit partem quadrageſimam. Oculus medius vnam ex quinquaginta* והרעה א' מששים *et oculus malus vnum ex ſexaginta.* Hieroſ. Baua Bathra fol. 14. 4. נותן מתנה נותן בעין יפה *Qui dat donum, det oculo bono* etc.

§. In eod. cap. Matth. V, 34. legimus ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, cui reſpondet illud in *Bab. Berachot* fol. 9. 2. דיה לצרה בשעתה:

Matth. c. VII, 2. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε eſt vulgatiſſimum apud Judaeos adagium. Bab. Baua Bathra fol. 15. 2. *In generatione quae iudicauit iudices ſuos* אומר לו טול קיסם מבין עיניך *cum diceret quis* (Judex) alicui. Eiice feſtucam ex oculo tuo. אומר לו טול קורה מבין עיניך *Reſpondit ille, eiice et tu trabem ex oculo tuo* etc. Vide etiam *Eruchin* fol. 16. 2. et *Aruch* in voce קסם.

§. Ibid. v. 12. *Quod tibi fieri non vis alteri ne feceris.* *Bab. Schabbat.* fol. 31. 1. eadem ratione gentilem proſelytum alloquitur Hillel דעלך סני לחברך לא תעביד: *quod tibi ipſi odioſum eſt, proximo ne feceris.*

§. In communem vſum etiam receptae fuerunt quaedam Phraſeologiae, vt in vulgari ſermone obuiam iretur haereſi Sadducaeorum immortalitatem negantium. Eius farinae fuerunt עולם הבא Αἰὼν ὁ μέλλων (confer Matth. XII, 32.) גן עדן παράδεισος. גהנום γέεννα. מן העולם ועד עולם *a ſeculo in ſeculum. Bab. Berachot* fol. 54. 1. עולם הבא duo praecipue innuit 1. *Tempora Meſſiae. Berachot* c. 1. v. vlt. *Dicunt Sapientes, diebus vitae tuae, innuitur hic mundus; omnibus diebus vitae, ſuperinducuntur dies Meſſiae.* 2. *Statum poſt mortem, Tanch.* fol. 52. עה״ב לאחר שיצא האדם מ״עה *mundus futurus eſt, cum iam exiit homo ex hoc mundo.* vid. infra ap. *Mundum.*

§. Math. XVI, 17. σὰρξ καὶ αἷμα illam formam ſaepiſſime adhibent, cum homines Deo opponunt. *Bab. Berachot* fol. 28. 2. Si me adducturi eſſent לפני מלך בשר ודם *coram rege carnis et ſanguinis*, etc. *At me adducturi ſunt coram rege regum.* vid. *Tanch.* fol. 12. 4. in qua columna iſta Phraſeologia quinquies occurrit. Item fol. 18. 3. eiusdem tractatus haec leguntur לא כמדת הקב״ה מדת בשר ודם; *Deus ſanctus Benedictus non agit, prout agit caro et ſanguis.*

§. Math. XIX, 24. legimus Phraſeologiam quae apud Judaeos vſitatiſſima eſt, ad rem difficillimam ac inuſitatiſſimam innuendam. *Bab. Berachot.* fol. 55. 5. לא מחוו לאינש לא דקלא דדהבא ולא פילא דעייל בקופא במחטא *Non oſtendunt homini palmam ex auro, nec elephantem incedentem per foramen acus.* Gloſſ. *Rem quam non ſolitus eſt videre, nec de qua vnquam cogitauit.* In Baua Metzia fol. 38. 2. R. Scheſchet τῷ R. Amram incongruum quid aſſerenti, ſic reſpondit דילמא פומבדיתאה את דמעיילין פילא בקופא דמחטא *Forte tu e Pombedithanis es, qui introducere poſſunt elephantem per foramen acus.* Id eſt interprete *Aruch. Qui dicunt impoſſibilia.* Plura alia paſſim in hoc opere annotauimus. Frater quo ſenſu ſumatur. vid. *Proximus.*

FORNICATIO. Ante datam legem non fuit flagitium adoleſcentulum ſcortari, vt loquitur *Terent. Adelph.*

Digitized by Google

Adelph. Act. I. Sc. 2. Sic enim diſerte *Maimon*. in Hal. אישות cap. 1. *Ante legem datam, occurrente viro foeminae in publico, ſi ita ex pacto conuenirent, mercede data concubuit is cum ea atque abiit, haec autem dicta eſt* קדשה *ſeu meretrix*. Hoc alii probant exemplo Judae et Thamaris; Geneſ. XXXVIII, 14. Quod hic Maimon de ſimplici fornicatione dixit, *Sixtus Senenſis Biblioth. Sacrae* Lib. V. Annot. 94. imperite ita intellexit, quaſi Maimonidis ſententia fuiſſet, ante datam legem *ipſa adulteria* licita fuiſſe; cum ipſe tamen contrarium non ſemel claris verbis doceat; vid. *Halach. Melachim* cap. 9. vbi inter illicita genera concubitus etiam refert concubitum באשת איש *cum vxore viri*, ſeu aliena.

De fornicatione vid. etiam quaedam apud *Adulterium*.

Quidam ad dictum Deut. XXIII, 17. *Non erit* קדשה *meretrix de filiabus Iſrael* etc. notant, non neceſſarium eſſe vt קדשה de quauis meretrice exponatur, ſed Deum illa voce etiam innuere *meretricem ſacram*, quales olim fuerunt apud Phoenices, Babylonios aliosque gentiles, ἱεροδούλους *miniſtras ſacras* vocat *Strabo* lib. 8. et quales fuiſſe in templo Veneris Corinthi refert *Athenaeus* lib. 13. 6. Quod acuminis aliquid, fundamenti parum habet, verba enim in eodem verſu ſequentia et *Comment*. Judaeorum clare contrarium probant. Nec Veneris numen inter Judaeos ante tempora Gamalielis notum fuit. vid. *Venus*.

Propter fornicationem peſtis venit in mundum *Tanchuma* fol. 2. col. 3. circa fin. Quam inuiſus Deus ſit fornicationi *ibid.* Fornicatio inualuit demum inter Iſraelitas, eo tempore, quo Schittim venerunt. *ibid* fol. 73. col. 3. circ. med. Si quis filiam ſacerdotis ſtuprauerit, ſtrangulatur. *Sanhedr*. Cap. 11. miſchn. 1. De Fornicatione cum foemina gentili publica et clandeſtina. Vid. *Edzard*. Auod. Sar. Cap. 2. p. 152.

* FRA-

✱ FRATRES. Sorores num fratres deſpondere poſſint. *Wagenſeil.* Sota. 452. Qui dignitate fratris gaudet, dignus eſt, qui pretioſos geſtet lapides. *Tanch.* fol. 46. col. 3. poſt init.

✱ FVCVS. De fuco veterum Hebraeorum. *Petr. Zornii* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 469.

De FVNERALI Judaeorum ceremonia vid. *Luctum.*

FVR. *Maimon* in *Genebba* cap. 1. אי זהו גנב *Quisnam eſt fur? ille qui clam ſurripit opes cuiusquam, poſſeſſore ignorante. Veluti ſi manum extendat in loculum vicini ſui, et nummum auferat eo non vidente. At vero ſi palam auferat et aperte* אין זה גנב אלא גזלן *hic non eſt fur ſed latro.* Non κλέπτης ſed λῃστής.

§. Qui oblationem offert, non reſtituto quod iniuſte rapuerat, non quod officii eſt facit. *Baua Kama* cap. 9. v. 12. Et rurſus v. 5. Qui ſurripit quicquam proximo, etiam vel quadrantem, et falſo iurat, tenetur ad reſtituendum etc. Ita et *Maimon.* in Gezelah cap. 8. *Non offertur oblatio pro reatu, niſi prius reſtituatur ablatum, vel poſſeſſori vel ſacerdoti.*

§. Fur vocatur quis, ſiue facultatem Iſraelitae ſiue gentilis furatus ſit, modo quis ſurripuerit משוה פרוטה *ad valorem Perutae* (minuti.) Qui furtum ſponte confitetur ad retributionem dupli non tenetur, ſicuti ille qui factum non ſponte confeſſus eſt. Retributio dupli in omnibus facultatibus in vſu eſt exceptis oue et boue, reſpectu illorum vero ſi quis ouem furatus ſit et illam mactauerit, pro illa quadruplum, ſi bouem, quintuplum retribuere debet.

§. Dominus ad retributionem ob furtum ſerui ſui non tenetur, מפני שיש בהן דעת *quia quoque mente valent* nec ſerui ſemper cuſtodiri poſſunt: peinde Domino infenſi maximum damnum ipſi inferre poſſent, Si quis puerulus furetur, retributionem dupli quidem

non

non facit, interim tamen a ſenatu verberibus excipitur, ne furto aſſueſcat. *Maimon. Hal. Genebba* c. 1.

§. בתר גנבא גנוב וטעמא טעים *Qui poſt furem furatur*; (vel qui a fure furtum accipit) *et ipſe guſtum furti accipit*, i. e. ipſe fur eſt.) *Berach.* fol. 5. 2. fur etiam in ipſa effoſſione Deum inuocet; *Berach.* cap. 1. Propter duo triaue furta fur non occiditur. *Sanhedr.* fol. 7. col. 1.

§. De reſtitutione in furto ſic loquitur *Taanith* fol. 61. 1. *Si quis ſurripuerit tignum, et aedificando illud etiam in maximo palatio adhibuerit, diruere tenetur palatium, vt tignum reſtituat Domino.*

§. In *Bab. Baua Metzia* fol. 83. 2. praeſcribitur regula detegendi fures. *Adi tabernas hora quarta* (quae erat hora commeſtionis, et qua omnes tabernas adibant vt comederent,) *ſique ibi hominem videris bibentem vinum, et manu tenentem poculum, dormientemque* etc. *fur iſte eſt, eum prehendito.*

Cor furari quid? *Wagenſeil.* Sota. p. 56. Varia de furibus, furtique reſtitutione vid. *Baba Kama.* Cap. 7. tot. cap. 9. miſchn. 5. ſeq. cap. 10. miſchn. 5. ſeq. Qui animam furatur ex Iſraele, ſtrangulatur. *Sanhed.* Cap. 11. miſchn. 1. Furtum grauiſſimum eſt peccatum. *Taneb.* fol. 3. col. 2. med. it. fol. 45. col. 3. fin. A furto atque rapina abſtinendum. *ibid.* fol. 43. col. 4. poſt init. Holocauſtum non poteſt offerri ad expiandum furtum. *ibid.* fol. 45. col. 3. fin. ſeq. Fur quomodo Hebraeorum iure vendatur. *Wagenſeil.* Sota. p. 457.

* FVRNVS. Quid cauendum in erectione furni. *Baba Bathra* Cap. 2. miſchn. 2.

G.

GADARA etiam erat vna ex vrbibus decapolitanis, et proinde Ethnici iuris, vt patet ex Joſepho in

in vita ſua p. 654. vbi dicitur, *Magnates Decapoleos Syriae Veſpaſiano hanc querelam depoſuiſſe, quod Juſtus Tiberienſis oppida ipſorum incenderit;* quaenam autem illa oppida fuerint, recenſetur ibidem p. 628. *Cogit Juſtus conciues ſuos arma capere, et cum illis egreſſus* ἐμπίπρησι τάς τε Γαδαρηνῶν καὶ Ἱππηνῶν κώμας. Illud porro adſtruere licet ex eo quod porci illic tanto numero alerentur *Math.* VIII. Quorum nutritio Judaeis per Canones Talmudicos aeque prohibita erat, ac comeſtio per Moſen. Regio Gadarena in regione Girgeſenorum quaſi fuit incluſa: Erat enim illa latioris ſpatii. Hinc concludi poteſt *Marci* V. Gadarenum illum fuiſſe Ethnicum, et a Marco et Luca praecipue memorari, quia quid extraordinarium erat, quod Chriſtus circa hominem Ethnicum miraculum facere voluerit.

* GALEA. De galeis veterum. vid. *Petr. Zorn,* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 365. not.

GALILAEA eſt vel inferior, vel ſuperior, vel conuallis; a Caphar Chanania et ſupra, quaecunque non producit Sycaminos, eſt Galilae ſuperior. Aſt a Caphar Chanania et infra, quaecunque producit Sycaminos, eſt Galilaea inferior. *Scheuiit* c. 9. v. 2. Bethſchean eſt principium Galilaeae. *Joſeph.* de bello lib. 3. c. 4. nam Scythopolis ibi eſt Bethſchean. *Antiq.* lib. 12. c. 12. Caphar Chanania (v. כפר חנן) eſt medium, vt etiam ex loco citato videtur.

§. Galilaei fuerunt generoſiores ipſis Judaeae incolis, hinc in *Peſachin* c. 4. §. 5. *In Judaea opera ſeruilia fecerunt veſperis Paſchatis vſque ad meridiem.* In modo dotalem denotationem ſcribendi conuenerunt Hieroſolymitani et Galilaei; at incolae Judaeae aliquid variarunt. Galilaeis cura fuit de fama non de nummis; Incolis Judaeae cura fuit de nummis non de fama, *Hieroſ. Chethuboth.* fol. 29. 2.

§. Ga-

Digitized by Google

§. Galilaei non obligabantur ad Trumam הלשכה *Theſauri ſacri.* vid. *votum.* de ritu ipſorum circa ſponſum. vid. de ſponſo.

§. Galilaei corrupte loquebantur, et plane aliam, quam reliqui Judaei dialectum habebant. *Erubhin* fol. 53. *Hominibus Judaeae, qui accurati fuerunt in lingua ſua, confirmata eſt lex in manibus ipſorum.* Gloſſ. *Accurati fuerunt homines Judaeae in lingua ſua, vt loquerentur ſermone puro non ſordido.* Hinc cum quidam Galilaeus dixiſſet אמר למאן *quis eſt qui dixit?* Exclamarunt, o *Galilaeae fatue:* quia litteram א in אמר tam vage pronuntiauerat, vt auditores neſcirent an vellet dicere חמר למאן, vel עמר למאן vel אימר למאן. Anicula quaedam volebat alium inuitare ad potum lactis, cum deberet dicere, תאי דאוכליך חלבא *veni et cibato te lacte*, dixit תוכליך לבא *deuoret te Leo.* Alia coram iudice dicere voluit, *Domine here, tabula mihi fuit; quam furati ſunt. Eaque tanta fuit, vt ſi te in illam collocarent, non attingerent pedes tui terram.* Sed haec ſua verba permutando gutturales, et alias confundendo ita foedauit, vt aſtantes hunc ſermonis eius ſenſum collegerint. *Domine ſerue, tignum mihi fuit, te furati ſunt, fuitque illud tam magnum; vt ſi te in illo ſuſpenderent, non attingerent pedes tui terram.* Quam dialecti Galilaeae a Judaica diſcrepantiam qui conſiderabit, videbit, Petrum ex Galilaea eſſe, non difficile a famulis ſummi ſacerdotis agnoſci potuiſſe.

§. In aduentum Meſſiae Galilaea deuaſtanda eſt. Meſec. דרך ארץ cap. 6. *In iſta generatione, in qua veniet filius Dauidis, Galilaea deuaſtabitur, et Galilaei vagabuntur de ciuitate in ciuitatem, et miſericordiam non conſequentur.*

§. Erat regio Galilaeae fertiliſſima. *Bereſchit Rabba* ſect. 20. R. *Elieſer Ben Simeon* dicit נוח לו לאדם לגדל לגיון אחד של זיתים בגליל *Facilius eſt homini legionem oliua enutrire in Galilaea, quam puerulum vnum educere in terra Iſraelis.* De Galilaea vid. Lex. Talm. Buxtorf. p. 434.

GALLI-

GALLICINIVM. De eo ſic Magiſtri *Bab. Joma* fol. 21. 1. *Dicit R. Schillah, quicunque iter aggreditur ante Galli cantum, ſanguis eius ſit in caput eius. R. Joſia dicit, ſi ante cantum ſecundum: at ſunt qui dicunt, ſi ante tertium.* Ex quibus apparet, iſtos Gallicinium diſtinguere in cantum primum, ſecundum et tertium. Primum vocant ſimpliciter קריאת הגבר *Cantum galli:* Secundum כשישנה *cum iteraret:* Tertium כשישלש *cum tertiat.*

§. תרנגול בנוני *Gallus medianus* eſt qui ſuum cantum nec nimis accelerat, nec nimis differt Gloſſ. in *Bab. Joma* fol. 21. Cineres ab altari vno quoque die remouerunt circa galli cantum, at die expiationis a media nocte. ibid.

§. Mitum eſt quomodo factum ſit, vt Gallinacei reperirentur Hieroſolymis, cum expreſſis canonibus prohibitum fuerit gallos ibi alere. *Maimon. Beth Habech.* cap. 7. *Baua Kama* cap. 7. v. vlt. אין מגדלין תרנגולין בירושלם מפני קדשים ולא כהנים בארץ ישראל מפני הטהרות: *Non alunt Gallos Hieroſolymis propter ſacra, nec ſacerdotes eos alunt per totam terram Iſraeliticam propter puritatem.* Gloſſa: *Etiam Iſraelitis probibitum eſt gallos alere Hieroſolymis propter ſacra; nam Iſraelitae comederunt illic carnem ſacrificiorum pacificorum, atque eucharisticorum; at galli gallinacei in vſu habent vertere ſtercora, et ex illis educere reptilia, a quibus pollui poſſent ſacra iſta comedenda.*

Vid. etiam *Barten.* ad Baba Kama. Cap. 7. Integram quoque diſſertationem de hoc argumento in vulgus emiſit Doctiſſ. *Relandus.*

§. Memorabilis eſt hiſtoria de gallo, ex ſententia Synedrii lapidato ob interfectum ab eo puerulum. *Hieroſ. Erubbin.* fol. 26. 1.

An per Gallicinium galli cantus, an vero vox praeconis ſit intelligenda. vid. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 476. Gallinacei mentio fit. *Baba Kama* Cap. 2. miſchn.

Digitized by Google

miſchn. 1. Gallos ex quolibet loco emere licet, *ibid.* Cap. 10. miſchn. 9. et *l' Empereur* ad h. l. Gallinaceum album vendere idololatris fuit prohibitum. *Auoda Sara* Cap. 1. miſchn. 5. Gallus gallinaceus expiat. *Edzard. Berachot.* p. 185. ſeq. Galli et gallinae olim immolatae. *J. G. Stuck* de ſacr. gent. p. 70. De pugna et commiſſione gallorum apud Graecos imprimis et Romanos. *Sam. Petit.* Comment. ad Leg. Attic. Lib. 1. tit. 1. p. 84.

R. GAMALIEL. Huius nominis duo praecipue inter Judaeos claruerunt; R. Gamaliel הזקן *ſenex*, et R. Gamaliel דיבנה *Jabbnenſis.* Prior principatum Synedrii obtinuit, cum Dominus noſter ſummo ſenatui Hieroſolymitano ſiſteretur: et poſt Chriſti in coelos aſcenſionem adhuc 22. annos vixit, fuitque ſecundum communem ſententiam Diui Pauli praeceptor. Sub finem vitae eius confecta eſt a Samuele Paruo (de quo in *Juchaſ.* fol. 21. 1. *Auoda Sara* fol. 42. 3) illa orationis formula, qua Chriſtianos et alios ſecum non ſentientes, execrationi deuouere ſolent, et quam ברכת המינים *orationem contra Haereticos appellant.* vid. *Maimon. Hal. Tephillah.* cap. 7. Hic Gamaliel Acone lauans aliquando cum Proculo Philoſophi filio diſputauit. *Auoda Sara* c. 3. 4. Poſtquam mortuus eſt R. Gamaliel, ablata fuit puritas et Phariſaiſmi rectitudo; ceſſauit etiam כבוד התורה *gloria legis.* *Sota.* c. 9. Onkelos proſelytus in huius Gamalielis funere celebrando magnos adhibuit ſumptus. *Auoda Sara* pag. 11. *Toſiphot. Schabbat* cap. 7.

Quod Gamaliel Pauli praeceptor fuerit, vid. *Voiſin* Pug. fid. p. 14. a. init. De Gamaliele Patriarcha *Sam. Petitus* obſeruatt. Lib. III. cap 3. Memorabile exemplum pietatis eius vid. *Miſchn. Berachot.* Cap. 2. miſchn. 5. vbi et alia eiusdem facta recenſentur. Conf. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. IIII. p. 397.

§. Gamaliel Jabhnenſis fuit huius ex filio Simeone nepos; et poſt Jochanan Ben Saccai principatum in

Jabhne obtinuit. Cum Titus vrbe Hieroſolymitana potitus eſſet, etiam hunc Gamalielem ad necem quaeſiuit: ſed R. Jochanan pro eius ſalute ſupplicauit. *Juchaſin.* fol. 52. 2. In maximo quoque periculo erat, cum Turnus (vel Terentius) Ruffus aream templi aratro deuaſtaret. *Juch.* l. c. et Bab. *Taanis.* fol. 29. 1. Akibham ſua praefectura Lyddenſi amouere curauit. *Roſch Haſchana* c. 1. Ipſe tamen quoque tandem ſua priuatus fuit. *Hieroſ. Taanit.* fol. 67. 4. Si non fallimur, habuit R. Gamaliel ſeruum illum famoſiſſimum apud Talmudicos, quem טבי vocant, et טביתא *Tabitam* ancillam huius nominis, qui tam bene ſe geſſerunt in famulitio, vt illud nomen omnibus domeſticis eius, et etiam aliis impoſitum fuerit. *Berach.* cap. 2. *Hieroſ. Nidda.* fol. 49. 4.

De Rabban Gamaliel Jabhnenſi lege *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. IIII. p. 400.

✱ GAVDIVM hominis non eſt conſtans atque perpetuum. *Tanchum.* fol. 46. col. 1. poſt med. et col. 2. tot. Male docet *Gerlacus Petri,* Chriſtianum per omnem vitam nullis frui debere gaudiis. **Wittenb. A. a. N.** p. 15.

GAZA. De ea vide *Joſephum Antiq.* Lib. II. cap. 18. *Strabonem* lib. 16. *Diodorum Siculum* lib. 19. אטלוזא של עזה in *Bab. Auoda Zara* fol. 11. 2. erat quaedam platea extra vrbem Gazam, vbi erat macellum et idolum. Gazae forum erat vnum e tribus foris celebrioribus. *Hieroſ. Auoda Zara* fol. 39. 4. Erat et extra vrbem locus, qui vocabatur סגירתא חורבתא *ſolitudo leproſorum. Bab. Sanhed.* fol. 71. 1.

Γαζοφυλάκιον templi. Variae erant in eo Corbanae קורבנות i. e. *oblationum loca.* Erat Corbana לבדק הבית *ad reſtaurationem ipſius aedificii templi,* et Corbana לעבודת המקדש ad parandum ea, quae neceſſaria erant ad cultum diuinum in templo. Vtraque etiam duplex erat. Duplicitatem prioris habes in hac traditione. Duo conclauia erant in templo, *vnum* vocabatur לשכת חשאים *conclaue clandeſtinorum*, vbi viri pii obtulerunt clanculum, vnde enutrirentur filii piorum parentum

etiam

etiam clanculum. *Alterum* vocabatur לשכת הכלים *conclaue vaſorum*, vbi, quicunque vas aliquod obtulit, illud proiecit. Et poſt triginta dies theſaurarii conclaue aperuerunt, et quodcunque vas in eo repertum eſt, quod ad templi reparationem conducebat, illud ſeponebatur, reliqua vero vendebantur, et pretium eorum ceſſit in conclaue reparationis templi: Ex quo vela templi etiam ſuppeditabantur. *Schekalim* cap. 5. *Maimon.* in *Schekalim* cap. 4.

§. Duplex etiam erat Corbana, vnde ſuppetiit ſumptus pro rebus ad cultum diuinum neceſſariis. Prima erat שופרות *ciſtulae quaedam*, de quibus ſic Magiſtri in *Schekalim* cap. 6. 5. י״ג שופרות היו במקדש וכתוב עליהן היקלין חדתין והיקלין עתיקין קינין וגוזלי עולה *Tredecim arculae erant in templo, quibus inſcriptum erat* היקלין חדתין *ſicli noui* (i. e. anni praeſentis,) היקלין עתיקין *ſicli veteres* (vel anni praeteriti) קינין *turtures*, גוזלי עולה *pulli columbarum pro oblatione* etc. Haec paulo clarius proponit *Maimon.* in *Schekalim* cap. 2. In ſanctuario tredecim fuerunt ciſtulae, quaeuis figuram tubae habebat, id eſt ſuperius anguſtiores, inferius vero dilatatae erant. *Prima* erat זו לשקלי שנה *pro ſiclis anni praeſentis.* *Secunda* pro ſiclis שנה שעברה *anni praeteriti.* *Tertiae* iniici debebat illa pecunia, quam debuit, cui incubuit oblationem adducere duorum turturum, aut columbarum. *Quarta* recipiebat pretium oblationis ex auibus. *Quinta* adeunda erat ei, qui voluntarie nummum obtulit, ad emenda ligna pro altari. *Sexta* ei, qui nummum obtulit ad emendum thus. *Septima* ei שהתנדב זהב לכפורת *qui aurum obtulit pro propitiatorio.* *Octaua* למותר חטאת *pro quod ſupererat de ſacrificio pro peccato.* Si ſcilicet empto ſacrificio ex dicta pecunia ipſi aliquid reſiduum erit, illud in hanc ciſtam proiicere debet. *Nona* למותר אשם *pro quod ſupererat pro transgreſſione.* *Decima* למותר קיני זבי׳ *pro quod ſupererat de columbis pro proſtituioſis et puerperis.* *Vndecima* pro quod ſupererat *de oblationibus Naſiraei.* *Duodecima* pro quod ſupererat de *ſacrificio leproſi.* *Decima*

 ter-

tertia למי שהתנדב מעות לעולה בהמה *et qui nummos dicauerat pro holocauſto e iumentis.* ושם כל דבר שיהיו מעותיו בתוך החיבה כתוב על החיבה מבחוץ *Et vnicuique ciſtae ab extra inſcriptum erat, quid in ea recondendum.* In vnam harum arcularum proiecit ſuas prutas פרוטות vidua laudata a Saluatore.

§. Erat et conclaue, in quo in tres ciſtas euacuebatur, quidquid nummi colligebatur in his Corbanis, de quibus diximus illudque *κατ' ἐξοχὴν conclaue* vocabatur. *Joma* fol. 46. 1. *Schekalim* c. 3. Modus huius euacuationis ciſtarum recenſetur a Gl. in loc. alleg. cuius verba Cl. Ligthfootus hunc in modum transtulit: *Ciſtae iſtae, in quibus repoſitus erat nummus, continebat ſeas viginti ſeptem* (vna quaeque nouem) *et coopertae erant linteo. Ingreſſus eſt ille, qui euacuaturus erat, cum ciſtulis tribus continentibus nouem ſeas* et litteris א. ב. ג. notatis;) *Repleuit primo ciſtulam illam, cui inſcribebatur* א *e prima inter tres ciſtas magnas, et deinde cooperuit eam linteo ſuo. Deinde detexit ſeu aperuit ciſtam ſecundam inter magnas; atque ex ea repleuit ciſtulam ſecundam, cui inſcriptum erat* ב *et rurſus cooperuit eam. Deinde detexit ciſtam tertiam, et ciſtulam repleuit, cui inſcriptum erat* ג. *ſed alteram non iterum cooperuit.* Haec ciſtarum euacuatio verbo תרם denotatur et ordinarie fiebat a ſpatio ſemeſtri ante Paſcha, ante Pentecoſten, et ante Scenopegiam. *Schekalim* cap. 3. Notatur ibi etiam, quod ille, qui ad euacuandum ingrediebatur conclaue, vt amoueretur opportunitas et ſuſpicio aliquid ſubtrahendi, ingreſſus ſit neque cum veſte complicata, nec cum calceis, nec cum ſandalis, nec cum phylacteriis, nec cum amuletis.

§. Ex hac τῆ לשכה *conclauis* pecunia ſuppeditabatur, quicquid neceſſe erat ad cultum et miniſterium templi. גוזרי גזירות *Judices* etiam *de rebus raptis* (vel vt mihi videtur) viri mandata et decreta publica conſtituentes, niſi forte legendum ſit גוילות qui erant Hieroſolymae, ſtipendium ſuum 99. minas ex reditu conclauis habuerunt. Chetubh. fol. 105. 1. Suppedanea illa, quae ſingulis annis magno ſumptu ad educendam

vaccam

vaccam rufam et hircum emiſſarium extruebantur, etiam pecunia conclauis parabatur.

§. Gazophylacium fuit in atrio mulierum, *Joſeph. de bello* lib. 5. c. 14. Hinc illud atrium ſaepius ſimpliciter Gazophylacium dicitur Joh. VIII, 20. *Haec dixit Jeſus in Gazophylacio;* non certe quod Chriſtus in Gazophylacium ingreſſus fuerit, nam nunquam hoc ipſi licuiſſet; ſed quod in loco aliquo atrii, in quo Gazophylacium erat, haec dixerit. Sic cum Marcus dicit, *ſedit Jeſus κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου*, ſolum hoc vult, Chriſtum ſediſſe ſub porticu, ante quam poſitae erant iſtae arculae [illegible] שופרות. Certe ſi Gazophylacium fuiſſet in atrio Iſraelis, Chriſtus ibi ſedere absque ſcandalo non potuiſſet; quoniam ſeſſio in illo atrio nemini licuit niſi Regi ex familia Dauidis nato, et aliquando etiam ſummo ſacerdoti: ſicuti iam ſupra apud *Atrium* innuimus.

De Gazophylaciis templi Hieroſolymitani vid. *Petr. Zorn* de fiſco Jud. p. 407. Qui conclaue ingrediebatur ad euacuandam pecuniam, neque cum veſte complicata, nec calceis debebat ingredi. *Tanchum.* fol. 40. col. 2. circ. med.

גבורת הגשמים *Gebburat baggeſchamim*, ſeu *robur pluuiarum*, ſignificat neceſſarias illas pluuias, quas ineunte Octobri petunt, ſic ſumitur in *Taanit* et *Berachot.* cap. 5. 2. vbi dicitur מזכירין גבורת גשמים בתחיית המתים *ipſos commemorare imbrium vim vna cum viuificatione mortuorum.* Putabam primitus גבורת גשמם ſumi pro *corporum reſtauratione*, quae in reſurrectione fieri debet; ſed aliud me Commentatores docuerunt.

GEHINNOM. Vid. *Hinnom.* de Gehenna vid. Cl. Buxt. L. T. 231. 395.

Gehenna eſt locus iugiter ardens, in quo comburuntur corpora, et peccatores excruciantur tormentis. *Maimon.* ad *Sanhedr.* Cap. 10. miſchn. 1. item paulo poſt ad vocem גיהנם. conf. *Infernus.*

GENEALOGIAM incorruptam conſeruatam fuiſſe, poſtquam e Babel venerant, in tanta Judaici populi colluuie, non ita facile ſciri potuit; vide quae diximus apud *Babylonios.* Hinc querela R. Jochananis: *Per templum! in manu noſtra eſt eos detegere, qui non puri ſanguinis ſunt in Iſrael; at quid faciam? cum viri primarii huius ſeculi lateant*, i. e. cum non puri ſanguinis ſint; palam tamen de iis non praedicetur. *Hieroſ. Kidduſchim* fol. 65. 3. *Bab. Kidduſchim* fol. 71. Plurimae familiae tamen ſuum ſplendorem conſeruarunt, ex libellis genealogicis apud Synedrium, cui haec cura demandata erat, depoſitis. Vnum vidit Simeon, Ben Azai, *Bab. Jeuammot* fol. 49. 2. In codice quodam Hieroſolymis inuento ſcriptum erat: *Hillel ortus eſt a Davide. Ben Jatſaph ab Aſapho. Ben Zizit eſt ab Abner* etc. *Hieroſ. Taanit* fol. 68. 1. V. Buxt. L. T. 202.

Cur in Genealogiis recenſendis adeo occupata ſit ſcriptura, *Tanch.* fol. 13. col. 2. med. it. *Rabboth.* fol. 174. col. 4. ante med. *item* fol. 36. col. 1. poſt init. *it.* fol. 285. col. 4. poſt init. De libris Judaeorum genealogicis *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 105. not. et Part. II. p. 1101. Exemplum libri genealogici Hieroſolymis inuenti *Rabboth.* fol. 89. col. 4. circ. med. Genealogiae perierunt. *ibid.* fol. 33. col. 3. poſt med.

* GENERATIO. Quidnam hoc nomine veniat, et quot anni cuique generationi tribuendi, *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 48. *Rabboth.* fol. 311. col. 2. poſt med.

* GENETHLIACI. Varia ex arte Genethliaca. *En Iſrael* Part. I. p. 64. col. 1. fin. ſeqq.

GENESARETICVM mare Hebr. vocatur ים כנרת Num. XXXIIII, 1. Item ים דטיבריא *mare Tiberiadis;* aliquando כנרות in plurali dicitur: vt Joſ. XII, 3. Cujus rei rationem reddunt *Hieroſ. Megillah* fol. 70. 1. quia fuerunt ב' אבטוכירות *duae arces* Chinnerethis,

neretbis, vel Eparchiae; (vid. Aruch in אבטליות) Buxt. L. T. p. 461.

§. Mare Geneſareth aquis fluentibus; i. e. non ſtagnantibus aquis ſed labentibus accenſetur.) *Hieroſ. Auoda Zara* fol. 42. 1. Septem maria creauit Deus; ex omnibus autem non elegit niſi mare Genneſarethicum. *Midraſch Tillim* fol. 4. 1. Certe Chriſtus apud nullum mare ac apud hoc verſatus eſt. Mare Tiberiadis eſt portionis Naphtalicae. *Baua Kama* fol. 15. 1. Ergo lapſum committunt mappae noſtrae, qui eum extra ponunt.

§. Regio Geneſaretica ita vocatur, quaſi גני סרים *hortos principum* diceres, quia Magnates ibi plurimos hortos et bona habuerunt. *Aruch* in גניסר. Ad id eos commouerunt elegantes fructus, qui ibi creuerunt. Hinc *Bab. Peſachim* fol. 8. 2. *Quare non ſunt e fructibus Genneſariticis Hieroſolymis? Ne dicant accedentes ad feſta, non veniſſemus niſi ad comedendos fructus Genneſariticos* etc. Hac ratione elegantiſſimam Lacus Lemanni ripam et tractum, quem *la Coſte* nominant, non inconcinne גניסר appellare poſſemus. Nihil enim vinetis, paradiſis, fructibus eius cultius et fertilius, proſpectu viciniae gratius, aere ſalubrius.

GENTES Judaei vocant החיצונים οἱ ἔξω, vid. in C. apud חיצונים. Plurimi ſunt admodum venenati canones, quibus in aeternum odium gentilium inſtruuntur, vt et eorum Judaeorum, qui in iiſdem traditionibus cum ipſis non conſentiunt. *Maimon.* in Hal. רוצח cap. 4. *Haeretici Iſraelitici, id eſt, qui idola colunt ex Iſraele, aut qui transgrediuntur vt irritent, itemque Iſraelitae, qui negant legem et prophetas, ex praecepto ſunt occidendi, ſi poteſt quis eos occidere, idque palam; ſi autem non aperte, clam et aſtute machinari eis mortem licet.* Et paulo poſt: *Gentilibus vero nobiſcum non eſt bellum, itemque paſtoribus* בהמה דקה *pecorum minutiorum, aliisque iſtiusmodi non mortem quidem ita machinantur, at prohibitum tamen eſt, eos a morte liberare, ſi de morte periclitantur.*

Digitized by Google

tur. Vt ſi quis Judaeus ethnicum videret in mare delapſum, eum nullo modo inde tollere debet.

§. Ethnicos non reputarunt pro fratribus aut proximis. *Aruch* in בן ברית *ſi cornu percuſſerit bos cuiusuis bovem proximi. Proximi non Ethnici: cum dicit proximi, excludit Ethnicos.*

§. Officia etiam fraterna negarunt Ethnicis. *Prohibitum eſt reducere deperditum quid Ethnici: Maimon. Gezelah* cap. 11. *Prohibitum eſt Judaeo ſolum eſſe cum Ethnico, itinerari cum Ethnico* etc. *Maim* Rozeach. c. 12.

§. Qui admonitus noluit reſipiſcere reputatur pro Ethnico. *Maimon.* in *Giruſchin.* cap. 3. *Judaeus apoſtatam agens, aut violans ex praeſumtione Sabbathum, eſt omnino ſicut Ethnicus.*

§. Docent Judaei, nationes et gentes mundi, a Meſſia non ſolum non redimendas, ſed vaſtandas et deſtruendas eſſe. *Ramban* in Gen. XLIX. *Videtur mihi hic ſenſus. Non recedet virga exactoris a Juda, donec veniat filius eius, cuius erit debellatio populorum, atque eorum confractio, nam ille debellabit eos omnes ore gladii. Hieroſ. Taanit* fol. 64. 1, *Iſraeli erit aurora* (cum aduenerit Meſſias) *at nox nationibus mundi.* Midraſch Tillim in Pſal. XI. *Nationes mundi erunt conflagratio furni, at Iſrael ſeruabitur ſolus.*

Judaei a gentium conſuetudine abhorrent. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1190. De odio Judaeorum in gentes vid. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. in indice, et cap. 2. in indice. De gentibus varia notatu digna vid. ap. *Cramerum* ad Cod. Succa in indice. Triduo ante feſta gentilium nefas eſt cum iis commercium habere. *Auoda Sara* cap. 1. miſchn. 1. ſeq. Quaenam ſint feſta gentilium. *ibid.* miſchn. 3. Gentiles ſuſpecti ſunt de Sodomia, caede etc. *ibid.* cap. 2. miſchn. 1. Gentilem medicum adhibere non licet. *ibid.* miſchn. 2. Gentilem tonſorem Judaeo adhibere non licet. *ibid.* Quaenam gentilium res Judaeis ſint prohibitae. *ibid.* miſchn. 3. Quaenam licitae? *ibid.* miſchn. 7. Colles et montes gentilium

lium non ſunt prohibiti, ſed tantum luci. *ibid.* Cap. 3. miſchn. 5. Fora ſeu iudicia gentium in diiudicandis cauſſis Iſraelitis accedere haud licet. *Tanch.* fol. 28. col. 3. fin. et col. 4. init. *item* fol. 29. col. 1. fin. ſeq. Quare Deus nondum deuaſtet gentes. *ibid.* fol 29. col. 1. circ. fin. Quando Deus gentes punit, vere eſt excelſus. *ibid.* fol. 52. col. 3. poſt init. Ethnicos pecudum eſſe inſtar vid. *Maim.* de vaſis templi Cap. 1. §. 6. contra quod tamen diſputatur ab Autore Annotationum minuſc. quae ibi habentur. Si quis cum foemina gentili concumbat, zelotae ipſum interficiunt. *Sanhedr* Cap. 9. miſchn. 6. Gentes comparantur paleae. *Tanch.* fol. 53. col. 3. p. init. Gentes non curat Deus. *ibid.* fol. 59. col. 4. circ. fin. ſeq. Pii inter gentes etiam futurae vitae erunt participes. *Bart. Maim.* et *Jom Tobh* ad Sanhedr. Cap. 10. miſchn. 2. De regnis gentium deuaſtandis et quatuor imprimis Monarchiis. *Tanch.* fol. 11. col. 2. Gentes gaudent de pernicie Iſraelitarum. *Rabboth.* fol. 270. col. 3. fin. ſeq. Quaenam gentilium ſacrificia offerri in altari potuerint. *Maimon.* Corbanot Cap. 3. §. 2. ſeq. Sacrificia gentilium non habebant libamina adiuncta. *ibid.* §. 5. Quando Deus vltionem ſumit a gentibus, glorificatur nomen eius. *Tanch.* fol. 24. col. 4. p. med. Pii inter gentes offendiculo ſunt Iſraeli, adeoque occidendi. *ibid.* Cibos illicitos cur gentibus permiſerit Deus. *ibid.* fol. 47. col. 1. p. init. Gentibus idem praeſtitit Deus, quod Judaeis. *ibid.* fol. 71. col. 3. circ. fin. *Rabboth.* fol. 226. col. 2. p. init. De proceſſu iudiciali, quem Deus olim cum gentibus inſtituet, *Tanch.* fol. 82. col. 1. poſt med. tot. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 3. ſeq. Terra gentium 80. annis ante excidium templi pronuntiata eſt immunda. *ibid.* p. 61. et 223. ſeq. Deus gentibus etiam obtulit legem. *Tanch.* fol. 87. col. 2. poſt init. Iſraelita-

rum et gentium mores ab inuicem diuerſi. *Rabboth.* fol. 192. col. 2. fin. *item* fol. 270. col. 4. fin.

GENV FLEXIO fiebat etiam in cultu quotidiano templi, vid. *Cultum.* Γονυπετῶν varia ſignificare poteſt; *Procidere ad pedes genu flexo*, *genu petere*, *ad genua procidere.* Nam *primo* in more fuit ſic adorantibus *genua aut crura prehendere.* 2 Reg. IV, 27. Matth. XXVIII, 9. *Secundo genua aut pedes exoſculari. Hieroſ. Kidduſchin* fol. 61. 3. *R. Jannai et R. Jonathan conſidebant, acceſſit homo quidam atque exoſculatus eſt pedes R. Jonathanis. Bab. Chethubhot* f. 63. 1. Aberat R. Akiba duodecim annis ab vxore, redeunti prodiit ea in occurſum, *et procidens in faciem* קא מנשקה ליה לכרעיה *exoſculata eſt eius genua. Bab. Baua Bathra* de Jobo loquens ſic infit, *venit ſatban* ונשקיה לכרעיה *atque is exoſculatus eſt eius genua. Sanhed.* fol. 28. 2. Cum quidam Rabbinus de variis rebus diſſeruiſſet קא בר חמא ונשקיה אכרעיה *ſurrexit Bar Chama, atque exoſculatus eſt eius genua.*

* GEONIM fuerunt ſapientes Talmudici, qui poſt Amoraim et Seboraim venerunt et poſt compoſitionem Gemarae floruerunt, nomenque ſua ſapientia ſibi compararunt, vt docet R. *Maimon.* vid. *Voiſin.* Pug. fid. p. 62. fin. Durarunt illi vſque ad deſtructionem Scholae Babylonicae, quorum vltimus perhibetur Rab. Hai. *ibid.* De Geonim vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 273. not. it. Part. II. p. 916. n. 111.

GERIZIM mons diſtans ſexaginta milliaria a Jordane. *Bab. Sanhed.* fol. 44. 1. in Gl. *Bab. Sota* fol. 36. 1. habebat duo cacumina, quorum vnum vocabatur גריזים, quod erat fontibus et hortis admodum amoenum: alterum vocabatur עיבל locus ſaxoſus et lapidibus deformatus. Prioris cacuminis natura apta et digna erat, vt in illo benedictiones promulgarentur, ob quam rationem Samaritani etiam templum in illo erexerunt, *Juchaſ.*

Iuchaſ. p. 14. 2. Ex altero autem quid aliud quam maledictiones expectandae erant.

§. In Gerizim Iſraelitae pro ſe inuicem *ſpoſponderunt* ערבו, inde quoque vnus ob alterius culpam plectitur. *Raſchi* Deut. XXVIII, 29. *Saubed.* fol. 27. 2. Exiſtimarunt, aquas diluuii ipſum non inundaſſe; hinc in *Bereſchit Rabba* Sect. 23. quidam Samaritanus eius ſanctitatem exinde arceſſit. Samaritani templo ſuo vltra 200 annos fruiti non ſunt, deuaſtauit enim ipſum Iohannes Hyrcanus, vid. *Cl. Caſtelli Lex.* in גריזי. vid. et Hiſtoriam Doct. Miſn. p. 18.

Montem Gerizim aquae diluuii non inundarunt, *Rabboth.* fol. 239. col. 1. ante fin.

* GETHSEMANE. De origine vocis Gethſemane *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p 531. De reliquiis Chriſti in horto Gethſemane *ibid.* p. 530.

עיבור *Gnibbur, Intercalatio.* Vide ſi lubet in I.

* GIDEON quare ſacrificauerit in excelſis, et de ſeptem rebus, quas fecit Gideon, *Tanch.* fol. 63. col. 1. poſt init. *Rabboth.* fol. 210. col. 1. init. *item* fol. 155. col. 3. fin. Varia de eo vid. *Abarb.* in Prophet. prior. in Indice.

* GIGANTES. Septem ſunt nomina Gigantum, *Rabboth.* fol. 25. col. 1. poſt med.

GIHON fons, vid. *Siloah.*

GLADII ſupplicium, vid. *Supplicia.*

* GOLGATHA. De monte Golgatha *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 299.

* GOLIATH. De quo varia vid. in *Abarb.* in Prophet. prior. in Indice.

GRAE-

Digitized by Google

GRAECIAE regnum in tribus praecedit regnum impium (Romanum) in legibus, libris, et lingua. *Bereſchit* R. Sect. 16.

§. Permiſerunt ſapientes, vt libri ſacri ſcriberentur Graeca lingua; quia ſecundum praedictionem Dei ipſius, verba Iapheti erunt in tentoriis Semi, at (vt dicit Gloſſa) decor Iapheti eſt lingua Graeca, pulcherrima ex iis linguis, quae ſunt filiorum Iapheti. *Bab. Megillah.* fol. 9. 2. *Hieroſ. Megillah.* fol. 71, 3. vid. etiam *Maſſecet Sopherim.* c. 1. v. 7.

§. Quatuor ſunt linguae nobiles, quibus vtitur mundus; vernacula ad cantum; (intelligitur graeca, quae ita vocatur in *Bab. Megillah.* fol. 18. 1.) Romana ad bellum, Syriaca ad luctum, Hebraea ad elocutionem. His quidam addunt Aſſyriacam ad ſcripturam. *Hieroſ. Megillah* fol. 71. cap. 2.

GRAECE Sacra legere in Synagogis fuit permiſſum B. *Sotah* c. 7. et *Hieroſ.* R. Levi iuit Caeſaream audiensque eos legentes lectionem, *Audi Iſrael* אלינסתין Helleniſtice, voluit impedire ipſos. R. Ioſe id animadvertens iraſcebatur, dicens: Qui non poteſt legere Hebraice, num omnino non leget? imo leget quacunque lingua, quam intelligit ac nouit, et ſic officio ſuo ſatisfaciet.

Graecam Linguam Iudaeis num diſcere liceat *Wagenſeil.* Sota. p. 967. Graeca non ſatis callent Iudaei. *Wolff.* Bibl. Hebr. Part. 1. p. 318. not. Linguae Graecae Hiſtoriam edidit *Laurent. Ingewaldus*, quam cum praefatione typis exſcribi curavit Adam Rechenbergius, Lipſ. 1691. Conf. *Val. Ernſt Loeſcheri* Ion, ſiue originum Graeciae reſtauratarum Libr. II. Lipſ. 1705. Auguſtini Biſchoffs Cadmus, ſiue lingua Graeca, Ien. 1708. De legis verſione Graeca *Wilh. Schickardi* Ius Regium Hebr. edit. Carpzou. p. 106. Graecorum philoſophia prohibita. *ibid.* p. 391.

Digitized by Google

עם הארץ. *Gnam haarets*, eſt ille, qui legit ſcripturam, et recitat Miſchnam, et tamen non famulatur diſcipulis Sapientum; item ille, qui phylacteria non recitat mane et veſperi cum orationibus; item ille, cui non eſt fimbria in veſte ſua, item ille, qui non erudit filios ſuos in doctrina legis. *Gemara* in *Sotah* fol. 22. 1. עם הארץ is eſt, qui ſuſpectus eſt, ne rite decimet, et rite curet mundationes; עם הארץ plebeio vel populo terrae adhuc vilior eſt בור *Rudis*. Gloſſ. in l.

עובר לפני התיבה *Gnobher liphne hattebhd*, *Tranſiens ante arcam*, eſt phraſis admodum obſcura. Vocatur autem ita, ſi non fallor, שליח הציבור *miniſter eccleſiae*, qui e regione ſacerdotum in publico conſpectu ſtat, et tum illis cum populo *Amen* ſuccinentibus benedicendo aut orando praecedit. vid. *Megillah* c. 4. 3. 5. 8. vt etiam *Beracot* cap. 5. 3. 1. *Tranſiens ante arcam* ſi errauerit, tranſeat *alius loco eius*, *nec contumax ſit in illa hora*. Poſt ſacerdotes non *reſpondebit Amen*, *confuſionis vitandae cauſſa* etc. Vid. Lex. Buxtorf. Talm. p. 419.

עונה *Gnona* Quid? העונה אחד מעשרים וארבעה בשעה *Eſt una ex* 24 *horae partibus*. עת tempus vero quid? *una ex* 24 *partibus* τ8 עונה. Viceſima quarta pars vero τ8 עת vocatur רגע *momentum*. Hieroſ. Berac. fol. 2. col. 4.

GONORRHAEVS. Non intereſt inter Gonorrhaeum duas viſiones videntem, (i. e. duplicem impuritatem ſentientem) et illum, qui tres, praeter קרבן *oblationem*. Megillah c. 1. v. 7. Vir gonorrhaicus lauandus eſt in fonte, foemina vero profluuio laborans in מקוה collectione aquarum ad 40 ſeas aquae continente. Maimon. Hal. מקואות cap. 1. et 4. Eſra ſanciuit gonorrhaicis ablutionem. *Hieroſ. Megillah*. fol. 75. 1.

ערבון vid. *Elias*.

Digitized by Google

חלב גוש *Guſch Chalabb*, Erat in Aſeritide. *Menachot* fol. 85. 2. ibi enim extat hiſtoria pretioſiſſimi olei empti in *Guſch Chalabb.* vid. *Loca terrae Iſraelis.*

H.

* HAEREDITAS. De haereditatibus adeundis vid. *Baba Batbra* Cap. 8. miſchn. 1. ſeq. et Cap. 9. tot. Pater per votum nulla de cauſſa poterat exhaeredare filium. *Baba Kama* Cap. 9. miſchn. 10. Filii duas partes accipiunt ex haereditate paterna, ſed non materna, *Baba Batbra.* Cap. 8. miſchn. 4. De exhaeredatione, aut praeteritione alicuius in haereditate *ibid.* miſchn. 5. Haereditatis paternae quomodo inter Iudaeorum liberos fiat diuiſio *Wagenſeil. Sota.* p. 509

HAERETICVS Hebr. מין eſt ille, qui vel ſine lege Dei viuit, vel ſpecialiter errores amplectitur et docet. V. L. Talm. Buxt. p. 1200. Principes Haereticorum fuerunt Zadock et Baithos. *Roſch Haſchana.* fol. 17. 1. *Iuchaſin* fol. 59. 1. Haereticos vocant Mannichaeos, quod duo ſtatuant rerum principia; Chriſtianos, quod Trinitatem agnoſcant perſonarum; Karraitas, quod traditiones orales reiiciant. *Rabbi Salomoh* Pſalm. XXI, 2. Deut. XXXII, 22. Oratio, quibus a lege Iudaica ad Chriſtianos aut Turcas deficientibus exitium imprecantur, facta eſt A M. 4385. Zemach Dauid p. 1. f. 36. 2. *Kad. Hakkemach* 80. 1. de Haereticis vid. plura apud *Epicureum.*

De Haereticis varia apud *Edzard.* Auod Sar. Cap. 2. in Indice. De precatione contra haereticos *Tanch.* fol. 41. col. 4. init. item *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1463. et 1467. Chriſtiani a Iudaeis vocantur Minim, Haeretici. *Edzard.* Berachot. p. 283. it. 285. Haeretici Iudaeis vocantur Minim et Epicuraei. *Wolf.* not. ad Mardochaeum. p. 21.

HAL-

Digitized by Google

HALLEL Iudaeorum. De eo iam quaedam diximus apud *Feſtum Tabern.* Cantabatur etiam in principio menſis, in feſto dedicationis, in feſto ſeptimanarum, et feſto Paſchatis: Sicuti reſpectu Paſchatis in Chriſti exemplo videre eſt, cui cum aliis Paſchatis ritibus, et hunc in inſtitutione ſacrae coenae retinere placuit. Obſeruandum tamen, in Paſchate Iudaeos ſuos hymnos diſtinxiſſe in *Hallel ſimplex* et *Hallel magnum*: prius dixerunt ad quartum poculum, poſterius vero ad quintum poculum, ſi aliquem adhibebant, quoniam hoc ex ipſorum arbitrio pendebat. *Peſachim* fol. 118. *In Paſchate primi menſis non tenetur ad hymnum cum comedit; In vtrcque tenetur ad hymnum dum mactat.* Peſachim. c. 9. v. 3.

§. Iam diximus, hymnum Hallel fuiſſe ab initio Pſalmi CXIII. ad finem Pſalm. CXVIII. In Paſchate illum interſecuerunt, partemque eius recitarunt in ipſo medio conuiuii, et partem reiecerunt ad finem. De extenſione prioris portionis diſceptatum eſt inter Hillelis et Schammaei ſectatores; Schammaeani volunt vſque ad finem Pſalm. CXIII. Hilleliani vero ad finem Pſalm. CXIV. Hymnus, quem cecinit Chriſtus cum diſcipulis ſuis poſt ſacram Euchariſtiam, erat pars poſterior. In qua memorabantur haec quinque; *Exitus in Aegypto. Sciſſio maris rubri. Traditio legis. Reſurrectio mortuorum, et dolores Meſſiae.* Peſachin fol. 118. 1. vid. Cl. Buxtorf. Lex. Talmud. 614.

Benedictio Iudaeorum magnum Hallel praecedens illudque claudens. vid. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 267. De Hallel varia notatu digna *ibid.* in *Indice.* De Hallel et Hallel magno vid. *Edzard.* Berachot. p. 250. Hallel quis compoſuerit, *Wagenſeil* Sota. p. 610. quomodo recitetur. *ibid.* p. 615.

הפטרות *Haphtarot*, ſunt ſectiones Biblicae, quas in Synagogis legere conſueuerunt. Illas in quinque Sabbathis menſis Adar ceſſare faciunt, vt et etiam in omni-

omnibus nouiluniis, in feſto dedicationis, in Purim, in iciuniis, in מעמדות *ſtationibus*, et in die expiationis, nam vt obſeruat Maim. neglecta obſeruatione ordinis leguntur Haphtarot, pro ratione temporis. In Paſchate legunt ſectionem מעמדות *Conuentum* ex Leuitico. In feria vltima ſeptem ſeptimanarum, in noui anni initio, in menſe ſeptimo, in nouilunio, et die expiationum legunt ſectionem אחרי מות, In Feſti Tabernaculorum feria prima legunt ſect. מעמדות ex Leu. in caeteris omnibus diebus vero de oblationibus, quae in feſto fieri debent. In feſto dedicationis legunt de נשיאים *principibus*; in feſto Purim ſect. ויבא עמלק. Exod. XVII, 8 In nouiluniis ובראשי חדשיכם Exod. X, 10. et XXVIII, 11. In *ſtationibus* legunt hiſtoriam creationis. In ieiuniis benedictiones et maledictiones; nullas intermiſſiones faciunt in maledictionibus legendis, ſed vnus omnia legit.

§. Die hebdomadis ſecundo et quinto tempore ſacrificii veſpertini legunt ſectiones ſecundum ordinem ſuum, nec conſtituunt earum lectionem, pro ratione ſupputationis. Megillah cap. 3. 4. 5. 6.

§. In nouiluniis et diebus profeſtis ſolennitatis (בחולו מועד) legunt quatuor, nec fas eſt vel diminuere vel adiicere: nec Haphtaram ex Propheta deſumunt. Generalis regula haec eſt: Omni die, cui preces ſunt additionales, nec tamen ſit יום טוב *dies feriatus*, legunt quatuor; die feſto quinque; die expiationum ſex; Sabbatho ſeptem, non pauciora. Addere tamen licet, vt et ſectionem ex Propheta aliquo legere. *Megillah*. c. 4.

§. Hae ſectiones legi poſſunt in omni lingua, *Sectio mulieris ob adulterium ſuſpectae*, vid. *Aquas amaras*. *Confeſſio decimarum*; *Lectio* S. *hema*, *preces et benedictiones ciborum*, *iuramentum teſtimonii et iuramentum depoſiti*. Hae autem ſolum in lingua ſancta legi poſſunt. *Lectio primogenitorum*, *extractionis calcei*; *maledictiones et benedictiones* (quae factae ſunt in Gerizim). *Benedictiones ſacerdotum*, *benedictiones ſacerdotis magni*; *ſectio*, *quam Rex legere debuit*; *ſectio iuuencae decollatae*, *et ſacerdotis vncti*

ad

ad bellum. Sota. c. 7. 1. 2. V. Leusden Philol. Hebr. p. 26.

Confer de his prophetarum Lectionibus eruditum libellum M. *Laurent. Fabricii* de partitionibus Codicis Hebraei. Cap. X. *Walther* in officina Biblic. repoſit. prior. p. 239. et in Harmon. p. 927.

⁂ HASMONAEI vindicant ſibi imperium domus Dauidis cum ſacerdotio ſummo, cum antea Salomonis tempore duo fuerint principatus genera ſuper populum Iſraelem, Princeps nempe e domo Dauidis et ſacerdos e tribu Leui, quorum quilibet ſeorſim ſuam exercebat poteſtatem. *Voiſin.* Pug. fid. p. 13. b. Haſmonaeorum foeminae filios ſuos circumcidebant. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 305. De Haſmonaeis vid. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 82. et 85.

HEBDOMADIS ſic numerant dies Iudaei, *diem primum* ſeptimanae vocant אחד בשבת, *diem ſecundum* vero שני בשבת. Exemplum habes in *Bab. Maccot.* f. 5. 1. *Adueniunt duo teſtes, dicuntque* באחד בשבא *Prima Sabbathi furatus eſt iſte.* etc. ובתרי בשבא *et ſecunda Sabbathi conſummatum eſt iudicium eius.* Dies tertius appellatur תלתא בשבא. Exemplum legimus in *Bab. Kethuboth.* fol. 2. 1. *Virgo ducitur in uxorem die hebdomadis quarto, nam curatur de conuiuio* בשבת אחד *die primo hebdomadis* שני בשבת *die ſecundo* בשבת שלישי *et die tertio.* Dies quartus eſt רביעי בשבת illo die ſeparabant illum, qui vaccam rufam comburiturus erat. *Gloſſa in Parah* c. 2. Dies quartus ſeptimanae infauſtus eſt infantibus ob Synanchen, (vid. *Morbos*), hinc etiam vox מאורת *Gen.* I, 14. caret ו vau; *R. Salomoh* in loc. Dies quintus erat חמישי בשבת Illo die voluit Eſra vt legem publice legerent. *Hieroſ. Megillah* Fol. 75. 1. Sextum diem vulgo vocarunt ערב בשבת *Veſperam Sabbathi*; in illo die ex ordinatione Eſrae cepas comedere debebant. *Bab. Baua Kama.* fol. 82. 1.

Digitized by Google

§. Dies primus Hebdomadis, qui Dominico reſpondet, et in illum tranſiit, a Iudaeis vocatur יום נוצרי *Dies Chriſtianorum. Bab. Avodah Sara* fol. 6. 1. et 7. 2. יום נוצרי לעולם אסור *Die Chriſtianorum ſemper prohibitum eſt* (Iudaeo cum Chriſtiano negotiari). De Die vid. ſ. l. in D.

HEBRON. Non eſt locus in tota terra Iſraelitica magis ſaxoſus quam Hebron, inde illic ſepultura mortuorum. *Bab. Sota* fol. 34. 1. Non eſt terra aliqua excellentior quam Aegyptus, nec eſt in Aegypto locus excellentior Zoane, et tamen ſeptem vicibus nobilior erat Hebron quam Zoan vtcunque ſaxoſa. vid. R. *Salomoh Num.* XIII, 22. Ketubbot. 112. 1. item *Rabboth.* fol. 218. col. 3. ante med.

§. Tenuis gleba erat Hebrone, gramen ouibus gratum proferens, et proinde illinc agnos pro ſacrificiis, tanquam optimos petebant, hinc haec traditio אילים ממואב כבשים מחברון *Arietes a Moab, agni ab Hebron.*

§. Ex tecto templi potuerunt conſpicere Hebronem. *Gloſſa* in *Tamid* c. 3. v. 2. Et quando oriens ברקאי עד בחרון *Luceſcebat vſque ad Hebronem*, ſciebant auroram ingruiſſe et tempus mactationis ſacrificii iugis adeſſe. *Ioma* cap. 3. v. 2. et *Tamid* l. c. Erat Hebron reſpectu Hieroſolymae orientem verſus, et eius in ſpeculatione aurorae mentionem fecerunt, vt occurreret memoria meriti ſepultorum Hebrone ad ſacrificium iuge. Iuchaſin fol. 63. 1.

Quo iure Caleb poſtulauerit Hebron. *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 29. col. 3. ſeq. *Cl. Schorban* elegantem de Hebrone diſſertationem olim Jenae habuit.

* HELENA, de cuius tabula aurea, cui ſectio de Sota inſcripta erat, vid. *Wagenſeil* Sota. p. 363.

* HELLENISTAE, de quibus lege *Petr. Zornii* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 445.

Digitized by Google

HERBAM Heliotropicam quam אדני vocant, habuerunt in Iudaea *Schabbath* fol. 35. 2. vid. R. Salomo in h. l.

Herbae cuiuſdam Chaltith mentio fit *Avoda Sara* Cap. 2. miſchn. 6. et 7. vid. et Interpretes h. l. Herba quaevis certi planetae influxu gaudet. *Abarban.* in Prophet. Prior. fol. 208. col. 4.

HERODIANI, quinam fuerint, apud doctos diſceptatur. Probabiliſſima ſententia eſt, illos ita vocari, qui partibus Herodis adhaeſerant, et eius conatui ſuffragabantur, cum Aſmonaeis depulſis regnum inuaderet, oraculo quodam ad id facinus commotus, ſicuti legere eſt in *Bava Bathra* fol. 3. 2. Fieri etiam poteſt, vt ita nominarentur viri illi docti qui Hillele praeſide cum Menachemo ſe in aulam Herodis contulerunt, vt eo liberius Sadducaeam doctrinam (quae Marco eſt fermentum Herodis, Marci VIII, 15.) fouere poſſent; hiſtoriam refert *Iuchaſin* fol. 19. 1. de Hillele loquens et Schammaeo. *Antea*, inquit, *fuerant Hillel et Menachemus* praeſides Synedrii; *at receſſerat Menachemus ad famulitium Herodis regis, una cum octoginta viris ſplendide veſtitis*. De columbis Herodis. V. Cl. Buxt. L. T. p. 630.

De Herodianis vid. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 818. *Petr. Zorn* de fiſco Iud. p. 127. et de Herode varia notatu digna *ibid.* p. 68. ſeq. et *Chriſt. Noldii* hiſtoria Idumaea. Franequerae 1660.

HETEROGENEA. De iis multa et Miſchna et Maim. in כלאים retulerunt, pauca hic attuliſſe ſufficiet. Haec non ſunt Heterogenea החטים *Tritica*, הכוסמים *Speltae* השיפון *Secale* Rogken. שעורים *Hordea*, שיעל שבולת *Auena* הזונין *ſpecies tritici degeneris*, הפרקדים *fructus pretioſi*, הטופח והפול *Piſi et lentes*. *Lupus vero et Canis; Canis* הכופרי *Cypricus* (ita Cl. Caſtellus reddit ſed ſecundum Maimonidem ſimpliciter Canem venaticum ſignificat, quaſi diceres כפרי *agreſtem*)

ſtem) et vulpes, hircus et rupicapra, equus et mulus; mulus et aſinus, aſinus et onager, ſunt heterogenea, etiamſi aliquam ſimilitudinem habeant.

§. Non inſerunt arborem in arborem diuerſae ſpeciei, non olus in olus, non arborem in olus, nec olus in arborem. Si quis ſeminauerit agrum ſuum tritico, et vellet illum de nouo hordeis ſeminare, ne transgrediatur praeceptum de heterogeneis, debet agrum inuertere, occare, vt ſemen tritici eruatur et areſcat, et deinde illum poteſt arare et ſeminare hordeo. Si ager ſeminatus eſt, et ille conſilium ſumit in illo aliquid plantandi, non debet 1. plantare et deinde ſemen eruere, ſed ſemen debet primo euellere, et deinde plantare.

§. Qui intendit agrum ſuum diuerſis ſpeciebus ſeminare, debet facere אשר *areolas*, et illas diſtinguere a ſe inuicem ſpatio trium porcarum (ſiue vt eſt in Hieroſ. ſpatio duarum vlnarum) vel tantum quantum ſpatii aratrum Saroniticum in vna porca facit. *Kilaim.* cap. 1. et 2.

Heterogeneas veſtes induere haud licet, ſed licet tamen eas ſubſternere. *Tanch.* fol. 37. col. 4. poſt med. Veſtes, quibus inuoluebantur Iudaeorum mortui, poterant eſſe heterogeneae. vid. *Sam-Petitus* in Obſeruatt. Lib. III. c. 9.

HIEROSOLYMA vid. *Ieroſolyma.*

HIERICHO vid. *Iericho.*

HILLEL fuit ex familia Dauidis *Hieroſ. Taanith* fol. 68. 1. Hillel et filii eius Simeon, Gamaliel et Simeon geſſerunt Synedrii principatum a centum illis annis, qui deuaſtationem templi praeceſſerunt. *Bab. Schabbat* fol. 15. Hillel fuit homo manſuetiſſimus. *Cl. Hotting.* Theſ. Phil. p. 42. A filiis Bethirae e Babylonia veniens ad praefecturam promotus fuit, quia illos docuerat Paſcha pellere Sabbathum, in cuius rei deciſione laborabant. *Hieroſ. Peſachim* fol. 33. 1. Octoginta habuit

Hil-

Digitized by Google

Hillel diſcipulos, quorum minimus fuit maximus ille vir *Iochanan Ben Saccai.* Iuchaſin in *Hillel.* vid. etiam Cl. Buxtorf. Lex. T. in rad. הלל.

§. Inter Hillelem et Schammaeum ſemper maxima fuerunt diſſidia in doctrina et traditionibus; Exempla odii et inſidiarum harum duarum partium habes in *Hieroſ. Schabbat* fol. 33. et *Hieroſ. Schebiit* fol. 35. 2. Ibi enim recenſetur quomodo Schammaeani quosdam Hillelianos in Camera Ben Goronis interfecerint, et quod R. Tarphon in maximo vitae periculo fuerit, quia ficus comederat, ſecundum traditiones Scholae Schammaeanae. Poſt multas altercationes Bath Kol in Iafne pro Hillele ſententiam pronuntiauit, omnibus notum faciens ipſius ſententiam in determinationibus ſequendam eſſe. *Hieroſ. Berachot* fol. 3. 2.

§. Hilleliani noluerunt fidem adhibere diſputanti Eleazaro, quamuis ſuas opiniones miraculis probare conatus eſſet. *Baua Metzia* fol. 59. 2. quia ille Elieſer erat שמותי Schammaeanus *Hieroſ. Trumah* fol. 4. 3. *Iom tobh* fol. 60. 3. etc.

§. De his duabus ſectis in commune tranſiit adagium. *Controuerſias inter diſcipulos Hillelis et diſcipulos Schammaei nec ipſum Eliam Thisbiten dirimere poſſe.*

Celebres hi inter Iudaeos doctores principesque vixerunt non multo antè tempora Saluatoris noſtri, e quibus duae ortae fuerunt ſectae, ſcribarum et Phariſaeorum. *Voiſin.* Pug. fid. p. 14. Tale quoque de illis prouerbium in vſu eſt: לעולם יהי אדם ענותן כהלל ואל יהי קפדן כשמי i. e. *perpetuo ſit homo manſuetus ſicut Hillel, et non ſit iracundus ſicut Schammai. Schabb.* fol. 30. col. 2. De Hillele ſeniore et iuniore vid. *Sam. Petit.* obſeruatt. Lib. III. c. 3. De contradictionibus Hillelianorum et Schammaeanorum. *Edzard.* Berachot. p. 116. ſeqq. item p. 272. ſeq. Hillelianorum verba qui tranſgreditur, reus mortis eſt. *ibid.* p. 117. et 123. Summa manſuetudo Hillelis. *En Iſrael* part. 1. p. 42.

Digitized by Google

42. col. 2. med. Diuerſae de Hillele ſeniore hiſtoriae. *Rabboth.* fol. 166. col. 3. poſt med. Talmud *Tract. Sanhedrin* Cap. 10. de hiſce duabus ſectis ita loquitur: ex quo multiplicati ſunt diſcipuli Schammai et Hillelis, qui non, quantum oportebat, inſtructi erant ad miniſterium ſuum obeundum, multiplicata ſunt ſchiſmata in Iſraele, et facta eſt lex quaſi lex dupla. Hilleliani praeferuntur Schammaeanis, *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 333. ſeq. it. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 98. De Hillele et Hillelianis, *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. in *indice.* De Codice Scripturae Hilleliano *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. II. p. 289. *item.* not. ad Mardoch. p. 97. Quot diſcipulos habuerit Hillel. ibid. p. 98.

HINNOM vallis. Magna pars vallis Kedron vocata eſt vallis Hinnom גיא הנים quaſi vallis filiorum Hinnom. In ea erat Tophet, (alii tophel, ſed non ita bene) locus excelſus in quo hominum liberi Molecho immolabantur, quaſi praeceptum Dei ad Abrahamum Gen. XXII, 2. de eo ſonaret; eum locum Rex Ioſias cadauerum proiectione polluit. R. D. *Kimchi* in Pſal. XXVII, 13. Erat Hinnom communis totius vrbis ſentina, et vt probabile eſt vrbis ſepulchretum. Vid. Ier. VII, 32. de perpetuo igne qui ibi erat ad oſſa et reliquam ſpurcitiem conſumendam ſonat illud *Bab. Erubbin* fol. 19. 1. *Tria ſunt oſtia Gehennae, vnum in Eremo ſecundum Num. XVI, 33. Alterum in mari ſicut ſcriptum Ion. II, 2. tertium apud Hieroſolymas ſecundum illud Eſai. XXXI, 9. Cuius ignis eſt in Sione* etc. Item. *Traditio eſt ſecundum ſcholam R. Iochanan ben Saccai, duae palmae ſunt* בביאכן הנום *in valle Hinnom, inter quas aſcendit fumus etc. et hoc eſt oſtium* Gehennae. Hinc Iudaei locum damnatorum vſitatiſſime per vocem גהנום deſignant: exempla vbiqu ſcatent. Chaldaeus Paraphr. in Eſra XXXIII, 14. גהינום יקידי עלם *Gehenna ignis aeternus.*

De HIRCIS in die expiationis vid. ad. *Feſtum diei expiationis.* Illo qui hircum emiſſarium eduxit immundus

dus fuit *Bab. Ioma* fol. 66. 2. Iudaei Alexandrini vellicare conſueuerant hircum, et ipſum ad egrediendum vrgere et incitare, dicendo מה שהי צפירא דין וחובי דרא סגיאין *Quare moratur hic hircus, cum huius generationis peccata ſint tam multa? Bab. Ioma.* fol. 66.

In quacunque re fuerit notitia (immunditiei) ab initio, non autem in fine, eam hircus, qui fit intus, et dies expiationis ſuſpendunt, donec innotuerit ei, et tum demum offerat munus. *de Iuram.* Cap. 1. miſchn. 2. Varia de hircis interius et exterius oblatis, item hircis feſtorum et nouiluniorum, et pro quibus illi expient. *ibid.* miſchn. 2. 3. 4. ſeq.

✱ HIRVNDO terrori eſt aquilae *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 558.

✱ HISKIA. De ſepulchro Hiskiae. *Rabboth.* fol. 290. col. 3. poſt init.

✱ HISPANIA. Huius prouinciae mentio fit. *Baba Batbra* Cap. 3. miſchn. 2.

HOLOCAVSTA vid. Sacrificia.

HOMICIDA eſt qui proximum ſuum percuſſit lapide aut ferro, aut in aquam aut ignem intruſerit, vnde exire nequeat, ac moriatur. Quod ſi quem impulerit in aquam aut ignem, ſi inde exire aliquis potuiſſet, ille autem moriatur, liber eſt. Si canem aut ſerpentem in quem incitauerit, non tenetur. Si quiſpiam proximum percuſſerit lapide pugnoue, et iſta plaga lethalis aeſtimata ſit; ſi melius haberi ceperit, malum vero poſtmodum iterum ingraueſcat, ita vt moriatur, reus eſt. Sanhedrin. Cap. 9. miſchn. 1.

§. Si quis in animo habuerit ferire beſtiam, atque intteremerit hominem, aut intenderit ferire peregrinum, et interfecerit Iſraelitam, liber eſt. Si intenderit fe-

Digitized by Google

mur cuiuspiam percutere, vbi ictus lethalis non fuiſſet; et telum in pectus inciderit, lethalemque plagam fecerit, et moriatur, liber eſt. Si intenderit pectus lethali plaga ferire, ictusque in femur delatus lethalis non ſit, etiamſi moriatur alter, liber eſt. Verum ſi intenderit quempiam ferire in lumbis, tam fortiter vt illo ictu interfici potuiſſet, isque deferatur in pectus, vitamque ei eripiat, tenetur. Homicida ſi admiſceretur aliis reis, omnes liberi ſunt. R. Iehuda ait, carcere includuntur cuncti, *Sanhedr.* cap. 9. miſchn, 2. et 3.

§. Hos licet occidere, vt alios liberemus; qui alterum proſequitur animo occidendi, qui inſectatur maſculum, aut puellam deſponſatam. Sed qui ſectatur beſtiam, Sabbathum violat, idolo diuinos honores defert, haud ſunt occidendi, ne peccent. *Sanhed.* c. 7. 8. *Maimon. Hal. Rotzeach.* c. 1.

§. Si quis occiderit absque teſtibus inditur לכיפה *arcae*, et cibatur pane aerumnae et aqua anguſtiae. *Sanhed.* cap. 9. 5.

§. Quod de duplici homicida et duplici eius iudicio modo innuimus, clarius a *Maimon:* proponitur in *Rotzeach* cap. 2. Quicunque proximum occiderit manu ſua, gladio ſcilicet percutiens aut lapide, ita vt ipſum interficiat: aut ſtrangulauerit aut combuſſerit, ita vt moriatur, quocunque modo in propria perſona interficiens. Ecce talis morte mulctandus a Synedrio: at ille qui mercede conducit alium, vt occidat proximum, aut qui ſeruos ſuos mittit, et illi occidunt aut violenter in aliquam beſtiam protrudit, aut qui ſe ipſum interimit כל אחד מאלו שופך דמים vnusquisque horum eſt effuſor ſanguinis, et damnas eſt mortis לשמים per manum Dei, at non plectendus eſt a Synedrio. Chriſtus Math. V, 22. Iudaeis oſtendit ipſos male homicidas ita diſtinguere, et ſolum ad hos duos caſus reſtringere, cum et ille homicida ſit, qui temere fratri ſuo iraſcitur.

Qui imprudens, neque ex proaereſi occiderit hominem, quaenam ſit eius poena. *Maccoth*, Cap. 2. miſchn,

Digitized by Google

miſchn. 1. ſeq. tot. Occiſores imprudentes fugiunt ad aſyla. *ibid.* miſchn. 4. et *Tanch.* fol. 11. col. 2. init. Homicidium grauiſſimum peccatum. *Rabboth* fol. 237. col. 3. med. fol. 183. col. 4. fin. ſeq. Homicida quomodo noſſe potuerit viam ad Aſyla ducentem. *Tanchum.* fol. 76. col. 4. poſt med. Homicida imprudens fugere poterat ad Aſyla, ſed doloſus etiam ad altare occidendus. *ibid.* fin. Quicunque hominem occidit, non ſolum eum occidit, ſed omnes poſteros eius cum ipſo. *Sanhedr.* cap. 4. miſchn. 5. Quicunque vnum homiem occidit, habendus eſt, quaſi integrum mundum deſtruxiſſet. *ibid.*

* HOMO. Eius creatio mirabilis eſt. *Tanch.* fol. 68. col. 4. med. Cur non niſi vnicus homo in initio fuerit creatus. *Sanhedr.* Cap. 4. miſchn. 5. Dei ſapientia etiam ex creatione hominis elucet, eo quod nemo alteri per omnia ſimilis ſit. *ibid.* Homines omnes facie ſibi diſſimiles. *Rabboth* fol. 229. col. 3. poſt init. Homo ante lapſum faciem habuit ſplendentem. *Tanch.* fol. 1. col. 4. circ. fin. Poſt lapſum ſex amiſit perfectiones. *ibid.* Homo quomodo feratur in vtero materno, et quot ſint eius vices per omnem vitam. *ibid.* fol. 39. col. 3. med. tot. et col. 4. tot. ſeq. prolixe. Homo eſt microcoſmus. *Rabboth.* fol. 311. col. 4. poſt init.

HONORVM in gente Iſraelitica hi erant gradus et ſubſellia. *Hieroſ. Horaioth* fol. 84. 2. Sapiens praeferendus Regi: Rex ſummo Pontifici: ſummus Pontifex Prophetae: Propheta ſacerdoti vncto in bellum: Sacerdos vnctus in bellum Praefecto ephemeriae: Praefectus ephemeriae capiti familiae: caput familiae Conſiliario: Conſiliarius theſaurario: Theſaurarius ſacerdoti priuato: Sacerdos priuatus Leuitae, Leuita Iſraelitae: Iſraelita notho: Nothus Nethinaeo: Nethinaeus Praeſelyto: Proſelytus ſeruo manumiſſo. At quando hoc? Nempe cum caetera ſunt paria: At vero ſi no-

Digitized by Google

thus ſit diſcipulus ſapientis et ſacerdos ſummus ſit indoctus, nothus ei praeferendus. Sapiens eſt praeferendus Regi: nam ſi moriatur ſapiens, non eſt ei par; At ſi moriatur Rex, quiuis Iſraelita Rex eſſe poteſt. conſ. *Rabboth.* fol. 181. col. 2. med.

Non dat Deus honorem et magnificentiam niſi ei, qui in minoribus fuerit fidelis. *Tanch.* fol. 19. col. 2. fin.

HORAS cognoſcendi modum apud gentes ſui aeui deſcribit Aruch in צרור שעה. Sapientes gentilium conficiunt coram Regibus imagines, quibus dant in manus 24. lapides; iisque ſupponunt peluim magnam aeream; finita hora qualibet, proiicit imago lapidem vnum in peluim iſtam, cuius ſonus per totam ciuitatem exauditur, et inde cognoſcunt horas. De hoc צרור שעה vid. *Kelim* 26. 4.

De ſupputatione Horarum in Miſchna vid. *Bart.* ad Berachot. Cap. 1. miſchn. 2. et Guiſ. h. l. Horas diei ab ortu ſolis, nocturnas vere a ſolis occaſu numerarunt Judaei. *Edzard.* Berachot. p. 255. ſeq. Duodecim horae ſunt diei. *En Iſrael* Part. I. fol. 55. col. 1. poſt init.

✱ HORDEVM beſtiarum eſt cibus *Wagenſeil.* Sota. p. 354.

✱ HORREVM ſeparare debent ab vrbe quinquaginta cubitos. *Baba Bathra* Cap. 2. miſchn. 8.

HOSPITIBVS peregrinantibus tria debentur officia, quae Abraham inſtituiſſe dicitur, אכילה *Cibus*, שתיה *potus*, לויה *Comitatus.* Sota 46. 2.

§. Qui Hoſpites peregrinantes ſaepius excipiunt, ſuis conclauibus communiter haec inſcripta habent ביום ראשון אורח *primo die hoſpes*, ביום שני טורח *die ſecundo moleſtia*, ביום שלישי סרח *die tertio ſuperfluus*, ביום רביעי הוא בורח *quarto debet eſſe fugitiuus.* *Quin-*

Digitized by Google

ſto die עלרח קרח *Abi Calvaſter*, ביום ששי מר צרח *ſe-ſexto die hoſpes amare clamat.* Vid. in hunc ſenſum quae ſunt in *Midraſch Tehillim* Pſalm. XXIII.

§. Quamuis aliquis hoſpes viator aliquid apud ſe habeat quod comedat, tamen debet a tabernario ſiue hoſpite ſuo aliquid emere, vt fructus aliquis inferatur hoſpitio. R. *Salomoh Num.* XX, 17. Quiuis debet hoſpiti ſuo vrceum teſtaceum ſuum relinquere, *Joma* fol. 12. 1. vid. *Hieroſolyma.*

Comitatus praeſtandus eſt hoſpitibus. *Wagenſeil.* Sota. p. 1020. et 1023. et 1030. Hoſpitalitatis laus. *En Iſrael* Part. I. p. 59. col. 1. poſt med. it. *Zornius* Hiſtor. Hecataei p. 22. not. et Tom. 2. opuſc. ſacr. p. 440. Abraham fuit hoſpitalis. *Rabboth.* fol. 45. col. 3. ante med. Inſigne exemplum inhoſpitalitalitatis, cuius poenam luerit hoſpes. *ibid.* fol. 293. col. 3. poſt init. Hoſpitalitas remuneratur, et quantum quis hoſpiti debeat, qui eum in aedes recipit. *Tanch.* fol. 20. col. 2. med. prolixe.

✱ HVMILITAS Deo grata. *Tanch.* fol. 2. col. 1. med. it. *Edzard.* Berachot p. 182. *Rabboth* fol. 178. col. 3. med. it. fol. 136. col. 2. init. Septem in locis Deus ſe aequiparat conſortio humilium. *Tanch.* fol. 7. col. 1. circ. fin.

HYPERBOLE libenter vtuntur Judaei, vt in plurimis exemplis obſeruauimus. v.g. Quando dicunt ערים גדולו' ובצורות בשמים *vrbes magnae et munitae ad coelum vſque.* Simile eſt quod in *Bab. Joma* fol. 25. 2. legitur, *fuerunt Eleaſari Ben Harſum mille vrbes in arida et mille naues in mari.* Id eſt fuit Eleaſar Paleſtinae potentiſſimus magnas. Eiusdem farinae ſermo eſt in *Middot.* c. 9. *Trecenti ſacerdotes occupabantur ad vitem porticus remouendam.* Et Tamid. c. 3. 8. *Hierichunte audire poterant ſtrepitum portae templi, cum recludebatur, item ſonum tintinabuli* etc. Quae cum plurimi legunt, ſtatim

ſtatim exclamant, fabulae! non animaduertentes גוזמא ſiue הבאי *hyperbolen* ineſſe: et nos Europaeos etiam talibus hyperboliſmis vti, cum rei magnam vim aut excellentiam denotare volumus. Judaei in ſuis introductionibus Talmudicis praecipue in *Halicboth Olam* nos admonent, ſe hyperbolice loqui, et nos ipſos vel fabuloſos vel mendaces eſſe volumus.

✱ HYDRIA. De typo hydriae ex nuptiis Canae Galilaeae adhuc ſuperſtite. *Wolf.* Bibl.Hebr.Part.II. p. 1098.

✱ HYDROPS vnde oriatur? *Rabboth.* fol. 148. col. 1. ante med. Quot ſint ſpecies hydropis. *En Iſrael* Part. I. p. 45. col. 1. ante med.

HYPOCRITAE a Judaeis vocantur צבועין *tincti* vel *colorati. Bab. Sota* fol. 22. 2. Rex Jannai moriens vxorem monuit, *vt caueat ſibi* מן הצבועין *ab hominibus pictis, Phariſaeos ſimilantibus, quorum opera ſunt ſicut opera Zimri, at tamen expectant mercedem Pinchaſi.* Gloſſ. *Homines picti ii ſunt quorum forma externa non reſpondet naturae ipſorum, quorumque opera mala ſunt, vt opera Zimri, et tamen ab hominibus honorem Pinchaſi efflagitant.* De Hypocritis ſanum exſtat axioma in *Bab. Joma* fol. 72. 2. Diſcipulus Sapientum שאין תוכו כברו *qui idem non eſt ad intra quod eſt ad extra, non eſt diſcipulus ſapiens.*

HYSSOPVS ὕσσωπος; ipſi reſpondet in Hebraeo אזוב; cuius fuerunt variae ſpecies אזוב יון *Hyſſopus Graeca*, אזוב כוחל *Hyſſopus fucata* forſan coloris ſtibii אזוב רומי *Hyſſopus Romana*, אזוב מדברי *Hyſſopus agreſtis. Parab* c. 11. 7. De Hyſſopo hunc Canonem habemus loc. m. c. כל אזוב שיש לו שם לווי פסול *quaecunque hyſſopus habet epitheton, non eſt idonea* ad aſperſionem immundi.

§. Legimus in hiſtoria Euangelica, ſpongiam aceto plenam, qua Chriſti ſitim adſtantes extinguere voluerunt, impoſitam fuiſſe Hyſſopo, quae Matth. et Marco fuit

fuit calamus: quaeri poteſt, an talis Hyſſopus in Palaeſtina fuerit, quae in calamos creuerit? Reſp. talem aliquam Hyſſopi ſpeciem fuiſſe elici poteſt ex *Succa* fol. 13. 1. ibi enim inter mentionem cannarum calamorum, quibus ſua tuguriola obtegere debebant in feſto tabernaculorum etiam memoratur אזוב hyſſopus, quae certe in hunc finem ipſis parum profuiſſet, niſi cannarum in modum extenſos culmos habuiſſet. His adde Magiſtros expreſſe diſtinguere in *Parah* c. 11. 8. inter illum qui hyſſopum colligit לאוכלין *pro cibo*, et illum שלקטו לעצים qui ipſam colligit *pro ligno*: Quae praeſupponunt aliquam ſaltem hyſſopi ſpeciem ſatis craſſos culmos habuiſſe.

§. Hyſſopi faſciculus fiebat ex tribus ſtipitibus ſiue caulibus, quorum quisque habebat alios ramuſculos, minimum tres. *Parah* cap. 11. Hyſſopus breuior ligabitur filo ad bacillum. *Parah* cap. 12. Non comedunt Hyſſopum in Sabbatho, quia non eſt cibus hominum ſanorum, id eſt cibus communis, ſed medicinalis. *Schabbath* fol. 109. 2. in Miſchna de Hyſſopi ſpeciebus vid. *Cholin.* fol. 63. 2. *Negaim* cap. vlt.

Item *Michl. Joph*, Exod. XII, v. 22. Hyſſopi laus *Rabboth*. fol. 109. col. 3. p. med.

I.

IABHNE יבנה locus cuius mentio fit II. Paral. XXVI. 6. et qui celeberrimus eſt ob ſedem ſynedrii, quae ante et poſt vaſtatas Hieroſolymas ibi fuit. Praeſedit illic primus Rabban Gamaliel, (de quo v. ſ. l.) et octodecim annis ante excidium vrbis excepit eum filius eius Rabban Simeon. Exciſis Hieroſolymis praeſedit ibi Jochanan Ben Saccai, (de quo v. ſ. l.) et poſt eum R. Gamaliel ſecundus. Poſt hunc vero R. Akiba, vid. *Juchaſin* fol. 21. et fol. 57. 1. et 53. *Auot*. R. *Nathan* c. 4. *Roſch Haſchana* c. 1. 7.

§. Cla-

§. Claruit hic locus prae omnibus Academiae ſedibus, excepta Tiberiade, ita vt illinc ortum Adagium כרם ביבנה *vinea Jaſnenſis*. Extiterunt Jabhne trecentae ſtudioſorum claſſes. *Hieroſ. Taanis* fol. 67. 4. Diſtabat Jaſne Azoto duabus parſis (i. e. VIII. M. paſſuum) vocataque eſt tandem אינלין. *Beniam. in itin.* Cur Jabhne vocata fuerit vinea, rationem reddit R. Salomoh in *Jebhamot* cap. 8. שהיו יושבין שורות שורות *Quoniam ſtudioſi illic* conſederunt ſeriatim, inſtar vineae quae plantatur שורות שורות lineatim (Marcus diceret πρασιαὶ πρασιαί.)

De JACOBI Patriarchae ſepultura multa loquuntur Gemariſtae ad c. 2. Sota ad ea verba, *Joſeph meruit patrem ſuum ſepelire* etc. R. Abhu inter alia ibi recenſet, Joſephum ſuam coronam ſuſpendiſſe feretro poſtquam ad locum אטד peruentum erat; Iſmaelitas etiam et filios Eſau pariter aliquas coronas appoſuiſſe, ita vt triginta ſex coronae numeratae fuerint.

Quamdiu Jacob fuit in aedibus Labanis, non apparuit ipſi Deus. *Tanch.* fol. 12. col. 1. init. Jacobo reuertenti a Labane quomodo occurrerint Angeli. *ibid.* col. 3. init. Vir fuit manu fortis atque robuſtus. *ibid.* circ. med. Jacobi nomen cabbaliſtice explicatum. *ibid.* fol. 19. col. 2. circ. med. Propter dignitatem et meritum Jacobi redemti ſunt Iſraelitae ex Aegypto, *ibid.* Jacobus Deo admodum gratus fuit, *ibid.* fol. 59. col. 4. med. tot. *Rabboth.* fol. 177. col. 1. init. De morte et ſepultura Jacobi. *ibid.* fol. 172. col. 1. fin. ſeq. it. fol. 92. col. 2. fin. *Tanch.* fol. 59. col. 1. poſt init. De Jacobo Patriarcha varia vid. in *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 577.

* IANNAEVS. De Alexandro Iannaeo *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 85. ſeq. et 122. ſeq.

IDOLOLATRIA. Idololatra reus fit lapidationis, ſiue עובד idolo cultum ſuum exhibuerit, ſiue ſacri-

ſacrificium obtulerit, ſiue ſuffitum fecerit, ſiue libauerit, ſiue adorauerit, ſiue illud ſibi Deum fecerit, atque ipſum his verbis ſalutauerit אלי אתה *Tu es Deus meus*. At qui amplexatur, oſculatur, conuerrit, collocat, lauat, vngit, veſtit, violat interdictum (עובר לא תעשה.) qui votum concipit in nomine eius violat interdictum. Qui ſe nudat coram *Baal Peor*, is ordinarium illi cultum defert. Eadem ratio eſt ſi quis proiicit אבן למרקולים *lapidem Mercoli*, nam is eſt cultus eius. *Sanhed.* c. 7. §. 6. Quomodo explicent dictum *Exod.* XX, 23. *Non facietis Deos alienos* etc. vid. L. T. Buxt. p. 187.

§. Idololatriae initium fuit tempore Enoſi; vid. *ſtellas col.* etc. In Aegypto Iſraelitae ad idololatriam deflexerunt, excepta tribu Leui. Fundamentum mandati de idololatria eſt, ne quis ſeruiat vlli rerum creatarum; non Angelo, non ſphaerae, non ſtellae, non vni ex quatuor elementis. Multos libros compoſuerunt idololatrae de cultu ſuo, ſed in illis ſecundum praeceptum Dei legere non debemus, quia omnia ea quae hominem ad idololatriam impellunt, prohibita ſunt.

§. Praeceptum de idololatria tanti ponderis eſt, ac reliqua omnia mandata: hinc qui idololatriam ſuſcipit, negat totam legem omnesque prophetas. Iſraelita qui idololatra eſt, aut Epicureus nequaquam pro Iſraelita habendus eſt. Vt quis idololatriae reus fiat, ſufficit confiteri, idolorum cultum verum eſſe, etiamſi ipſe idolis non ſeruiat.

§. Idololatra lapidatur et ſuſpenditur, ſi ſciens volensque idola coluerit, alias, ſi errore id fecerit, ſacrificium expiationis determinatum offert. Senatus omnes idololatrici cultus modos ſcire debuit, ne lapidibus aliquem obruant idololatriae cauſſa, antequam iis conſtiterit, hunc eſſe eius cultum. Simul ac aliquis diuerſi quid a vero numine dixerit Deum ſuum eſſe, etſi laterculus eſſet, capitis reus fit. Si quis habeat ſpinam infixam pedi ſuo, aut videat diſperſus nummos

Digitized by Google

mos ante idolum, ne ſe incuruet ad eam euellendam, aut eos tollendos, ne videatur ſe idolo incuruare. Prohibitum eſt, imagines facere לנוי *ad ornatum*, etiamſi non fiant ad *cultum*; ne per eas ſeducantur *ſimplices*: המועים: reſtringitur autem hoc ſolum ad figuras et imagines בולטות *protuberantes*, in palatiis aut tricliniis, nam imagines משוקעות *depreſſas* et coloribus expreſſas facere licet. *Maimon. Hal. Auoda Sara* c. 1. et 2. et 3.

§. De variis idolis, qualia ſunt Moloch, Aſima, Adramelech, Nergal Niſroch, Succot, Benot, Kephan, Thammus, Theraphin, Baal Zephon, Baal Peor (cuius cultus erat, vt ſe coram ipſo detegerent) Camoſch vel Cemos, Aſtarot, Baalzebub, Dagon et Gad; vid. Seldenum de *Diis Syris*, et Leusdenii *Philolog. Mixtum.*

§. Apud Judaeos pro religione et praeclaro facto fere habitum fuit, idolis atque idololatriae conuitiari. *Hieroſ. Auoda Sara* fol. 43. 3. Polluit Idololatria, ſicut polluit foemina menſtruoſa: ſicut dicitur, *abiicies* (idolum) *ſicut quid menſtruatum, dicesque ei, apage* Eſai XXX, 22. R. Lazar dicit, dices ei, apage; illud quod vocant faciem Dei, vocent faciem canis. Illud quod vocant עין כוס *fontem calicis*, vocent עין קוץ *fontem taedii.* Illud quod vocant גדייה *fortunam*, vocent גליא foetorem. Illud oppidum quod aliquando dictum eſt Bethel, poſtea dictum eſt Beth-Auen. *Bab. Sanhed.* fol. 93 2. כל ליצנותא אסירא חוץ מליצנותא דע"ז *omnis irriſio prohibetur, praeter irriſionem idololatriae.* Repetitur hoc etiam in *Megillah* fol 25 2. vbi hoc additur. Licet Judaeo dicere Cuthaeo שקליה לע"ז אנחיה בשי"ן ת"ו *accipe idolum tuum, et repone ſub clunibus.*

§. Inter nomina probroſa idolis indita commune fuit זבול *ſtercus. Hieroſ. Berachot* Fol. 12. 2. אפילו אותם שפשטו ידיהם בזבול יש להם בטחון *Etiam illis qui manus ſuas expanderunt in ſtercorario* (idolo) *eſt ſpes, vt iterum in eccleſiam reducantur.* Et paulo poſt, qui videt eos מזבלין *ſtercorantes* (id eſt *ſacrificantes*) *idolo* etc.

§. Haec

Digitized by Google

§. Haec ſunt tempora idololatrarum, (i. e. his temporibus cultum idolis praecipue praeſtare geſtiunt idololatrae) קלנדא *calendae*, סטורנורא *ſaturnalia*, קרטיסים *κράτησις* cum primum imperium capeſſerent. ויום הלידה וגנוסא של מלכים *Regum γενέσια* et *dies natiuitatis*. Id eſt, cum celebrant memoriam illius diei; quo ad regnum peruenerunt, et quo hanc lucem aſpexerunt. *Auodu Sara* c. 1. v. 3.

§. Idololatriam foucbant tempore regni Graecorum כלילאי *Calilaei*, qui ſolebant afferre coronas roſaceas, et eas ſuſpendere ad fores fanorum, et ad ianuas tabernarum, cantare cantica idolis ſuis, inſcribere fronti bouis et fronti aſini, nullam dominis ipſorum eſſe partem in Deo Iſraelis; ſed tandem illi ab Haſmonaeis eiecti fuerunt, die 27. Menſis איר, qui dies quoque deinde feſtiue celebratus fuit. *Megillah Taanit* cap. 2.

§. In vniuerſam apoſtaſiam alicuius vrbis ad idola nemo animaduertere potuit praeter Senatum LXXI. virorum. Si vrbs illa in limitibus ſita ſit, ob apoſtaſiam non plectitur, (ne, ſcilicet oblato munimento in finibus, hoſtes commodius terram inuadere poſſint.) Si plures vrbes in hoc malum inciderunt, nunquam ternae eodem tempore, ſed vna, vel ad ſummum binae plectuntur. *Sanhed.* c. 1. 5. De ſeductore ad idololatriam vid. *Seductor*.

De idolis et idololatria *Edzard*. Auod. Sar. cap. 2. in indice. *En Iſrael* Part. I. p. 51. col. 1. poſt init. Idololatria grauiſſimum crimen. *Rabboth* fol. 236. col. 4. med. it. fol. 183. col. 4. fin. ſeq. De decem ſpeciebus idololatriae, variisque huc pertinentibus, *Abarb.* in Prophet. prior. in indice. De idololatria Iſraelitarum *Cramerus* ad Cod. Succa p. 481. ſeq. Iſraelitae fuerunt idololatrae in Aegypto. *Rabboth* fol. 155. col. 3. poſt med. De idololatria Orientalium, Babyloniorum, Aegyptiorum, vid. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum p. 31. 33. et 154. Idololatrarum luci prohibiti ſunt, non vero montes et cur.

Auoda Sara cap. 3. miſchn. 5. ſeqq. Si cui idolo hortus dedicatus fuerit, aut balneum, illius vſus conceditur. *ibid.* cap. 4. miſchn. 3. Quomodo idolum poſſit profanari. *ibid.* miſchn. 4. Idolum, quod deſeruerunt cultores eius pacis tempore, licitum eſt, at quod deſeruerunt belli tempore, illud eſt illicitum. *ibid.* miſchn. 6. Cur Deus idola gentilium non deſtruat. *ibid.* miſchn. 7. Omnia idola ſunt prohibita. *ibid.* cap. 3. miſchn. 1. ſeq. Si quis inuenerit vaſa idololatrica, in quibus exſculpta ſunt forma Solis, Lunae, aut Draconis, ea proiicito in mare ſalſum. *ibid.* cap. 3. miſchn. 3. Candelam accendere non licet in candela, quae additam habet imaginem idololatricam. *Tanch.* fol. 11. circ. fin. Maieſtas diuina non habitat in aede idololatrica. *ibid.* col. 4. circ. fin. Si cuius domus vicina ſit fano idololatrico et corruat, quid faciendum. *Auod. Sar.* cap. 3. miſchn. 6. Lapides fani idololatrici, ligna et puluis eius immundant immunditie vel reptilis vel menſtruatae. *ibid.* Quaenam ſint differentiae domus, lapidis et arboris idololatricae. *ibid.* miſchn. 7. Quomodo quis benedicere debeat ſuper odore aromatum, quibus idolis ſuffitus fiebat. *Tanch.* fol. 11. col. 3. init. Quomodo quis adſpectum idoli benedicere debeat. *Rabboth* fol. 280. col. 4 fin. Sacerdotes idololatrae vocantur כמרים et cur. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 302. col. 3. Triduo ante feſta idololatrarum nefas eſt cum iis commercium habere. *Auod. Sar.* cap. 1. miſchn. 1. Quaenam res vendere idololatris ſit prohibitum. *ibid.* miſchn. 5. Gentiles in balneis erigere ſolent idola. *ibid.* miſchn. 7. Non licet facere ornamenta idolis, qualia ſunt catenulae, inaures atque annuli. *ibid.* miſch. 8. Non licet domum locare idololatrae in terra Judaica, nec fructus ipſi vendere terrae affixos. *ibid.* Idololatrae colunt columbas et piſces. *Tanch.* fol. 82. col. 1. poſt med. De ciuitate idololatrica. *Sanhedr.*

cap.

Digitized by Google

cap. 10. miſch. 4. ſeq. Idololatrica vrbs vitanda. *Abarb.* in Proph. prior. fol. 246. col. 3. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 264. Idololatriam Syrorum vid. in integro libello *Seldeni* de Diis Syris. In genere de cultu Deorum conf. Ant. *van Dale* diſſertationes de origine idololatriae et ſuperſtitionis. Wittenb. A. u N. 1702. p. 176. Nec non A Diſcours concerning the Nature of Idololatry etc. *Act. Erudit.* An. 1688. p. 634.

JEHOVA. Nomen ſanctum יהוה nullibi, niſi in ſanctuario, pronuntiabant ſicuti ſcribitur, alibi vero ſemper per אדני aut aliud cognomen efferebant, ne, ſi vbique absque locorum diſcrimine protuliſſent, promiſcuo tali vſu obſoleſceret eius ſanctitas, in qua religioſe obſeruanda, omni tempore ad nauſeam vſque ſuperſtitioſi fuere. Interim tamen nobis cauendum, ne in defectu peccemus, eſt enim illud nomen auguſtiſſimum; audiatur antiquum *Targum Hieroſ.* Deut. XXXII. *Ait Moſes, vae iis, qui in execrationibus proferunt nomen ſanctum, ſi quidem nullis angelis, qui ſuperne ſunt, id licet enuntiare, niſi* τῷ τρισαγίῳ *praemiſſo; ab illis didicit Moſes, vt non vſurparet nomen Dei expreſſum* עד ומן מחניך פומיה בעשרה וחדה מילין. *antequam* XXI. *vocibus ei* XCV. *litteris os ſuum conſecraſſet.* Quae deinde de hoc nomine communiter ventilantur, hodie omnibus ita trita ſunt, vt nemo non naſum Rhinocerotis ſibi in illis habere videatur. Quare nos iis hic ſuperſedemus.

Qui nomen יהוה pronuntiat per ſuas litteras, non habebit partem in vita aeterna. *Sanhedr.* cap. 10. miſch. 1. *Tanch.* fol. 21. col. 2. init. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 140. et 325. De Trinitate ex ſcriptione vocis Jehouah, per tria Joddin demonſtranda, *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 199. not. et p. 995. it. Part. II. p. 315. not. Filius Kamtzar nouit artem ſcribendi nomen quadrilitterum vno ductu, quam communicare cum aliis noluit et hinc inter

impios refertur. *Joma* cap. 3. miſch. 11. et *Jom Tobh* et *Bart.* ad h. l. Nomen Jehouah notat Deum et Synedrium ipſius. *Edzard.* Berachot. p. 200. Nomen Jehouah eſt ſoli Deo proprium. *ibid.* p. 226. quod grammatice demonſtratur, quia non recipit ה demonſtratiuum, neque affixum, nec admittit formam regiminis, neque flexionem in numerum pluralem. V. *Joh. Leusdeni* Jonas illuſtratus. p. 72. ſeq. conf. *ibid.* p. 24. et 90. De lectione huius vocis vid. tres integras diſſert. *Leusdeni* in Philol. Hebr. p. 292. ſeq. De Schem Hamphoraſch *Rabboth.* fol. 318. col. 3. med.

* IEHV ab Eliſa non fuit vnctus oleo vnctionis, ſed oleo Apharſemon. *Maimon.* de vaſ. templi cap. 1. §. 11. *Abarb.* in Proph. prior. fol. 280. col. 1.

IEHVDA ſanctus ר׳ יהודה הקדוש natus eſt eo die, quo Akiba occubuit, inde orta illa Judaeorum ſententia, *eo die occidit lux Iſraelis et iterum orta eſt.* Poſtquam rebus adminiſtrandis admotus fuit, prima eius cura erat ſynedrium et academiam in Tiberiada transferre. Quod etiam feliciter ipſi ſucceſſit. Deinde operam contulit, vt omnia *Miſchnaioth* in vnum volumen compingeret; videbat enim (inquit *Zemach David*) prolongationem captiuitatis, et diſcipulos puſillanimes redditos eſſe. Vim ſapientiae vero et legem oralem attenuatam. Corraſit itaque omnia decreta, ſtatuta et dicta virorum doctorum, qui ante ipſum floruerunt, atque ea in hunc ordinem diſpoſuit, quo illa hodierno die conſpiciuntur.

§. Hic doctor κατ' ἐξοχὴν vocatur Rabbi; aliquas de eo hiſtoriolas habes in *Hieroſ. Sanhed.* fol. 18. 3. vbi intercalatio male ceſſit ſuis diſcipulis. *Hieroſ. Erubhin* fol. 23. 4. vbi Magdalenſes non exiguum beneficium ab ipſo recipiunt. *Hieroſ. Horaioth* fol. 47. 1. vbi Simeon Ben Lachiſch ipſum quoque cenſurae ſubiectum eſſe voluit.

Digitized by Google

voluit. *Hieroſ. Terumot* fol. 46. 2. vbi familiares eius דיקלטט *Diocletianum* porcarium male excipiunt.

§. Mortuus eſt Rabbi *Zippore*, quo ſe ante obitum 17. annis contulerat, at ſepultus fuit in *Beth Schaarim*, moriens praecepit, ne ploraretur in ciuitatibus paruis, ſed in magnis. G. *Bab. Sanhed.* fol. 47. 1. Miracula facta ſunt illo die, quo ciuitates congregatae erant ad ipſum plangendum. *Hieroſ. Kilaim* fol. 32. 2. Filium reliquit R. Gamalielem, vltimum ſynedrii praeſidem, cum illo enim ſynedrialis poteſtas expirauit. vid. *Juchaſin.*

Ipſe, quamdiu vixit, et conſiſtorium eius publice Miſchnam docuerunt. *Voiſin.* Pug. fid. p. 26. a. Vndecim ſapientes ſummi ab eo legem oralem didicerunt, inter quos praecipue memorabiles ſunt Simeon et Gamaliel filii ipſius, *ibid.* Vixit is tempore Antonini, *ibid.* b. et *Buxtorf.* Biblioth. Rabb. p. 229. Non ſolus miſchnam concinnauit, ſed vna cum conſiſtorio ſuo. *Voiſin* l. c. Alii eum coaetaneum faciunt tribus imperatoribus, Antonino, Marco Antonino et Commodo. *ibid.* De tempore, quando ille miſchnam conſcripſerit. *ibid.* Eius elogium. *Pokok* Port. Moſ. p. 35. 36. Vnde dicatur ſanctus, *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 199. vocatur κατ᾽ ἐξοχὴν Rabbi. *ibid.* p. 259. Vltima voluntas eius. *Rabboth.* fol. 92. col. 3. poſt init. Ipſius hiſtoria. *Wagenſeil.* Sota. p. 999.

IEIVNIA varia habuerunt Judaei. 1. Ieiunabat totus coetus et priuati propter pluuias ſementi neceſſarias. *Taanit* c. 1. Praeſente die Octobris decimo ſeptimo, ſi adhuc nullae pluuiae deſcenderint, incipiunt priuati ieiunare tria ieiunia; ſi iam adſit initium Nouembris, nec vllae pluuiae ſegetes irrigauerint, ſynedrium tria ieiunia eccleſiae decernit; ſi illa ieiunia praeterierint, nec tamen Deus ipſos exaudiuerit, ſynedrium tria alia ieiunia prioribus rigidiora decernit. Si nec tunc pluuiam habuerint, a ſynedrio ſeptem

alia ieiunia indicantur; priuati vero ieiunare pergunt vſque ad finem Martii: qui, ſi ad exitum peruenerit abſque pluuia, ſignum eſt maledictionis.

§. 2. Indixerunt ſibi ipſis non raro ieiunia eo fine, vt felicia adipiſcerentur inſomnia, vel vt inſomnii malum omen auerterent. Hinc phraſeologia vſitatiſſima תענית חלום *ieiunium pro inſomnio*, cuius cauſſa licet ieiunare in Sabbatho. *Bab. Schabbat* fol. 11. 1. cum propter alia ieiunia id fuerit prohibitum.

§. 3. Ieiunarunt ſaepe eo fine, vt deſideria ſua aſſequerentur, *Hieroſ. Kilaim* fol. 32. 2. *R. Joſe ieiunauit octoginta ieiunia, et R. Simeon Ben Lachiſch trecenta, eo fine, vt viderent R. Chaia Rubba.*

§. 4. Ieiunarunt etiam, vt mala imminentia propellerent; ſic ieiunauit R. Zadok per quadraginta annos, a tempore quo ſponte templi portae apertae fuerunt, vt excidium vrbis et templi auertere poſſet; ſic ſeniores Hieroſolymitani deſcenderunt in vrbes ſuas, et indixerunt vniuerſale ieiunium, quia Aſcalone viſa fuerat vredo inſtar magnitudinis orificii furni. Ita cum cis Jordanem lupi duos pueros deuorauerant, exequias illorum infantum inter fletum et ieiunium fecerunt. Licet viro religioſo ob ſpiritum malum ſeipſum ieiuniis affligere. *Bab. Taanit* fol. 22. 2. Confer. Matth. XVII, 21. vide *Taanit*.

§. 5. Si vrbem aliquam Cuthaei obſederunt, aut ſi nauis quaedam in mari conquaſſata fuerit, imo etiam ſi vnicus perſequutionem patiatur a latronibus Cuthaeis aut a ſpiritu malo, propter haec ieiunarunt atque divinam implorarunt miſericordiam. *Maimon.* de ieiuniis cap. 1.

§. Phariſaei, vt ex *Lucae* XVIII, 12. patet, ſoliti ſunt ieiunare bis in vnaquaque ſeptimana, die ſcilicet ſecundo et quinto ſeptimanae, *quia* (vt Gloſſa notat ad *Bab. Bava Kama* fol. 82. 1.) Moſes die 5. *ad Deum aſcendit et pacato iam Deo die hebdomadis ſecundo iterum deſcendit.* De his diebus vide etiam *Hieroſ. Megillah* fol. 75. 1.

§. Non

§. Non ieiunant Judaei niſi antea in ſe ſuſceperint ieiunium cum dies eſt adhuc, alioqui non eſt ieiunium. Quomodo vero illud ſuſcipiunt? Cum veſpertinas preces ad Deum quis fundit, finitis precibus dicit, cras ero in ieiunio, atque ſibi firmiter in corde ſuo proponit ieiunare die craſtino. *Maimon. Taanit* c. 1.

§. In ieiuniis oblinunt facies ſuas cineribus. *Taanith* cap. 2. *In publicis ieiuniis accipit vnusquisque cineres et imponit capiti ſuo. Juchaſin* fol. 59. *de R. Joſua, Ben Ananiae, dicunt, quod omnibus diebus vitae ſuae* הושחרו פניו מפני תעניותיו *nigra fuit facies eius prae ieiuniis* etc. Ita Rabbinus quidam vocatus fuit *Aſchur*, quia ieiunando הושחר *niger* factus fuit. Bab. Sota. fol. 12. 1.

§. Ieiunantes nec ſe vnxerunt nec lauarunt, ita in magno illo die expiationum non ſolum omnis cibus prohibitus erat, ſed inſuper nemini licuit aut ſe vngere, aut lauare, aut ſandalia induere, aut coire cum vxore. *Joma* cap. 8. 1. Gemara in *Joma* fol. 77. 2. *Bab. Taanith* fol. 12. 2. 13. 2.

§. Ordo ieiunii publici hic eſt: educunt arcam in plateam vrbis, omnique populo conuocato, ſaccis ciliisue induti arcae et libro legis inſpergunt cinerem, eo fine, vt vberiores populi lacrymas excitent et ad humilitatem illius animum inflectant. Poſtea ſenem ſapientia clarum aſſurgere iubent, circa quem conſident, ſi haud praeſto fuerit ſenex, viro tantum ſapienti id officii demandant; ac ſi nec ſenex, nec ſapiens illic praeſens ſit, conſtituunt virum morum vitaeque integrum, vt orationem argutam, et quae relinquat in animis populi aculeos, (דברי כיבושין) habeat. Hic, nec ſaccus, inquit, ciliciumue, nec ieiunium quid efficit, o fratres, ſed poenitentia ac bona opera. Exemplo nobis eſto Niniue, de cuius ciuibus profecto non dicitur, reſpexiſſe Deum eorum cilicia et ieiunia, ſed tantum legitur; et vidit Deus opera eorum Jon. III, 10. Sic ipſe Deus in prophetarum ſcriptis monet Joel. II, 13. *Lacerate cor veſtrum et non veſtimenta veſtra.* Atque huius argumenti plura alia, quantum ipſe

 quidem

Digitized by Google

quidem poteſt, producit, vſquedum humiliauerit tandem eorum animos, et reſipiſcant ac veram agant poenitentiam. Poſtquam ille orationem ſuam abſoluit, ſurgunt ad preces, et miniſtrum Synagogae, vel illum ipſum, qui orationem fudit, vel alium, qui dignus habetur, ad precandum ordinant. De qualitatibus illis ad orandum requiſitis, vide *Maimon. de Ieiuniis.* Ille porro coram ipſis XXIV. preces fundit, octodecim quidem, quae ſingulis diebus dicuntur, et ſex, quas hic ſuperaddit, de quibus vide *Taanit.* c. 2. Denique ſub finem deprecationum ait: **Is, qui Abrahamo Patri noſtro in monte Moriia reſpondit, reſpondeat vobis et vocem hodie exaudiat clamoris veſtri: Benedictus eſto, o Domine, Redemptor Iſraelis!** His ita prolatis denuo ſex benedictiones poſt inuicem huic addit, in quarum vnaquaque verbis deprecatoriis et ſcripturae dictis, ex libris Propheticis et Hagiographis depromptis, miſericordiam Dei ſollicitat, et quamlibet tandem his benedictionum clauſulis obſignat. In 1. hanc ponit clauſulam: **Is, qui Moſi et patribus veſtris ad mare rubrum reſpondit, idem vobis reſpondeat, et vocem clamoris veſtri exaudiat hodie: Benedictus eſto, o Domine, qui recordaris eorum, quae obliuione dudum ſepulta.** In 2. hanc: **Is, qui in Gilgal reſpondit Joſuae, reſpondeat vobis et exaudiat hodie vocem clamoris veſtri: Benedictus eſto, o Domine, qui clangorem audis.** In 3. hanc: **Is, qui in Mitſpa Samueli reſpondit, reſpondeat et vobis etc. Benedictus eſto, o Domine, qui clamorem exaudis.** In 4. iſtam: **Is, qui Eliae in monte Carmel reſpondit, reſpondeat etc. Benedictus eſto, o Domine, qui orationem exaudis.** In 5. hanc: **Is, qui Jonae in ventre piſcis reſpondit, reſpondeat etc. Benedictus eſto, o Domine, qui tempore anguſtiae reſpondes.** In 6. hanc: **Is, qui Dauidi eiusque filio Salomoni Hieroſolymis reſpondit, reſpondeat etc. Benedictus eſto, o Domine, qui terrae miſereris.** Caeterum vnicuique harum benedictionum vniuerſus populus reſpondit, AMEN. *Maimon. de ieiunio*, vbi plu-

ra

ra vide. De ieiuniis vid. Schindleri et Cl. Buxt. Lex. in צום. Coſri 162. Synag. c. 30.

Quando ieiunium incidit in Sabbathum, gloria Sabbathi maior eſt, quam ieiunii, et ieiunii dies idcirco in alium diem debet transferri. *Tanch.* fol. 1. col 3. med. Ieiunare licet Sabbatho ob ſomnia infauſta. *Wagenſeil.* Sota. p. 1126. In ieiuniis totius coetus haud pauciores quam tres tranſeunt arcam. *Tanch.* fol. 27. col. 1. poſt med. Ieiunia ſunt ſatisfactio pro peccatis. *Edzard.* Berachot. p. 181. et 186. De ieiuniis varia *Edzard* Auod. Sar. cap. 2. in indice. Iudaeorum ieiunandi conſuetudo in prima quoque eccleſia vſurpata. *Joh. Guil. Stuck.* antiquit. conuiual. lib. 1. cap. 11. conf *Act. Erudit.* in indice rerum theolog. ad Decenn. 1. Witt. A. u. N. 1702. p. 287. De ieiuniis Muhamedanorum *Maraccius* in prodromo Alcorani. *Act. Erudit.* 1692. p. 379.

IEPHTA, quorſum fugerit, vide *Hieroſ. Schevith* fol. 36. 1.

De Iephta eiusque voto. *Tanch.* fol. 57. col. 3. poſt med. ſeq. Varia de eo adfert *Abarban.* in Prophet. prior. in indice.

IANNES et IAMBRES. vid. Cl. Buxtorf. L. Talm. p. 945.

Conf. *Tanch.* fol. 36. col. 2. init.

IEREMIAS. Magna eſt inter Commentatores in Matth. XXVII, 9. contentio, quomodo, ſalua integritate textus, explicanda ſint verba Euangeliſtae, τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου; cum illa verba, quae citantur, non extent apud ipſum Ieremiam ſed apud Zachariam. Clariſſ. *Lightfootus* pro eo acumine, quo valet, ex Talmudico monumento elegantem nos extricandi rationem reperiit; propria ipſius verba adſcribamus:

Bab. Baua Bathra fol. 14. 2. *Traditio Rabbinorum. Hic eſt ordo Prophetarum.* Liber *Ioſuae*, *Iudicum*, *Samuelis*, *Regum*, *Ieremiae*, *Ezechielis*, *Eſaiae*, *et duodecim.* Et paulo poſt: *Cum autem tempore praeceſſerit Eſaias Ieremiam, atque Ezechielem, praeponendus rite eſſet Ieſaias:* כיון דמלכים סופיה חרבנא *Cum vero liber Regum terminaret in excidio* וירמיהו כוליה חרבנה *Ieremiasque totus agat de excidio, cumque initium Ezechielis ſit de excidio, finiaturque in conſolatione, cumque totus Eſaias ſit de conſolatione* לחורבנא סמכינן חורבנא ונחמתא לנחמתא *coniunxerunt excidium cum excidio, et conſolationem cum conſolatione.* Id eſt, libros, qui egerunt de excidio, coniunxerunt, et libros coniunxerunt, qui egerunt de conſolatione.

Traditionem hanc citatam habes a *Dauide Kimchio* in praefatione ad Ieremiam. Vnde patet aperte, Ieremiam in volumine Prophetarum olim primum locum obtinuiſſe: atque hinc eius memoria prae omnibus aliis Prophetis Matth. XVI, 14. Quia ille primus inceſſit in volumine Prophetarum, nominatur ille primus; cum ergo textum Zachariae ſub nomine Ieremiae proferat Matthaeus, verba e volumine Prophetarum citat tantum, ſub iſtius nomine, qui primum locum tenuit in volumine prophetarum. Sic dicit Chriſtus Luc. XXIIII, 44. *Complenda ſunt omnia, quae de me ſcribuntur in lege, Prophetis et Pſalmis.* In *Pſalmis*, id eſt, in libro Hagiographorum, in quo primum locum obtinuit liber Pſalmorum.

De Ieremia multa reperies in *Abarban.* in Proph. prior. in indice.

IERICHO, ab illa potuerunt audire portam templi cum aperiebatur, vocem tintinabuli, ſtrepitum machinae Ben Katin etc. *Tamid.* cap. 3. 8. *Bab. Ioma* fol. 20. 2. et 39. 2. De his locutionibus vid. *Hyperbole.* de eius ab Hieroſolyma diſtantia, lege *Ioſeph.* de bello lib. 4. c. 27. Iericho eſt עיר התמרי Deut. XXXIIII, 3. Iericho iterum aedificari non debuit, Ioſuae VI, 6. nec Iericho nominari. *Hieroſ. Sanhed.* fol. 24. 4.

§. Erat

§. Erat Ierichunte conſeſſus Synedrii *Hieroſ. Auoda Zarah* fol. 42. 3. Memoratur maxime Camera Ben Gadiae in Ierichunte. *ibidem.* Quamuis Iericho 24000 אנשי מעמד viros ſtationarios producere potuiſſet, vti Hieroſolyma, vt tamen illi aliqua ratione cederet, ſolum 12000 habuit. *Hieroſ. Taanit.* fol. 67. 4.

§. Viri Ierichuntini ob ſex ab iis extraordinarie et contra communes regulas peracta celebres ſunt; tria ipſis induſſit Synedrium, quae ſunt, *vt poſſent omni die inoculare palmas et inſitiones facere* לכורך את שמע *complicare τὸ Schema* (v. ſ. l.) *Metere et manipulos colligere ante oblatum manipulum.* In tribus autem non conſenſit cum ipſis Synedrium, quae erant 1. Quod fructus, germina, quae patres ipſorum ſacro vſui deuouerant, in communem vſum abalienarent. 2. Quod comederent Sabbatho fructus deciduos, incerti an Sabbatho decidiſſent nec ne. 3. Quod angulos horti pro oleribus concederent, eo modo, quo conceditur angulus agri pro ſegetibus. *Peſachim* c. 4. v. 8.

§. Regio Ierichuntina fertilis erat משחא דאפרסמא *vnguenti Balſami*, et hinc quoque a grato odore vocata fuit ירחו vid. Gloſſ. *Bab. Berachot* fol. 43. 1.

Iericho vrbs quantum a Iordane diſtet, *Wagenſeil.* Sota. p. 1032. Quare in expugnanda Ierichunte Ioſua profanauerit Sabbathum. *Tanch.* fol. 63. col. 1. poſt init. Iericho clauis fuit totius terrae. *ibid.* fol. 64. col. 2. circ. fin. *Rabboth* fol. 216. col. 3 poſt med. Iericho cur miraculo capta. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 13. col. 1. De balſamo Ierichuntis, *Petr. Zorn* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 456. ſeq. it. p. 460. De lagenis balſami orientalibus vſitatis. *ibid.* p. 467.

IEROSOLYMA. Hunc locum Abraham vocauit *Jireh*, Semus vero *Schalem*, ſi Iudaei ipſum vocarent ſimpliciter *Jireh*, diſpliceret illud Semo Iuſto, ſi vero *Schalem*, diſpliceret Abrahamo iuſto; Ergo ipſi nomen impo-

impoſuerunt, quod ab vtroque eſt compoſitum יראה שלם *Bereſchit Rabba* Sect. 9. *Aruch* in ירושלם.

§. Sita eſt computante *Aben Eſra* in *Num.* XIII. in 33 gradu latitudinis. Non diuidebatur Ieroſolyma inter tribus, nec proinde mercede conducebantur domus Hieroſolymitanae, quia propriae non erant, accedentes ad feſtum proinde gratis hoſpitia habebant, relinquebant tamen ſuis hoſpitibus coria ſacrificiorum et cantharos ſuos teſtaceos. *Bab. Ioma* fol. 12. 1. *Megillah* fol. 26. 1. Gloſſ. Diuiſa nihilominus eſt vrbs inter tribum Iudae et Beniaminis, proceſſitque linea diſterminans per ipſum atrium templi. *Bab.* vti ſupra.

§. Vrbs Hieroſolymitana multa praeclara habuit prae reliquis ciuitatibus. Erat ſanctiſſima, in qua nullus mortuus poterat pernoctare, in ea comedi debebant ſacra leuiora et decimae ſecundae. Praeter ſepulchra domus Dauidis et Prophetiſſae Huldae nulla in ea permittebantur. Nullum in ea debuit eſſe fimetum. In ea non faciebant caminos, propter fumum. Nulli alebantur galli propter Sacra. *Maimon. Hal. Beth Habech.* c. 7.

§. Nunquam ſerpens aut ſcorpio cuiquam nocuit intra Hieroſolymam. Nec dixit vnquam quiſpiam proximo ſuo, arctus nimis mihi eſt locus, in quo Hieroſolymis hoſpitor. *Auoth* cap. 5. 5. Hieroſolymae non occurrit anathema, nec titubauit quiſquam. Nec euenit illic conflagratio nec ruina. Nullus vnquam conqueſtus eſt, ſe non reperiiſſe clibanum pro Paſchate, aut lectum pro quiete. Non plantant in ea arbores et hortos; qui ibi fuerunt, iam a tempore priorum Prophetarum plantati fuerant. *Auot.* Rabb. *Nathan* fol. 9. 1. Ratio autem cur hortos non plantare debuerint, extat *Baua Kama* c. 7. v. vlt. ſc. *propter foetorem ab herbis malis et ſtercore.*

§. ירושלם כולה כרמלית Hieroſolyma tota erat Carmelith (vid. Lex. Talm. Buxt.) quia erat ſicut atrium commune. *Gloſſ. in Erubhin* fol. 101. 1.

§. קרחני

§. קרתני et ירושלמי opponebantur ſicut ruſticus et vrbanus. vid. *Demai* c. 6. 2.

§. Hieroſolyma in *Herodoto* in *Thalia* cap. 5. eſt Cadytis; *et Phoenice vsque ad montes καδύτιος πόλιος, quae eſt vrbs eorum Syrorum, qui Palaeſtini vocantur.* Viderat Herodotus illam in nummis קדושה et Syrorum Dialecto קדושא vocari: vnde forſan ipſius Cadytis.

§. שוקי ירושלם עשויין להתכבד בכל יום *Plateae Hieroſolymitanae verrebantur in dies. Peſachim* fol. 71. et Metzia fol. 26. 1. Celebris eſt illa platea, quae ducebat a templo ad montem oliuetum: in illa aeſtiuo tempore propter vmbram templi, qua refrigerabatur, ſedit R. Iochan, Ben Saccai, et docuit populum per totum diem. *Peſachim* fol. 26. 1. Per illam exiit ſacerdos vaccam ruſam combuſturus in oliueto, et illam introiit in die palmarum Dominus noſter Chriſtus Ieſus. De aliis plateis vid. *Plateas*.

§. Muris Hieroſolymitanis nihil adiungunt aut addunt, niſi ex Regis, Prophetae aut Synedrii iuſſu. Cum amplianda vrbs eſſet, tali caeremonia vtebantur; Primum oraculum Vrim et Tummim conſuluerunt. Mox, poſtquam Rex et Synedrium de interpretatione reſponſi diuini conſenſiſſent, ſenatores Synedrii carmina duo, in quibus erat gratiarum actio, recitarunt, panesque totidem fermentatos ſumſere, atque cum cymbalis egreſſi, ad cuiusque vici flexuras et cippos conſtituerunt, et illa verba prolocuti ſunt ארוממך יהוה כי דליתני *Exaltabo te, Domine, quoniam exaltaſti me.* Tandem cum ad locum illum veniſſent, quem idcirco conſecrari oportuit, quod pomaeriorum finis eſſet futurus, ſubſtitere omnes, atque illic ex duobus panibus, quos decantato gemino carmine acceperant, vnum comederunt, alterum vsſerunt flammis. *Maimon. Hal. Beth Habech.* cap. 6. ſub med.

§. Hieroſolymis nemo ſuam domum in tantam altitudinem euehere debuit, vt ipſi illinc patuiſſet conſpectus in Sanctum Sanctorum. Si vero alicui coenaculum tale tam altum eſſet, fas quidem illi fuit ſemel in hebdomada

illuc

Digitized by Google

illuc adſcendere, vti ſarta tecta omnia ſeruaret, at ſaepius aut ob aliam cauſſam non licuit. *Maimon* l. c. cap. 7.

§. Inter Hieroſolymitanos hortos extra vrbem plantatos erat גנת ורדים *hortus roſarum*, in quo naſcebantur ficus, quae ſingulae tribus aut quatuor aſſariis divendi poterant, et tamen de iis nunquam deſumpta eſt vel תרומה vel decima. Cuius rei ratio eſt, quia propter roſas nemini ingredi permittebant. *Maaſerot*. c. 2. 5.

§. De differentia, quae eſt inter Hieroſolymas et Schiloh, ſequentia habemus in *Megillah* c. 1. 11. *Gloſſ.* Quod in Schilunte Sancta leuiora et decimae ſecundae comedi potuerint, vbicunque Schiloh conſpici potuit; Hieroſolymis vero debeant comedi intra murum: Siloh deuaſtato, adhuc altaria in excelſis habere et exſtruere licuit; At Hieroſolyma ſemel deuaſtata, alibi ſacrificia offerre non licet.

§. Mundus ſimilis eſt oculo, cuius album eſt Oceanus, qui circumdat mundum; nigrum eſt ipſe mundus; pupilla eſt Ieruſalem, imago, quae eſt in ea, Sanctuarium דרך ארץ c. 5.

Euſebius Pamphili ſcripſerat olim de nominibus locorum et vrbium in ſacra ſcriptura, cui ſubiunxerat topographiam terrae Iudaeae et diſtinctas tribuum ſortes, ipſius quoque Hieruſalem templique in ea cum breuiſſima expoſitione picturam. *Fabricii* Biblioth. Graec. Lib IIII. Cap. 2. p. 44. Hieroſolymae nomen vnde? *Rabbot*. fol. 51. col. 3. circ. fin. it. *Zornius* hiſtor. Hecataei. p. 86. De vrbe Ieroſolyma varia *ibid*. in indice. *Abarb*. in Prophet. prior. in indice. קדושת ירושלים יותר משל א״י. i. e. Sanctitas Ieroſolymae maior eſt, quam totius terrae Iſraeliticae. *Caph Nachat* ad Sanhedr. Cap. 1. §. 1. Fuit typus Hieroſolymae ſuperioris coeli. *Voiſin* Pug. fid. p. 79. a. fin. *Tanchum*. fol. 39. col. 2. poſt init. Quando iterum ſit aedificanda. *ibid*. fol. 4. col. 2. poſt init. Hieroſolyma noua in Apocaly-

calypſi quaenam? *Cramer.* ad Cod. Succa. p. 570. De decem priuilegiis huius vrbis. *l' Empereur* ad Baba Kama Cap. 7. miſchn. 7. n. 3. Fuit Hieroſolyma natura et arte munita. *Zornius* Hiſtor Hecat. p. 81. ſeq. Variae cauſſae, ob quas deuaſtata fuerit Hieroſolyma. *En Iſrael* part. 1. p. 49. col. 1. poſt init. et p. 58. col. 2. med. ſeq. it. *Rabboth* f. 184. col. 1. poſt init. *Pet. Zorn.* hiſtor. Hecataei. p. 99. Non ab hominibus, ſed a Deo deuaſtata. *Rabboth* fol. 298. col. 3. poſt. init. De excidio vrbis Hieroſolymitanae per Veſpaſianum. *ibid.* fol. 296. col. 3. med. ſeq. fol. 298. col. 1. p. med. An tota a Tito diruta. *Pet. Zorn* de fiſco Iud. p. 241. Quo anno poſtremum expugnata. *Wagenſeil.* Sota. 1145. Hieroſolymis quis dies fuerit fatalis. *ibid.* p. 942. Haec ciuitas num inter tribus fuerit diviſa. *ibid.* p. 793. Nulli galli Hieroſolymis alebantur propter conſecrata. *Baba Kama* Miſchn. 7. Cap. 7. et *Bart.* ad h. l. Hieroſolymitanae vrbis priuilegia. *Wagenſ.* Sota p. 900. Nemo vnquam pernoctauit ibi, qui peccato fuerit obnoxius. *Tanch.* fol. 75. col. 1. circ. med. Quantae diuitiae fuerint in hac vrbe. *Rabboth* fol. 292. col. 3. ante med. Quam populo abundans fuerit. *ibid.* ante fin. ſeq. De ſapientia incolarum et dignitate illorum. *ibid.* col. 4. fin. et fol. 293. col. 1. 2. 3. 4. tot. ſeq. Quot plateae fuerint Hieroſolymis. *ibid.* fol. 292. col. 3. poſt init. Hieroſolyma terrarum vmbilicus. *Zornius* Hiſtor. Hecat. p. 99. Hieroſolyma eiusque templum commune Iudaeorum aerarium. *Idem* de fiſco Iud. p. 268. De nomine Cadytis. *Idem* Hiſtor. Hecataei. p. 95. Varios antiquos ſcriptores, qui Hieroſolymam deſcripſerunt, vide apud *Fabricium* in Biblioth. Graec. Lib. 4. Cap. 2. p. 81. Tempus, quo Hieroſolyma a Nebucadnezare expugnata et populus Iudaicus in captiuitatem abductus eſt. *Voiſin* Pug. fid. p. 18. b.

* IESVS

✱ IESVS conſ. *Chriſtus.* Ieſu quis ſit, de quo in Talmude mentio. *Wagenſeil.* Sota. p. 1053. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 574. not. De nomine ישו Anti-Chriſti numerum eliciunt Iudaei. *ibid.* p. 416. not. Integram commentationem edidit Stadae 1731. *Andr. Conrad. Werner*, cui titulus eſt: *Ieſus in Talmude.* Quomodo blaſpheme nomen ישו interpretantur Iudaei, vid. Buxt. de Abbreviat. in *his litteris.* p. 107.

IOD. Quomodo littera Iod cum Deuteronomio coram Deo apparuerit et conqueſta ſit, quod eam ex nomine Sarae abſtulerit, vid. *Hieroſ. Sanhed.* fol. 20. 3. *Bab. Sanhed.* fol. 107. 1.

§. דוקורת Vrbecula huius nominis propter paruitatem eius vocatur Iod. in *Gloſſ. Bab. Taanith* fol. 21. 2. vide etiam de littera Iod *Midraſch Tillim* in *Pſalm.* CXIIII.

De Trinitate ex ſcriptione nominis Tetragrammati per tria Ioddin demonſtranda vid. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. I. p. 199. et p. 195. not. et Part. II. p. 315. not.

ISRAELITICA Regio. Vniuerſum terrarum orbem partiuntur ſcriptores Iudaici in ארץ ישראל *terram Iſraelis* et חוצה לארץ *extra terram*, id eſt regiones ethnicas. vid. *Extranei.* In ישראל *Iſraelitas*, et אומות העולם *nationes mundi.* vid. *Phraſeologias* in l. C. Fit etiam aliquando diſtinctio in ארץ *terram* (ſubintellige Iſraeliticam) et מדינת הים *regionem maris* (v. ſ. l.) vid. R. *Salomoh in Gittin* c. 1.

§. Terram Iſraeliticam duplici ſub notione vulgo definiunt: eam ſcilicet שהחזיקו בה עולי מצרים *quam poſſederunt iſti, qui exierunt ex Aegypto;* atque eam שהחזיקו בה עולי בבל *quam poſſederunt iſti, qui exierunt e Babylone.* Vide loca illa, in quibus de מכויב *limine terrae Iſraeliticae* agitur, qualia ſunt, *Maimon.* in *Demai* c. 1. §. 2. *Scheuiit* 6. §. 1. *Hieroſ.* ſ'ע fol. 40. 1. Terra Iſraelitica occupata ab aſcendentibus e Babylone multo

mino-

Digitized by Google

minores limites habuit, quam illa quae aſcendentibus ex Aegypto ceſſit; Samaria enim excluſa erat, plurimae aliae regunculae ab Ethnicis occupatae fuerunt.

§. In limitibus terrae ſuae notandis accurati fuerunt, partim propter oeconomiae legalis ritus, qui alibi fieri non poterant, partim vero propter plurimas alias actiones, quae a Talmudicis intra limites reſtringebantur; verbi gratia; manipulus primitiae, duo panes ex nulla alia regione quam Iſraelitica adduci potuerunt. *Kelim* c. 1. v. 6. *Hieroſ. Schekalim* fol. 47. 4. (2) Non obtinet lex de decollatione iuuencae, niſi in terra Iſraelitica, atque vltra Iordanem. *Maimon.* in *Rotzeach* c. 1. (3) Non ſtatuunt aut determinant de Neomeniis nec intercalant annum, niſi in terra Iſraelitica: Sicut dicitur: *Prodibit lex e Sione.* Maimon. in קדוש החדש cap. 1. *Hieroſ. Nedarin* fol. 40. 1. (4) Non promouent ad Presbyteratum, extra terram Iſraeliticam etc. *Maimon.* in *Sanhed.* c. 4. (5) Spiritus Sanctus ab ipſis fere intra limites iſtius terrae circumſcribitur; שכינה *Schechina non habitat ſupra vllum extra terram.* R. Salomoh in *Ionam.* cap. I.

§. Habet etiam Iſraelitica regio hoc peculiare, vt qui in ea habitet, Deum habeat; *Bab. Ketubbot.* fol. 110. 2. Vt omnibus illis qui habitant intra illam, remittantur peccata; vt ille qui intra eam ſepultus ſit, eadem ratione ſe habeat, ac ſepultus eſſet ſub altari. Ibid. fol. 111. 1. Imo ipſummet Clima ſapientes reddit. *Gl.* in *Bab. Sanhed.* fol. 5. 1. *Viri Iſraelitici ſunt admodum ſapientes, Nam ipſum Clima ſapientificat.* vide etiam *Maimon. Beth Habechina* cap. 7. Confer quae ſupra apud Aegyptios de terra Iſraelitica diximus.

§. Iſraeliticam terram quam poſſederunt aſcendentes e Babel, diuidunt in שלשה ארצות *tres regiones, Iudaeam, Transiordanicam, et Galilaeam; quarum vnaquaeque iterum in* tres regiones diuidi poteſt; quae recenſentur in *Scheviit* c. 9. 2. vid. *Galilaeam.*

§. Limites terrae Iſraeliticae deſcribuntur in *Hieroſ. Scheviit* fol. 36. 3. ſed admodum obſcure; illis verbis tamen

men aliquam lucem attulit Cl. Ligtfootus in *Cent. Chorog.* p. 4. et ſeq. Nota tamen generales limites ibi poni מפרשת חומת מגדל שיר *a parte moenium turris Sid*, *usque ad* רקם הגועה וגניא ראשקלון *Cadeſcb Barneam et Aſcalon.* De his terrae limitibus, etiam ſic loquuntur Gemariſtae loc. cit. *Inſulas vides in mari ac ſi linea ducta eſſet a Montibus Amanae ad fluuium Aegypti: quodcunque eſt intra lineam, eſt de terra Iſraelitica; quodcunque eſt extra lineam, eſt extra terram.* Item Targum Hieroſolymitanum in Num. XXXIV, 4. *Et limes veſter Occidentalis erit Mare magnum atque inſulae eius. Hieroſ. Scbeuiit* fol. 36. 4. *Quodcunque aſcendit a monte Amana intus eſt terra Iſraelitica* etc.

§. De inſigni fertilitate terrae Iſraeliticae, quamplurima habent Talmudici eaque ſatis hyperbolica, quam tamen in miſeram ſterilitatem immutatam fatentur. *Hieroſ. Peab* fol. 20. 1. 2. variae adduntur hiſtoriae, inter alias has legimus. *Dixit R. Iocbanan, fructus viliſſimus, quem comedimus in iuuentute noſtra; praeſtitit optimo, quem nunc comedimus in ſenectute: nam in diebus eius immutatus fuit mundus.* R. Chaia Bar Ba dixit סאה ארבלית *modius Arbelitanus exbibuit olim modium ſimilae, modium farinae, medium furfuris craſſioris et adbuc modium furfuris craſſiſſimi: at nunc vix vnus modius ex vno modio conſtat.* vid. *Tancbuma* fol. 33. col. 3. fin.

§. Regio praecox terrae Iſraeliticae vocabatur *Baal* שלישה qualis apud Ioh. III, 23. Σαλὴν *Sanbed.* fol. 12. 1. *Non erat in tota terra Iſraelitica regio aliqua quae citius maturauit, et decoxit fruges ſuas, quam Baal Scbaliſcba.* Tales regiones vero in *Menacbot* fol. 85. 1. *Agros Auſtrales* appellant.

§. Iſraeliticae terrae optima ſimila erat מכמס et מזניחה (forſan exponendum, illa quae veniebat ex כמש et זניחה quoniam et ſequentia a ſuis locis denominantur): et deinde illa quae veniebat e valle *Epbraim.* Optimum triticum erat ex כפר אחום et ברחיים locis Hieroſolymis proximis. Optimum oleum venit ex *Tekoab;* ſecundum רגב vltra Iordanem, tertium ex גוש חלב.

חלב Praeſtantiſſimum vinum erat ex קרחי' ועתולין *Korcheim et Atolin*, ſecundum a *Beth Rimma*, et *Beth Laban* in montano, et pago *Sigana* in Conualle. *Menachot* cap. 8. et in *Toſiphta*. Optimi ficus fuerunt in *Keila*, inde דבלת קעילית *Palatha Keilitica* in *Bab. Sanhed.* fol. 70. 2. *Bab. Ioma* fol. 76. 1. Terra Iſrael eo tempore quo inhabitabant eam, erat lata, cum vero non inhabitabant eam, eſt anguſta. *Bab. Gittin*. fol. 57. 1.

§. De Iſraelitica regione vid. plura apud *Iudaeam*. De variis eius locis vid. in L. apud *Loca Iſraelitica*.

De Praeſtantia et priuilegiis terrae Sanctae. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. I. p. 926. et Part. III. p. 855. *Tanch.* fol. 30. col. 4. ante med. it. *Rabboth.* fol. 232. col. 3. med. Quinam diſtributionis terrae S. fuerint adminiſtratores. *Iſingii* Exercitt. in Pentateuch. p. 225. Quotuplex ſit diſtributio Terrae S. a Ioſua facta. ibid. Iſraelitica regio eſt in meditullio terrarum. *Tanch.* fol. 53. col. 2. poſt med. Deo eſt gratiſſima. *ibid.* fol. 56. col. 3. poſt init. fol. 80. col. 3. poſt init. Iſraeliticam regionem Iudaeis tanquam optimam terrae partem conceſſit Deus. *ibid.* fol. 53. col. 2. med. ſeq. *Rabboth* fol. 218. col. 3. med. De fertilitate huius terrae. *Zorn.* Hiſtor. Hecataei. p. 58. ſeq. Natura illa erat munita. *ibid.* p. 79. In ſeculo altero fertilitatem ſuam eſt receptura. *Tanch.* fol. 33. col. 4. p. med. Non educant minuta animalia in terra Iſraelitica, ſed in Syria, et in deſertis terrae Iſraeliticae. *Baba Kama* Cap. 7. miſchn. 7.

ISRAELITAE vna die a Iordane ad montem Gerizim venerunt. Gloſſ. in *Sanhed.* fol. 44. 1. ibique pro ſe inuicem ſpoponderunt, inde quoque vnus ob alterius culpam plectitur. *Raſchi* Deut. XXVIII, 29. *Sanhed.* fol. 27. 2.

§. Iſraelis redemptio eſt aurorae ſimilis בתחילה קימאה קימאה כל מה שהיא הולכת היא רבת *Quae primum*

mum tenui admodum lumine apparet, ſed deinde veniendo creſcit. Hieroſ. Berachot fol. 1. c. 3.

§. Quando Iſraelitae caſtra metabantur in longitudine et latitudine ſpatium 12 milliarium occuparunt. *Targum Ionathan* Num. XI, 2. Idem ſpatium exercitum tenuiſſe referunt, cum Iordanem tranſiret. *Bab. Sota*, fol, 54. 1. Gloſſ.

§. Tres ſunt impudentes in mundo, Iſraelita inter populos, canis inter animantes, Gallus inter aues. Alii dicunt, Capra inter pecudes; צלף (arbor quae triplices fructus profert, ad venerem excitandam idoneos. *Berachot* 36. 1.) inter arbores. *Beza* 25. 12.

§. Tres paſtores boni erant Iſraeli, Moſes, Aaron et Miriam, et tria bona exhibita ſunt per eorum manus, Fons et Nubes et Manna. Fons propter meritum Miriamae. Columna nubis propter meritum Aharonis; et Manna בזכות משה *per meritum Moſis*. Taanit fol. 9. 1.

§. De Iſraelitarum honoribus vid. *Honores*.

Iſraelitae ex omnibus gentibus Deo grati ſunt atque accepti. *Tanch.* fol. 35. col. 1. med. fol. 43. col. 2. poſt init. fol. 58. col. 3. poſt init. et fin. it. col. 4. poſt med. fol. 59. col. 4. circ. fin. ſeq. fol. 67. col. 4. init. fol. 68. col. 3. med. *Rabboth.* fol. 136. col. 1. fin. ſeq. fol. 177. col. 1. tot. Adeo grati ſunt Deo, vt illorum cauſſa mutet ordinem naturae. *Tanch.* fol. 26. col. 2. poſt med. Lumbis quaſi Dei adhaerent. *ibid.* fol. 35. col. 1. ante med. Comparantur columbae in Cantico, et eorum laus atque praeſtantia ex Cantici verſiculo הנך יפה רעיתי demonſtratur. *ibid.* fol. 32. col. 4. med. *Rabboth.* fol. 264. col. p. init. fol. 345. col. 3. poſt init. prolixe. Ipſos protegit Deus *Tanch.* fol. 10. col. 2. p. med. Iſraelitae valde gloriantur, quod ſint ſemen Abrahae. *Baua Metzia* fol. 83. 1. ſiue Cap. 7. Miſchn. 1. it. hunc libr. p. 34. R. Akiba dicit: Iſraelitarum pauperrimos conſiderari ac ſi eſſent nobiles, qui bonis ſuis excidiſſent, quia ſunt Abrahami, Iſaaci

et

et Iacobi poſteri. *Baba Kama* Cap. 8. miſchn. 6. Iſraelitae prius exſequuntur Dei mandata, quam ea audiunt. *Tanch.* fol. 12. col. 2. med. Cum abducerentur in captiuitatem, putarunt gentes, quod plane a Deo eſſent abiecti. *ibid.* fol. 30. col. 1. poſt med. *Rabboth* fol. 102. col. 2. poſt init. Nunquam illi totaliter deſtruendi, ſed caſtigantur tantum a Deo. *ibid.* fol. 160. col. 3. fin. et 162. col. 2. tot. *Tanch.* fol. 11. col. 2. med. Quicunque inſurgit contra Iſraelites, eſt ac ſi inſurgeret contra Schechinam. *ibid.* fol. 25. col. 4. fin. Liberandi ſunt ex captiuitate. *Rabboth* fol. 198. col. 3. ante med. ſeq. fol. 162. col. 2. tot. col. 4. init. fol. 107. col. 1. med. Iſraelitae decem vicibus numerati ſunt. *Tanch.* fol. 25. col. 1. circ. fin. omnes Iſraelitae, qui circumciſi ſunt gerunt ſigillum Dei et inſcriptum habent membris ſuis nomen שדי. *ibid.* fol. 45. col. 4. poſt. med. fol. 47. col. 1. poſt med. Omnes tales ingrediuntur hortum Eden, qui vero non circumciſi ſunt, ingrediuntur gehennam. *ibid.* fol. 45. col. 4. p. med. Iſraelitis omnia Dei nomina tribuuntur. *ibid.* fol. 52. col. 4. p. med. Niſi Iſraelitae eſſent, nullae caderent pluuiae. *ibid.* fol. 58. col. 2. circ. fin. Iſraelitas ſicut vuas invenit Deus in deſerto. *ibid.* fol. 59. col. 2. p. init. Quaenam ob merita redempti ſint ex Aegypto. *ibid.* fol. 73. col. 3. init. Vbicunque vox עם ſola adhibetur de Iſraelitis, in ignominiam hoc fit. *ibid.* med. Iſraelitarum et gentium mores longe diuerſi. *Rabboth* fol. 192. col. 2. fin. Beneficia Iſraelitis exhibita omnia recenſentur. *ibid.* fol. 108. col. 1. poſt med. *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 37. col. 3. ſeq. Angelis comparantur. *Rabboth.* fol. 106. col. 1. med. Ratio quare illi tantum temporis conſumſerint in profectione ex Aegypto in terram Canaan. *Voiſin.* Pug. fid. p. 78. b. De praerogatiuis populi Iſraelitici peculiarem librum

 edi-

edidit Chavav Aharon. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. III. p. 247.

* IMAGINES. De Imaginum vſu apud Iudaeos. *Zornius* Hiſtor. Hecat. p. 148. ſeq. it. in *Indice*.

IMMARCALIN vid. אמרכלין in A.

IMPOSITIO manuum ſeniorum סמיכת ידים (qua vel poteſtatem iudicandi cauſas mulctatitias, vel illam de qua Leu. IV, 13. 15. mentio fit, in aliquem contulerunt) non poterat niſi a tribus fieri. *Sanhed.* 1, 3. Neque poterat conferri niſi in terra Canaan, quamuis poteſtas per eam collata vltra eius fines ſe porrigebat. Ibid. *Gemara* fol. 14. col. 2. *Maimon. Sanhed.* c. 4.

§. Romani in quadam perſecutione contra Iſraelem ſub poena mortis prohibuerunt, ne aliquis promoueret aut promotionem acciperet. Eo non conſiderato Baba Ben Butah quinque fecit presbyteros, ſed deinde etiam miſere a militibus interfectus periit. *Bab. Sanhed.* fol. 14. 1.

§. Promotio duplex eſt; illa quae manuum impoſitione fiebat, ſicut fecit Moſes Ioſuae *Deut.* XXXIIII, 9. Et illa quae conceptis verbis ſine ſermone. Hac ratione: *Ego promoueo te Rabbinum: Eſto promotus magiſter. Iuchaſin.* fol. 60.

§. Promotus quamdiu vixit promotor eius nominabatur חבר addito praeceptoris vel promotoris nomine. Vt R. Simeon Ben Elieſer חבר R. Iehuda Sancti. *Berachot* 27, 2. Vid. etiam חבר in C.

§. Olim omnes promoti promouere poterant alios: Sed a temporibus Hillelis principis nemo poteſt promouere niſi facultate accepta a principe Synedrii magni. *Hieroſ. Sanhed.* c. 1. fol. 19. 1. Princeps Synedrii non poteſt promouere אלא אם כן היה אב בית דין עמו *Niſi praeſente patre domus Iudicii* (ſecundo a principe). Pater domus Iudicii quoque promouere non poteſt niſi ipſi adſit Princeps Synedrii. Alii vero qui promoti fuerunt,

runt, poteſtate a Principe accepta praeſentibus duobus teſtibus promouere poſſunt. Si quis promouendus eſt, ambo promotor et promouendus in terra Iſraelitica eſſe debent; non autem neceſſario requiritur, vt vno in loco ſint, et ad promouendum ſufficere poteſt, ſi promouens ſcribit promouendo illum eſſe סמוך *promotum* יש לסומכין לסמוך אפילו מאה בפעם אחד *Promotores etiam centum vna vice promouere poſſunt.* Dauid Rex 30000 vna die promouit (id eſt poteſtatem iudicandi dedit). Poteſtates poſſunt reſtringere; verbi gratia, poſſunt alicui dare poteſtatem ſolum iudicandi, non autem diſpenſandi באסור והמותר *in vetitis et licitis:* et vice verſa. Sic etiam poteſtas promouendorum ad certum tempus reſtringi poteſt; v. 9. tibi licet diſpenſare de votis, et de דיני קנסות *Iudiciis mulctatitiis* iudicare, quamdiu in illa prouincia verſaberis; vel donec huc princeps Senatus venerit etc. *Maimon. Hal. Sanhed.* c. 4. vid. etiam de promotionis forma et ritibus *Iuchaſin* fol. 60. *Abarbanel* cap. 1. *Auot.* De impoſitione manuum in Sacrificiis vid. *Sacrificia* et *Maimon.* in *Corban.* c. 3.

IMMVNDITIEI cauſſae principaliores recenſentur a R. *Salomone* in *Kelim* cap. 1. Homo et vaſa non contrahunt immunditiem אלא מאב הטומאה *Niſi a patre immunditiei* (ſic vocant cauſſas principales). Quales ſunt: *Immunditia a reptili,* a concubitu *ſeminis, a polluto per mortuum, a leproſo, ab aqua purificationis, a coeunte cum menſtruoſa, a fluxu ſeminiflui, a ſputo eius, ab vrina eius, a ſanguine menſtruoſae, a profluuioſo* etc. Qui illis pollutus erat ad purificationem ſui totius corporis immerſione opus habebat; at ob immundities inferiores ſatis erat manus lauare.

§. Mortuus immunditiem adfert במגע במשא ובאהל *Cum tangitur, fertur, et in tentorio reponitur.* Ratione quidem ſecundi modi, quamuis aliquis medium aliquod interponeret, ita vt mortuum non immediate tangeret, tamen immundus redditur v. 9. ſumat aliquis decem vaſa et mortuum imponat vaſi ſuperiori, ille immundus fiet;

Digitized by Google

ex vaſibus vero nullum erit immundum, niſi quod Cadauer immediate tetigit. Ratione tertii modi omnia immunda fiunt quae cum cadauere ſub eodem tentorio reperiuntur, ſiue vaſa ſiue homo ſit; imo etiam ille qui tentorium ingreſſus fuerit, aut caput vel digitos immiſerit. *Maimon.* Hal. טומאת מת cap. 1. Apud quem etiam curioſa diligentia plurimi caſus immunditiei notantur; in *halachot* quae citatam proxime inſequuntur.

§. Lecti immunditiem contraxerunt, vel iſtam quam טומאת מדרס vocarunt, vel iſtam quam טומאת מגע מדרס. Lectus prioris generis erat, in quem vel ſederat, vel ſteterat, vel ſe reclinauerat, vel innixus fuerat, vel penderat profluvioſus, aut profluuioſa, aut menſtruoſa, aut puerpera, aut leproſus. Lectus poſterioris generis erat, quem tetigerat aliquid, quod hi tetigerant. Vid. *Maimon.* in *Hal.* משכב ומושב

§. De Immundorum purificatione et lotione. vid. ſuo loco in L. et P. de pollutis aliquid. v. ſ. l.

§. Si quis immundus ſanctuarium ingreſſus fuerit incurrit poenam כרת et מיתה ביד שמי' *Excidii et mortis per manum Dei;* (vid. כרת in C.) Maimon. *Biath Hamikd.* c. 4. Sacerdos qui cultui Dei vacat et non ſingulis horis matutinis manus et pedes lauerit, in ſe arceſſit poenam מיתה ביד שמי' Idem ibid. cap. 5. Nota tamen hic, illum immundum fuiſſe, et immundum atrium ingreſſum eſſe, qui hircum emiſſarium in deſertum educebat. *Bab. Ioma* fol. 66. 2. Sed haec regula generalis ſolum reſpectu illius exceptionem admiſit.

§. Quaenam aquae ad aſperſionem immundorum idoneae ſint, definitur in *Parah* cap. 8. 10. inter alia ibi notatur, Aquas fluuii קרמיון *Kirmion* (qui ſecundum *Aruch* ſitus eſt in via, quae tendit ad Damaſcum), et fluuii פיגה non eſſe idoneas ad aſperſionem immundorum. Nec aquas *Iordanis* aut ירמוך *Iarmochi* ad aſperſionem idoneas et aptas eſſe, quia aquae Kirmionis et Pigae ſunt admodum lutoſae, Iordanis vero et Iarmochi mixtae cum aquis aliorum fluuiorum: vt obſeruat Gloſſa. Qui mundus fieri vult, a ſtercoribus ſe per quatuor cubitos

remo-

Digitized by Google

remouere debet, nec ſe lauare in aquis corruptis, donec eas aliis infuſis diluerit. *Berachot* cap. 3. 6.

Cibos immundos cur gentibus permiſerit Deus. *Tanch.* fol. 47. col. 1. poſt init. Notitiae immunditiei duae ſunt, quae ſunt inſtar quatuor. *de Juram.* cap. 1. miſchn. 1. cap. 2. miſchn. 1. ſeq. In quacunque re fuerit notitia (immunditiei) ab initio, et in fine, ſed ignorantia in medio eius, in hac obligatio erit ad munus offerendum. *ibid* cap. 1. miſch. 2. Varia de immunditie, et quando homo ad munus offerendum teneatur aut non. *ibid.* cap. 1. miſch. 2. ſeqq tota et cap. 2. miſch. 1. ſeq. tot. Cur deus immunditiem Iſraelitarum comparet cum immunditie menſtruatae, non vero cum immunditie ex mortuo contracta. *Tanch.* fol. 50. col. 4. circ. fin. De immunditie dubia. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 145. De immunditie graui et leui. *ibid.* p. 409. *Rabboth.* fol. 183. col. 3. fin. ſeq. De immunditie ex mortuo contracta. *Edzard.* l. c. p. 143. Quomodo immundi redditi fuerint Iſraelitae, et ab immunditie denuo liberati. *Iſingii* exercitt. in Pentateuchum. p. 147. Immundi ex tribus caſtris eiiciendi. *Rabboth.* fol. 183. col. 3. circ. fin. Quando quis immundus fiat in menſtruata. *Schevuoth.* cap. 2. miſchn. 4. De immundis a Sanctuario arcendis. *Maimon. Biat Hammikd.* cap. 3. tot. De poenis immundorum loca ipſis prohibita ingredientium. *ibid.* cap. 3. §. 8. Idem eſt, ſiue immundus ingrediatur atrium, ſiue in appendicem atrii. *Schevuoth.* cap. 2. miſch. 2. Si quis immundus cultum in templo perfecerit, reus ſit mortis per manus coeli inferendae. *Maimon. Biat Hammikd.* cap. 4. §. 1. in quo toto capite de immundis cultum perficientibus eorumque poenis agitur. Si quis ſacerdos in immunditie ſacra obierit, non trahunt eum in iudicium fratres eius ſacerdotes, ſed iuniores ſacerdotii extra atrium protrahunt,

 eiusque

eiusque cerebrum fuſtibus elidunt. *Sanhedr.* cap. 9. miſch. 6.

✱ IMPII quamdiu ſunt in mundo, ira Dei eſt in mundo, quando vero impii pereunt cum mundo, aufertur feruor irae e mundo. *Sanhedr.* cap. 10. miſchn. 6. Impii promittunt multa ſed pauca ſeruant. *Tanch.* fol. 7. col. 3. init. Vae impiis et qui ipſis adhaerent. *ibid.* fol. 8. col. 1. circ. fin. Lapides feretro nequam hominis Iudaei imponunt. *Wagenſeil.* Sota. p. 311. Impii viuentes iam ſunt quaſi mortui *Tanch.* fol. 27. col. 2. poſt init. Impii pauca opera ipſorum bona compenſantur diuitiis in hac vita. *ibid.* fol. 29. col. 4. fin. Quatuor hominum genera impiis accenſentur. *ibid.* fol. 68. col. 1. circ. fin. *Rabboth.* fol. 221. col. 3. init. Impio homini nihil boni facias. *Tanch.* fol. 69. col. 1. init. Quando Deus euertit impios, nunquam reſurgunt. *ibid.* fol. 85. col. 1. fin. Impii aſſimilantur beſtiis. *Rabboth.* fol. 319. col. 3. circ. fin.

INCANTATIONES vid. *Amuleta* et *magicas artes.*

✱ INCENDIVM. Num librum legis tempore incendii eripere ex flamma liceat in Sabbatho. *Tanch.* fol. 28. col. 2. med.

✱ INCESTVS. Varias inceſtus ſpecies vid. apud *Maimon Sanhed.* cap. 7. miſchn. 4. *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 157. col. 3. et 4. Inceſtus grauiſſimum crimen. *Rabboth.* fol. 183. col. 4. fin. ſeq.

INFANTES in vtero matris irregulariter ſe gerere, et aliquid facere poſſe, quod non vacaret culpa, autumarunt Iudaei. In *Vaiikra Rabba* introducitur in parabola foemina filium ſerio accuſans coram iudice כרהוא במעי הגרח מבעט *quod* inordinate *calcitraret*, cum *eſſet in utero.* In *Midraſch Ruth* in cap. III. 13. Refertur hiſtoria de *Eliſcha Ben Abuiah* qui factus eſt apoſtata, illius

lius apoſtaſiae ratio inter alias haec redditur. *Sunt qui dicunt, quod mater eius cum grauida foret, tranſiuerit per fanum ethnicum, et odorata ſit nidorem, ſimulque de eo quod olfeçerat, comederit; A quo ille in vtero calefactus eſt, et in bullas intumuit, ac ſi eſſet in vtero ſerpentis.*

§. In *Bammidbar Rabba* fol. 230. 2. Abſoluitur Iacob, quod prehenderit calcem Eſaui, ſed vix abſoluitur Eſau quod inſurrexerit contra Iacobum.

§. Quaeſiuit Antoninus a R. Iehuda ſancto; *A quonam tempore incipiat malus affectus praeualere in homine; An a tempore formationis eius in vtero; An a tempore exitus eius ex vtero?* Reſpondit Rabbi: משעת יצירתו *a tempore formationis eius.* Ex quibus patet primaeuam Iudaeorum ſententiam fuiſſe, infantes a prima ſua animatione eſſe peccaminoſos, et in vtero aliquando ſe irregulariter gerere poſſe. Quis autem illius inordinationis fons, quam peccatum originale.

§. Vt quinis infantes ſuos nutriret, de nouo decretum eſt a Synedrio in *Vſcha*; *Hieroſ. Ketubhot* fol. 28. 4. Si vero accideret, vt aliquis ſua bona filiis concederet, illi patrem et matrem ex illis ſuſtentare debent. *ibid.* de filio immorigero V. in F.

Infans in vtero materno quomodo formetur. *Wagenſeil.* Sota p. 71. *Tanch.* fol. 39. col. 3. med. tot. ſeqq. prolixe. *item* fol. 48. col. 3. p. init. *Rabboth* fol. 147. col. 2. ante med. col. 3. tot. fol. 322. col. 4. ante med. Puerorum naſcentium vultus proni terram reſpiciunt. *Wagenſ.* Sota p. 247. Puellarum vultus ſurſum ſpectant. *ibid.* Infantes quomodo ſe gerant in vtero matris, et quomodo prodeant in lucem. *Tanch.* fol. 48. col. 2. med. Num propter infantem ſex, ſeptem, octo etc. menſium profanandum ſit ſabbatum. *ibid.* fol. 59. col. 4. poſt init. *Rabboth* fol. 177. col. 1. poſt med. Infans comparatur cum XII. planetis. *Tanch.* fol. 86. col. 1. p. init. Infans ſeptimeſtris viuus non octimeſtris. *Rabboth* fol. 19. col. 4. ante med. Infantes quam grati

grati ſint Deo. *ibid.* fol. 297. col. 1. fin. col. 2. poſt init. Infantes non poſſe peccare, nec habere יצר הרע contendit. *Tanch.* fol. 2. col. 1. poſt init. Infans Iudaeus nutriri poteſt lacte nutricis ethnicae, non contra. *ibid.* fol. 19. col. 3. p. init. De varia infantum aetate. *Rabboth* fol. 310. col. 4. poſt med. Infantes quonam aetatis anno ſtudiis conſecrandi. *Tanch.* fol. 53. col. 3. med.

✱ INFERNVS. Ignis Gehennae creatus eſt die ſecundo, ſed cauitas illius bis mille annos ante. *Tanch.* fol. 9. col. 3. med. Infernus aliquis eſt ſupra coelum. *Wagenſeil.* Sota p. 221. Inferni manſiones et portae. *ibid.* p. 220. Ignis naturalis calor gradus ſexageſimus ignis infernalis. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 128. col. 4. Infernus in altera vita non erit, ſed ſol aeſtu ſuo excruciabit impios. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 16. *Rabboth* fol. 312. init. Impii in inferno laudabunt Deum. *ibid.* fol. 102. col. 1. circ. fin. Impiorum infelix ſtatus in inferno. *ibid.* fol. 121. col. 1. ante fin. Abraham in die extremo ad portam inferni ſedebit cuſtos. *ibid.* fol. 43. col. 2. ante med. De inferno plura. *ibid.* 107. col. 4. poſt init. fol. 6. col. 2. med. *Tanch.* fol. 81. col. 1. init.

✱ INIMICI. Inimicos odio eſſe habendos, vbi praecipiatur. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 288.

INSOMNIA magnopere curarunt Iudaei; hinc 1. ſibi indixerunt ieiunia, vt inſomnia felicia adipiſcerentur. 2. plurimas regulas inde de tractandis inſomniis habent. Berachot fol. 14. 1. יצפה אדם לחלום טוב עד כ״ב שנים. *Obſeruet homo inſomnium bonum vſque ad annos viginti duos, exemplo Ioſephi.* Item in *Schabbat.* fol. 30. 2. in. Gl. *ſi cubitum eas laetabundus, frueris inſomniis bonis* etc. Hinc quoque inter Iudaeos non ignobilis profeſſio et ars fuit, inſomnia interpretari. *Bab. Berachot* fol. 55. 2. introducitur quidam ſenex hunc in modum verba faciens. *Viginti quatuor inſomniorum interpretes*

pretes erant Hieroſolymis: atque ego cum aliquando ſomniarem ſomnium, omnes de eius interpretatione conſului; quod interpretatus eſt hic, non interpretatus eſt ille; et tamen euenerunt omnia, quae interpretati ſunt omnes, etc. Vide etiam *Hieroſ. Maaſer Scheni* fol. 52. 2. 3. ibi enim plurimae de inſomniis referuntur hiſtoriae: *R. Joſe Ben Chelpetha*, *R. Iſmael*, *R. Lazar et Akibba* tanquam inſomniorum interpretes adducuntur.

Singulare inſomnium diſcipuli cuiusdam R. Akibae, eiuspue interpretatio. *Taneh.* fol. 2. col. 4. poſt init. Ieiunare licet ſabbatho ob inſomnia infauſta. *Wagenſeil.* Sota p. 1126. Somniorum interpretationes. *ibid.* p. 624. ſeq. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 344. et 1042. et Part. III. p. 227. it. *Rabboth* fol. 62. 4. init. fol. 294. col. 2. poſt med. col. 3. et 4. tot. fol. 295. col. 1. init. De inſomniis, quae ſpecies ſunt gradus Prophetici. *Abarb.* in Prophet. prior. in indice tit. *Somnia.* Somnium de concubitu cum alterius vxore creditur ſignum ſalutis. *Edzard.* Berachot p. 185. Remedium aduerſus ſomnium infauſtum. *Rabboth.* fol. 263. col. 1. p. init. fol. 321. col. 3. ante fin.

INTERCALATIO. Qui annus fit vno menſe longior is intercalaris appellatur: ſed nullus additur vnquam anno menſis alius quam Februarius: Itaque anno intercalari Februarii bini continuantur. Quid ita vero? Nimirum vt habeatur vna cum meſſe Paſcha; ſecundum dictum Deut. XVI, 1. *Obſerua menſem nouarum frugum.* i. e. tene temporis obſeruandi rationem, quae menſem hunc ad meſſem adducat; atqui niſi alterum Februarium anno adducas, tum Paſcha hybernis, tum aeſtiuis acciderit temporibus.

§. Tribus de cauſſis intercalatur annus על אביב *ob ſpicae virorem*, ob fructus arborum (quae debebant primitias in Pentecoſte.) על התקופה *ob ſolis conuerſionem*, (ſiue aequinoctium autumnale circa quod feſtum taber-

tabernaculorum peragi debebat.) Si duo illorum concurrant, intercalant, ob vnum non item.

§. Non intercalatur annus, niſi neceſſe ſit propter itinera (ab imbribus corrupta) pontes (fractos,) furnos agnorum Paſchalium (nam reparandi ſunt,) aut Iſraelitas qui extra terram Iſraeliticam habitant, ex ſedibus ſuis ob aliquod feſtum egreſſos, ſi nondum ad vrbem peruenerint.

§. Annus non intercalatur ob niuis copiam aut frugibus, nec ob haedos aut agnos (macros,) nec propter pullos auium inuolucres (quales non poterant a puerperis offerri;) ſed ſi aliqua alia intercalandi cauſſa eſſet, talia facerent, vt eo magis ad intercalationem impellerentur.

§. Non intercalatur niſi per eos, qui ſunt ad id officii electi. Itaque ſynedrii princeps deligit nonnullos, quibus ita dicit. Curate parati ſitis in loco illo, vti deliberemus ac conſultemus, vtrum annus intercalaris oporteat conſtitui nec ne. Atqui ab his ſolis qui ſunt ad id inuitati, intercalatur. Ad hanc deliberationem neque Rex admittitur vnquam, nec ſummus ſacerdos. Ille, ne forte propter delectum habendum, aut belli adminiſtrationem ad alterutram partem vel intercalandi vel non intercalandi conuocatos impellat: hic, ne ab intercalandi conſilio deterreat ideo, quod ſi intercalaretur, menſis Septembris in dies iam frigidos magno ipſius incommodo incurreret; quippe qui obligatur in die expiationis (qui eſt dies eius menſis decimus) quinquies ſe abluere. Si praeſes ſynedrii abeſt, annus intercalatur ea conditione, ſi principi placuerit.

§. Cum venerit Februarii dies triceſimus, nec dum ſit intercalatum, omnino intercalandum non eſt: quippe cum poſſint illo die Calendae Niſan haberi. Menſis vero Niſan cum venit, necdum intercalatum eſt, intercalari porro non eſt integrum. Verum tamen ipſo die Februarii ſi intercalatur, ratum habetur. Ergo ſi, poſtquam eſt intercalatum, lunae nouae nuntius afferatur,

Digitized by Google

ratur, Calendae celebrantur non Martiae; ſed denuo Februariae.

§. Cum eſt intercalatum a ſenatu literae mittuntur in omnes prouincias, vt longinqui annum intercalarem factum eſſe cognoſcant; atque literae ſcriptae ſunt verbis principis ſenatus in hunc modum. *Notum vobis facio decreuiſſe me vna cum meis ſociis, vt hic annus augeretur triginta vel* 29. *diebus*. Licet enim ſenatui menſem vel cauum vel plenum conſtituere. *Maimon. Hal. Kid. Chodeſch* c. 4.

§. Quamdiu ſynedrium fuit in terra Iſraelis, ab eo, vt iam diximus, aliquando pro neceſſitate, aliquando iuxta apparitionem Lunae, capita menſium et annorum fixa et conſtituta fuerunt, at ex quo tempore illud abolitum eſt, Iudaei certam quandam rationem accomodatam luminarium motui medio (מהלך אמצעי) certisque regulis adſtrictam ſequuntur. *Maimon*. t. c. 8.

§. De intercalatione has habeto hiſtoriolas. Cum annum non liceret intercalare niſi in Iudaea, (*Maimon. Kidd. Chod*. c. 2.) Plurimi Lyddam adierunt e ſchola Rabbi Iehudae ſancti (e Galilaea ſcilicet) vt intercalarent, at occurrit ipſis oculus aliquis malus (infortunium) atque omnes ſimul ſunt mortui. Exinde anni intercalationem tranſtulerunt e Iudaea in Galilaeam etc. *Hieroſ. Sanhed*. fol. 18. 3.

§. Septem ſeniores congreſſi ſunt ad intercalandum annum בבקעת רמון *in valle Rimmon;* videlicet R. Meir, R. Iuda, R. Ioſi, R. Simeon et Nehemia. R. Lazar Ben Iacob, et R. Iochanan Sandelar; eratque illic rupes marmorea, cui vnuſquisque infixit clauum: hinc quoque hucusque rupes clauorum vocatur. *Hieroſ. Chagiga* fol. 78. 4. vid. etiam *Nouilunia*.

Annum non licet intercalare amplius, quando dies trigeſimus Adar iam illuxit. *Edzard*. Berachot. p. 110. Intercalationes Deus dirigit. *Rabboth*. fol. 162. col. 2. poſt med. Intercalatio quomodo fieri ſolita. *ibid*. fol. 107. col. 2. med. Intercalatio anni vel

vel menſis per tres iudices poteſt decerni. *Sanhedr.* cap. 1. miſch. 2.

INTERPRETES orientales commutant ſaepe nomina propria per tranſpoſitionem litterarum et vocalium. Sic Arabs Eſai. XXVII, 12. Ῥινοκορούρων tranſtulit כרון pro כרור mutando ר in נ. Interpreti Syro *Schur* Exod. XV, 20. eſt שור *Sud*, puncto notificatiuo in littera vltima male diſpoſito. Sic eodem errore Gen. XVI, 7. et 14. *Schur* et *Bared* vertit *Gedar*, pro *Gerar*. *Bared* Arabi ibi eſt *Jared* duobus punctulis ſub littera prima, pro vno tantum ſubiectis.

§. Soliti ſunt interpretes graeci nomina locorum non raro eo nomine reddere, non quo vocantur in textu Hebraeo, ſed quo nuncupabantur temporibus poſterioribus ſub templo ſecundo, quod et a Chaldaeis Targumiſtis ſaepius etiam factum. Huius farinae Καππαδόκες pro *Caphtarim* Ῥινοκορούρα pro נחל מצרים *fluuio Aegypti*. Sed clarum exemplum habes ex collatione loci *Hieroſ. Megillah* fol. 70. 1. in quo Talmudiſtae vrbes quasdam quarum mentio in Ioſua XIX. et vetuſtis et praeſentibus nominibus appellant. קטת קטונית Kattat eſt Katinot שמרון סימוניה *Schimron eſt Simonia* יראלה חירייה *Iralah eſt Chririah*. LXX. interpretes retinuerunt non nomina vetuſta ſed recentiora, dum loc. illum Ioſuae expoſuerunt Καθανάθ, Συμοὼν, Ἱεριχὼ, ſic quoque 1 Reg. IX, 11. 12. Regionem illam Galileae quae olim כבול vocabatur (v. ſ. l. in C.) ὅριον nomine recentiore tranſtulerunt: nam ex *Hieroſ. Demai* fol. 22. 4. *iſtae vrbes prohibitae ſunt* בתחום *in termino* etc. ſuſpicari licet, תחום regionem כבול deſignare, optime autem תחום graece ὅριον redditur. Ex quibus verſionem iſtam non redolere vetuſtatem temporum *Ptolomaei Philadelphi* videtur.

§. Sed inſuper probabile eſt ſeptuaginta Interpretes non niſi legem in ſermonem graecum tranſtuliſſe, I. enim ſic loquuntur Magiſtri in *Maſſechet Sopherim* cap. I. v. 8. שוב מעשה בחלמי המלך שכנס שבעים ושנים זקנים

זקנים והושיבם בשבעים ושנים בתים ולא גלה להם על מה כנסם נכנס לכל אחד ואחד מהם אמר אמר להם כתבו לי תורת משה רבכם נתן המקום עצה בלב כל אחד ואחד והסכימו דעתן לדעת אחד וכתבו לי תורת בפני עצמם: *Historia eſt de Ptolomaeo Rege, quod* LXXII *ſenes conuocauerit, et eos in 72. domos collocauerit, cauſam vero, cur eos conuocauerat, ipſis non indigitauerit; ſed ad vnumquemque ingreſſus ipſi dixerit, verte mihi legem Moſis Magiſtri veſtri. Dedit Deus vnicuique robur et conſilium, vt omnes in verſione conſenſerint, et a ſe ipſis legem Moſis verterint* Obſerua hic in eodem cap. v. 7. numerum LXXII. ſanum ad quinque reſtringi et diminui; et proinde hanc contradictionem ſatis arguere, numerum LXXII etiam fictitium eſſe. 2. Ipſa temporis ratio non videtur plura pati poſſe. Nam ab *αὐτόπτῃ* Ariſtaea 72. diebus, ad perſonarum numerum hoc penſum abſoluiſſe memorantur, quo anguſto dierum ſpatio vix deſcribi, multo minus verti in alium ſermonem vetus teſtamentum potuiſſet. 3. Incredulos conſtringet Ioſephi autoritas in praef. *Antiq. Iudaic. Ptolomaeus II. Rex Aegypti magnopere contendit legem noſtram in graecum eloquium transferri* etc. *Eleazar Pontifex ſummus regi hanc vtilitatem non inuidit, reclamaturus omnino, niſi conſuetudinem haberemus iam a maioribus acceptam, res bonas celare neminem* etc. *Neque vero totam ſcripturam occupauit, ſed legem ſolum ei tradiderunt interpretes, qui ideo Alexandriam miſſi fuerant.*

§. Sed nec hodierna expoſitio graeca LXX. ſenum eſt, nam in *Maſſicta Sopherim* loco m. c. dicitur ipſos tredecim loca mutaſſe (quae recenſet *Ioſippus* in hiſtoriae ſuae exordio, et ex eo *Schikkardus* in *Bechinat Happer.*) at illa loca non mutata reperiuntur in hodierna editione. De hac verſione etiam aliquid diximus ap. *Legem.* De interprete Synagogae vid. *Synagogam.*

Iudaei et Rabbini XIII. habent modos interpretandi ſcripturam ſacram, quos tanti faciunt, vt eos in officio matutino quotidie recitent, ſuntque inſtar

 noſtra-

noſtrarum regularum Hermeneuticarum. *Voiſin.* Pug. fid. p. 53. ſeq. hos tredecim modos interpretandi legem peculiari libro explicauit R. Abraham Ben Dauid, oſtrenſis. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. I. p. 38. it. Part. III. p. 624. Eosdem Deum ipſi Moſi in monte Sinai tradidiſſe perhibent. *Voiſin.* l. c. p. 55. b. Praeuidit Deus, quod gentiles interpretaturi eſſent ſcripturam graece, idcirco dedit iis, velut ſecretum quoddam, traditiones. *Tanch.* fol. 7. col. 3. poſt init. fol. 37. col. 3. p. med. Quicunque apud Iudaeos interpretatur ſcripturam ſecundum proprium ſuum intellectum, niſi fuerit conſiſtorium aut ſacerdos magnus, is cenſebatur inter eos, qui ſuperbe peccant, non vero inter eos, qui per errorem; vnde etiam morte multari debebat, vt ſenex rebellis, etiamſi faciat et doceat ſecundum id, quod ipſi videtur. *Voiſin.* l. c. De explicatione allegorica, quam Deraſchot vel Medraſchot vocant. *ibid.* p. 59. De ſenſu litterali et allegorico. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. I. p. 62. not. 1. et Part. II. p. 1328. Iudaei diſtinguunt inter דורשי רשומות doctores myſticos. *Tanch.* fol. 26. col. 2. med. Qui interpretatur legem chaldaice, an poſſit introſpicere in librum legis? negatur. *ibid.* fol. 7. col. 3. poſt init. fol. 37. col. 3. poſt med. Habebant quondam magiſtri ſuos interpretes, qui, quae ipſi ſubmiſſius dicebant, clariore voce auditoribus repetebant. *Wagenſeil.* Sota. p. 823. De contortis Iudaeorum interpretationibus ſcripturae ſacrae. *Edzard.* Auod. Sar. in *indice* tit. *Talmudiſtae.* De decem locis in verſione LXX. ſenum mutatis. *Tanch.* fol. 20. col. 3. p. init. De verſione ſeptuaginta interpret. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 984. Quae maxime de graeca interpretatione notatu digna ſunt, legere potes in *I. Leusdeni* Philol. Hebr. mixt. p. 10. vſque p. 32. Interpretem ſcripturae ſacrae oportet inſtructum eſſe ſubſidio linguae hebraicae, chaldaicae,

arabi-

arabicae. *Ioh.Henr. Hottingeri* Smegma orient. p. 68. 69. Tria imprimis in eo requirit *Cleric.* Epiſt. de Hammond. et Critic. p. 325. Praecipuorum autorum interpretandi methodos examinat *Richard Simon* in hiſt. critic. Vet. Teſt. cap. V. vſque XVII. conf. *Act. Erudit.* Ann. 1682. p. 104.

✱ INTERPVNCTIONES in veterum libris partim omiſſas partim eſſe adſcriptas contendit, et verarum vtilitatem oſtendit *Cleric.* Art. Crit. Tom. 2. Part. 3. ſect. 1. cap. 10. tot.

IOBVS, de eo ferme integrum conſcripſit caput *Maimon* in *More Neuoch.* III. 22. 1. dicit mirabilem eſſe hiſtoriam Iobi ומשל לבאר דיעות בני אדם בהשגחה *et exemplum ad explicandum opiniones hominum de prouidentia.* 2. Quorundam eſſe ſententiam כיאיוב לא היה ולא נברא אלא משל היה *Iobum nunquam extitiſſe, ſed omnia parabolica eſſe.* 3. Illos, qui credunt Iobum reuera fuiſſe, neſcire neque locum neque tempus, quo hiſtoria illa acciderit: Quosdam eſſe qui dicunt, illum vixiſſe tempore Patriarcharum, alios ipſum in diebus Moſis exſtitiſſe, aut Dauidis; alios cenſere, illum fuiſſe מעולים מבבל *ex aſcendentibus e Babylone:* illamque ſententiarum diuerſitatem facere, vt plurimi confirmentur in ſua opinione, ipſum nunquam extitiſſe. 4. Quamuis fuerit vel non fuerit Iobus, tamen certum eſſe apparitionem illam ſatanae et eius cum Deo colloquium parabolicum: ſed obſcuriori et mirabiliori modo, quam vulgo parabolae ſint. 5. Nomen *Hus* eſſe 1. nomen proprium vt Gen. XXII, 21. 2. eſſe imperatiuum verbi עוץ vt Ieſ. VIII, 10. Quaſi ſpiritus ſanctus indigitaſſet הסתכל בזאת העצה והתבונן בו והעלה בידך ענינו והבינם וראה הדעות האמתיות מהן *conſidera hoc conſilium* (Dei) *et illud perpende, vſum eius tibi applica, erue ex eo ſcientiam veram.* 6. In hiſtoria filiorum Dei non dicitur, *et venerunt filii Dei et ſatan, vt adſtarent coram Deo* שאו היתה בראת שמציאות הכל על

על יחס אחד *ita enim videri potuiſſet ac ſi omnium vna eademque fuiſſet ratio.* Sed dicitur, *et venerunt filii Dei vt adſtarent coram Domino et venit etiam ſatan in medio eorum.* Haec enim loquendi ratio dicitur tantum de eo שבא בלתי מכוון ולא מבוקש *qui non petitus et non rogatus venit, ſed qui venientibus illis qui rogati ſunt ſe ingerit* etc. Reliqua quae ex orientalium ſcriptis de Iobo referri poſſent, recenſuit Clariſſ. *Spanhemius* in *Hiſt. Iobi.*

Iobus quando vixerit? *Rabboth* fol. 52. col. 1. med. it. col. 2. tot. *Wagenſeil.* Sota p. 231. num fuerit vere pius *ibid.* p. 622. Quo tempore vixerit ex mente Ebraeorum. *Hotting.* Smegma p. 381. Iobus cum arabica lingua habet ſocietatem. p. 72.

✱ IOCHANAN. Rabbi Iochananis Saccaei filii hiſtoria. *Wagenſeil.* Sota p. 926. it. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 100. Fuit praeſes ſynagogae poſt mortem R. Chaninae circa annum 990. (ſiue 3990.) atque compoſuit Talmud Hieroſolymitanum, in quinque partes diſtinctum. *Voiſin.* Pug. fid. p. 57. a. Quinque diſcipulos habuit, qui ab ipſo legem oralem didicerunt. *ibid.* p. 10. R. Iochananis pulchritudo. *Edzard.* Berachot. p. 195. ſeqq. Vltima eius voluntas. *Rabboth* fol. 87. col. 4. fin. it. fol. 92. col. 3. poſt med.

IOHANNES Baptiſta natus eſt Hebrone, ciuitate Aaronitica in montano Iudaeae Ioſ. XXI, 2. Luc. XV. Vtroque parente *Aaronita.* In eremo, id eſt in montano Iudaeae iuuentutem tranſegit vir priuatus, non vt eremita, ſed in opificio aliquo aut ſtudio verſatus, nec quidquam auſteritatis ſibi aſſumens, praeter Naſiraeatum ante annum aetatis triceſimum. vid. *Eremum.*

§. Iohannes Baptiſta non habuit votum de carne non comedenda, alias nec locuſtas comedere potuiſſet, ſecundum canonem in *Hieroſ. Nedarim* fol. 40. 2. הנודר מן הבשר יהא אסור בבשר דגים וחגבים: *Qui voto ſe obligat de carne* (non comedenda) *interdicatur carne piſcium*

Digitized by Google

ſcium et locuſtarum. Illi boni homines nondum tantum in natura profecerant, vt potuiſſent ſcire piſcium venis ineſſe ſanguinem frigidum, et proinde inter carnis ſpecies non numerandos, vt nudipedes et cucullati hodierni fratres.

IOHANNES Ben Saccai, fuit R. Simeonis, Hillelis filii coaetaneus et cum ipſo Cabbalam accepit. *Abbot* c. 2. Vixit 120 annos ſicuti Moſes, per quadraginta annos docuit: nec ad principatum venit niſi ſub finem vitae eius. *Roſch Haſchana* fol. 20. 2. *Juchaſin.* fol. 20. 2.

§. Principatum geſſit in Jabhne, quo exciſis laribus ſynedrium ſe contulit, ſed non niſi venia primo a Tito imperatore impetrata. *Auot R. Nathan* cap. 4. *Juchaſin* ipſius praeſidiatui tribuit annos duos, *Zemach David* vero quinque. Quadraginta ante vaſtatum templum annis, cum eius portae ſponte ſe aperuiſſent, deſolationem eius praedixit. *Hieroſ. Ioma* fol. 43. 4. Quomodo populum in magna aeſtate ſub vmbra templi docuerit, reperies in *Peſachin.* fol. 26. 1.

§. Cum Veſpaſianus Hieroſolymas obſidione cingeret, praedixit ipſi R. Iochanan in feretro tanquam mortuus extra Hieroſolymas delatus, quod imperator futurus eſſet. Hiſtoriam repeties in *Gittin* fol. 56. 1. et *Echa Rabbeti* fol. 64. 2. Fuit deinde etiam in caſtris Titi, et ab ipſo multo fauore et benignitate accumulatus; ſed cum tandem lethali morbo decumberet, admodum animi eius fortitudo elanguit, ita vt tremebundus de ſalute ſua expirauerit. *Bab. Berachot* fol. 28. 2. Et certe, quae ſpes ſupererat homini Phariſaico operibus ſuis confidenti, poſtquam templum deuaſtatum erat, lares exciſi, Chriſtus quidem ab ipſo viſus, ſed non fide receptus! Confer. mox ante in *Iochanan.*

IOHANNA filia Retibi fuit vidua quaedam praeſtigiatrix, quae, cum mulierum appropinquaret pariendi tempus, magicis artibus parturientis vterum occludebat,

debat, vt parere non poſſet. Cumque diu puerpera cruciatibus laboraſſet, dicebat illa, ibo ego et pro te ſupplicabo; profecta vero ſoluebat praeſtigias, et illico naſcebatur infans, tandem artes eius patefactae fuerunt. *Sota* c. 3. 4. in *Gloſſ.* ad *Gemaram*.

יום הכניסה *Jom baccenisa* in cap. 1. *Megillah* et alibi eſt dies ſecundus et quintus ſeptimanae, in quibus legere poſſunt, nam in Sabbatho מגילות legere non licet.

IONAM R. Salomo in *Ion.* 2. *in ventre ceti e mari Phoenicio ducit in mare rubrum*, qua arte difficile videre eſt, niſi forte eadem ratione qua Hieroſolymitani in *Taanit* fol. 69. 2. *Septingenta genera piſcium mundorum migraſſe dicunt cum Iſraele in Babylonem.* Et quando ab ipſis illius migrationis modus petitur, reſpondent דרך התהום גלו *per viam profundi migrarunt*, *et per viam profundi redierunt.*

§. Ionas patriam habuit גת החופר *Gath Hachofer.* Non probabile eſt, illum aliam praeter quam in Niniuitas habuiſſe prophetiam: Nam quamuis videatur ex libro Regum concludi poſſe, ipſum etiam in Ieroboamum prophetaſſe, tamen ſecundum Kimchium verba illa, *ſicuti dixit Iehouah per ſeruum ſuum Ionam* etc. ſic explicari poſſunt; *ſicuti prophetia ceſſit in bonum ex malo Nineuitis*, *ita tempore Ieroboam prophetia quoque ceſſit* מרע לטובה *ex malo in bonum.* Ionas noluit primitus Niniuitis praedicare, שחבע כבוד הבן ולא חבע כבוד האב *quia praetulit et quaeſiuit gloriam filii* (populi Iſraelis) *non autem gloriam Patris*, (Dei.) Sic enim cogitabat, Niniuitae, qui gentiles, ſunt conuerſioni proximi, Iſrael vero, cui ſingulis diebus concionantur prophetae, non reſipiſcit; ſi itaque illuc irem, maximum contraheret probrum. *Kimchi* et *Aben Eſra* in *Ionam* c. 1. Ratio cur ſugerit Ionas מלפני יי' *a coram Domino* (e terra Iſraelitica, quae illo termino deſignatur,) eſt, quia ſecundum communem traditionem credidit, השכינה *gratioſam Dei praeſentiam* et prophetiam extra terram Iſrae-

Iſraeliticam non habitare, et proinde Deum ipſum ibi non alloquuturum. *Sic commentantur omnes*. Notat inſuper *Kimchi*, ipſum omnem dediſſe nauis mercedem, vt eo expeditius fugere poſſet, ne exſpectatione mercatorum fuga eius retardaretur: et hoc mirandum non eſſe, quia receptus eſt Canon traditionis; prophetiam שאין נבואה שורה אלא על אדם עשיר *non habitare niſi in viris diuitibus*.

Lubet hic quoque aliquas in Ionae prophetiam commentationes annotare.

Cap. I, v. 5. *R. Sal.* textus dicit, *inclamarunt vnusquiſque Deum ſuum*. Quia ibi e ſeptuaginta populis nautae et vectores erant.

אל ירכתי *ad latera;* idem eſt ac ſi diceret *ad vnum ex lateribus*, ſic aliquis dicitur ſepultus בערי גלעד *in vrbibus Gilead*, cum tamen ſolum in vna ſepeliri potuit. D. *Kimchi*.

V. 7. Ratio, cur ad ſortem proiiciendam ſe accinxerint, eſt, quia reliquas naues videbant in ſaluo eſſe, et pacate ſuum curſum proſequi, et proinde cogitarunt, aliquem inter ipſos eſſe, propter cuius peccatum periclitarentur. R. S. *Iarchi*.

V. 8. *Quae eſt ars tua?* i. e. cuius iniquitatis reus es, forſan ars tua eſt מלאכה רמאות *ars fraudum et rapinae*. Propter quam tu reus factus es. *Vnde venis?* i. e. forſan tu fugiſti inde propter ſcelus, quod commiſiſti: forſan populus, ex quo es, ſunt impii, et quos Deus exſcindere vult. R. D. K.

V. 9. R. D. K. Quando dicit *hebraeus ſum*, reſpondet ipſis ad duo, ſcil. ex qua regione et populo ſit; verbis autem *ſe timere Deum* reſpondet ad quaeſtionem, *quam habeat* artem. Inſuper expreſſe meminit, *Deum aridam et mare feciſſe*, vt nautas aliqua ratione erigeret cogitatione, quod Deus mare fecerit, et proinde quod eius fluctus quoque facile compeſcere poſſit.

V. 16. R. D. K. dicitur ipſos ſacrificaſſe, non quaſi in ipſa naue ſacrificauerint, ſed quod ſacrificia promiſerint, ea ſoluturi, poſtquam ad portum perueniſſent

Per *vota* intelligitur reliquum quod a ſacrificantibus fieri debuit; vt Eleemoſyna pro pauperibus.

Cap. II. דגה eſt nomen, quod faemellae et maſculo tribuitur. *Kimchi* et R. *Salom.* dicitur in v. 1. 7. et in v. 2. דגה quia Deus primitus praeparauerat piſcem maſculum, vt ipſum e naui proiectum deuoraret; ſed cum Ionas in illo eſſet ברויח in *lato et libero ſpatio* de oratione et precibus nihil cogitauit. Fecit Deus, vt piſcis maſculus Ionam euomeret in os piſcis faemellae, in cuius inteſtinis in ſpatio admodum iniquo et ob faemellae grauiditatem anguſto, coactus fuit animum ad preces applicare: et idcirco textus dicit, *e viſceribus* הדגה *illius piſcis.* Kimchi notat magnum miraculum fuiſſe, quod Ionas per tres dies et noctes fuerit in ventre ceti, ſed adhuc maius, quod non obſtupuerit, et quod ad Deum adhuc mentem ſuam componere potuerit.

V. 3. *Et exaudiuiſti vocem meam. D. Kimchi.* Poſtquam Ionas vidit, ſe in illo ventre et anguſtiis tamdiu in vita manſiſſe, de ſalute ſua bene ſperare incepit, et quod illinc mox liberandus eſſet.

V. 4. נהר יסובבני *Fluuius circumdedit me* etc. *Aben Eſra* notat, Ionam in mare proiectum fuiſſe בהתחברו הים עם הנהר in oſtio Euphratis, (quem Hebrai κατ' ἐξοχὴν נהר nominant) et ita in coniunctione eius cum mari: et proinde Ionam per mare fluuium Euphratem intellexiſſe.

V. 6. סוף חבוש לראשי *Alga alligata eſt capiti meo.* Hic R. *Sal.* vt ſupra diximus, vult, mare illud fuiſſe mare rubrum, quia mentio fit algae, et Deum Ionae oſtendiſſe viam illam quam Iſraelitae tenuerunt, dum illuc tranſibant, oculos ceti Ionae fuiſſe tanquam חלונות *feneſtras,* per quas vbi eſſet ſpeculari potuit; quod ille parum Phyſice. *Kimchi* dicit, algam etiam in fluminibus et alio mari repeiri, nec proinde neceſſario mare algoſum hic intelligendum: illos vero, qui in illa ſunt ſententia ad tollendam difficultatem, ponere: כי ים סוף נכנס בים יפו *Quod mare rubrum aliquam cum mari Iapho communicationem habeat.*

V. 9.

V. 9. *Kimchi* ex *Capit. Rab. Elieſeris* plane aliam expoſitionem habet, quam noſtra Lat. verſio. *Poſtquam*, inquit, *Niniuen appulſi viderunt omnia miracula, quae Deus fecit cum Iona, vnusquisque Deum ſuum proiecit in mare, ſicuti ſcriptum eſt* משמרי הבלי שוא חסדם יעזובו *qui obſeruabant vanitates mendaces, opprobrium ſuum reliquerunt. Et Iapho reuerſi aſcenderunt Hieroſolymam, et ſe circumciderunt, ſicuti dicitur*, et timuerunt viri illi timore magno, et ſacrificarunt ſacrificia, *quae erant ſanguis ſuae circumciſionis.* Et vouerunt *ſe et liberos et vxores ad conuerſionem ducturos.*

V. 10. *Et dixit Iehouah* etc. *Kimchi*, non quaſi Deus externo ſermone piſcem alloquutus ſit, ſed העיר את רצונו *excitauit* ſolum *voluntatem eius* ad Ionam eiaculandum.

Cap. III. v. 3. Niniue autem erat לאלהים *urbs magna Deo* etc. Si ſacer textus alicuius rei vult indicare magnitudinem, in vſu habet adiungere אל *Deum*, vt הרי אל *montes Dei*, pro montibus altiſſimis. *Kimchi.*

V. 4. *Niniue ſubuertetur* etc. inſtar Sodomae et Gomorrae, quarum incolis ſuis peccatis ſimiles facti erant. K.

V. 5. *Crediderunt* etc. Erant enim Niniue nautae, qui Ionam praecipitauerant in mare, et qui ipſius totam recenſebant hiſtoriam, quod fecit, vt prophetiae eius citius fides adhibita. K.

V. 10. *Et poenituit Deum* etc. Decreta Dei in hoc caſu ſunt conditionata, ſi homines non reſipiſcant, quare facta reſipiſcentia etiam mutantur. K.

Cap. IV. v. 1. Quaeritur, quomodo Ionas ſciuerit, Deum nolle Niniuitas exſcindere, cum tamen 40 dies nondum praeteriiſſent? *R. Kimchi*, Deum hoc ipſi per ſpiritum prophetiae ſignificaſſe. Accenſa autem eſt ira eius propter Iſraelem, cui ſemper Prophetae concionabantur absque vllo fructu. *Idem.* Vel vt *R. Sal.* gentes porro dicent, me eſſe Prophetam mendacem.

V. 6. קיקיון eſt planta cuius folia ſunt magna, et quae vmbram praebent; illius etiam fit mentio in Miſchna.

 vid.

vid. *Oleum*, nam ex fructu et granis eius conficiebant oleum. Arabice illam vocant אלחרוע. *Kimchi*.

Ionae euulſi fuerunt pili capitis et barbae a calore piſcis. *Tanch*, fol. 11. col. 1. poſt init. Piſcis, qui deglutiuit Ionam, ſex diebus creationis eo iam deſtinatus fuit. *ibid*. fol. 43. col. 1. circ. fin. Quare Ionas fugerit? *ibid*. Cabbaliſtae (quos diuinos vocat Menaſſe ben Iſrael) ex hiſtoria Ionae ſenſu allegorico probare nituntur reſurrectionem mortuorum, et qua ratione illud faciant, vid. *Menaſſe Ben Iſrael* de Reſurr. Mort. p. 34. ſeq. Ionae hiſtoriam paſſim illuſtratam reperies in *Tanch*. fol. 43. col. 2. circ. med. ſeq. it. fol. 45. col. 4. circ. fin. De Kikaion Ionae. Wolf. Bibl. Hebr. Part. II. p. 177.

✱ IONATHAN Ben Vziel Paraphraſtes Chaldaeus, coaetaneus fuit Hilleli et Schammai duobus celeberrimis Doctoribus Miſchnicis, qui vixerunt 100 circiter annos ante excidium templi, ex ſententia auctoris libri Tzemach Dauid, citante *Voiſin*. Pug. fid. p. 3. b. Conf. *Ioh. Leusden*. Philol. Heb. Mixt. diſſert. VII. p. 47. ſeq.

✱ IOSEPHVS Iudaeus hiſtoricus. Eius autoritas. *Voiſin*. l. c. p. 20. *Scaliger* de Emendatione temporum proleg. eum vocat diligentiſſimum et veritati addictiſſimum omnium ſcriptorum, de quo hoc ſe audacter dicere non ſolum in rebus Iudaicis, ſed etiam in externis tutius illi credi, quam omnibus Graecis et Latinis. Differt a Ioſepho Gorionide. *Edzard*. Auod. Sar. Cap. 2. p. 225. it. *Wolf*. not. ad Mardoch. p. 31. et p. 40.

✱ IOSEPHVS nutritius Chriſti num fuerit faber lignarius. *Wagenſeil*. Sota. p. 1122.

✱ IOSEPHVS Iacobi filius noluit oſſa ſua relinqui in Aegypto propter rationes, quas vid. in tit. *Aegyptior*. conf.

Digitized by Google

conſ. *Abarban.* in prophet. prior. fol. 39. col. 1. Caſtitas Ioſephi quomodo a Deo ſit remunerata. *Tanch.* fol. 2. col. 3. fin. fol. 63. col. 1. poſt med. *Rabboth.* fol. 210. col. 4. poſt init. *it.* fol. 212. col. 2. ante med. ſeq. Ioſephi cum vxore Potipharis ſermo. *Tanch.* fol. 11. col. 3. fin. Ioſephus per omnia ſimilis fuit patri, eademque cum eo expertus eſt fata. *ibid.* fol. 13. col. 3. init. *Rabboth.* fol. 211. col. 4. init. Quomodo venditus fuerit a fratribus 20 argenteis, et quomodo liberare eum voluerit Ruben. *Tanch.* fol. 13. col. 3. poſt init. Poſt mortem Ioſephi circumciſionem omiſerunt Iſraelitae. *ibid.* fol. 19. col. 2. p. med. it. *Rabboth.* fol. 94. col. 3. fin. Quomodo ciſtam feralem Ioſephi Moſes indagauerit primum ſecumque abſportauerit. *Tanch.* fol. 24. col. 3. med. fol. 79. col. 2. circ. fin. *Rabboth.* fol. 246. col. 4. poſt med. fol. 112. col. 4. poſt init. Ioſephi cadauer vbi fuerit conditum in Aegypto. *Wagenſeil.* Sota. p. 300. Quomodo arca feralis Ioſephi profecta ſit cum arca foederis. *Tanch.* fol. 63. col. 2. circa fin. Iuſeph ſapiens admodum fuit et calluit 70 linguas. ibid. fol. 69. col. 4. ante med. *Rabboth.* fol. 223. col. 4. poſt. init.

IOSVA fil. Perachiae, cum Rex Alexander (vel Iannai) ſapientes interficeret, Alexandriam Aegypti commune Iudaeorum receptaculum aufugit. Sed hoc turbine ſedato, iterum in gratiam regis rediit, et a Simeone Ben Schetah tali epiſtola domum reuocatus fuit מני ירושלם עיר הקדושה ליכי אלכסנדריא של מצרים בעלי שרוי בתוכך ואני יושבת שוממה *A me Ieruſalem ciuitate ſancta tibi Alexandriae in Aegypto* (ſalutem) *maritus meus apud te habitat, dum ego interea ſedeo ſola. Iuchaſin.* fol. 18. 2.

§. Iudaei hunc Ioſuam fil. Perachiae D. N. I. Chriſti praeceptorem faciunt, et volunt Chriſtum ſe illi comitem in Aegypto petenda praebuiſſe. *Bab. Sanhed.* fol. 107. 2. Sed certe Parachroniſmum committunt, nec conſentiunt ipſi in ſua Chronologia, nam ſecundum *Zemach David* Alexander potitus eſt imperio anno mundi 3660.

Digitized by Google

3660. R. Ioſua filius Perachiae vero in Aegyptum fugit anno 3560. qua ratione non ſolum tempora turbant, ſed etiam Dominum noſtrum centenarium facere debent. Taceo aerae noſtrae anticipationem, quae natiuitatem Chriſti ferme ad Pompeii tempora reiicit.

* IOSVA ben Nun quare in expugnanda Ierichunte profanauerit ſabbatum. *Tanchum.* fol. 63. col. 1. poſt init. Moſis et Ioſuae comparatio. *ibid.* fol. 33. col. 2. init. Ioſuae praemium ob miniſterium Moſi praeſtitum. *Rabboth.* fol. 203. col. 4. init.

IOSES Ben Ioëſer et Ioſeph fil. Iohannis floruerunt anno 3500. et in illorum temporibus inceperunt הזוגות *paria* virorum illorum, quorum prior ſemper fuit princeps ſenatus, alter vero ſecundus a principe. *Iuchaſin* p. 18. 1. R. Ioſe fuit e צרדה de qua 1 Reg. XI, 26. et peſſimos filios habuit. Secundum ipſum conſtituenda eſt הלכה ſi aliqua intra magiſtros eſt diſceptatio. *Hal. Olam* p. 201. Cum ipſo etiam ceſſarunt *Botri* ſiue איש כל בו *Viri illi praeſtantes, in quibus omnes tum eruditionis cum virtutis cumuli erant.* Voluit R. Ioſes Chepharae eleemoſynarios conſtituere, ſed nemo erat, qui munus ſuſcipere voluiſſet. *Hieroſ. Peah* Fol. 21. 1. Amabat imo deperibat R. Ioſe *R. Chaia Rubba*, et vt ipſum videre poſſet ieiunauit octoginta ieiunia. *Hieroſ. Kilaim* 32. 2. Perduxit ſuos dies R. Ioſe vsque ad tempus Iannai Regis, et interfectus eſt a Graecis. *Zemach Dauid.* pag. 70.

Ioſe Ioeſeri filii et Ioſe filii Iochananis hiſtoria. *Wagenſ.* Sota. p. 928. conf. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. IIII. p. 362. ſeq.

IORDANES e ſpelunca Panneadis oritur, et fluit in mare, ita lacum vocant Sibhchaeum, *Baua Bathra.* fol. 74. 2. Non magnam habuit latitudinem, nam aliquando flamma incendii in hac Iordanis ripa accenſa ad aliam tranſiit. Quousque autem fertur flamma? R. Elea-

Digitized by Google

Eleazar dicit vt plurimum ad ſedecim cubitos, at ferente vento ad triginta. R. Iehuda dicit at cubitos triginta et ſpirante vento ad quinquaginta. R. Akiba ad 100. *Hieroſ. Baua Kama* fol. 5. 3. De Iordane vid. *Mapparum errores*.

§. In Iordane erexit Ioſua lapides, ſuper quos ſteterunt Abba Chalaphta et Eleaſar Ben Mathia, atque eos aeſtimarunt vnumquemque ponderis quadraginta ſatorum. Bab. Sotah. 34. 2. *Toſapht*. cap. 8.

§. Iordanica ſcapha immunda aeſtimatur, quia eam fructibus implent, et deducunt a mari in aridam et ab arida in mare. *Hieroſ. Schabbat*. fol. 7. 1.

§. *Berachot* fol. 55. 1. Dicit Rabbah verbis R. Iochanan אין ירדן אלא מניח יריחו ולמטה *Non eſt Iordanes niſi intus ab Hierichunte et infra*. Gloſſator vnus ſecundum literam hoc effatum intelligit, et proinde inquit, *ſi quis vouerit ſe non bibiturum ex aquis Iordanis, ex illis tamen bibere poteſt ſupra Ierichunta*, quia ſcilicet ibi Iordanes non amplius Iordanes aeſtimatur. Alius vero haec intelligit de Iordane terrae Iſraeliticae adiacente, et quidem infra Hierichunta ſolum.

Iordanem quomodo Iudaei tranſiuerint. *Wagenſeil*. Sota. p. 693. ſeq. *Abarb*. in Prophet. Prior. in *Indice*.

✱ IRIS. Qui iridem videt in nubibus, quomodo is debet benedicere. *Tanch*. fol. 3. col. 3. fin.

✱ IRRISORES. Nulla eſt generatio, in qua non dentur irriſores, *ibid*. fol. 10. col. 2. p. med.

✱ ISAAC. Sub initium noui anni grauida facta eſt Sara, et genuit Iſaacum poſt ſeptem menſes, in nocte Paſchatis. *ibid*. fol. 8. col. 3. p. med. Lis quaedam Iſaaci et Iſmaelis. *ibid*. circ. fin. Iſaac facie ſimillimus fuit Abrahamo. *ibid*. fol. 10. col. 2. init. Quo die natus eſt Iſaac, coeli et terra laetati ſunt. *ibid*. Iſaac patri

per

3660. R. Ioſua filius Perachiae vero in Aegy
anno 3560. qua ratione non ſolum tempora
etiam Dominum noſtrum centenarium
Taceo aerae noſtrae anticipationem,
Chriſti ferme ad Pompeii tempora reii

✱ IOSVA ben Nun quare
ehunte profanauerit ſabbatum.
poſt init. Moſis et Ioſuae com
2. init. Ioſuae praemium ob
tum. *Rabboth*. fol. 203. col

IOSES Ben Ioëſer e
anno 3500. et in illoru
paria virorum illorum
ceps ſenatus, alter
18. I. R. Ioſe
ſimos filios hab
הלכה ſi aliqu
p. 201. Co
Viri illi pra
tutis cum ... ramen poterit
... *art*, ſi obſeruauerimus,
ſynario ... oſſocomi, Iudaeos vero in
pere ... mutas habuiſſe crumenas, et in il
pe ... os circumgeſtaſſe, ſicuti docet *Aruch* in
ie ... אמפורא et חרמיל. Ita vt hoc ſenſu Iudas Iſca
... idem ſit ac Germ. Judas mit dem Geldſack. Et
... all. *Iudas le bourſier*.

2. Iſcariot poteſt deriuari ab אסכרא *angina*, ita vt hoc tituli ipſi poſt mortem tanquam ſtigma inuſtum fuerit. אסכרא enim ſecundum *Bab. Berachot* fol. 8. 1. *eſt aſperrima mors inter omnia genera mortis*, et a Gloſſ. vernacule redditur *ſtrangulament*. Siue nunc Iudas proprio ſuſpendio ſe ſtrangulauerit, ſiue a diabolo ſtrangulatus diſruptus fuerit, (quod probabilius eſt, et magis correſpondet verbis Petri Act. I, 18. πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος) non mirum eſt ſi nomini eius inuereretur haec mortis infamia, vt vulgo diceretur *Iudas Iſcariotes*, quaſi Iudas

Digitized by Google

… qui periit מאסכרא *a ſtrangulatione*. Germ. … Teufel erwürgte Judas.

… Iſcariote vide *Oſculum*, item *Proditor*. … *lf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 410.

… Iſmaelitae. Iſmael 15 annos natus … fol. 18. col. 3. fin. *Rabboth* fol. … factus eſt latro. *ibid.* med. Iſmaelitarum dolus in Iſraelitas … 27. col. 3. med.

… quis orare debeat in itinere. Daemones noctu iter facien- … *nſcil. Sota.* p. 475. Fax, … t noctu iter facientibus. … iter facere debet. ibid. … rabes. *ibid.* p. 1029. … e, cum caſtra moue- … poſt med. Quomodo Iu- … at, ſi cum gentili iter ingrediatur, … ar. Cap. 2. p. 32.

IVBILAEVM היובל et annus ſeptimus inſtituta ſunt, *partim* propter miſericordiam erga homines omnes in vniuerſum, illorumque refocillationem, et vt terra ita relicta eo vberiores fructus proferat: *partim* in ſpecie in gratiam ſeruorum et pauperum, in remiſſione argenti et manumiſſione ſeruorum: *partim* ad perpetuam familiarum conſeruationem, facultates enim tunc ad haeredes et dominos ipſarum iterum redibant. More Neuoch. III. 29.

§. Qui in anno Iubilaeo arat, fodit, fundi maioris vtilitatis cauſſa, item qui inſitionem facit arborum, aut eos plantat, percutitur מכת מרדות *percuſſione rebellionis* (v. *flagellationem*) vt et ille, qui arbores a verrucis, vermibus et ramis ſiccis purgat, aut aliud quid facit, quod ad maiorem ipſarum vtilitatem conducit. Licet tamen agri partem ſiccitate laborantem irrigare, arbores in prae-

Digitized by Google

3660. R. Ioſua filius Perachiae vero in Aegyptum fugit anno 3560. qua ratione non ſolum tempora turbant, ſed etiam Dominum noſtrum centenarium facere debent. Taceo aerae noſtrae anticipationem, quae natiuitatem Chriſti ferme ad Pompeii tempora reiicit.

* IOSVA ben Nun quare in expugnanda Ierichunte profanauerit ſabbatum. *Tanchum.* fol. 63. col. 1. poſt init. Moſis et Ioſuae comparatio. *ibid.* fol. 33. col. 2. init. Ioſuae praemium ob miniſterium Moſi praeſtitum. *Rabboth.* fol. 203. col. 4. init.

IOSES Ben Ioëſer et Ioſeph fil. Iohannis floruerunt anno 3500. et in illorum temporibus inceperunt הזוגות *paria* virorum illorum, quorum prior ſemper fuit princeps ſenatus, alter vero ſecundus a principe. *Iuchaſin* p. 18. 1. R. Ioſe fuit e צרדה de qua 1 Reg. XI, 26. et peſſimos filios habuit. Secundum ipſum conſtituenda eſt הלכה ſi aliqua intra magiſtros eſt diſceptatio. *Hal. Olam* p. 201. Cum ipſo etiam ceſſarunt *Botri* ſiue איש כל בו *Viri illi praeſtantes, in quibus omnes tum eruditionis cum virtutis cumuli erant.* Voluit R. Ioſes Chepharae eleemoſynarios conſtituere, ſed nemo erat, qui munus ſuſcipere voluiſſet. *Hieroſ. Peah* fol. 21. 1. Amabat imo deperibat R. Ioſe *R. Chaia Rubba*, et vt ipſum videre poſſet ieiunauit octoginta ieiunia. *Hieroſ. Kilaim* 32. 2. Perduxit ſuos dies R. Ioſe vsque ad tempus Iannai Regis, et interfectus eſt a Graecis. *Zemach Dauid.* pag. 70.

Ioſe Ioeſeri filii et Ioſe filii Iochananis hiſtoria. *Wagenſ.* Sota. p. 928. conf. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. IIII. p. 362. ſeq.

IORDANES e ſpelunca Panneadis oritur, et fluit in mare, ita lacum vocant Sibhchaeum, *Baua Bathra* fol. 74. 2. Non magnam habuit latitudinem, nam aliquando flamma incendii in hac Iordanis ripa accenſa ad aliam tranſiit. Quousque autem fertur flamma? R. Elea-

Eleazar dicit vt plurimum ad ſedecim cubitos, at ferente vento ad triginta. R. Iehuda dicit at cubitos triginta et ſpirante vento ad quinquaginta. R. Akiba ad 100. *Hieroſ. Baua Kama* fol. 5. 3. De Iordane vid. *Mapparum errores*.

§. In Iordane erexit Ioſua lapides, ſuper quos ſteterunt Abba Chalaphta et Eleaſar Ben Mathia, atque eos aeſtimarunt vnumquemque ponderis quadraginta ſatorum. Bab. Sotah. 34. 2. *Toſapht*. cap. 8.

§. Iordanica ſcapha immunda aeſtimatur, quia eam fructibus implent, et deducunt a mari in aridam et ab arida in mare. *Hieroſ. Schabbat*. fol. 7. 1.

§. *Berachot* fol. 55. 1. Dicit Rabbah verbis R. Iochanan אין ירדן אלא מביח ירוחו ולמטה *Non eſt Iordanes niſi intus ab Hierichunte et infra*. Gloſſator vnus ſecundum literam hoc effatum intelligit, et proinde inquit, *ſi quis vouerit ſe non bibiturum ex aquis Iordanis, ex illis tamen bibere poteſt ſupra Ierichunta*, quia ſcilicet ibi Iordanes non amplius Iordanes aeſtimatur. Alius vero haec intelligit de Iordane terrae Iſraeliticae adiacente, et quidem infra Hierichunta ſolum.

Iordanem quomodo Iudaei tranſiuerint. *Wagenſeil*. Sota. p. 693. ſeq. *Abarb*. in Prophet. Prior. in *Indice*.

✱ IRIS. Qui iridem videt in nubibus, quomodo is debet benedicere. *Tanch*. fol. 3. col. 3. fin.

✱ IRRISORES. Nulla eſt generatio, in qua non dentur irriſores, *ibid*. fol. 10. col. 2. p. med.

✱ ISAAC. Sub initium noui anni grauida facta eſt Sara, et genuit Iſaacum poſt ſeptem menſes, in nocte Paſchatis. *ibid*. fol. 8. col. 3. p. med. Lis quaedam Iſaaci et Iſmaelis. *ibid*. circ. fin. Iſaac facie ſimillimus fuit Abrahamo. *ibid*. fol. 10. col. 2. init. Quo die natus eſt Iſaac, coeli et terra laetati ſunt. *ibid*. Iſaac patri

per

Digitized by Google

per omnia fuit ſimilis. *ibid.* fol. 19. col. 1. poſt init. *Rabboth.* fol. 94. col. 2. poſt init. Iſaac fuit 37 annos natus, cum ligaretur. *Tanch.* fol. 19. col. 1. poſt init. Iſaaci nomen Cabbaliſtice explicatum *ibid.* col. 2. p. init. Primo die menſis Niſan natus eſt Iſaac. *ibid.* fol. 41. col. 2. med. De ligatione Iſaaci. *ibid.* fol. 44. col. 4. circ. fin. ſeq. *Rabboth* fol. 136. col. 4. p. init. fol. 152. col. 3. ante fin. ſeq. fol. 162. col. 3. ante fin. fol. 51. col. 3. poſt med. Iſaaci ligatio facta eſt in formam crucis. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 241.

ISCARIOT. Illud nomen duplicem originem habere poteſt; 1. vt denotet *Iudam cum cinctorio*, Germ. Judas mit dem Fürfehl. Nam סקורטיאה vel אסקורטיא ſecundum Gloſſ. et Gem. in *Bab. Nedarim* fol. 55. 2.[a] *indumentum eſt coriaceum, vel cinctorium coriaceum indutum a coriariis ſuper veſtes ſuas.* Forſan enim, antequam diſcipulus factus eſſet, exercuit artem coriarii; Simonem certe quendam legimus coriarium. Act. VIIII, 43. Atque hunc *Iudam* filium *Simonis* Ioh. XII, 14. Aut quamuis coriarius non fuerit, tamen poterit *Iudas* אסְקָרִיטא *cum cinctorio vocari*, ſi obſeruauerimus, Iudam fuiſſe geſtatorem gloſſocomi, Iudaeos vero in eiusmodi cinctoriis conſutas habuiſſe crumenas, et in illis ſuos nummos circumgeſtaſſe, ſicuti docet *Aruch* in vocibus אפונדה et חרמיל. Ita vt hoc ſenſu Iudas Iſcariotes idem ſit ac Germ. Judas mit dem Geldſack. Et Gall. *Iudas le bourſier.*

2. Iſcariot poteſt deriuari ab אסכרא *angina*, ita vt hoc tituli ipſi poſt mortem tanquam ſtigma inuſtum fuerit. אסכרא enim ſecundum *Bab. Berachot* fol. 8. 1. *eſt aſperrima mors inter omnia genera mortis*, et a Gloſſ. vernacule redditur *ſtrangulament.* Siue nunc Iudas proprio ſuſpendio ſe ſtrangulauerit, ſiue a diabolo ſtrangulatus diſruptus fuerit, (quod probabilius eſt, et magis correſpondet verbis Petri Act. I, 18. *πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος*) non mirum eſt ſi nomini eius inureretur haec mortis infamia, vt vulgo diceretur *Iudas Iſcariotes*, quaſi

Iudas

Iudas ille, qui periit מאיסכרא *a ſtrangulatione.* Germ. der von dem Teufel erwürgte Judas.

§. De Iuda Iſcariote vide *Oſculum*, item *Proditor.* confer etiam *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 410.

✱ ISMAEL et Iſmaelitae. Iſmael 15 annos natus fuit idololatra. *Tanch.* fol. 18. col. 3. fin. *Rabboth* fol. 94. col. 1. init. Iſmael factus eſt latro. *ibid.* med. *Tanch.* l. c. col. 4. fin. Iſmaelitarum dolus in Iſraelitas commiſſus. *Tanch.* fol. 27. col. 3. med.

✱ ITER. Quomodo quis orare debeat in itinere. ibid. fol. 5. col. 1. p. med. Daemones noctu iter facientibus ſolent occurrere. *Wagenſeil. Sota.* p. 475. Fax, quantum commodum praeſtet noctu iter facientibus. *ibid.* p. 478 ſeq. Nemo noctu iter facere debet. ibid. 475. Itinera odore explorant Arabes. *ibid.* p. 1029. Quomodo tribus fuerint profectae, cum caſtra mouerint. *Tanch.* fol. 59. col. 1. poſt med. Quomodo Iudaeus ſe gerere debeat, ſi cum gentili iter ingrediatur. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 32.

IVBILAEVM יובל et annus ſeptimus inſtituta ſunt, *partim* propter miſericordiam erga homines omnes in vniuerſum, illorumque refocillationem, et vt terra ita relicta eo vberiores fructus proferat: *partim* in ſpecie in gratiam ſeruorum et pauperum, in remiſſione argenti et manumiſſione ſeruorum: *partim* ad perpetuam familiarum conſeruationem, facultates enim tunc ad haeredes et dominos ipſarum iterum redibant. More Neuoch. III. 29.

§. Qui in anno Iubilaeo arat, fodit, fundi maioris vtilitatis cauſſa, item qui inſitionem facit arborum, aut eos plantat, percutitur מכת מרדות *percuſſione rebellionis* (v. *flagellationem*) vt et ille, qui arbores a verrucis, vermibus et ramis ſiccis purgat, aut aliud quid facit, quod ad maiorem ipſarum vtilitatem conducit. Licet tamen agri partem ſiccitate laborantem irrigare, arbores in prae-

Digitized by Google

praediis, et vineas factis foſſis aqua refocillare, ne arbores et vineae exareſcant et ita pereant.

§. Poſtquam reges extranei Iſraelitis praeter alia onera etiam impoſuerunt exercitus ſuos nutrire, licet anno ſeptimo ſeminare quantum ad hoc requiritur. Extra eiusmodi caſus ſi quis per errorem vel ex intentione in anno ſeptimo aut Iubilaeo (quorum iura ferme aequalia ſunt) ſeminauerit, aut plantauerit, illud iterum euellere et eradicare debet.

§. Ab initio ſimpliciter conſtitutum erat, vt quiuis ligna, herbas, ex agro ſuo legere poſſet, ſed ſolum obiter, in alius agro vero etiam accurate, ſed poſtquam multiplicati fuerunt transgreſſores, conſtituerunt, vt nemo amplius ex proprio agro colligeret, ex proximi vero non niſi obiter, ne dicere poſſit,ſe illius agrum purgaſſe. *Maimon. Hal. Schemita Veiobel* c. 1.

§. In tribus diebus vltimis anni ſexti terram colere non licet, quia tunc ad annum ſeptimum iam praeparata et deſtinata videtur. *ibid.* c. 2.

§. Omnia, quae creſcunt in anno ſeptimo, ſiue creſcant ex ſemine iam anno ſexto ſparſo, ſiue ex radicibus ſuccisis, vocantur ספיחין; Ea ad eſum ex lege licita ſunt, ſed non debent eo modo aut abſcindi aut colligi, quo vulgo fit, ſed obiter et paulatim etc. Scribarum vero conſtitutionibus ea comedere non licet, ne aliquis occulte agrum ſeminet aut plantet, et deinde dicat: Illa ספיחין ſunt. Excipiuntur tamen הירבוזין השוטים et השוטים *Aſparagorum hortenſium et campeſtrium genera*, et omnia talia, quae nec in omnium poteſtate ſunt, nec a multis poſſidentur, vt et alia, quae *Maimon.* tr. cit. cap. 4. recenſet. Syria ad annum ſeptimum tenetur. v. ſ. I. in S.

§. Vrbibus in limitibus ſitis imponunt praeſidia, ne gentes irrumpant, et fructus anni ſeptimi deuorent. *Idem ibid.* c. 4. Fructus anni ſeptimi non extra terram Iſraeliticam, ne quidem in Synedrium ferendi ſunt. *ibid.* c. 5. Non ex illis facienda eſt mercatura. cap. 6. Tamdiu ab initio anni de illis edere licet quamdiu illa

ſpe-

ſpecies fructus in agro reperitur; ſed poſtquam ceſſauit in agris, fructum illius ſpeciei debet לבער excutere e domo ſua, vel comburendo fructum, vel להשליך אותו לים המלח *ipſum in mare mortuum proiiciendo:* (i. e. illo nullo modo amplius vtendo. Vid. *mare mortuum*) *ibid.* c. 5.

§. Prohibitum eſt vendere in anno ſeptimo illa inſtrumenta, quibus ea opera fieri poſſunt, quae in anno ſeptimo prohibita ſunt; ne ad peccandum hominum manus corroborentur. Gentiles verbis corroborare licet, vt ſi quis arantem viderit, et dixerit תצליח *felix fauſtumque ſit!* non autem opere ipſos adiuuare, quia illis praeceptum de anno ſeptimo non incumbit. *ibid.* c. 8.

§. In anno ſeptimo ex praecepto etiam eſſe debet שמיטה כספים *remiſſio debitorum;* Et illa etiam obtinet, ſed tamen ab aliquibus ad illa ſolum tempora reſtringitur, in quibus Iubilaeum obtinet, cum tamen illa debeat et hoc tempore locum habere, quamuis Iubilaeum non amplius in vſu ſit: ne ſcilicet beneficia Iubilaei ex hominum mente excidant.

§. Remiſſio debitorum obtinet ſolum in fine anni ſeptimi, hinc qui proximo ſuo aliquid mutuo dedit, illud per totum annum exigere poteſt, poſtquam autem occidit ſol nocte egreſſus anni ſeptimi, perdidit debitum. Niſi forte Syngrapham ſuam tradiderit Synedrio, et illud rogauerit, velit debitum exigere, aut habeat פרוזבול (de quo v. L. T. Buxt. p. 1806.) in quo ipſi aliquis fundus annotatus ſit. *ibid.* cap. 9.

§. Septendecim Iubilaea numerarunt Iſraelitae, ab eo quo ingreſſi ſunt terram Canaan, vsque ad egreſſum ipſorum in excidio templi primi, quod accidit in exitu anni ſeptimi, anni Iubilaei vero 36. poſtquam templum 410. annos ſteterat; (templum ſecundum vero ſtetit 420. annos). Priora Iubilaea inceperunt numerare ab anno 14. ingreſſus eorum in terram Canaan. Iubilaea vero quae ſub templo ſecundo, ab anno ſeptimo reſtaurationis templi inceperunt. אע״פי שלא היתה שם יובל בבית שני מונין היו אותו כדי לקדש שמיטות *Et quamtuit*

Digitized by Google

uis templo ſecundo anno quinquageſimo re ipſa nullum Iubilaeum fuerit, 50 *annum tamen numerarunt*, *ad obſeruandas remiſſiones anni ſeptimi.*

§. Vna eademque eſt tuba noui anni et Iubilaei, niſi quod tuba Iubilaei clangat tum in illo Synedrio cuius cura intercalatio menſis facta eſt, cum in illis, et quod vnusquisque priuatus clangere teneatur.

§. In tribus moras nectunt Iubilaei tempore, in clangendis tubis, dimiſſione ſeruorum, et in agris priſtinis dominis reddendis. Ab initio noui anni, vsque ad diem expiationis non dimittebantur ſerui in domos ſuas, nec tamen Dominis ſuis inſeruiebant, ſed comedebant, bibebant, pergraecabantur, genio indulgebant. Capita ipſorum corona redemiebat. Aduenicnte vero die expiationis, Synedrium tuba clangebat, et tunc demum ſerui ſuas petebant domos, et fundi ad dominos ſuos reuertebantur. ibid. cap. 10.

§. De anno ſeptimo vide plura in A apud *annum ſeptimum*.

Iubilaei et anni ſeptimi religioſe ſeruanda ſanctitas. *Tanch.* fol. 56. col. 2. poſt init. confer. *Abarban.* Comment. in Ioel. cap. 2. v. 1.

* IVDA, Iacobi filius. Eius oſſa ſe volutabant in ſarcophago. *Wagenſeil.* Sota. p. 117. Tribus Iudae vbique princeps fuit. Tanch. fol. 59. col. 2. poſt med. *Rabboth* fol. 172. col. 2. circ. fin.

IVDAEA quadripartiri poteſt: ſcilicet in regionem, quae olim Philiſtaeorum fuit, et verſus partem occidentalem ſe extendebat. In montanam Iudaeae quae erat orientem verſus et vocabatur הר המלך *Mons regalis*. In שפלה שבהר *planitiem* Montanam ab oriente excipientem, et in *conuallem* oram ſcilicet Maris Sodomitici et Iordanis. vid. *Hieroſ. Schewiit* fol. 38. 4. de monte regali vid. f. l.

§. Priuilegia Iudaeae prae omnibus terrae Iſraeliticae partibus fuerunt, quod in ea ſita Hieroſolyma, Templum,

Digitized by Google

plum, Synedrium; Quod annus extra Iudaeam intercalari non debuerit, dum licet in ea. *Hieroſ. Nedarim* fol. 40. 1. Quod manipulus hordei primitialis non niſi ex Iudaea afferri debuit. *Bab. Sanhed.* fol. 11. 2.

§. Iudaea דרום *Auſtrum* vocatur reſpectu Galilaeae; R. Ioſua Ben Leui in *Hieroſ. Challah* fol. 57. 2. vocatur דרומאה *Auſtralis*, et pro *Auſtralibus* plouiam impetrauit, *Hieroſ. Taanith* fol. 66. 3. et tamen in *Hieroſ. Trumot* fol. 46. 2. dicitur ipſum *Lyddenſem* fuiſſe. Sic in *Hieroſ. Erubbin* fol. 23. 3. diſcipulus quidam deuotus potuit intercalare pro *Galilaea*, ſed non ſufficiens fuit, vt intercalaret pro *Auſtro*, i. e. *Iudaea*; erant enim ibi multo accuratiores. Hinc etiam intelliges, quo ſenſu Rabbini quidam vocentur דרומאי *Auſtrales*. Vt R. Iacob *Auſtralis*; *Hieroſ.* Succa fol. 53. 4. R. Samlai *Auſtralis*; *Hieroſ. Berach.* fol. 11. 4.

§. In Iudaea plurima ſe aliter habuerunt quam in Galilaea; vid. *Galilaea*.

§. Papus et Lulienus ſunt Iudaeorum martyres; cum enim filia regis in Lydda caeſa reperta eſſet, et fama fuiſſet, Iudaeos ipſam occidiſſe, et latum eſſet acre decretum in Iudaeos, ſe prodiderunt hi duo, atque Iſraelem liberarunt; dixerant enim ſe caedis authores eſſe, et proinde a rege quoque ſoli occiſi fuerunt. Vid. *Hieroſ. Taanith* fol. 66. 1. et *Megillah* fol. 70. 3. *Bab. Taanith.* fol. 18. 2. *Bab. Bathra* fol. 10. 2.

§. Splendidum eſt mendacium Manethonis hiſtoriographi, quo finxit ref. Ioſepho *Antiq.* lib. 3. Iudaeos ex Aegypto expulſos eſſe, quia leproſi erant, vt reliqui ab illis non inficerentur. Vid. Fagium in Pent. Leu. XIV.

§. Alexander Macedo in Iudaea exiſtens Iudaeis admodum benignus fuit. Vid. *Alexander Magnus*. Inter alia etiam ab ipſo impetrarunt, ne rex ſeptimi anni tributa exigeret.

§. Iudaei intra terrae ſuae fines incluſi et iis contenti opibus, quas illic natura producebat, vitam procul commerciis agitarunt. vide Ioſeph *Apolog.* contra *Apionem.* I.

Digitized by Google

§. Cum ſumma inſcitia coniunctum eſt quod Ariſtoteles apud Clearchum autumauit, Iudaeos eſſe ab Indiae ſapientibus propagatos, ſed nomen mutauiſſe. Ratio eius eſt, quia philoſophi illi, qui apud Indos Callani appellantur, in Caua Syria Iudaei dicuntur.

§. Iudaei a Romanis nubium et incerti numinis cultores habiti ſunt; ſic Tacitus inquit, ex illo tempore quo Cn. Pompeius, per Aſiam victrices circumagit copias, et Iudaeis victis, in templi intimos receſſus penetrauit, vulgatum eſſe, *vacuam eſſe ſedem et inania arcana*. Credebant enim mortales, fore intus numen aliquod. Sic Lucanus *et dedita* ſacris,. *incerti Iudaea Dei*. Petronius in Catalectis Iudaeos ſic perſtringit.

> Iudaeus licet, et porcinum numen adoret
> Et coeli ſummas aduocet auriculas.

§. Vide de Iudaeis in genere apud *Iſraelitas*.

Iudaea ſ. terra Iſraelitica extendebat ſe vſque ad Aconem, quae alias Ptolomais dicitur. conf. *ſupra* in *Acon*. Iudaea ex mente Iudaeorum ſuper omnes alias terras prominet. *Kimchi* Ezech. XL, v. 2. Iudeae fertilitas. *Wagenſ.* Sota, p. 722. *Petr. Zorn.* Hiſtor. Hecataei in *indice. it.* de fiſco Iud. p. 71. Iudaeae fructuum praeſtantia. *Wagenſeil.* Sota p. 959. Iudaea palmis eſt nobilis. *ibid.* p. 1083. De mirifica aeris temperie palaeſtina. *Petr. Zorn.* hiſt. Hecat. p. 75. Iudaei fideiuſſionem pro ſe inuicem in monte Sinai praeſtiterunt. *Wagenſeil.* Sota p. 803. De variis Iudaeorum calamitatibus, quibus hodie premuntur *Petr. Zorn.* de fiſco. Iud. p. 16. De immenſa Iudaeorum in palaeſtina multitudine. *ibid.* p. 210. Iudaei mendici. *ibid.* p. 295. not. peſſimi hiſtorici *ibid.* p. 318. De hodierno Iudaeorum in palaeſtina ſtatu. *ibid.* p. 331. Iudaei Chriſtianis inuiſi *ibid.* p. 350. foetore Iudaeorum *ibid.* p. 351. Iudaei Chriſtianos in publicum prodeuntes lapidibus petebant. *ibid.* p. 352. Extra terram ſanctam nullam reſurrectionem ſtatuunt, hinc ſummo ſtudio

Digitized by Google

eo allaborant, vt in illa ſepeliantur. Hinc etiam Ioſephum oſſa ſua ex Aegypto deduci iuſſiſſe. vid. *Aegyptia.* De praeſtantia Iudaeorum peculiarem librum edidit R. Iſaac Cardoſo. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 689. Iudaei magiae aliisque vitiis dediti. *Edzard.* Auoda Sara cap. 1. in *indice.* De iisdem varia *ibid.* et *Petr. Zorn.* ad Hecat. in *indice.* De Graecanica Iudaeorum philoſophia *Cleric.* epiſt. crit. Epiſt. 9. p. 303. ſeqq. Moderna theologia iudaica delineata eſt per *Ioh. a Lent.* Herborn. 1694. Ritus exhibentur in Ioh. Iac. Schudt Jüdiſche Merkwürdigkeiten. Item in libello cui tit. Ceremonies et Coutumes qui s' obſeruent aujourd'hui parmi les Juifs, traduites d' Italien de Leon de Modena, Rabbin de Veniſe, par le Sieur *de Simonville* Paris 1682. An tolerandi ſint in republica. *Act. Erudit.* Anno 1692. p. 566. De Iudaeis ad Muhamediſmum dilapſis *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 7. not. e. De Iudaeorum imperitia in hiſtoria et chronologia. *ibid.* p. 40. not. Eorum calamitates a caede ſeruatoris eſſe repetendas. *ibid.* p. 56. not. Part. II. 1100. et 1254. Eorum expulſio ex Luſitania. *ibid.* Part. I. p. 93. not. et 764. not. Iudaeis adimenda facultas, poenas ſibi inuicem infligendi. *ibid.* p. 132. not. et Part. II. p. 1107. A Iudaeis primum omnis profluxit ſapientia. *ibid.* Part. I. p. 218. not. De adminiculis conuertendi Iudaeos. *ibid.* p. 355. not. De immani Iudaeorum in Ex-Iudaeos odio *ibid.* p. 359. Cur tam pauci Iudaei conuertantur. *ibid.* p. 479. not. De ſcriptoribus Anti-Iudaicis graecis et latinis. *ibid.* Part. II. p. 994. De talibus Ex-Iudaeis *ibid.* p. 1003. De talibus Chriſtianis *ibid.* p. 1013. Quo in libro vſque ad p. 1108. multa eaque ſingularia ad Iudaeorum rem ſpectantia reperies.

✱ IVDICES. De his varia affert *Abarban.* in Prophet. prior. in *indice.* Iudex integer vitae ſit oportet.

Tanch. fol. 81. col. 3. circ. fin. ſeq. Munerum acceptatio in iudicibus. *ibid.* fol. 82. col. 1. init. De iudicibus impiis. *En Iſrael* part. I. p. 60. col. 2. med.

IVDICIA CAPITALIA דיני נפשות a tribus et 20. viris exercentur, vt etiam iudicium de homine qui cum beſtia ſe commiſcuit; item de boue lapidando; de lupo, leone, vrſo, panthera, vipera, ſerpente, non niſi Iudicum XXIII. habetur. *Sanhed.* c. 1. miſchn. 1. et 4. De retractatione in iudiciis vid. *Sanhed.* cap. 3. 2.

§. Iudicia pecuniaria דיני ממונות diiudicari poſſunt a tribus, vt et etiam iudicia de rapinis, laeſione, damno, reſtitutione dupli et quadrupli, de אונס *vi* et ſeductione; ſed המוציא שם רע *alienae famae violator*, ſecundum Sapientes a XXIII. diiudicari debet, quia eſt ſpecies capitalis Iudicii. *Sanhed.* cap. 1. In cauſſis pecuniariis partium quaeque vnum arbitrum deligit, et pariter adſciſcunt tertium. Pars quaeque iudicem ab adverſario delectum repudiandi ius habet, ſi vllum ob propinquitatem aut aliam cauſſam ad hoc ineptum eſſe demonſtrare poteſt. Qui dixerit, ego cauſſam meam patri meo vel etiam tuo detulero fidens, imo etiam על שלושה רועי בקר *tribus bubulcis*, ſecundum Sapientes retractare non poteſt. *Sanhed.* c. 3.

§. Si mutuo dans velit vt debitor compareat coram ſynedrio magno, vt ibi de eorum cauſſa iudicetur, debitorem cogunt cum mutuo dante Hieroſolymas aſcendere. Atque ita fit in omnibus iſtiusmodi naturae. *Maimon.* in *Sanhed.* c. 6. §. Ad iudicandum et teſtimonium dicendum hi cenſentur פסולין *Reiectanei; aleator, foenerator*, מפריחי יונים *qui columbas volare docent* (qui quaeſtum volatu columbarum quaerunt, ſicuti faciunt illi qui tales columbas vendunt, quas ad priſtina columbaria redituros eſſe ſciunt.) Nundinatores fructuum anni ſeptimi. (qui vix ad vſum multo minus ad quaeſtum conceſſi.) Priorum reſpectu hoc obtinet ſemper niſi a vitae inſtituto in melius redeant; Poſteriorum vero ſi praeter hanc non aliam artem exercent.

Digitized by Google

ercent. *Sanhed.* cap. 3. 3. Mulier iudicis perſonam ſuſtinere non poteſt. *Maimon. Hal. Melachim.* c. 9.

§. In iudiciis hi ex propinquis cenſentur: frater, patruus, auunculus, maritus amitae, et materterae, vitricus ſocer, vxoris ſororis vir; illi nempe cum filiis et generis ſuis: at priuignus ſolus; amicus et inimicus, qualis aeſtimatur, *ſi tribus diebus ad ipſum non verba fecerit odii cauſſa. Sanhed.* c. 3. 4.

§. Quid ſit בדיקה et חקירה in iudiciis vid. *Bedika.* Qualis fiat proceſſus in teſtibus examinandis. Vid. *Teſtes.*

§. In iudiciis pecuniariis nihil refert, in quam partem ſuffragia colligi incipiant; in iudiciis capitalibus vero tantum ab abſoluentibus incipiunt, non autem a condemnantibus. In iudiciis pecuniariis ſententia decernitur vel ad abſolutionem vel ad condemnationem, vnico ſuffragio praeponderante. In capitalibus vero abſolutio fieri poteſt, modo vnius ſuffragium praeponderet, condemnatio vero non niſi duobus praeponderantibus ſuffragiis. Illa, ſiue abſoluendi ſiue condemnandi cauſſa, reuocantur, haec, non niſi abſoluendi gratia. In illis quilibet ad indicium ſiue innocentiae ſiue debiti admittitur. In his quiuis ad indicium innocentiae, non omnes ad indicium culpae. (qui in defenſionem accuſati aliquid profert, dicitur המלמד זכות, et qui in condemnationem המלמד חובה) Illa iudicia agitantur de die et etiam vel de nocte deciduntur; haec de die agitantur, et de die concluduntur. Iudicia de pecuniariis abſoluunt eodem die, ſiue ſint mulctatitia, ſiue abſolutiua. Iudicia de capitalibus finiunt eodem die, ſi ſint ad abſolutionem; ſi vero ſint ad damnationem, finiuntur die ſequente. *Sanhed.* c. 4. Rationem diuerſitatis huius reddunt Gemariſtae, quando dicunt אשרי הדיין שמחמיץ את דינו *beatus eſt iudex, qui fermentat iudicium ſuum.* i. e. ſecundum Gloſſ. *Qui iudicium ſuum moratur, et pernoctare facit, vt ventilet veritatem.* In iudiciis pecuniariis aetate et prudentia maior primus ſententiam dicit, in capitalibus vero

Digitized by Google

a latere ſit exordium. Quilibet de pecunia iudicare poteſt; de capite non niſi ſacerdotes, Leuitae et Iſraelitae, et ii qui filiam ſacerdoti elocare poſſunt (vid. *Kidduſchin* c. 4. 1. 4. 5. *Sanhed.* ibid. miſch. 2.

§. In lectione tractatus *Sanhedrin* diligenter obſeruanda eſt illa diſtinctio quam ponunt inter דינין et גומרין. Sub voce דינין totum iudicii proceſſum innuunt; examen actoris, rei, teſtium, receptionem ſuffragiorum ſynedrii, atque eorum conſcriptionem per ſcribas. גומרין vero nihil aliud deſignat quam proceſſum ad ſententiam definitiuam.

§. In iudicio Domini N. I. C. ſynedrium non obſeruauit ordinarios ſuos de iudiciis canones. 1. Iudicia capitalia, vt diximus, non debebant nocte fieri; at ex Euangelio diſcimus, patres hos iudicium de Chriſto noctu incepiſſe, et per totam fere noctem agitaſſe; quid enim aliud agitabant, quam opus tenebrarum? 2. Nox haec erat veſpera diei feſti primi ſcilicet hebdomadis Paſchalis, quo tempore prohibitum erat iudicia exercere, ſecundum *Moed Katon* c. 5. 2. *Non iudicant die feſto. Sanhed.* cap. 4. miſchn. 1. At illi non ſolum tota feſti diei veſpera et nocte conſilium habuerunt, ſed etiam πρωΐας γενομένης (Matth. XXVII, 1.) in ipſo die feſto iudicium de capite Chriſti abſoluerunt, contra ea quae leguntur in *Bab. Sanhed.* fol. 35. 1. *Hieroſ. Ketubbot.* fol. 24. 4. *Moed Katon* fol. 63. 1. *Ne iudicent veſpera Sabbathi, nec veſpera diei feſti;* ne ſcilicet iudicia inchoata veſpera finiantur vel concludantur die Sabbatho aut feſto. 3. Summo mane a prima aurora vſque ad horam tertiam erat tempus recitandi phylacteria. *Berachot* cap. 1. 2. At omnes primarii ſacerdotes et ſeniores de precibus parum aut non cogitant, confluunt enim ſummo mane primaque aurora apparente ad Chriſtum morti adiudicandum. 4. Cum Chriſtus crucifigebatur erat dies primus Paſchatis, quo ſe debebant ſiſtere in templo et munera ſua offerre. (v. ſ.) At quando et quomodo hoc ab ipſis praeſtitum illo die? quem integrum ad Chriſtum male perdendum

Digitized by Google

dum inſumſerunt. §. *Bab. Sanhed.* fol. 63. 1. hunc habemus canonem; *quod ſynedriales viri eo die, quo aliquem ad mortem diiudicarunt, nihil degustare debeant.* At illi clamant ad Pilatum. ſe non poſſe in praetorium ingredi, vt poſſent comedere *Chagigam.* Supplicium Chriſti non impediuit, quo minus affatim ſe implerent.

§. Sed pergimus de iudiciis. Ad mortem condemnatorum propinqui. iudices vt et teſtes ſalutant, quaſi dicerent. *Perſuaſum vobis ſit, nos nullo modo vobis ſuccenſere, quippe recte iudicaſtis.* Propinquos vero ſuos morte affectos non *plangunt* ſed *lugent.* (vid. *Luctum*) *Sanhed.* c. 6.

§. Iudex qui dona ſumit, non morietur ex ſenectute עד שעיניו כהות *vſquedum oculi eius lippiant;* dicuntur enim *munera exoculare ſapientes. Peah.* c. 8. 9. Non iudicandum eſt, antequam audiuerimus aut rem perceperimus, ne in nos congruat illud in *Ketubbot* fol. 112. 1. *Populus* פזיזא *praeceps eſtis, qui praemittitis os veſtrum* ante aures veſtras.

§. De Iudiciis capitalibus plura vid. apud *Supplicia;* de ſynedriis vid. *ſuo loco.* De iudicis qualitatibus V. Cl. Buxt. L. T. p. 512. De iudicio ſeductoris vid. *Seductor.* De proceſſu ſenioris refragantis, Vid. *Senior.*

De differentia דברים, חוקים et משפטים *Voiſin.* Pug. fid. p. 68. a. b. et p. 76. b. Non iudicatur integra tribus, aut Pſeudopropheta, aut ſacerdos magnus non niſi ab 71. iudicum conſeſſu. *Sanhed.* cap. 1. miſchn. 5. Iudicium olim in portis vrbium exercebatur. *Wagenſeil.* Sota p. 35. Commendatio iudiciorum et iuſtitiae. *Tanch.* fol. 82. col. 4. poſt med. Quatuor iudicia capitalia tradita ſunt ſynedrio, et quodnam ex his ſit grauiſſimum. *ibid.* fol. 8. col. 1. p. med. Non pronuntiandum eſt iudicium niſi adſint teſtes oculati. *ibid.* fol. 28. col. 3. fin. col. 4. init. fol. 29. col. 1. init. Si iudicia exerceantur in terris, non opus eſt, vt exer-

ceantur in coelis. *ibid.* poſt med. Partes in iudiciis ſtare debent, non vero ſedere; teſtes autem, ſi ſint diſcipuli ſapientum, ſedeant in iudiciis. *ibid.* col. 2. p. init. Quando arbitris locus ſit in iudiciis inter partes diſſidentes. *ibid.* circ. fin. Ante conteſtationem litis poteſt quis declinare litem, non vero poſt conteſtationem litis. *ibid.* Quando iudex inter robuſtum et debilem hominem poſſit declinare iudicium. *ibid.* col. 3. init. Diſcipulus ſapientum ſedens in conſpectu magiſtri ſui in iudicio, videnſque, a cuius parte ſtat iuſtitia, non opus habet vt ſileat. *ibid* col. 3. poſt init. Et iudices et teſtes circumſpecti ſint in iudiciis. *ibid.* Ob iudicia male adminiſtrata, fames venit in mundum. *ibid.* fol. 47. col. 4. p. init. De iudiciis varia. *ibid.* fol. 81. col. 3. tot. Quamdiu iudices ſedeant in iudicio. *Talm. Schabbath.* p. 10. poſt med. Quatuor temporibus iudicatur mundus. *Tanch.* fol. 86. col. 2 fin. Iudicium Dei nemo effugere poteſt. *Rabboth* fol. 212. col. 2. p. init. Quomodo ſententia a iudicibus feratur. *Sanhedr.* cap. 3. miſchn. 7. cap. 5. Si quis poſt latam ſententiam aufugerit, iterumque deprehenſus fuerit, non reſtauratur iudicium. *Maccoth.* cap. 1. miſch. 10. Quot iudices in certis quibusdam cauſſis conſtituendi. *Sanhed.* cap. 1. miſch. 1. ſeq. De iudicum promotione. *ibid.* cap. 4. miſch. 4. Quinam iudices ſint reiectitii. *ibid.* cap. 3. miſch. 3. De iudice iniuſto eiusque poena. *Rabboth* fol. 278. col. 4. circ. fin. ſeq. Quicunque iudex peruertit iudicium, aufert Schechinam ab Iſraele. *Tanch.* fol. 28. col. 4. poſt init. fol. 29. col. 2. poſt init. Iudex ſe ipſum conſiderare debet, ac ſi gladius poſitus ſit inter femora eius, et inferius Gehenna aperta. *ibid.* med. Iudici non eſt maledicendum *ibid.* fol. 30. col. 1. med. Quare Deus iudices honoratos velit. *ibid.* p. med.

✱ IVDI-

Digitized by Google

* IVDICIVM *extremum*. In iudicio extremo corpus et anima ſimul punientur. *Rabboth*. fol. 138. col. 2. p. init. *Tanch*. fol. 42. col. 3. init. Dies iudicii extremi terribilis eſt. *ibid*. fol. 54. col. 1. ante med. *Rabboth*. fol. 85. col. 2. p. init. Quomodo Deus gentes ſit iudicaturus. *Tanch*. fol. 82. col. 1. p. med. tot. De die extremi iudicii et ſeculo futuro agit R. *Machir* in Afkat Rochel. *Wolf*. Bibl. Hebr. Part. I. p. 761. *Tanch*. fol. 82. col. 1. med.

IVRAMENTA. Sic incipit Maimonides ſuum tractatum de iuramentis ארבעה מיני שבועות הן שבועת ביטוי שבועת שוא שבועת הפקדון ושבועת העדות; *Quatuor ſunt iuramentorum claſſes, eſt iuramentum promiſſorium, iuramentum vanum, iuramentum de depoſito, iuramentum teſtimoniale*. De vnoquoque genere pauca referemus.

§. *Iuramentum promiſſorium* eſt, quando aliquis dicebat et iurabat, ſe hoc vel illud facturum vel non facturum, להרע או להטיב *ſiue malum ſiue bonum* effecturus ſit. Diuidebatur in quatuor partes שתים להבא ושתים לשעבר *duae erant de futuro, et duae de praeterito*. v.g. Si aliquis iuraſſet de re praeterita, illam ita factam fuiſſe, vel non factam: Aut de re *futura*, ſe illam facturum vel non facturum. ואין שבועת ביטוי נוהגת אלא בדברים שאיפשר לו לעשות בין להבא בין לשעבר *Neque iuramentum promiſſorium verſatur niſi circa illa quae homini vel reſpectu futuri poſſibilia ſunt, aut reſpectu praeteriti fuerunt*. Quicunque ergo aliquo horum quatuor modo iurat, et ita ſe res non habet prout iurat; (exempli gratia, ſe non iecisse lapidem in mare, cum iecerit: ſe iecisse cum non iecerit, ſe non comeſturum, et tamen comederit, ſe comeſturum, et tamen non comederit;) הרי זה שבועת שקר *ecce hoc eſt iuramentum falſum*; ſiue periurium, *Maimon. Schebbuot* c. 1. Quicunque iurat, ſe non comeſturum, et tamen quaedam comedit, quae quidem eſui non ſatis ſunt idonea, hic reus non eſt. *Talmud* in *Schebbuot* cap. 3.

de

de his et ſimilibus iuramentis loquitur Deus, *quando inquit*, ne iurate in nomine meo vane. Qui iurauerit vane במזיד *petulanter*, vapulat. Qui ex errore, debet afferre oblationem etc. *Maimon.* l. c.

§. *Iuramentum vanum* eſt etiam quadripartitum (ſed non eodem modo quo prius.) על דבר ידוע שאין כן כגון על איש שהוא אישה *Cum quis iuramento aſſerit, quod notiſſimae veritati eſt contrarium. Veluti ſi iuraret virum eſſe foeminam;* foeminam eſſe virum; columnam lapideam eſſe columnam auream etc. Vel *cum quis iuraret id eſſe vel fuiſſe*, quod omnino impoſſibile, vt ſe vidiſſe camelum in aere volitantem. 2. Cum *quis iureiurando id aſſereret* שאין בו ספק לאדם *de quo nemo dubitaret.* v. g. *Coelum eſſe coelum, lapidem eſſe lapidem, duo eſſe duo.* In quibus homini, nullum eſſe dubium, vt iuramentum ad eius confirmationem requireretur. 3. שנשבע לבטל את המצוה *Cum quis iurat ſe velle abſtinere ab eo quod praeceptum eſt;* verbi gratia ſe nolle ſua ציצית aut phylacteria geſtare, ſe nolle in tuguriolo feſtum tabernaculorum tranſigere, in Paſchate azymum comedere; ſe velle ieiunare in Sabbathis et diebus feſtis etc. 4. שנשבע על דבר שאין כוח בו לעשות *Cum id ſe facturum iuraret, quod omnino ipſi impoſſibile*, v. g. ſe per triduum et trinoctium non dormiturum, per plenam ſeptimanam ſe nihil guſtaturum etc. Qui ex his quatuor ſpeciebus falſo iurat peccat contra praeceptum negatiuum, et ſi petulanter iurauerit, vapulat.

§. *Iuramentum de depoſito eſt*, quando quis iurat ſocium ſuum nihil apud ipſum depoſuiſſe, aut ſe quicquam habere quod ad ipſum pertineat; aut quando aſſeuerat iuramento ſe depoſitum non habere, ſed illud ſurreptum, fractum aut perditum eſſe. Propter hanc praecepti negatiui transgreſſionem non vapulant. Qui vero de depoſito falſo iurauerit, debet reſtituere ſubſtantiam, quam ſe habere iuramento negauit, cum additione quintupli et oblatione pro reatu.

§. Iu-

Digitized by Google

§. *Iuramentum teſtimoniale eſt*, quando teſtes ſciunt de depoſita pecunia et deinde cum coram magiſtratu ſunt, iurant ſe neſcire, an aliqua pecunia depoſita ſit, nec ne. Qui ita iurant pro ſuo delicto oblationem afferre debent. *Maimon.* et *Miſchna* l. c.

§. In tribus ex his iuramenti generibus de veritate rei iuratae ſolummodo cautum eſt, non de vanitate iurandi; Cautionem quidem aliquam adhibere videntur circa iuramentum vanum et temerarium, *primo* quatenus exiſtimarunt, illum qui ſic iuraret, execrabilem fieri, et flagellandum eſſe, et quamuis oblationem offerret, tamen ſolum reſpectu hominum purgari, non ſtatim etiam in conſpectu Dei; *Maimon. Hal. Schebbuoth* c. 12. Ita etiam talem flagellationi adiudicant *Gemariſtae Hier.* in *Schebbuot* fol. 34. 4. *qui iurat duo eſſe duo, vapulat ob vanum iuramentum. Secundo* quatenus terrorem addiderunt ex feralibus exemplis, quale eſt illud l. m. c. *Viginti quatuor coetus fuerunt in Auſtro, atque omnes vaſtati ſunt ob iuramentum vanum.* Interim tamen ad periurium quod prohibetur Leu. XIX, 12. omne de iurando peccatum Iudaei reduxerunt, de iuramento vano parum curantes; imo illud in tam arctum circulum concluſerunt, vt quis millies vane iurare poſſet, et tamen intra limites cautionis de vano iuramento non includi, ſicuti ex innumeris iſtis reſtrictionibus quas Maimonides affert, videre eſt. Quare non mirum, ſi Chriſtus Matth. V. Iudaeos circa hanc materiam perſtringat.

§. *Iudaei in vſu habuerunt iurare per creaturas. Maimon.* vbi ſupra cap. 12. מי שנשבע בשמים בארץ ובשמש ובכיוצא בהן *Si quis iurat per coelum, terram, ſolem et ſimilia: ſit licet animus iurantis ſub his verbis per illum iurare qui haec creauit, hoc tamen non eſt iuramentum. Aut ſi quis iuret per aliquem ex prophetis, aut per aliquem librum e libris ſcipturae, ſit licet ſenſus iurantis per illum iurare, qui iſtum prophetam miſit, aut qui iſtum librum dedit, nihilominus hoc non eſt iuramentum.* Notat tamen etiam auctor noſter in ſeq. populum edoceri debere, ne illis

Digitized by Google

illis formulis abutatur שלא ינהוג קלות ראש בשבועות *ne tandem vſu veniat, vt deſultorie de quouis iuret.*) Sic quoque *Miſchna* in *Schebhuot* cap. 4. *Si quis alium adiuret per coelum aut terram reus non eſt.*

§. *Iurarunt per coelum. Bab. Berachot.* folio 55. השמים כן הוא *per coelum res ita ſe habet.*

§. *Iurarunt per templum. Keritut* cap. 1. v. 7. Cum venderentur aliquando *Hieroſolymis turtures et pulli columbarum denario aureo, dixit Rabban Simeon Ben Gamaliel* המעון הזה לא אלין הלילה עד שיהוא בדינרין *per habitationem hanc* (i. e. per templum hoc V. *templi numina.*) *Hac nocte non quieſcam, niſi veneant denario argenteo*

Ketubbot cap. 3. et *Toſipht.* ibid. *Dixit R. Zechariah Ben Ketſab* המעון הזה: *per templum hoc, non receſſit manus mulieris e manu mea. Bab. Kidduſchin* fol. 71. 1. Dixit R. Iochanan היכלא *per templum, eſt in manu noſtra monſtrare, quinam legitimae ſtirpis ſint* etc. Sed luculentiſſimum de hoc iuramento dictum habemus apud *Iuchaſin.* fol. 56. col. 1. *Baua Ben Butah iurauit, per templum in fine tractatus Keritut, et Rabban Simeon Ben Gamaliel* in initio וזה מנהג בישראל *et talis fuit mos in Iſraele.*

§. *Iurarunt per Hieroſolymam.* Toſipht. ad Nedarim cap. 1. Dicit R. Iudah, *qui dicit per Hieroſolymam, nihil dicit, niſi intento animo vouerit Hieroſolymam verſus.* Vbi etiam poſt duas lineas interiectas adduntur hae iurandi vel vouendi formulae ירושלם לירושלם בירושלם היכל להיכל בהיכל: *Hieroſolyma, pro Hieroſolyma, per Hieroſolymam. Templum, pro templo, per templum. Altare, pro altari, per altare. Agnus, pro agno, per agnum. Paſtophoria, pro paſtophoriis, per paſtophoria. Lignum, pro ligno, per lignum. Sacrificia ignita, pro ignitis, per ignita. Patinae, pro patinis, per patinas: haec omnia quod ego hoc faxo tibi.*

§. *Iurarunt per capita ſua. Sanhed.* cap. 3. 2. *Tenetur quis proximo iurare, et dicit ille* דור לי בחיי ראשך voue (vel iura) *mihi per vitam capitis tui.*

§. Clau-

§. Claudit Maimonides ſuas de hac materia velitationes hoc effato טובה גדולה היא לאדם שלא ישבע כלל *magnum bonum homini eſt, ſi ab omni iuramento poſſit abſtinere:* Chriſtus voluntario et arbitrario iuramento plane nullum locum permiſit, interim tamen legitimum non excluſit; dehortantur Iudaei ſuos *ne nimii ſint in iuramentis, quia impoſſibile eſt ne multum iurando non aliquando profanent*, ſicuti monent in *Demai* c. 2. 3. in *Gloſſ. R. Salom.* Saluator noſter plane prohibet vllo modo aut per creaturas, aut per alias vanas rationes iurare. Quae prohibitio interea iuramentum legitimum praeſupponit; Chriſti enim intentio eſt abuſum corrigere.

§. Iuramentum adminiſtrationis, quo iurabant ſe fideliter adminiſtraturos, quod ipſis commiſſum erat, vocant שבועת אפיטרופסות *Peſach* fol. 68. 2. in *Com.* Cl. Buxtorf. Lex. Talm. 183. Qui eſt ſuſpectus de pecunia, eſt etiam ſuſpectus de iuramento. *Mezia* f. 6. 1. de iuramento iudicum et Rabbinorum vid. Cl. Buxt. L. T. p. 626. licet fallere publicanos iuramento. *Nedarim.* c. 3. v. 4.

Iuramenta duo ſunt, quae ſunt inſtar quatuor. *Schebbuoth* cap. 1. miſch. 1. cap. 3. miſch. 1. De variis iuramentorum ſpeciebus, et quando ob id reus fiat. *ibid.* Iuramentum promiſſorium quodnam ſit. *ibid.* miſchn. 7. 9. 10. Iuramentum praecepti eſt, ſuper quo iuramento quis obligatus eſt de monte Sinai. *ibid.* miſch. 6. Eſt aliquod iuramentum, quod vocatur iuramentum liberum. *ibid.* Si quis adiurauerit alium, et ille dixerit Amen, reus eſt. *ibid.* miſch. 11. De variis adiurandi formulis. *ibid.* cap. 4. miſch. 13. Non iurant ſuper accuſatione ſurdi, ſtulti aut minorennis. *ibid.* cap. 6. miſch. 4. De quibusdam rebus, ſuper quas iurare non ſolent. *ibid.* miſch. 5. Quinam ſuſpecti ſunt de periurio. *ibid.* cap. 7. miſch. 4. De Iuramento Iſaaci per timorem patris ſui. *Tanch.* fol.

Digitized by Google

fol. 12. col. 1. fin. Iuramenti remiſſio quomodo fiat. *Wagenſeil.* Sota. p. 785. De iuramentis eorumque a votis differentia. *Tanch.* fol. 75. col. 2. circ. fin. De iuramento per Dimum, quod nomen eſt Deaſtri. *Edzardi* Auod. Sar. cap. 1. p. 297. De iuramento per coelum, terram, ſolem et librum quendam ſcripturae. *ibid.* cap. 2. p. 286. De R. Iochananis iuramento quo decepta eſt foemina ethnica. *ibid.* p. 52. Non facile iurandum. *Rabboth.* fol. 231. col. 2. p. init. Iuramentum vanum quodnam ſit. *Schebbuoth.* cap. 3. miſch. 7. ſeq. it. miſch. 11. De iuramento depoſiti. *ibid.* cap. 5. miſch. 1. ſeq. Iuramentum teſtimoniale quis praeſtare poſſit, et varia de hoc iuramenti genere. *ibid.* cap. 4. miſch. 1. ſeq. Iurarunt quoque per cultum Dei. *En Iſrael* part. I. p. 59. col. 2. circ. med. tot. De iuramento iudiciali. *Schebbuoth.* cap. 6. miſch. 1. ſeq. Varia de hoc argumento. vid. in *Rabboth.* fol. 140. col. 2. p. init. et med. col. 3. tot. Quid Solon de iuramentis conſtituerit. *Sam. Petit.* Comment. Leg. Attic. lib. 4. tit. 6. p. 349. Mos et ritus Romanorum *ibid.* Chriſtianos, quando per ſalutem caeſarum iurabant, Deum ipſum intellexiſſe. *ibid.* p. 350. Formulas ſingulares vid. in *Fabric.* Bibl. graec. lib. III. cap. 20. p. 508. ſeq.

✱ IVSTVS. Deus hominem iuſtum ſeruat, etiamſi totam perdat generationem. *Tanch.* fol. 3. col. 4. init. Quare iuſti comparentur cedro et palmae. *ibid.* fol. 5. col. 3. p. med. Iuſti promittunt parum, ſed praeſtant multum. *ibid.* fol. 7. col. 2. fin. Omne, quod Deus in poſterum facturus eſt, iam ſemel fecit iuſtorum ope. *ibid.* fol. 54. col. 4. circ. med. Deus arcana ſua non niſi iuſtis reuelat. *ibid.* fol. 7. col. 3. med. Iuſti dilecti ſunt apud Deum et angelos. *ibid.* Beati ſunt iuſti et qui illis adhaerent. *ibid.* fol. 8. col. 1. circ. fin. Deus non tentat niſi iuſtos. *ibid.* col. 4. p. init. Iuſti in hac vita bonos pariter et malos procreant, ſed in altera vita omnes

erunt

Digitized by Google

erunt iuſti. *ibid.* fol. 10. col. 1. p. med. Iuſti maiores ſunt, quam angeli miniſterii. *ibid.* 12. col. 2. med. Extenuant ſemet ipſos, impii vero gloriantur. *ibid.* col. 3. p. init. Vnus iuſtus apud Deum toti praeponderat mundo. *ibid.* fol. 25. col. 2. med. Iuſtis Deus in altera vita aperit theſauros ſuos. *ibid.* fol. 29. col. 4 circ. fin. cum montibus comparantur. *ibid.* fol. 54. col. 2. poſt med. etiam palmae. *ibid.* fol. 59. col. 2. circ. fin. ſeq. Deus iuſtis in futurum Chuppam faciet ex nubibus gloriae. *ibid.* fol. 75. col. 1. poſt med. Iuſtorum commendatio. *ibid.* fol. 87. col. 3. et 4. Quando vnus iuſtus moritur, alter naſcitur. *Rabboth.* fol. 52. col. 2. poſt med. fol. 311. col. 4. p. med. Iuſtis repoſita eſt merces in altera vita. *ibid.* fol. 55. col. 3. fin. Illi benedicti ſunt in coelo et in terra. *ibid.* fol. 68. col. 4. poſt init.

De IVVENCAE DECOLLATIONE haec habet codex Sota in cap. 9. Sectio de עגלה ערופה *de decollatione* iuuencae legitur (in Synagoga) in lingua ſancta ex *Deuteron.* XXI, 1. Ad illum actum celebrandum tres vel ſecundum R. Iehudam quinque ſenatores Hieroſolymitani ſe conferre debent. Si reperitur cadauer (cuius caedis autor ignotus eſt) ſub aliquo aceruo abſconditum aut arbori ſuſpenſum, aut aquis innatans, iuuencam non decollant, quia *Deut.* XXI, 1. dicitur in *terra.* Si cadauer reperitur prope littus aut prope aliquam vrbem, in qua plurimi gentiles ſunt, ſi illa nullum ſenatum habet, non decollant. Cadauere reperto ad vicinas vrbes menſurationem inſtituunt, vt ſciant, quaenam propior ſit, nam ex illa vitula adferri debet. Non metiuntur, niſi ab illa vrbe, in qua ſenatus aliquis eſt. Si cadauer aequaliter diſtans a duabus vrbibus reperitur, tunc ambae ciuitates iuuencam adferre debent. Menſura illa fiebat fune qui vocabatur אפסקימא *Aphaskima*, et qui debebat eſſe quinquaginta cubitorum *Bab. Erubhin* fol. 81. 1. tales funes ex palmae foliis conficiebant. *Plin.* lib. 16. c. 24. Hieroſolyma vero hoc fruebatur priuilegio,

legio, vt ad vitulum afferendum non obligaretur.

§. Si caput hominis confoſſi reperitur in loco vno, corpus vero eius in loco altero, caput ad corpus deuoluunt. Menſuratio incipitur ſecundum R. Elieſer ab vmbilico eius, ſecundum Akibam a naſo eius. Secundum alium a collo eius.

§. Menſuratione facta et dimiſſis ſenatoribus Hieroſolymitanis, qui menſurationi praeeſſe debebant, adducitur iuuenca bouis, qua nullum officium aut labor adhuc factus eſt, carens omni vitio, et illam deducunt ad locum occiſi (qui a ſcriptura S. vocatur נחל איתן *vallis Aethan*) Poſtea illam ſecuri a poſteriori parte decollant; locusque ille illicitus fit ad ſementem et cultum; poteſt tamen ibi linum excuti et lapides effodi.

§. Vrbis illius (ex qua vitula adducta) ſeniores debent manus ſuas lauare aqua in loco decollationis eius, et dicere: ידינו לא שפכו את הדם הזה ועינינו לא ראו *manus noſtrae non fuderunt hunc ſanguinem, nec oculi noſtri viderunt.* Et quia in mentem venire poſſet, ſeniores illius ſenatus eſſe homicidas (ſaltem per accidens,) his addunt: Hic non venit in manus noſtras, vt nos ipſum dimiſerimus absque alimento, non ipſum vidimus, vt ipſum absque comitatu reliquerimus. Sacerdotes vero huic ceremoniae praeſentes dicunt. *Propitius eſto populo tuo Iſrael, quem redemiſti, Domine, et non repures ſanguinem innocentem, in medio populi tui Iſrael.*

§. Si homicida inuenitur antequam iuuenca decollata fuerit, illam iterum ad ſuae gregis paſcua dimittunt. Poſtquam autem decollata eſt, in loco decollationis etiam inhumatur, vtpote quae ab initio propter dubium adducta fuit, poſtquam autem dubium expiatum eſt, illa ſibi permittitur. Si vero decollata iuuenca homicida reperitur, omnino occiditur.

§. משרבו הרצחנים בטלה עגלה ערופה *poſtquam numerus homicidarum multiplicatus fuit, ceſſauit iuuicis decollatio.* Nempe a quo venit Elieſer filius Dinai, quem antea Techinam filium Phariſaeae vocauerant, deinde

autem

Digitized by Google

autem (ob ſua latrocinia) בן רצחן filium homicidam nominarunt. (Poſtquam enim tales ſcelerati ingruiſſent, non difficile erat cognoſcere, quinam illarum caedium authores erant, ad quos alias in dubia caede inueſtigandos iuuenca decollabatur.) Vide plura in *Gem.* ad *Sota* c. 9.

§. Haec vitulae in ſolenni caeremonia decollatio a ſummo legislatore ob ſapientiſſimas ſanctiſſimasque cauſſas inſtituta eſt, vt omnia, quamuis nos homunciones illos adeo complecti non queamus; probabiliſſimae tamen nobis videntur illae, quas doctiſſimus Maimonides ruſpatus eſt in *More Neuoch.* III. 40. et quas iam aliquo modo innuimus; affert autem ille praecipue duas rationes; 1. eſt כי המביא אותה היא העיר הקרובה אל החלל ועל הרוב ההורג הוא ממנה *quoniam vitula adduci debuit ex ciuitate proxima, ex qua vt plurimum erat qui caedem commiſerat, et ita facilius dignoſci potuit.* 2. Eſt: *Quia propter iſtam in factum inquiſitionem, ſeniorum ad id negotii egreſſionem, propter populi adſtantis coronam, vitulae acceptionem et decollationem, plurimi neceſſario inter homines feruntur ſermones; ac ita publica iſta actione, vel caedis author inuenitur, vel ab alio qui vel rei conſcius eſt, vel fama de eo audiuit, proditur, vel ex ſignis cognoſcitur, quod* N. *ſit interfector.* His adde quod in publicis actionibus et animaduerſionibus homines multo vehementius a talibus facinoribus deterreantur, quam ſi inquiſitio ſimpliciter inter parietes fiat. Hinc publicam indagationem etiam gentes retinuerunt, quam noſtrates ein Landtag nominant, et non exigui vſus in politia eſſe iam ſaepius experientia comprobatum eſt.

§. Notatu inſuper dignum eſt, quod Deus prohibuerit vallem in qua vitula decollata fuit, aut vt propriam poſſidendi, aut denique vlla ratione colendi; Magiſtratus enim cuius intererat ſumma cura impedire, ne aliqua ſuae ditionis pars profana et inutilis redderetur, ita omnem operam ad homicidam detegendum collocare cogebatur, quod innuit R. *David Kimchi,*

chi, in lib. rad. ad vocem איתן. *Illud ſit vt cauti ſint in regionibus et terminis ſuis, vt non inueniatur ibi interfectus* כדי שלא יאבד מהם מבחר אחוזתם *vt non pereat ab eis locus electus poſſeſſionis eorum.* Obſerua hic vallem איתן (ſiue vt Miſchna exponit) קשה *aſperam* dici, non quod tunc talis erat, vt nonnulli exiſtimarunt, ſed quia talis futura erat, propter ſublatum cultum, quo antea fertilis et pinguis floreſcebat. Nota etiam, iuuencam debuiſſe eſſe absque macula, quamque nullus adhuc labor fatigauerat. Euripidi in Phoeniſſis etiam laudatur τετρασκελὸς μόσχος, ἀδάμαστον πίσημα. Et Senecae:

— — Vaccae quam non flexerat
Vomer, aut tardi iuga plauſtri.

K.

*KABBALA, de qua Iudaeorum ſcientia pauca tradit *Reuchlinus* in ſingulari libello; aſt fuſius argumentum hoc pertractauit *Rnorr de Roſenroth* in *Kabbala denudata.* Conf. Campeg. *Vitringa* in obſeruat. Sacr. lib. I. cap. 4. Origines philoſophiae myſticae ſ. Cabbalae veterum Ebraeorum breuis delineatio. *Obſeruat. Hallenſ.* Tom. I. obſ. I. p. I. ſeq. Defenſio Cabbalae Ebr. contra authores quosdam modernos. *ibid.* obſ. 16. p. 207. *Ion. Conr. Schrammii* Brunſuig. 1703. edidit introductionem in dialecticam Cabbaleorum methodo peripateticorum potiſſimum conformata etc. quibus accedit apologeticus Pauli Riccii aduerſus obtrectatores Cabbalae ſermo huiusque approbationes. Syſtema philoſophiae cabbaliſticae. Wittenb. A. u. N. 1702. p. 471. De ſpecie Kabbalae per Ziruph et Gematriam *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 22. not. I. Veritatem religionis chriſtianae ex Cabbala demonſtrare ſolent Iudaei recens conuerſi. *ibid.* p. 360. et 478. not

קבים. *Kabim* vide *Cabim.*

De

De KARRAEIS vid. Buxt. Lex. Talm. p. 2113.

Conf. *Voiſin.* Pug. fid. p. 12. b. Karraeorum origo non adeo recens. *Wolf.* Bibl. Hebr. part. I. p. 442. not. Karraei non ſunt Sadducaei et Baitoſaei. *Wolf.* not. ad Mardoch. 22. et 30. *Io. Henr. Hottingeri* Compend. Theol. Iud. p. 2. nr. III. De odio Rabbanitarum in Karraeos. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 52. Karraei etiam traditiones admittunt. *ibid.* p. 69. et p. 95. media inceſſerunt via inter Rabbanitas et Sadducaeos. *ibid.* p. 80. Quomodo traditiones Karraitarum ſint propagatae. *ibid.* p. 110. ſeq. et 127. Karraei obſeruationes Maſorethicas cum Rabbanitis habent communes. *ibid.* p. 130. p. 152. ſeq. p. 155. Karraeorum et Rabbanitarum de igne in ſabbato alendo diſſenſus. *ibid.* p. 148. De Karraeorum libris, et quod non omnes auerſentur traditiones. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 120. not. et 121. not. et 408. not. Karraei nihil tribuunt libris cabbaliſticis. *ibid.* p. 390. conf. *Hotting.* theſ. philol. p. 40. ſeq.

KEDRON vallis. De ea vide *Joſeph.* de bello lib. 5. c. 8. Singulis vicibus ac vacca rufa comburenda erat, aedificabant ſuppedaneum arcubus fulcitum a templo in montem Oliueti trans vallem Kedron. *Maimon.* in *Schekalim* cap. 4. 8.

§. E valle cineracea torrentis Kedron demeſſus fuit manipulus primitialis, tota ceremonia deſcribitur in *Menachot* cap. 10. (vid. ſ. l.) Sordes Hieroſolymae deducebantur Canali in vallem Kedron. *Hieroſ. Naſir* fol. 57. 4. Vt et ſordes templi, quae deinde hortulanis vendebantur, ad ſtercorandos hortos. *Bab. Ioma* fol. 58. 2.

✱ KETVRA cur ita fuerit dicta. *Tanch.* fol. 10. col. 1. p. med.

קנים *Kinnim* illas ſcutellas in quibus placentas et alia in templo exponebant. in menſa propoſitionis. *Maimon. Beth Habech* cap. 2. ſub finem.

קרי וכתיב *Keri vchetibh*, quomodo ortum ſit variae ſunt ſententiae, ſed probabiliſſima haec eſt. *Hieroſ. Taanit* fol. 68. 1. dicitur שלשה ספרים מצאו בעזרה *tres libros inuenerunt in atrio. Librum* מעוני, *librum* זעטוטי, *et librum* היא. *In vno inuenerunt ſcriptum* מעון אלהי קדם *et in duobus* מעונה אלהי קדם (Deut. XXXII, 27.) *Haec duo poſteriora approbarunt, alterum vero reiecerunt.* Rationi conſentaneum eſt, hos tres libros triplici caetui Iudaeorum, in *Iudaea*, *Babylonia*, et *Aegypto* reſpondiſſe, praecipue cum vox זעטוטי idem ferme ſonet quam *ſeptuaginta*: vel ſaltem illum interpretem oleat. Nam in *Maſſechet Sopherim* cap. 1, 8. expreſſe dicitur זעטוטי eſſe ex immutationibus iſtis, quas LXX. in legem inuexerunt. Quidni autem nobis *Keri* et *Ketibh* ex hac exemplarium collatione ortum ſit? praecipue cum ita conferre maxime in vſu habuerint; vt ex exemplis quae in loco citato proferuntur, videre eſt.

De arcano Ketibh et Keri libri duo editi ſunt auctore *Mathaeo Hillero.* Tubing. 1692. Keri et Ketibh lectiones eſſe diuerſas, non corruptiones, easque in Alcorano etiam dari probat *Maraccius* in prodromo ad refutationem Alcorani. *Act. Erudit.* An. 1692. p. 333.

קטון *Katon* minorennis quis ſit. Vide *Adoleſcentulum* et *Trumam.*

קרקע בית רובע *Karkang beth robbang* eſt fundus in quo quarta pars Cabi ſeri poteſt. *Peah* 3. 6.

קפ טקיא *Kapputkia* quid? vid. in Q.

* KIRIATH ARBA. Cur ita fuerit dicta? *Rabboth* fol. 52. col. 3. ante med.

* KORAH.

Digitized by Google

✱ KORAH. Coetus Korah nunquam iterum emerget. *Sanhed.* cap. 10. miſch. 3.

✱ KRISCHMA. Quid ſit, et quando recitandum? *Wagenſeil.* Sota p. 873. Quando legere ſoleant lectionem Audi. Miſchna *Berachot* Cap. 1. miſch. 1. ſeqq. Praeſtantia lectionis Audi. *Tanch.* fol. 52. col. 4. fin. ſeq. Lectio Audi eſt πρόσδιγμα Dei. *ibid.* fol. 55. col. 1. med. De Lectione Kriſchma. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 375. not. et Part. II. p. 1467. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 518. item *Berachot* in Ind. tit. *Schema.* it. *Rabboth* fol. 238. col. 1. p. med.

L.

LABRVM הכיור erat inter propylaeum ſiue porticum et altare, ac protrahebatur verſus auſtrum, *Middot* cap. 3. 6. Vt plures ſacerdotes poſſent vna manus et pedes abluere, pro duobus Epiſtomiis eius Ben Katin fecit duodecim. *Ioma* cap. 3. *Aruch.* in דדים. Fecit hic Ben Katin inſuper Labro machinam, ne aquae eius nocte *pollluerentur;* (Cl. Buxtorf. vertit, ne aquae *corrumpantur;* an recte vid. apud *Scheringhamium Ioma* pag. 70.) De Labri loco accurate *Maimon. Hal. Beth Habbech.* c. 1. et c. 2.

Labrum aeneum templi. *Wagenſ.* Sota p. 357. *Cramerus* ad Cod. Succa p. 410. Non lauabant ſe ſacerdotes in medio labri, ſed ex labro. *Maimon.* Biat Hammikd. cap. 5. §. 10. Quot aquae in labro eſſe debuerint. *ibid.* §. 13. De differentia labri et maris aenei Salomonei. *ibid.* §. 15. De machina, quam fecit Ben Katin, eiusque vſu, vid. prol. *Iom Tobh* ad *Ioma* cap. 3. miſch. 10. Labrum aeneum ex ſpeculis mulierum factum eſt cur? *Tanch.* fol. 40. col. 4. poſt init. et in med.

✱ LAC. Lac, quod mulſit idololatra, Iudaeo non vidente, ipſi prohibitum eſt. *Auoda Sara* cap. 2. miſch. 6. Vir quidam per miraculum lactauit filium ſuum. *En Iſrael* Part. I. fol. 66. col. 2. init.

LACERATIO veſtium fieri poteſt, excepto ארבל *pallio exteriori*, et בגד הזיעה *interula*, in omnibus reliquis veſtis partibus, etiamſi decem eſſent, ſed vix vltra palmae longitudinem, lacerant. Laceratio quae propter parentes fit, nunquam reſuitur; quae autem propter alios, poſt trigeſimum diem etc.

§. Laceratio veſtium fit 1. in *Luctu* ob mortem parentum, principis, praetoris ſummi etc. ſtatim ad egreſſum animae, ſi quis praeſens ſit, aut in primis ſeptem diebus, ſi quis non peregre eſt, vel triginta, ſi procul abeſt, ad primam de mortuo famam. 2. In *Blaſphemiis* et conuitiis ad Deum, de hoc proceſſu iudicantium blaſphemantem et veſtes lacerantium vid. *Blaſphemum* et *Gemaram Babylon.* ad *Sanhed.* c. 7. 10. 3. Si quis audiat videatue verba legis flammis abſumi, ſi audiat, vrbes, templa, ſcholas vaſtari, aut comburi, populumque iudaicum trucidari.

§. Laceratio fit anterius tantum, non ad latus, neque ad fimbrias inferiores. *Maimon. Hal.* אבל c. 9. Vid. Cl. Buxt. L. T. p. 47.

✱ LACRYMAE. Quot genera ſit lacrymarum. *Rabboth* fol. 304. col. 1. med.

LAMECH. Vide de eo plura in ראשי אבות Cl. *Heideggeri.* D. Ligtfootus locum Gen. IX. ſic explicat, „Introduxerat Lamechus Bigamiam; vaſtauerat ea etiam vniuerſum mundum Gen. VI. Ob ſcelus tam nefarium, et exemplo ſuo homines infinitos perdens, „percutit et pungit eum iuſtitia et vindicta diuina, horrore et aculeo conſcientiae, ita vt gemens et eiulans „coram bigamis ſuis, *Adah* et *Zillah* queratur et fateatur, ſe homicidam eſſe Caino longe cruentiorem.

„Is

„Is enim vnum Abelem tantum occiderat, ille autem „iuuenes ſenesque exemplo ſuo ſcelerato infinitos.

Lamech quomodo occideret Cainum? *Tanchuma* fol. 2. col. 3. med. Lamech factus eſt Angelus mortis. *ibid.*

LAMPADES; et earum adoratio vid. *Cultus Templi.*

LANIONVM PEDES *praecidit plantatio, vt et eorum qui comprimunt menſtruatas.* Hoc dictum extat *Bab. Beza* fol. 25. 2. Quaeritur quomodo intelligendum ſit? Mihi placet expoſitio Cl. Caſtelli. *Ille qui vineam plantauit, ex illa fructus non ſumit, niſi praeterierint tres anni praeputii, et adueniat annus quartus, in quo fructus liciti fiunt: at laniones non expectant, donec beſtiae et pecora ad maturum tempus peruenerint et licita fiant, vt et nec Dominus menſtruatae, donec purificata ſit; illi deberent a plantatione ſuum officium petere et diſcere,* qui ſenſus eo plauſibilior eſt, quod ipſum etiam *Aruch* in כשירה referat, de Laniis vid. *Kidduſchin* fol. 82. 1.

LAPIDATIO ita fiebat. Vnus officialium ſtabat ad oſtium curiae, tenens manu ſudarium: vnus item equo inſidens, tantum inter ipſum et ſe interualli relinquebat, vt eum commode videre poſſet. Tum ſi quis ſe offerat, qui damnatum inſontem eſſe doceat; iſte ſudarium quatit, eques concitato curſu damnatum retrahit, quin etiam, ſi ipſe quid ſolidi ad ſuam innocentiam demonſtrandam afferat, quatuor aut quinquies reducitur. Si hoc modo innocentia eius comprobetur, liberum dimittunt; ſin minus prodit ad lapidandum, (nam locus ſupplicii debuit eſſe extra locum iudicii, ne ſenatus videretur caedibus delectari) antecedente praecone atque clamante: *Vir iſte* N. N. *prodit lapidandus, ob culpam hanc, teſtes facti ſunt* N. N. *Quicunque demonſtrare poteſt, ipſum inſontem eſſe, accedat.* Quando decem cubitis

 abeſt

Digitized by Google

abeſt a loco lapidationis, iubetur confiteri; ſi neſcit confiteri, ſic iubetur dicere תהא מתתי כפרה על כל עונותי *Mors mea ſit expiationi pro omnibus peccatis meis.* Si ſciat ſe teſtium mendacio grauatum, dicit. *Sit mors mea expiationi pro omnibus peccatis meis, hoc vno excepto crimine.* Quando a loco lapidationis abeſt quatuor cubitis, veſtes ei detrahuntur; Maris anteriora velantur: mulieris et poſteriora; ſecundum Sapientes vero mas etiam nudus lapidibus obrui poteſt. *Sanhedr.* Cap. 6. miſchn. 1. ſeqq.

§. Locus lapidationis altus erat שתי קומה *geminam hominis longitudinem.* Teſtium alter inde reum detrudebat vt in lumbos caderet. Si conuerſus in pectus eſſet, in lumbos conuertebatur; ſi hac ratione mortuus eſſet, ſatisfactum erat legi, ſin; alter lapidem ſublatum in pectus immittebat; Si hoc ictu moreretur, ſatisfactum erat legi, ſin minus, a toto Iſraele lapidabatur. Et deinde ſuſpendebatur. *Sanhed.* cap. 6. 1 2. 3. 4.

§. Hi lapidationis ſupplicio afficiuntur; Qui rem habet cum matre, vxore patris ſui, nuru, mare, iumento; Blaſphemus, idololatra; qui dedit ex ſemine ſuo Molecho, Pythomantis, hariolus, profanator Sabbathi, qui maledicit Patri, itemque matri ſuae, qui violat puellam deſponſatam, ſeductor qui ad apoſtaſiam impellit, Magus, filius contumax. *Sanhed* cap. 7. 4.

§ Qui lapidatur illius bona euadunt, ſed qui gladii ſupplicio afficitur, illius bona ad fiſcum veniunt. *Sanhed.* c. 11. 4.

§. De Lapidatione vide etiam Supplicis.

Lapidationis ſupplicium quomodo apud Iudaeos peractum. *Wagenſeil.* Sota. p. 455. *Tanch.* fol. 39. col. 3. poſt init. *Ioh. Leusden.* Philol. Hebr. mixt. diſſ. XXXXVII p. 322. ſeqq. De ſuſpendio hominis lapidati. *Sanhed.* cap. 6. miſchn. 4.

LAPIDES varii memorantur apud Talmudicos. *Baua Metzia* fol. 28. 2. legitur de אבן טוען *lapide errantium,* qui erat lapis ſatis magnus, ad quem accurrebat qui

Digitized by Google

qui aliquid perdiderat, et qui inuenerat; prior rem amiſſam ſignis deſcribebat, poſterior vero rem repertam publicabat. *Bab. Schevuiit* cap. 3. legitur de אבני כתף *lapidibus humeri*, i. e. qui aliter quam humeris portari non poterant. De *Lapidibus* templi Kolis vid. *Markolis*. אבן שואבת *Magnes* Iudaeis non ignotus fuit, dicunt enim in *Gem. Sanhed.* fol. 107. 2. Ieroboamum vi huius lapidis vitulum ſuum in aëre ſuſpendiſſe. De אבן שעורת *lapide horarum* .vid. *Horas*. In *Schabbat* folio 66. fit mentio *lapidis* תקומה *Reſurrectionis*, quem mulieres grauidae collo geſtabant ne abortirent. In Ioma fol. 52. col. 2. fit mentio *lapidis* שתיה *fundamenti* ex quo fundatum eſſe mundum et in quo Arcam conſtitiſſe putant. De eo v. Buxtorf. Diſſert. de Petra et Lex. Talm. p. 2541.

Lapides feretro nequam hominis Iudaei imponunt. *Wagenſeil*, Sota. p. 311. De lapide fundamentali mundi. *Tanch*. fol. 51. col. 3. init. et fol. 53. col. 2. med. it. *Wolf*. Bibl. Hebr. Part. II. p. 1248. De Archimedis machina λιθοβόλω. *Fabric.* Bibl. Graec. Lib. 3. c. 22. p. 554.

De LAESIONIBVS vid. *Baua Kama* c. 8. et *Maim*. in *Halachot* חובל ומזיק. Generalis regula eſt, *Qui laedit ſocium ſuum, tenetur ei ſatisfacere pro quinque rebus, pro Damno, Dolore, Neglectione, Ceſſatione et Ignominia.*

LAVARE vid. LOTIO.

LAZARVS eſt nomen abbreuiatum ab *Eleazaro*, ſaepius enim in dialecto Hieroſolymitana, א in vocibus illa littera incipientibus eliditur בר בא pro בר אבא, Item מאי מר מר pro מאי אמר Lazarus ſiue לעזר ſaepius memoratur. Vt in *Taanith* fol. 68. 2. R. לעזר בן ר׳ יוסי *Lazar Ben R. Ioſe Chagiga* fol. 78. 4. ר׳לעזר בן יעקוב. *R. Lazar Ben Iacob*. Qui deinde in *Sota* fol. 23. et 20. 2. vocantur nomine ſuo non abbreuiato. *R. Eleazar*.

LECTIO-

Digitized by Google

LECTIONES Biblicae. Iudaei annuatim quinque legunt מגילות *volumina* in ſuis Synagogis, et quidem integra; primum eſt *Canticum Canticorum*, quod legunt in 8. die Paſchatis, propter exitum ex Aegypto, et commonefactionem liberationis futurae per Meſſiam, et quia materia haec laeta huic feſto apprime conuenit. Secundum eſt *Ruth*, die ſecundo Pentecoſtes, ob genealogiam Dauidis, et quia in hoc libro agitur de fructibus terrae, quarum primitias offerre tum temporis ſoliti fuerunt. Tertium *Threni Ieremiae*, quas die 9. menſis quinti ob captiuitatem Babylonicam, et templi vtriusque deuaſtationem quae hac die accidit, legunt. Quartum eſt *Eccleſiaſtes*, quem legunt 3. die feſti Tabernaculorum, in memoriam nubium, quae operiebant tabernaculum. Adde quod ſicuti hoc feſtum memoriale eſt, quod Patres laeti et contenti fuerint habitare in tabernaculis, ita hic liber docet omnia eſſe vana, ac unumquemque debere laetari et contentum eſſe iis quae Deus ipſi largitur. Quintum eſt volumen *Eſtherae*, quod legi poteſt a die vndecimo menſis Adar, vsque ad diem 16. excluſiue, in memoriam liberationis a crudeli voluntate Hamanis qui omnium Iudaeorum exitium deuouerat. In vrbibus moenibus cinctis communiter illam Megillam legebant die 15. menſis Adar, in pagis vero die 14.

§. Si legerunt Megillam in *Adar primo*, et Annus intercalatus ſit, illam iterum legunt in *Adar ſecundo*. (vid. *Adar*.) *Megillah* non legenda eſt in libro vel charta pergamena, quae ſcripta eſt auripigmento, minio, gummi, calacantho, ſed in libro qui Aſſyriace atramento ſcriptus eſt. Suo officio ſatisfecit, qui in libro Eſther incepit ab init. 2. aut 3. capitis.

§. Omnes idonei ſunt ad legendam Megillam, excepto ſurdo, ſtulto et minorenni; Megillah non legitur, nec etiam circumcidunt, aut lauant, donec illuceſcat ſol. Tota autem dies ad eius lectionem idonea eſt. Qui Megillam legit poteſt vel ſedere vel ſtare; vbi benedicere ſoliti ſunt, benedicit. Diebus ſecundo et quinto ſeptimanae, (qui vocantur ימי הכניסה) Tres ſunt qui legunt.

Digitized by Google

legunt. Qui aperit et conuoluit librum legis, benedicit ante apertionem et poſtquam clauſit. *Megillah* c. 1. et 2. 4.

§. De Lectionibus Biblicis plura. vid. in הפטרות in H. In *Megillah* c. 4. adhuc hi generales Canones extant. Qui legit legem ne minus legat, quam tres verſus, ne praelegat interpreti plus quam vnum, vel in Prophetis (ſi vult) tres. Si tres illi ſunt in tribus diuerſis ſectionibus, legunt eas ſigillatim. Tranſiliunt in lectione Prophetica, non legali. Hiſtoria Rubenis legitur, non autem licet interpretari; Hiſtoriam Tamaris legunt et interpretantur. Hiſtoriam vituli priorem legunt et interpretantur. Hiſtoriam vero vituli ſecundam, (quae incipit v. 21. Cap. XXXII. Exod.) legunt at non interpretantur. Benedictionem ſacerdotum, hiſtoriam Dauidis et Amnonis nec legunt nec interpretantur. Non legunt *Haphtaram* cap. 16. *Ezech.*

LECTI, de ipſorum immunditie vid. ſ. l. in F. Antiquitus lectum ſplendidum ſinguli in aedibus ſuis ſtratum habebant, nec vlli ſeruiebat, niſi לשר הבית *Principi vel Angelo domus*, ſiue laribus. Hic lectus vocatur ערסא דגדא *lectus bonae fortunae*, *Nedarim* fol. 56. 1. *Sanhed.* fol. 20. 1. Inter diuerſas ſpecies lectorum celebrantur מטה גללניתא *Lectus Galiliaeus*, qui per partes complicari, et ab vno loco in alterum deferri ſolebat. *Schabbat* fol. 47. 2.

Lectus non eſt locandus inter orientem et occidentem, ſed inter ſeptentrionem et meridiem, quique id obſeruat, ei contingunt filii maſculi. *Edzard.* Berachot. p. 45. ſeq.

✱ LEGATUS. Legatus Praecepti pellit Sabbatum. *Tanch.* fol. 65. col. 3. poſt init. it. *Rabboth* fol. 217. col. 4. poſt init.

LEPROSUS. Nulla eſt differentia inter מצורע מוסגר *leproſum ſecluſum*, et מצורע מוחלט *leproſum abſolu-*

ſolutum, niſi פריעה ופרימה *denudatio capitis, et diſceſſio ſuturae veſtis.* Nulla eſt differentia inter leproſum poſt incluſionem mundum pronuntiatum, et eum qui antea abſolute immundus pronuntiatus, iam mundus euadit, praeter raſionem et oblationem auium. *Megillah* c. 1. v. 7.

§. Leprae plagam in feſto ſecundum R. Meir (Sacerdos) poteſt להקל in meliorem partem diiudicare (vt dicat Tu mundus es), ſed non poteſt להחמיר *illam aggrauare*, (vt dicat immundus es), ſed ſecundum Sapientes, nec hoc nec illud licet. *Moed Katon* cap. 1. 5.

§. In leproſi mundatione haec peragenda erant; Afferre debuit Sacerdos pro leproſo tria pecora, ſacrificium ſcilicet pro peccato (חאטת) et Sacrificium pro transgreſſione (אשם) et holocauſtum. Pauper autem attulit ſacrificium pro peccato e volucribus et holocauſtum e volucribus. Deinde ſacerdos adſtitit Sacrificio pro transgreſſione, atque ambas ei manus impoſuit, atque mactauit. Duo autem Sacerdotes ſanguinem excipiebant, vnus in vaſculo alter in manu; Hic poſterior ad leproſum accedebat in conclaue leproſorum (quod erat in angulo atrii mulierum occaſum aeſtiuum ſpectante *Middoth* cap. 2.) eumque ſiſtebat in porta orientali atrii Iſraelis quae Nikanoris appellata, caputque eius extendebat intra atrium, ſanguinemque dabat ſuper infimum auris eius; manum etiam intra atrium extendebat, et ſanguinem pollici eius inſpergebat, Idem faciebat reſpectu pedis. Alius deinde iisdem membris oleum infundebat. Ratio autem cur leproſus exerto collo caput et aures protruſerit in atrium, redditur a Gloſſatore.

Porta Nikanoris fuit inter atrium mulierum et atrium Iſraelis. Iam vero in atrium Iſraelis non *licuit cuiquam ingredi, pro quo non perfecta eſſet expiatio; atque e contra non licuit extra iſtud atrium proferre ſauguinem ſacrificii pro transgreſſione.* Vide omnia accuratius in *Negaim* c. 14. et *Maimon.* in מחוסרי כפרה cap. 4. et eius Gloſſa ad *Sotah* c. 1.

§. Le-

§. Leproſi cultui diuino intereſſe poterant in Synagogis ciuitatum moenibus non cinctarum, ita tamen vt ſemper aliqua eſſet differentia, inter ipſorum locum et aliorum, ſed non poterant ingredi vrbes muro cinctas, multo minus templum. *Maimon.* Hal. *Tephillah.* Hinc primo a Sacerdote aliquo in prouinciis viſitabantur et purgabantur, et deinde die ſeptimo mundationis ſuae iterum ſe monſtrabant, aqua ſe abluebant, et tum demum Hieroſolymas accedere poterant ad complementum purificationis ſuae perficiendum. Vid. *Maimon.* in צרעת טומא' c. 11. Ordinarie omnes impuri ſummo mane ſe ante atria conferebant, et deinde poſt auditum ſonum campanae מגריפה a praeſide ſtationis ad portam *Nikanoris* deducebantur. *Tamid* c. 5.

§. De variis Leprae ſpeciebus videatur *Maimon.* in *Hal. Tummeat Tzor.* Inter alia ibi haec habemus. צרעת eſt nomen quod *ὁμωνύμως* dicitur et complectitur ſpecies multas, quarum nulla ſimilis eſt alteri. Nam 1. *Albedo cutis* vocatur צרעת. 2. *Caſus pilorum* quorundam capitis aut barbae vocatur צרעת 3. Mutationem in veſtibus et aedibus Lex etiam צרעת vocat; illa autem non fuit res ordinaria in mundo, ſed miraculum et portentum in Iſraele.

§. Addamus hic illud quod in *Ialkut* in Iobum XXVIII, 25. legitur. Homo conſtat ex dimidia aqua et dimidio ſanguine. Quamdiu iuſte viuit, non plus eſt aquae in homine, quam ſanguinis; Quando peccat, tunc vel aqua exuberat, et fit hydropicus, vel ſanguis ſuperat aquam, et fit leproſus.

Lepra vnde dignoſcatur et ortum ſuum habeat, *Tanch.* fol. 48. col. 4. circ. med. fol. 49. col. 3. poſt med. Tria leprae genera comparantur cum tribus regnis, quae affixerunt Iudaeos. *ibid.* Ob maledicentiam linguae homines puniuntur lepra. *ibid.* col. 4. circ. fin. *Rabboth* fol. 248. col. 1. fin. fol. 151. col. 1. circ. fin. Si quis cum menſtruata rem habeat, liberi puniuntur lepra. *Tanch.* fol. 50.

Digitized by Google

50. col. 1. poſt init. Cur leproſus duas afferre aues debuerit. *ibid.* col. 2. med. Ob XI genera criminum lepra infligitur homini. *ibid.* poſt med. *Rabboth* fol. 149. col. 4. poſt med. Cur lepra afficiantur aedes. *Tanch.* fol. 50. col. 3. med. Primum Deus punit Iſraelitas lepra aedium, et poſtea demum in ipſo corpore. *ibid.* poſt med. Quare leproſus cedro et hyſſopo mundentur. *ibid.* fol. 69. col. 4. med. Leprae poena ob ſeptem delicta hominibus impoſita. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 275. col. 2. *Rabboth* fol. 183. col. 2. ante med. ſeq. Lepra creditur expiare peccata. *Edzard.* Berachot p. 182. et 188. An ſacerdos proximi lepram inſpicere potuerit. *Rabboth* fol. 243. col. 1. poſt med. Quare Iſraelitae lepra affecti. *ibid.* fol. 182. col. 4. init. et fin. Myſticae rationes rituum de lepra. *ibid.* fol. 223. col. 4. med. Lepra vnde oriatur. *ibid.* fol. 148. col. 1. ante med. et col. 2. ante med. Leproſus ex tribus caſtris erat eiiciendus. *Maimon.* Biat Hammikd Cap. 3. §. 2.

LEVIATHAN Iudaeis eſt Balaena portentoſae magnitudinis. vid. Cl. Buxtorf. Synag. Iud. c. 36. et Lex. Talm. p. 1128.

Varia de Leuiathane et Behemoth vid. in *Tanch.* fol. 47. col. 1. circ. med. *ibid.* fol. 85. col. 3. med. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 196. ſeqq.

LEVITAE 4000 deputati erant vt eſſent portarii et cuſtodes templi, et 4000 qui cantarent in templo, hi ita diuidebantur vt per hanc hebdomadam illi, per aliam vero alii miniſtrarent; poſtquam autem a Sabbatho ad Sabbathum miniſtraſſent, et miniſterio hebdomadario veſpera Sabbathum praecedente abſoluto, domum redibant vocabantur יוצאי השבת illi vero qui his ſuccedebant באי השבת vid. *Schindl.* in Lex.

§ Le

§. Leuitarum vrbium ſuburbia erant 3000 cubitis ab vnoquoque latere, a moenibus ſcilicet vrbis et extra, *Num.* XXXV, 4. 5. Mille priores ſuburbia complectebantur, et bis mille poſteriores erant pro agris et vineis; non licuit illis ciuitatibus, mortuos intra hos terminos ſepelire. *Maim. Hal. Schemita* veiobel Cap. 13. Omnes ciuitatis Leuitarum erant ciuitates refugii; cum hac diſtinctione tamen a ſex iſtis, proprie ſic vocatis, quod ſex iſtae refugium ſemper praeberent et omnibus, ſuppeditabantque victum gratis; at Leuiticae non ita. *Maim. Hal. Rozeach* c. 8.

§. Officium Portariorum erat aperire et claudere portas montis templi et atrii mulierum (reliquas portas enim per Sacerdotes aperiebantur) et per totum diem ibi curam adhibere, ne aliquid impuri templum ingrediatur, aut quid fieret quod ſanctitatem illius loci non deceret. Noctu vero debebant in 24 locis excubias agere in honorem templi (*Maimon. Beth Habech.* cap. 8). 1. Cuſtodia erat in omnibus portis montis templi, in porta orientali, in porta ſeptentrionali *Tedi*, in duabus portis Meridionalibus *Hulda*, in porta occidentali *Copponius*: cuſtodia etiam erat in angulis magni huius ſpatii quadrati Sancta loca cingentis. Portae *Parbar* et *Aſuppim* in plaga occidentali cuſtodia opus non habebant. 2. Circa murum atria cingentem duae erant cuſtodiae in duobus angulis orientalibus, et duae in duobus angulis occidentalibus. Erant deinde duae portae, ſed Leuitae in illis non excubabant, ſcil. *Porta aquae* in cuius camera *Aftinas* cuſtodiam curabant ſacerdotes, et *Porta* קרבן in cuius conclaui *Beth Mokad* etiam Sacerdotes excubias agebant. In loco Septentrionali *Corban* vocato, e regione Sancti Sanctorum etiam Leuitarum cuſtodia erat, Item in parte meridionali e regione veli, item a tergo Sancti Sanctorum. Porta *Nitſots* cuſtodiam habebat partim ex Leuitis partim vero ex ſacerdotibus conſtantem. Singulis noctibus Praefectus cuſtodum viſitabat omnes cuſtodias. vid. איש הר הבית in A.

Digitized by Google

§. De Leuitis cantoribus vid. *Muſica*.

§. Recenſet *Ialkut* in Pſalm. CXXXVII. *Babylonios petiiſſe a Leuitis vt carmen aliquod teſtudine pſallerent, ſed praemorderunt ſibi pollicem manus dextrae, dicentes* איך נשיר *Quomodo canemus?* Sapit hiſtoria fabulam. Cauſſa, cur Leuitae non etiam in diuiſione terrae recenſiti fuerint, eſt, quia Deus eſt Haereditas ipſorum, nec debent in bellum ire, quia ſunt חיל ה׳. *Maim. H. Schemita* c. vlt.

Leuitae ſeparati fuerunt ad miniſterium Templi, et quidam erant portarii, quidam cuſtodes, quidam cantatores. *Maim.* de vaſis Templi. Cap. 3 §. 1. 2. Leuita, quamuis in luctu verſaretur, poterat tamen ſeruire et canere. *ibid.* §. 3. Nullus Leuita admittebatur ad miniſterium in atrio, antequam quinque annos miniſterium fuerat edoctus, nec prius miniſterium adibat, quam adultus eſſet et vir. *ibid.* §. 7. *Rabboth* fol. 181. col. 3. fin. Cum de Leuitis in Lege dicitur: quod, cum quinquageſimum annum impleuerint, ceſſaturi ſint ſeruire, illud tantum valebat eo tempore, quo tabernaculum ab vno loco deportabatur in alterum; nam ſequiori tempore Leuita nullus fiebat inhabilis ad miniſterium, niſi vox eius ſenio corrupta eſſet. *ibid.* fol. 182. col. 2. poſt init. *Maimon.* l. c. §. 8. De diuiſione Leuitarum in certas curias a Samuele et Dauide facta deque miniſterio eorum ſingulis hebdomadibus per vices. *ibid.* De Leuitis eorumque officiis et veſtitu. *Iſingii* Exercitt. in Pentat. p. 120. ſeq. Cur ab haereditate terrae ſanctae excluſa fuerit tribus Leuitica. *ibid.* p. 224. Sacerdotes in templo intus cuſtodiebant, Leuitae vero exterius. *Maimon.* de domo Elect. cap. 8. §. 4. Sacerdotes excubias agentes non dormiuerunt in veſtibus ſacerdotalibus. *ibid.* §. 6. Si quis ex ſacerdotibus excubias in templo agentibus fluxum ſeminis fuiſſet paſſus, is per crypto porticum ſub-

ſubterraneum ad balneum pergebat. *ibid.* §. 7. De locis in quibus ſacerdotes excubias agebant, et locis Leuitarum ab his diuerſis. *ibid.* §. 4. ſeq. Leuitae non debent capeſſere ſacerdotum munia, nec ſacerdotes Leuitarum, neque etiam Leuitae ipſi alter alterius obire munia debebat. *ibid.* Cap. 8. §. 9. ſeq. *Rabboth* fol. 181. col. 4. poſt init. et 182. col. 1. p. init. Praeſtantia tribus Leuiticae. *ibid.* fol. 181. col. 1. p. init. *Tanchum.* fol. 59. col. 3. circ. init. tot. fol. 64. col. 1. poſt med. XXIIII. ſunt portiones, ſeu dona, quae tribui Leuiticae Deus conceſſit. *ibid.* fol. 60. col. 2. poſt init. *Rabboth* fol. 180. col. 1. p. init. Primogenitos Leuitarum quomodo numerauerit Moſes *ibid.* fol. 177. col. 4. init. *Tanch.* fol. 60. col. 1. poſt init. Leuitae fuerunt pauperes. *ibid* poſt med. *Rabboth* fol. 180. col. 1. poſt init. col. 2. poſt med. Ex Leuitis Kehatithae fuerunt praecipui. *ibidem* fol. 177. col. 4. ante med. fol. 181. col. 3. init. tot. col. 4. ante fin. fol. 182. col. 1. poſt med. Quando Leuitae miniſtrare in templo potuerint, ſuisque officiis fuerint admoti. *ibid.* fol. 177. col. 4. poſt med. Leuitarum officium fuit orare pro reliquis tribubus et prouentu terrae. *ibid.* 180. col. 1. med. Leuitae portantes arcam in maximo fuerunt vitae diſcrimine, nihilominus tamen libenter portarunt eam. *ibid.* ad fin. ſeq. et fol. 182. col. 1. fin. Quare tribus Leuitica nihil obtulerit in initiatione altaris. *ibid.* fol. 215. col. 3. poſt med. Leuitas Iudaeorum Plutarchus ſic vult dictos fuiſſe a λύσιον ſeu εὔιον, quod Bachum ſignificat. *I. Guil. Stuck.* Antiquit. conuiual. Lib. I. cap. 23. Non plebi tantum, ſed maximae etiam parti Leuitarum denegatam fuiſſe promiſcuam legis inſpectionem. *Act. Erudit.* Anno 1685. p. 200.

LEVIRATVS. De hoc iure vid. *Calcei extractionem.*

Erat etiam in vſu apud Patres qui ante datam legem vixerunt, vt patet exemplo filiorum Iudae, Gere, Onane et Schela. Geneſ. XXXVIII, 7. 8. Probabile eſt ipſos hanc conſuetudinem habuiſſe מבית דינו של שם a *Conſiſtorio Semi*, non autem ex moribus Cananaeorum, vt alii volunt.

Fratres vterini ex eadem matre non eodem patre prognati, ad hoc ius non obligantur. *Maimon.* in *Hal. Iabom Vechaliza* cap. 1. *Fratres ex matre tantum non cenſentur pro fratribus, aut in materia Leuiratus, nam illi ſunt quaſi non eſſent fratres, quum non ſit fraternitas, quae a patre non eſt.* Nec contrarium probat exemplum Noemi *Ruth.* I, 11. quae nurus ſuas ita alloquitur, an in vtero meo adhuc ſunt filii, Reſpondet enim Aben Eſra *illud ex ingenti amore erga nurus dici*; quaſi diceret, ſi ego vnquam filios haberem, ego illos vobis traderem.

Data lege accedit Leuiratui circumſtantia de *extractione calçei*, quae ſi fuiſſet ante legem Onan Thamarem non duxiſſet, cum illud inuitus fecerit.

LEX diſtinguitur in תורה שבכתב *legem ſcriptam*, et תורה שבעל פה *oralem* vid. *Schaare Orah* in lit. ה. fol. 4. Quicunque remittit ſtudium legis, non erit in eo facultas conſiſtendi in die anguſtiae *Berachot* fol. 36. *Non confirmantur verba legis niſi in eo* שמשים עצמו כמו שאינו *qui ſeipſum ducit quaſi pro nihilo. Sota* fol. 21. 2. vid. Cl. *Buxtorf. florileg.* et *Lex Talm.* p. 983.

§. Legis lucem infinitis encomiis celebrant. vid. *Bereſchit Rabba* ſect. 3. vbi dicitur: *In hiſtoria creationis quinquies ſcribitur lux; ſecundum quinque quintades legis.*

§. De Legis ſtudio plura habemus in *Hieroſ. Berachot* p. 3. c. 2. Inter alia R. Simeon Ben Iochai dicit; *Si fuiſſemus in monte Sinai hora illa qua lex data fuit, petiiſſemus a Deo, vt homini creaſſet* תרין פומין *duo ora, unum ad perpetuum ſtudium legis, alterum vero ad vitae neceſſitates.* Et R. Iſmael loco citato non tanta erga

legem

legem religione ducitur, ſic enim de illa loquitur; *In verbis legis eſt* אסור *prohibitio, et* היתר *permiſſio ſiue permiſſio item leuia et grauia, ſed verbo noſtrorum Doctorum* כולם חמורים *omnia grauia ſunt.* Conf. *Tanch.* fol. 79. col. 4. fin.

§. Liber legis in quo ſunt duo errata in vnaquaque pagina, emendabitur: ſi tria, reponetur, vel occultabitur. *Menachot* fol. 29. 2. Omnia corpora hominum vaginae ſunt: beatum illud corpus לזכי דהוי תרתיקי דאורייתא *quod meretur vt ſit vagina legis.* *Sanhedr.* fol. 39. 2.

§. Legem Graece ſcripſerunt quinque Seniores pro Rege Ptolomaeo, fuitque iſte dies acerbus Iſraeli, ſicuti dies quo factus eſt vitulus, eo quod lex non potuit verti, ſecundum quod ei eſt neceſſarium. *Maſſ. Sopherim* c. I. Hoc etiam labefactat quae vulgo LXX Interpretibus dicuntur, de quibus vid. *Interpretes.*

§. Incolae ciuitatis, ſi vendiderint plateam ciuitatis, pecuniis eius comparare tenentur Synagogam, ſi vendiderint Synagogam, comparare arcam: ſi arcam, comparare מטפחות *ventralia* (ita vocant pretioſa illa lintea quibus librum legis inuoluere ſolebant, vid. *Sanhed.* 100. I. et *Kilaim* cap. 9.) ſi vendiderint ventralia, debent comparare libros, ſi libros vendiderint legem, ne comparent libros, et ita de caeteris. *Megillah* c. 2. I.

§. In *Bereſchit Rabba* §. 20. ſit mentio תורת ר' מאיר *legis R. Meier*, et dicitur, in illa quaedam aliter ſe habuiſſe, quam in lege Moſis, (vid. Adam.) quaeritur quid illa *lex R. Meir* fuerit? R. Nobis videtur per *legem R. Meir* ſolum intelligi volumen aliquod legis, in cuius margine vel chartulis interſertis, criticas ſuas nugas et argutias Rabbinus ille ſcripſerat. Vel ita vocari ipſius commentarium quem in legem ſcripſit.

§. De Promulgatione decem praeceptorum. vid. *Decem.*

§. Quo charactere Lex Dei digito tabulis lapideis inſculpta atque adeo tota ſacra Biblia exarata fuerint, diſceptatur inter doctos. Quidam litteras Hebraicas

 hodier-

Digitized by Google

hodiernas quibus ſacer codex iam vbique deſcriptus eſt, eſſe genuinas ac primigenias illas quibus Deus Scriptoresque ſacri vſi fuere, exiſtimant; Atque in hanc ſententiam deſcendunt fere omnes, aut ſaltem praecipui inter Hebraeorum magiſtros. Alii hanc praerogatiuam deferunt characteribus Samaritanis, quos Eſdram abrogaſſe in reditu captiuitatis Babylonicae ac in eorum locum hodiernos ab Aſſyriis mutuatos ſubſtituiſſe aſſerunt. Atque huius ſententiae inter Hebraeos pauciores ſunt Patroni. Rationes pro et contra Videſis apud Cl. Buxtorf. diſſert. de litteris Hebraeorum et Ioh. Leuſden. de litterarum Hebraicarum antiquitate.

De Lege ſcripta et non ſcripta vid. prol. Voiſin Prooemium Pug. fid. a p. 9—65. et p. 65. ſeq. Habent Iudaei et aliam legem humanam a Lege orali et lege ſcripta, Moſi in monte Sina tradita, diverſam, quam ciuilem vocant, et circa actiones humanas recte inſtituendas, et ſocietatem ciuilem recte gubernandam verſatur. Sed ad aeternam beatitudinem conſequendam illa non ſufficit, ſed opus eſt lege diuina, Moſi a Deo tradita. *ibid.* p. 66. De comparatione Legum humanarum cum Lege diuina. *ibid.* Iudaei per legem ſe vitam aeternam conſequi poſſe putant, modo obſeruatio eiusdem praeceptorum cum amore et timore Dei coniuncta ſit. *ibid.* Apud Iudaeos eandem autoritatem ac dignitatem obtinet lex oralis cum lege ſcripta, id quod apparet ex eo, quod vtriusque Legis autorem Deum faciant. *Michl. Iophi* in Exod. Cap. XXI. in vocibus עין תחת עין. Vocabulum תורה ſumitur dupliciter, late et ſtricte. Poſteriori modo ſignificat tantummodo Pentateuchum, priori vero totum Codicem Sacrum. e. g. ψ. 31. 23. Comm. *Iarchi*. De דברים, חוקים et משפטים differentia. *Tanch.* fol. 29. col. 1. med. et col. 3. fin. *Voiſin.* Pug. fid. p. 68. a. b. Quare lex vocetur teſtimonium עדות? *ibid.* p. 79. b. Tria

erant

erant generalia et neceſſaria legis diuinae fundamenta (1) Deum eſſe. (2) Prouidentiam eſſe diuinam ad remunerandum et puniendum. (3) Legem coelitus datam extare. *ibid.* p. 67. b. Praeceptorum diuinorum tria ſunt genera: Verborum ſ. Decalogi, ſtatutorum et iudiciorum. *Primum* continet notitias veras, idque refertur ad ſapientiam Dei, ſ. ad Deum, quatenus ſapiens eſt. *Secundum* complectitur illa, quae placent Deo benedicto, et quorum ratio nobis ignota eſt, nimirum praeceptum de comedenda carne ſuilla, qualia praecepta dicuntur חוקים. *Tertium* continet praecepta de ſeruanda aequitate et remouenda iniquitate, vocanturque משפטים quae ad Dei potentiam referuntur. *ibid.* p. 68. b. Liber Legis quare vocetur דביר. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p 24. Quando Deus mundum condidit, prius conſultauit cum lege, ſ. תורה, quae ipſa lex tunc temporis igne atro ſcripta fuit ſuper ignem album. *Tanch.* fol. 1. col. 1. init. Lex fecit omnia opera creationis. *ibid.* Si vel vnica littera in lege mutetur, totus deſtruitur mundus. *ibid.* De ſtudio Legis, eorumque praemio, qui aſſiduam legi operam dant. *ibid.* col. 1. med. et col. 2. init. fol. 2. col. 4. poſt init. fol. 31. col. 2. poſt init. tot. fol. 39. col. 1. tot. fol. 86. col. 2. circ. med. fol. 87. col. 2. p. med. Studium legis praeſtantius eſt, quam ſi quis multos relinquat liberos. *ibid.* fol. 3. col. 1. init. De differentia legis ſcriptae atque oralis earumque praeſtantia, et quale ſtudium ei ſit impendendum. *ibid.* med. prolixe fol. 7. col. 3. p. init. fol. 29. col. 1. med. et col. 3. fin. fol. 37. col. 3. poſt med. *Rabboth* fol. 213. col. 3. p. init. fol. 131. col. 2. poſt med. col. 3. tot. Cum Deus legem daret, multae myriades Angelorum deſcenderunt cum eo. *Tanch.* fol. 12. col. 2. p. init. Quomodo vox Dei, cum legem promulgaret in monte Sinai, diſperſa fuerit per vniuerſum or-

 bem.

bem. *ibid.* fol. 20. col. 4. init. Qui negat legem eſſe de coelo, non ſit particeps vitae aeternae. *ibid.* fol. 21. col. 2. init. Lex diſcenda eſt Iudaeis omnibus. *Wagenſeil.* Sota p. 522. Legem propter ſe ipſam diſcere quid? *ibid.* p. 547. Quam grata ſit doctrina legis Deo. *Tanch.* fol. 45. col. 3. med. Lex eſt medicina totius corporis. *ibid.* fol. 27. col. 4. poſt med. Cum Deus daret legem, nulli inter Iſraelitas בעלי מום fuerunt. *ibid.* Lex ignea eſt, et igne data, et comparatur cum igne. *ibid.* fol. 28. col. 1. poſt med. it. col. 2. med. Deus primum legem obtulit omnibus gentibus. *ibid.* fol. 28. col. 2. p. init. fol. 87. col. 2. p. init. *Rabboth* fol. 305. col. 1. ante med. Num librum legis tempore incendii eripere ex flamma liceat in Sabbatho. *Tanch.* fol. 28. col. 2. med. Sexaginta myriades angelorum deſcenderunt cum Deo in monte Sinai, cum promulgaret legem, et impoſuerunt coronam vnicuique Iſraelitarum. *ibid.* fol. 33. col. 3. p. init. *Rabboth* fol. 264. col. 4. circ. fin. Lex comparatur aquae, eiusque ſtudium omnibus incumbit. *Tanch.* fol. 39. col. 1. poſt init. fol. 84. col. 4. circ. fin. Proſelyti, qui in Legem incumbunt, aequiparantur Sacerdoti S. *ibid.* fol. 39. col. 1. p. init. Sacrificiorum inſtar hodie eſt ſtudium legis *ibid.* fol. 52. col. 2. p. init. Lex data eſt per ignem, aquam, et in deſerto, et cur? ibid. fol. 58. col. 3. p. med. Mundus, antequam lex daretur, mera fuit caligo, poſt datam autem legem illuminatus fuit. *ibid.* fol. 59. col. 2. p. init. Quando Deus deſcendit in montem Sinai, XXII mille currus angelorum deſcenderunt cum ipſo *ibid.* med. Ioſephus ſeruauit legem de adulterio, antequam data eſſet, itemque de ſabbato ſeruauit. *ibid.* fol. 63. col. 1. poſt med. et col. 2. init. Lex diuina quotidie legenda. vid. *Cramerus* ad Cod. Succa p. 258. Lex diuina etiam Infantibus Iudaeorum inculcata. *ibid.* p. 291. De

ſtu-

ſtudio legis. *Rabboth* fol. 151. col. 2. ante med. it. fol. 286. col. 1. tot. Si duo poſſident vnum librum legis, non debent illum diuidere. *Baba Bathra* Cap. 1. miſchn. 6. Quare duae fuerint tabulae Legis, et cur lapideae. *Tanch.* fol. 36. col. 1. poſt init. fol. 79. col. 3. et 4. init. Filia vocis quotidie proclamat ob deſpectum legis. *ibid.* fol. 36. l. c. Quicunque ſtudet in lege, Rex euadit et princeps *ibid.* fol. 37. col. 1. poſt med. Legis libri combuſti. *Abarban.* in Proph. prior. in Ind. Lex a Iudaeis impletur. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 8. ſeq. Lex ceremonialis ſub Meſſia eſt abroganda. *ibid.* p. 194. et 200. Feſtum laetitiae legis quale. *Edzard.* Berachot p. 243. Lex oralis praefertur legi ſcriptae. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 72 et 99. it. *Rabboth* fol. 211. col. 1. med. Lex oralis et lex ſcripta conſtant 104 libris. *ibid.* fol. 207. col. 4. poſt med. Legem coacte receperunt Iudaei. *En Iſrael* part. 1. p. 52. col. 1. p. init. Quare decalogus Angelis non fuerit datus. *ibid.* col. 2. circa fin. Lex ante mundum conditum iam fuit. *Rabboth* fol. 151. col. 2. ante med. Rabbini tanto ſtrepitu promulgatam fuiſſe legem dicunt, vt etiam gentiles illam audientes pertimuerint, ne diluuium iterum mundum ſubmerſurum ſit; eamque ob cauſſam ſe ad Bileamum contulerint, eumque hac de re conſuluerint, qui vero tale ipſis reſponſum dedit: Deum ſemel iuraſſe, ſe nolle diluuium amplius in mundum mittere, ſed ſtrepitum illum, quem audirent, oriri ex eo, quia Deus populo ſuo legem promulgaret. *Iarch.* Comment. in Pſalm. XXIX, 9. Tabulae legis fractae vna cum tabulis integris poſitae ſunt in arcam foederis. *Targum Ben Vziel* Exod. XL, 20. In ſingula tabula quinque praecepta exarata fuiſſe contendit Auctor Sepher Ikkarim. *Voiſin.* Pug. fid. p. 68. b. fin. De montis Sinai ſuper Iſraelitas eleuatione, cum ferretur Lex. *Edzard.*

bem. *ibid.* fol. 20. col. 4. init. Qui negat legem eſſe de coelo, non ſit particeps vitae aeternae. *ibid.* fol. 21. col. 2. init. Lex diſcenda eſt Iudaeis omnibus. *Wagenſeil.* Sota p. 522. Legem propter ſe ipſam diſcere quid? *ibid.* p. 547. Quam grata ſit doctrina legis Deo. *Tanch.* fol. 45. col. 3. med. Lex eſt medicina totius corporis. *ibid.* fol. 27. col. 4. poſt med. Cum Deus daret legem, nulli inter Iſraelitas בעלי מום fuerunt. *ibid.* Lex ignea eſt, et igne data, et comparatur cum igne. *ibid.* fol. 28. col. 1. poſt med. it. col. 2. med. Deus primum legem obtulit omnibus gentibus. *ibid.* fol. 28. col. 2. p. init. fol. 87. col. 2. p. init. *Rabboth* fol. 305. col. 1. ante med. Num librum legis tempore incendii eripere ex flamma liceat in Sabbatho. *Tanch.* fol. 28. col. 2. med. Sexaginta myriades angelorum deſcenderunt cum Deo in monte Sinai, cum promulgaret legem, et impoſuerunt coronam vnicuique Iſraelitarum. *ibid.* fol. 33. col. 3. p. init. *Rabboth* fol. 264. col. 4. circ. fin. Lex comparatur aquae, eiusque ſtudium omnibus incumbit. *Tanch.* fol. 39. col. 1. poſt init. fol. 84. col. 4. circ. fin. Proſelyti, qui in Legem incumbunt, aequiparantur Sacerdoti S. *ibid.* fol. 39. col. 1. p. init. Sacrificiorum inſtar hodie eſt ſtudium legis *ibid.* fol. 52. col. 2. p. init. Lex data eſt per ignem, aquam, et in deſerto, et cur? ibid. fol. 58. col. 3. p. med. Mundus, antequam lex daretur, mera fuit caligo, poſt datam autem legem illuminatus fuit. *ibid.* fol. 59. col. 2. p. init. Quando Deus deſcendit in montem Sinai, XXII mille currus angelorum deſcenderunt cum ipſo *ibid.* med. Ioſephus ſeruauit legem de adulterio, antequam data eſſet, itemque de ſabbato ſeruauit. *ibid.* fol. 63. col. 1. poſt med. et col. 2. init. Lex diuina quotidie legenda. vid. *Cramerus* ad Cod. Succa p. 258. Lex diuina etiam Infantibus Iudaeorum inculcata. *ibid.* p. 291. De

ſtu-

ſtudio legis. *Rabboth* fol. 151. col. 2. ante med. it. fol. 286. col. 1. tot. Si duo poſſident vnum librum legis, non debent illum diuidere. *Baba Bathra* Cap. 1. miſchn. 6. Quare duae fuerint tabulae Legis, et cur lapideae. *Tanch*. fol. 36. col. 1. poſt init. fol. 79. col. 3. et 4. init. Filia vocis quotidie proclamat ob deſpectum legis. *ibid*. fol. 36. l. c. Quicunque ſtudet in lege, Rex euadit et princeps *ibid*. fol. 37. col. 1. poſt med. Legis libri combuſti. *Abarban*. in Proph. prior. in Ind. Lex a Iudaeis impletur. *Edzard*. Auod. Sar. cap. 1. p. 8. ſeq. Lex ceremonialis ſub Meſſia eſt abroganda. *ibid*. p. 194. et 200. Feſtum laetitiae legis quale. *Edzard*. Berachot p. 243. Lex oralis praefertur legi ſcriptae. *Wolf*. not. ad Mardoch. p. 72 et 99. it. *Rabboth* fol. 211. col. 1. med. Lex oralis et lex ſcripta conſtant 104 libris. *ibid*. fol. 207. col. 4. poſt med. Legem coacte receperunt Iudaei. *En Iſrael* part. 1. p. 52. col. 1. p. init. Quare decalogus Angelis non fuerit datus. *ibid*. col. 2. circa fin. Lex ante mundum conditum iam fuit. *Rabboth* fol. 151. col. 2. ante med. Rabbini tanto ſtrepitu promulgatam fuiſſe legem dicunt, vt etiam gentiles illam audientes pertimuerint, ne diluuium iterum mundum ſubmerſurum ſit; eamque ob cauſſam ſe ad Bileamum contulerint, eumque hac de re conſuluerint, qui vero tale ipſis reſponſum dedit: Deum ſemel iuraſſe, ſe nolle diluuium amplius in mundum mittere, ſed ſtrepitum illum, quem audirent, oriri ex eo, quia Deus populo ſuo legem promulgaret. *Iarch*. Comment. in Pſalm. XXIX, 9. Tabulae legis fractae vna cum tabulis integris poſitae ſunt in arcam foederis. *Targum Ben Vziel* Exod. XL, 20. In ſingula tabula quinque praecepta exarata fuiſſe contendit Auctor Sepher Ikkarim. *Voiſin*. Pug. fid. p. 68. b. fin. De montis Sinai ſuper Iſraelitas eleuatione, cum ferretur Lex. *Edzard*.

vaſſe, notat enim *Talmud.* in *Auoth* cap. 5. *pluuiam ignem altaris nunquam extinxiſſe.* Certe ſecundum *Maimon.* in *Tamid. Vmuſaph.* cap. 2. §. 6. ille vapulare debuit, qui praeſumſiſſet ignem illum ex intentione extinguere: quod ſatis oſtendit ipſos non negligenter hoc praeceptum de ignis perpetuitate obſeruaſſe. De Feſto ξυλοφορίας quo ligna de quibus loquimur afferebantur vid. *Ioſeph.* de *bello* libro 2. cap. 31. *Maſſechet Taanit* cap. 4. recenſet nouem dies ſpeciales in anno, ad hoc deſtinatos vt nouem familiae in illis ligna afferrent. 1. Die Niſan afferebant *Arahi* filii; die 2. Tammus filii *Davidis*, filii Iudae; die 5. menſis Abh filii Paroſch; die 7. eiusdem menſis filii *Ionadab* filii Rechab; et die 10. filii *Senaab;* die 15. filii *Zattu;* die 20. filii *Pacath Moab.* Die 20. menſis Elul filii *Addin;* 1. Thebet iterum familia Paroſch.

§. Ligna hac ratione allata primum ſeponebantur in לשכת דיר העצים *Conclaue lignorum*, quod erat in angulo ſeptentrionali atrii mulierum, et deinde ab illis ſacerdotibus qui ob aliquod vitium ad ſanctiorem cultum ineptiores erant, perſcrutabantur, an nulli inessent vermes, (Middot c. 2,) quae ab illis immunia erant deinde trasportabantur in aliud conclaue, quod in *Middot* cap. 5. etiam לשכת העץ vocatur, item conclaue *Parbedrin*, vt deinde ligna ad continuum vſum ad manus eſſent. Illa ligna vero quae vermibus corroſa erant, poterant adhiberi ad aſſationes, coctiones et alias praeparationes carnium ſacrificiorum; item pro igne quo ſe refocillabant tempore brumae ſacerdotes et Leuitae.

De modo diſponendi ligna in altari. *Maimon.* Tamid. cap. 2. §. 2. ſeqq. imprimis §. 7. ſeqq. De feſto die ξυλοφορίας et ſacrificio lignorum. *Maimon.* de Vaſ. Templi. cap. 6. §. 9. Omnia ligna apta erant ad ſtruem altaris, excepta vite et olea. *Tanch.* fol. 40. col. 1. poſt init.

LIN.

LINGVAE an aeternae ſint, diſputatur in *Coſri* p. 25. Plurimarum peritiam maxime neceſſariam eſſe oſtendit *Selden. Syned.* II. 244. 395. praecipue autem hebraicam vtilem et neceſſariam eſſe probat Coſri 131. 303. Cl. *Buxt.* VIII. Diſſert. 1. De linguarum confuſione, varietate, numero, *idem* VII. *diſſert.* 52. Seniores Synedrii magni debebant plurimarum linguarum, 70. nempe, cognitionem habere, ne opus haberet ſenatus audire quenquam ex ore interpretis. Vid. *Maimon. Sanhed.* cap. 1. §. LXX. linguas calluit Mardochai vnus ex magnis ſenatoribus, illud ignorarunt שני טרסיים *duo Tarſii* (vel aerifices) et loquuti ſunt in lingua Tarſi. *Megillah* fol. 13. 2.

§. De linguis vid. *Graecia.*

Mors et vita pendent a lingua hominis. *Tanch.* fol. 50. col. 1. med. *Rabboth* fol. 165. col. 4. poſt init. Qui lingua ſua abutitur, occidit proximum *Tanch.* l. c. Linguae in orbe quot ſint? *Wagenſeil.* Sota p. 669. *Rabboth.* fol. 343. col. 1. med. Adam nouit LXX. linguas. *Tanch.* fol. 77. col. 3. ante med. Lingua ebraea eſt primigenia. *ibid.* fol. 5. col. 1. med. *Rabboth* fol. 343. col. 1. med. Perperam orientis linguae neglectae a patribus. *Cleric.* epiſt. crit. ep. 4. p. 131. De Meninski theſauro linguar. orient. vid. *Act. Erudit.* Ann. 1683. p. 362.

* **LITTERAE.** De diſcrimine litterae Saiin et Sin. Bart. et Iom Tobh ad *Berachot* cap. 2. miſchn. 3. Si vel vnica in lege littera mutetur, totus deſtruitur mundus. *Tanch.* fol. 1. col. 1. init. In litteris coronatis vnaquaeque coronula multos continet cumulos deciſionum. *ibid.* De illis vid. etiam *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 97. not. De litteris ſ. characteribus coeleſtibus. *ibid.* p. 13. not.

לקט *Leket* ſpecilegium, eius definitio eſt הנושר בשער הקצירה illud quod decidit cum ſeges demetitur, omne itaque illud quod ex manibus meſſorum

violen-

violentia quadam excuſſum eſt לקט eſſe non poteſt; niſi forſan illud quod intra manus meſſoris eſt. Vid. *Bartenoram* ad *Peah.* 4. 10. Si pauperes poſt meſſores incedentes, reperiunt foramina formicarum in quae congeſtum eſt frumentum; ſpicae ſuperiores ſunt pauperum, quia praeſumuntur ex hac meſſe decidiſſe; inferiores vero et quae iam nigreſcunt, ſunt Domini agri. *ibid.* v. 11.

§. Omnia quae in loco acerui frumenti, in quo pauperes nihil adhuc legerunt, in terra iacentia reperiuntur, pauperibus cedunt. *Peah.* 5. 1. Si ventus quaedam ex manipulis diſpergit, metiuntur illa an poſſint menſuram ſpicilegii conficere, ſi poſſunt, relinquunt pauperibus. Menſura autem illa eſt quatuor Cabi ex Coro, ſiue 30. ſeae. Culmus ſiue ſpica quae cum vicina non demetitur, ſed ſola relicta erecta ſtat, Domini agri eſt, ſi modo ad reliquarum ſpicarum magnitudinem creuerit, ſin, pauperum eſt. *ibid.*

Si commixtae fuerint quaedam ſpicae cum aceruo frumenti, pater familias profert duas ſpicas, (ſecundum Ionathan Gen. XLI, 47. talis ſpica facit duos pugillos) et ad vnam dicit, *ſi tu ad ſpicilegium pertines bene eſt, et haec altera erit decima eius.* Deinde primam tradit pauperi, alteram ſacerdoti. *Peah.* 5. 2. *Maimon. Com.* Non demetendum eſt vna cum frumento leguminis illud genus quod טרפה vocatur, ne ſpicilegium illius pauperes impediat. Si quis pater familias ipſemet opus habet angulo agri et ſpicilegio, in itinere conſtitutus, aut alia neceſſitate adactus, domum reuerſus illud iterum reſtituere debet. Secundum Maimonidem vero dare poterit, quod libuerit. *Peah.* 5. 4.

§. Nemo debet operarios conducere, ea conditione, vt filii ipſorum poſt ipſos ſpicilegium colligant. Ille qui non permittit pauperibus, colligere, aut permittit huic et non alteri, aut vnum ex illis adiuuat, aeſtimatur defraudare pauperes. *ibid.* v. 6.

A quo tempore הנמושות *ſenes* incipiunt ad ſpicilegium ire, et poſtquam deſcendit pluuia ſecunda (poſtquam

Digitized by Google

quam appropinquauerit dies 7. Octob.) cuius ſpicilegium facere licet. Quia praeſupponitur tunc pauperes ſufficienter collegiſſe, et deinde ne ea quae ab ipſis relinquuntur corrumpantur. *Peah.* 8. 1.

LOTIO. Erat lauacrum in Bethania. vid. *Bethania.* Sacerdotes ante cultus templi inchoationem aquis ſe purificare debebant. Vid. *Maimon.* Biat Hammikd. cap. 8. §. 1. Vid. *Labrum* et *cultum Templi.* De ſummi ſacerdotis quinque lotionibus in die expiationis. vid. *Expiationis feſtum*, et Ioma. c. 3.

§. In nuptiis adhibuerunt diuerſa vaſa ad lauandum manus, erat משיכלא משי כולא *vas maiuſculum ex quo ſe lauabant omnes* et משיכלתא משיא כלתא *vas minuſculum ex quo ſe lauabat ſponſa*, et vt Gloſſ. *etiam digniores conuiuae.* Schabb. fol. 77. 2.

§. Quando totum corpus inter lauandum immergebatur, lotio vocatur קידוש, quae fiebat ſecundum *Iarchi* ad *Exod.* XXX, 19. *Imponendo manum dexteram, ſuper dexterum pedem, manum ſiniſtram ſuper ſiniſtrum pedem et ita lauando.*

§. De manuum lotione eleganter diſſeruit Cl. *Pocok. in porta Moſis* 376. miſcel. Item Cl. Buxt. VIII. *diſſert.* 397. de illa quoque tractat codex *Iadaim.* c. 2. *Scaliger.* contra Serrarium c. 7. *Druſius* Marci VII.

§. Quicunque comedit panem absque lotione manuum, perinde eſt כאלו בא על אישה זונה *ac ſi rem haberet cum muliere meretrice* R. Elieſer dicit, quicunque vilipendit lotionem manuum, extirpatur ex hoc mundo; in lotione manuum autem Raf obſeruari vult, vt in aquis purioribus (h. e. ante cibum ſumptum) eleventur manus ſurſum, vt aquae vſque ad brachia defluant, ne a coniunctura reuertantur, et iterum manus polluant: Aquam autem ſecundam purificare aquam primam, et vt aqua ante prandium ſuper manus effundatur duabus vicibus. *Sota* fol. 4. 2. Non lauabant manus ſuper terram, i. e. vt aquae decidant in terram, ſed in vas. *Schylchan Aruch* p. 1. fol. 3. col. 3.

§. In

Digitized by Google

§. In feſtis manus tenentur lauare, ante profanorum eſum, vt et decimarum et *Trumae*, ante eſum vero ſancti et ſacrificii pro peccato manus intingere; cuius manus immundae ſunt, immundum eſt corpus. *Chagigah* cap. 2. Qui lauauit cum intentione profana ſolum comedendi, decimas edere non debet; qui cum intentione edendi decimas, Trumam edere non debet; qui lauauit reſpectu ad grauius habito, leuius eadem actione licitum ſibi fecit. *ibid.*

§. In *Babyl. Berachot*. fol. 46. 2. refertur vilipenſionem lotionis manuum ex iis rebus eſſe, pro quibus ſynedrium excommunicat, et re ipſa ab eo ideo excommumunicatum fuiſſe R. Eleazar ben Hazar, שפיקפק בנטילת ידים *quod vilifaceret lotionem manuum.* Lotio manuum et earum immerſio eſt inſtitutio ſcribarum. *Maimon* in *Mikvaoth* cap. 11. Et ſecundum *Hieroſ. Schabbat* fol. 3. 4. ab Hillele et Schammaeo. De origine huius conſuetudinis loquitur *Maimon.* in טומאת אוכלין cap. 16. *Quamuis permiſſum ſit edere edulia immunda, et poculenta immunda bibere, religioſi tamen antiqui comederunt communem victum ſuum munditia; atque illi vocabantur Phariſaei. Atque res haec eſt ſummae ſanctitatis, et via ſummae religionis, vt ſe homo ſegreget a vulgo, vtque illud nec tangat, nec cum eo comedat, nam ſeparatio talis inducit in puritatem corporis* etc.

§. *Bab. Taanit* fol. 20. 2. מילתא דשיבתא הוא *Res Schibbtae fuit.* Gloſſ. *Schibbta ex daemonibus eſt, qui iis nocent, qui non lauant manus ante cibum.* An non hoc ſatis terriculamenti, ne lotionem manuum negligamus! Memorabilis etiam eſt Canon *Hieroſ. Challah* fol. 58. 3. *Ad placentam et manus lotionem ambulet homo, vſque ad quatuor milliaria.*

§. Cum manus lauarent, vt iam innuimus, lauarunt pugnum עד הפרק vſque ad iuncturam Lacerti. *Iadaim* c. 2. v. 3. Mundificatio manuum et pedum in templo erat vſque ad iuncturam. *Cholin* fol. 106. נטילת ידים reſpondet τῷ νίψωνται Marc. VII. et טבילת ידים ipſius βαπτίζωνται. Manus illas, quae opus habuerunt טבילה,

non

non tinxerunt niſi idoneo loco, vbi ſcilicet congregabantur quadraginta ſeae aquarum. *Maimon.* in *Mikuaot.* cap. 11. In quo Maimonidis tractatu, plurima adhuc de manuum lotione reperies. Vid. etiam *Bab. Beracbot.* fol. 46. 2.

§. Ad lotiones corporis habebant balnea (vid. f. l. in B.) item Cupas, hinc illud. *R. Sira* ſedebat באגנא *in Cupa aquae* ad ſe lauandum. *Bab. Beracbot* fol. 22. 1. Cupas maiores et minores etiam vocabant אסבטי *Nedarim* fol. 41. *Mikuaot.* cap. 6. Homo Gonorrhaeus non niſi in fonte lauabatur. At foemina profluuio laborans, vt et omnes alii immundi, abluebantur במקוה in *collectione* aquarum, in qua tantum aquae eſſe debebat, quantum requiritur ad totum corpus abluendum merſione vna; qualis locus in profunditate tres cubitos habere, et ad 40. ſeas aquae continere poteſt. *Maimon.* in *Hal. Mikuaot* cap. 1. et 4. Miſchna in *Mikuaot* cap. 2. 3. de lotione Proſelytorum vid. *Baptiſmum.*

§. Si quis contraxit immunditiem הטומאה *a patre immunditiei*, (vid. *Immunditiea*) eſt טבול יום (v. ſ. l.) et opus habet immerſione totius corporis. At ob immunditias inferiores ſatis erat mundificare manus. Vid. R. *Salomoh* in *Kelim* cap. 1.

§. Quomodo ידות של כלים *manubria*, anſae, et partes externae vaſorum domeſticorum rite emundari et fricari debebant. Vid. *Mikuaot* cap. 10. quaedam adduxit Cl. Buxt. L. Talm. p. 644. Vid. etiam סדר טהרות. Abluunt omnia vaſa ante Sabbathum *Berza* fol. 17. 2. Poſt celebrationem feſtorum omnia lauabant vaſa (vid. *Atrium*) hos licet in feſto lauare, qui veniunt ex prouincia maritima (vid. מדינת הים) captiuitate, carcere, excommunicatione. Item lintea manuum, lintea tonſorum, balneatorum, gonorrhaea laborantium, omnes denique immunditie adfectos lauare licet; reliqui autem a lotione prohibentur. *Moed Katon* c. 3. 2. Quae in lotione obſtacula eſſe poterant, cum cura ſemouebant. *Berza* fol. 17. 2. *Succa* fol. 36. 2.

Digitized by Google

§. In lotione veſtimentorum hoc obſeruarunt, vt ſanctiores habiti ſemper illa lauarent, ſi profluuio vel alia impuritate immunda facta erant. De veſtimentis illis haec ſcribitur regula in *Chagiga* cap. 2. v. 7. *Veſtimenta plebeiorum ſunt* מדרש *cauſſa vel origo impuritatis Phariſaeis, Phariſaeorum edentibus Trumam, edentium Trumam edentibus ſanctum; edentium ſanctum edentibus ſacrificium pro peccato.* Ioſe Ben Ioeſer pientiſſimus fuit inter ſacerdotes, peplum tamen eius immundum redditum eſt ab edentibus ſanctum.

§. De pelui in qua pedes lauantur haec habet *Iadaim* cap. 4. 1. *Iſto die* (quo praefecerunt ſynedrio R. Elieſerem Ben Aſariae,) *numerata ſunt ſuffragia, et determinarunt* על עריבת רגלים *de pelui qua lauandi pedes, illam nempe continere debere a duobus logis vſque ad decem logos.*

§. Circa lotionem pedum quam Chriſtus diſcipulis fecit, haec obſeruanda. 1. Fuiſſe rem inuſitatam, vt ſuperiores lauarent pedes inferiorum. Inter officia praeſtanda ab vxore erga maritum hoc vnum erat, vt lauaret faciem eius, et manus et pedes, *Maimon.* in אישות cap. 21. Eadem praeſtanda a filio Patri. *Toſiphta* in *Kidduſchin* cap. 1. Eadem etiam a ſeruo erga herum *Kidduſchin* fol. 22. 2. At non vice verſa.

2. Obſeruat Cl. Ligtfootus nunquam lotos fuiſſe pedes ſolum ſub notione purificationis legalis. Lotas quidem fuiſſe manus ſolum a Phariſaeis, ſub ea notione, ſed non pedes, et manus et pedes a ſacerdotibus, at non pedes ſolum. Quo longius ergo haec actio Chriſti recedit a communi more, eo altius aſſurgit ad erudiendum ſuos, propoſita non ſolum in exemplum, ſed et in doctrinam.

Lauare ſeſe debebant ſacerdotes ex labro, quin et ex alio vaſe, modo non eſſet immundum. *Maimon.* Biat Hammikd. cap. 5. §. 10. Non niſi ſemel lauare ſe debebant in die ſacerdotes, niſi in certis caſibus. *ibid.* §. 3. De lotionibus ſummi ſacerdotis

Digitized by Google

dotis in feſto expiationis *ibid.* §. 7. ſeq. De hoc ritu plura vid. in *Ioma* cap. 3. §. II – VI. et notas Sheringhami ex edit. Rhenferdii Franequ. 1696. Omnes aquae legitimae erant ad lotionem, modo non immutaſſent colorem. *Maim.* Biat Hammikd. cap. 5. §. 12. Lotionis manuum neceſſitas. *Wagenſeil.* Sota p. 91. Lotio manuum Iudaeis vſitata. *Cramerus* ad cod. Succa p. 118. ſeq. quomodo peragenda. *Wagenſ.* Sota p. 44. De lotione manuum ante et poſt cibum. *Tanch.* fol. 73. col. 2. med. *Rabboth* fol. 228. col. 3. ante fin. De ritu lavandi manus peculiarem edidit librum R. Abraham fil. Schelomo Trecenſis. *Wolf.* Bibl. Hebr. part. I. p. 103. Lauarunt veteres ſapone quodam *barda* dicto. *En Iſrael* part. I. fol. 46. col. 1. med. De modo abluendi. *Maim.* Biat Hammikd. cap. 5. §. 16. De lotionibus veterum Ebraeorum. *Pet. Zorn.* ad Hecataeum p. 171. De lotione vaſorum, in quibus coctum fuerat ſacrificium pro peccato. *Maimon.* Corbanot. cap. 8. §. 11. ſeq. De lotione veſtium, ſi quis de ſanguine ſacrificiorum pro peccato aliquid in iis accepiſſet. *ibid.* cap. 8. tot. Qui luget vxorem mortuam, prima nocte non debet lauare. Miſchn. *Berachot* cap. 2. miſch. 6. Super ſeruum mortuum non debent accipere conſolationes. *ibid.* miſchn. 7.

LOCA quaedam terrae Iſraeliticae recenſere ad intelligentiam plurimorum locorum Talmud. non incongruum erit. Vid. in genere de regione iſraelitica ſ. l. *de Bethphage*, *Bethoron*, *Emmaunta*, *Beth Chadudo*, *Dalmanuta*, *Gadara*, *Galilaea*, *Gaza*, *Gehinnom*, *Geneſaret*, *Gerizim*, *Guſch chalab*, *Iabhne*, *Lydda*, *Iericho*, *Ieroſolyma*, *de loco* אונו מזיב, *Alexandria* vid. in ſuis locis. De בירת נמר vid. in N. de מורעירת in M. מוצא eſt locus prope Kedronis vallem, ex quo decerpſerunt ramos ſalicum in feſto tabernaculorum. *Succa* cap. 4. 5. *Zuphim* צופים eſt collis a ſeptentrione Hieroſolymam

 aſpi-

Digitized by Google

aſpiciens. *Hieroſ. Berachot.* fol. 13. 2. *Bab. Berachot* fol. 49. 2. *Pirke* R. *Elieſer.* cap. 31. *Noba* locus fuit non remotus Hieroſolyma, nam vrbs illinc commode conſpici potuit, illuc venit Sancherib et vrbem conſiderauit deſpiciendo. Chald. Eſai. X, 32. Kimchii in loc. *Bab. Sanhed.* fol. 94. 2. *Hebron* vid. ſ. l. *Beth Cherem* v. ſ. l. De *monte Simeonitidis* vid. in S.

§. De הר צבועים vid. Challah cap. 4. 10. Tres vrbes vaſtatae ſunt כבול propter diſcordiam, שיחין propter artes magicas, et מגדל צבעייא turris Zebaia propter ſcortationem. *Hieroſ. Taanit* fol. 69. 1. De ביתרי et קוכי V. *Sanh.* f. 95. 1. De Gophna *Hieroſ. Taan.* fol. 69. 1. *Octoginta paria fratrum ſacerdotum, duxerunt in vxores octoginta paria Sacerdotiſſarum in Gophna, nocte vna. Vallis Rimmon*, in ea ſemel ſeptem ſeniores intercalarunt annum. *Hieroſ. Chagiga* fol. 78. 4. עקרבת diſtabat Hieroſolymis ſpatio itineris vnius diei verſus ſeptentrionem. *Maaſer Scheni* cap. 5. v. 2. *Neapolis* v. ſ. l. *Caeſarea* v. ſ. l. *Bethſchean* v. ſ. l. *Tiberias* v. ſ. l. De עין סוכר aliquando afferebantur duo panes offerendi a ſummo Pontifice, *Baua Kama* f. 82. 2. §. De quibusdam pagis vid. in כפר. De Capernaum vid. etiam in C. De כפר נבורייא *vrbe Nauoria* mentio fit *Megillah* f. 18. 1. כפר ברקאי vrbe *Barkai* loquitur *Kerithut* fol. 28. 2. De כפר פאגי *Meilah* fol. 7. 1. De כפר עזין *Kilaim* c. 6. De Kephar סכניא *Secaniae. Auoda Sara* fol. 17. 1.

LOCVSTAE. Illas venebantur in eſcam, quibus non nobilior victus. Species mundarum locuſtarum Gemariſtae fingunt eſſe octingentas *Hieroſ. Taanit* fol. 69. 2. labore et acumine opus eſſet, omnes illas ſuis nominibus deſcribere *Bab. Schabbat* fol. 160. 2. *Tradunt Rabbini* חצר חגבי' והגזין *qui venatur locuſtas, bruchos, crabrones etc. in Sabbatho reus eſt;* ſecundum Gloſſ. הגזין ſunt de genere locuſtarum mundarum quae comeduntur; excipit Gemara, quod ſcilicet etiam in Sabbatho locuſtas venari liceat, modo ſit tempore roris, quia tunc gradum ſiſtere ſolent, aut gregatim

cunt,

eunt, vnde absque magno labore capi poſſunt. In Sabbatho enim quicquid laborem ſecum fert, fugiendum.

§. Pro locuſtis (intellige ad cibum aptis) benedicunt benedictione quae incipit, שהכל *per cuius verba omnia. Berachot* c. 5. Locuſtae annumerantur etiam carni, vid. *Joh. Bapt.* in I. quaenam eſui idoneae ſint lege in Cholin f. 65. 1.

Octingentae ſunt ſpecies locuſtarum mundarum. *Rabboth* fol. 292. col. 1. poſt med. Quaedam gentilium locuſtae prohibitae ſunt in eſcam. *Auoda Sara* cap. 2. miſchn. 7. Quaenam locuſtae prohibitae ſint, quaenam licitae, *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 141. et 169. Locuſtae etiam in regum menſis apponuntur. *ibid.* p. 515. Varia de locuſtis et quaenam gentes iis veſci ſolitae ſint. *I. G. Stuck.* Antiquit. Conuiu. lib. 2. cap. 9.

✱ LORICA. De loricis veterum. *Petr. Zornii* opuſc. ſacr. Tom. II. p. 364.

LOTH fuit princeps iudicum, primus eſt ſummus praetor *Bereſchit Rabba* ſect. 50. vid. *Sodomah.* Quicunque ardet poſt concupiſcentiam libidinum סופו שמאכלין אותו מבשרו *eius finis eſt, vt veſcatur propria carne ſua;* Talis fuit Loth, ideoque filiarum ſuarum ſcortatione ſe tandem expleuit, filiae autem appellantur caro parentum. *Bereſchit Rabba* ſect. 51.

Quo die Loth, ſeparatus fuit ab Abrahamo, Sodomamque elegit, factus eſt impius vna cum Sodomitis. *Tanch.* fol. 8. col. 2. poſt init.

לשכת vid. *Conclauia.*

✱ LVCAS medicus de quo *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. Tom. II. p. 553.

LVCERNAE. In templo vid. *Cultus quotid. temp.* de loco lucernarum vid. *Maim. Hal. Beth Habech* c. 1. ſub fin. c. 2. ab init. de ſtructura *Candelabri* vid. eiusdem tract. cap. 3.

Ex lucerna, cui addita eſt imago idololatrica, candelam accendere non licet. *Tanch.* fol. 11. col. 4. circ. fin. De lucernis feſti Encaeniorum. *ibid.* fol. 63. col. 2. p. init. Num oleo cumbuſtionis lucernam accendere liceat in Sabbatho. *ibid.* fin. De lucernarum vſu in ſacris. *Zornius* hiſtor. Hecataei. p. 122. et 137. De lucernis ex Archimedis officina ipſis ſibi nutrientibus incendium, vide quae e lactantio Ioh. a Chockier in face hiſtoriarum part. I. c. 20. adfert. *Fabricii* Bibl. graec. lib. 3. cap. 22. p. 554. De lucernis ſepulchralibus tr. Petri Santi Bartoli Rom. 1691. *Act. Erudit.* An. 1692. p. 225.

* LVCI gentilium ſunt prohibiti. *Auoda Sara* cap. 3. miſch. 5. Tria lucorum ſunt genera *ibid.* miſch. 7. Quinam ſint et dicantur luci. *ibid.* it. *Cramerus* ad Cod. Succa p. 172. ſeq. Non licet edere ſub vmbra luci idololatrici *Auod. Sar.* cap. 3. miſch. 8. Non licet ex arbore idolis dicata adhibere ligna. *ibid.* miſch. 9. Quomodo ceſſat arbor idololatrica ſacra eſſe. *ibid.* miſch. 10. Quare Elias ſacrificauerit in excelſis. *Rabboth.* fol. 209. col. 4. fin. fol. 155. col. 3. circ. fin. *Tanch.* fol. 63. col. 1. init. Quare Gideon ſacrificauerit in excelſis. *ibid.* it. *Rabboth* fol. 210. col. 1. init. fol. 155. col. 3. ad fin. Luci ante exſtructum tabernaculum non fuere prohibiti. *ibid.* col. 2. med. De lucis veterum. *Zornius* in hiſtor. Hecataei p. 106. et p. 161. ſeq.

LVCTVS. De morte vid. ſuo loco. In vſu eſt claudere defuncti oculos; et ſi os apertum habeat, alligare maxillas vt claudatur et obturare maiores meatus eius, poſtquam ipſum (ſi ita viſum fuerit) aromatibus condiuerunt. Abſcindunt etiam capillos eius, poſtquam ipſum inuolucris albis ex lino contextis, et non

magni

magni pretii inuoluunt; Sudarium quod vulgo adhibent, vltra denarium non valet, ne pudorem faciant illis, in quorum facultate non eſt, pretioſius habere. Faciem denique mortui tegunt, ne pudore afficiantur pauperes, quorum facies vt plurimum nigreſcunt. Prohibitum eſt ſepelire aliquem inuolucris של משי Byſſinis, aut veſtimentis deauratis et acu pictis, licet mortuus praeſes ſynedrii fuiſſet, hoc enim argueret גסות רוח ſuperbiam et morem gentilem. Ille qui agone conſtitutus eſt, conſideratur adhuc vt perfecte viuens, hinc nec vaſa vmbilico eius imponunt, nec meatus eius obturant, nec eum aromatibus vngunt; oculos vero eius non claudunt cum animae egreſſu, ſed paululum expectant: qui aliter fecerit, aeſtimatur quaſi ipſum interfeciſſet. *Maim. Hal. Ebbel.* c. 4.

§. In mortuo ſepeliendo non moras nectunt, ſed funus accelerant, niſi forte inſtet feſtum aut Sabbathum, aut pluuiae locum ſepulchri aqua impleuerint, aut mortuus ſit pater vel mater, ad parentum enim honorem facit ſepulturam retardare. In reliquis vero caſibus המלין את מתו *qui mortuum ſuum per noctem inſepultum relinquit*, transgreditur praeceptum affirmatiuum. *Maimon.* l m. c.

§. De veſtium laceratione in luctu, vid. *Laceratio.* De ingenti quodam luctu legitur in *Baua Kama* fol. 17. 1. dicitur enim 36000. qui luctus cauſſa veſtes ſuas dilacerauerant, feretrum anteceſſiſſe.

§. Mortuum ferunt humeris vſque ad ſepulchretum. Qui humeris feretrum ſuſtinent, ſandalia ſua inducere non debent, ne forte vni aut alteri ligamina diſrumpantur, et ille in cadendi periculo ſit; deinde in aliqua ſpeluncae parte foueam adaptant, ipſum facie ſurſum verſa demittunt, terram quam effoderunt ipſi iniiciunt, et tandem lapides imponunt; qui ipſum comitati ſunt, dicunt לך בשלום *Abi in pace.* (*Maim. Hal. Ebbel* c. 4.) Horum comitantium coetus vocatur שורה quaſi lineam diceres: huius lineae ordo primus fuit proximorum (quales ſunt maritus, vxor, liberi) ſe-

cundus; amicorum ſpecialium, tertius, communis coetus eccleſiae: (*Berachot*. c. 3.) Cum ita cum funere progrediebantur per ſeptem vices conſederunt לכבוד המת *in honorem defuncti*, et dixerunt ad vnum quodque caput planctus עמדו יקרים עמדו שבו יקרים שבו *ſurgite pretioſi, ſurgite; Sedete pretioſi, ſedete* etc. (Gloſſ. ad *Megillah* c. 43.) Talia erga mortuos officia vocarunt גמילות חסדים *exhibitionem miſericordiarum. Hieroſ. Sanhed.* fol. 23. 3. Vbi etiam de ingrata quadam vrbe recenſetur, illam praeſtanti cuidam diſcipulo ſapientum, fato ſuo functo, non exhibuiſſe miſericordias, ſed contra, cum quidam publicanus mortuus eſſet, ab operibus ceſſaſſe, vt rite bellum hominem lugere poſſet. Quomodo ſummus ſacerdos funus comitetur vid. *Sanhed.* c. 1. quando ipſe conſolationem accipiebat, tum totus populus ipſi dicebat, אנו כפרתך ſimus nos expiatio tua (Gloſſ. in nobis fiat expiatio tua, nosque ſubeamus tuo loco quicquid tibi euenire debet.) Et ipſe reſpondebat eis תתברכו מן השמים *benedicti ſitis coelitus. Rambam* c. 2. *Negaiim* notat priorem locutionem eſſe formulam, qua quis magnitudinem amoris ſui teſtabatur, illamque imitatus eſt Paulus ad Rom. VIIII, 3. quando *optat vt Anathema fiat pro ipſis. Sanhed.* 18. 1. in Miſchna.

§. Poſtquam mortuus terrae mandatus eſt, pingunt ſepulchrum ובונים נפש על הקבר *et aedificant ipſi monumentum ſuper ſepulchrum;* iuſti tamen ſibi monumenta non aedificare curant; quia verba ſunt μνημεῖα ipſorum. *Hal.* אבל. c. 4. *Schekalim* cap. 4. *Bereſchit Rabba* ſect. 82. fol. 92. 1. *Hieroſ. Schekalim* cap. 2. in Gem. Sepulchrorum cippis inſcribunt adhuc hodierni vt priſci: *Quies eius ſit in faſciculo viuentium, cum reliquis iuſtis, Amen, Amen, Selah.* Item anima eius ſit colligata בגן עדן A. A. A. S. *Midraſch Cohelet* 3. 21. Duo Epitaphia viri et foeminae habes apud Cl. Buxt. Lex. Talm. p. 971.

§. De ſepeliendi antiquitate, ritu, legibus v. *Sanhed.* 46. 2. *Buxt. Syn. Iud.* 702. *Leo Modena.* H. Iud. v. c. 8.

Sepul-

Sepulchra quaedam extraordinaria erant, 1. erat קבר הנמצא *ſepulchrum inuentum*, cum in alicuius praedio Domino inſcio aliquis ſepultus fuerat. 2. Erat קבר מזיק את הרבים *ſepulchrum nocens publico*, qualia familiae Dauidis et ſepulchrum Huldae, intra Hieroſolymam ſita, in qua tamen ſepulchra fieri non debebant, quare etiam ſepulchra domus Dauidis ſuo loco mouerunt, filiorum Huldae vero reliquerunt, certas ob cauſſas vid. *Hieroſ.* נזיר fol. 57. 4. His ſepulchris extraordinariis accenſe etiam duo illa ſepulchreta, in quae ponebantur illi qui a ſynedrio morte affecti erant, non quidem quaſi extra ordinem fuiſſent, ſed quia pro tempore ſolum cadauera retinebant, et tanquam publica carcinomata aeſtimabantur; relinquebantur autem ibi interfecti, donec caro conſumpta erat, deinde oſſa effodiebantur, et in ſepulcra patrum ipſorum recondebantur. *Sanhed*, cap. 6. 5. In vno ex illis ſepeliendus erat ex more D. N. I. Chriſtus, niſi Ioſephus pie audax a Pilato impetraſſet, vt honeſtius humaretur. Tradunt etiam Rabbini, Iudaeos qui Piſae in Italia ſepeliuntur, triduo conſumi, propterea quod eo olim vaſculum terrae caemeterii ſiue vrbis Ieruſalem allatum ſit, et in eum locum euacuatum, vbi mortui ſepeliebantur, vnde poſtea obſeruatum, carnem mortuorum tribus diebus fuiſſe conſumptam. Vid. *Iuchaſin.* fol. 136. 1.

§. Generales regulae ſepulchrorum hae erant. 1. Per locum ſepulchrorum canalis aquarum non eſt deriuandus, non ducenda via publica, non paſcenda illic pecora, nec colligenda illinc ligna. *Maſſecbet Semachot* cap. 44. 2. 2. Nemo debet inter ſepulchra cum Phylacteriis capiti affixis, et libro legis brachio appenſo ambulare *Bab. Berachot* fol. 18. 1. 3. 3. Homines vnius familiae non ſparſim ſed in vno loco ſepeliendi ſunt; hinc vulgo in vſu habuerunt conficere interiora ſpeluncae quatuor cubitorum, atque aperire intra eam octo ſepulchra, ita vt tria hinc, tria illinc, et duo iuxta illa fuerint, et iuxta oſtium, atriolum. Alii

Digitized by Google

concauum ſpeluncae fecerunt ſex atque octo cubitorum, et in ea aperuerunt tredecim ſepulchra: ſed in omnibus his ſe dirigere debuerunt לפי הסלע *pro conditione petrae*, ſecundum quam hi plura illi vero pauciora כוכין *repoſitoria* fuerunt. *B. Bathra* c. 6. v. 8.

§. Luctus pro mortuis diſtinguitur in אנינות et אבלות. *Animu* erat in diem funeris tantum; exinde autem caepit אבלות in dies triginta. In אבלות habuerunt epulas lugubres de quibus *Hieroſ. Berachot* fol. 6. 1. et *Sanhed*, c. 1. Item חלילי et המאונן *tibicines et plangentem*. Etiam pauperrimus inter Iſraelitas non praebuit vxori mortuae minus quam duos tibicines et vnam lamentatricem. *Ketubbot* c. 4. 6. vid etiam *Maim. Hal.* אישות c. 14. *Baua Metzia* c, 6. 1. *Schabbat* c. 13. 4. Qui ad defunctum plangendum conducitur, his vtitur verbis ביאו בכו עמי כל מרי לב ומי שלבו דוה עליו הולך ומספיד על קרובו *accedite ad me omnes vos quorum cor amarum et languidum eſt, ad plangendum ſuper proximum veſtrum. Bartenora* ad *Moed Katon* c. 1. 5.

§. Qui habet mortuum ſuum ante ſe proiectum, et cui incumbit ſepulturam curare, prohibetur carnem edere, vinum bibere: liber eſt etiam ab oratione, recitatione phylacteriorum, a conſecratione cibi, et benedictione poſt ipſum. *Bab. Berachot* c. 3. miſchn. 1. fol, 8. 1. *Maim Hal. Ebhel*, cap. 4.

§. כפיית המטות *inclinatio lectorum* (quae fit ad imitandum amicos Iobi, qui conſederunt cum illo ad terram, Iobi XI, 13.) fit, ex quo mortuus effertur ex porta atrii domus, aut ex quo imponunt lapidem ſepulchralem. *Maimon*. l. c. et c. 1. *Berachot* fol. 6. 1,

§. Haec ſunt ad quae obligatur המתאבל *lugens*, die primo luctus ex lege, et in reliquis diebus ex ſapientum praeceptis, non debet ſe radere, lauare nec vngere oleo, nec mariti officium praeſtare, nec ſandalia induere, aut opus ſuum peragere, ſiue ſit paterfamilias, ſiue filius aut filia, aut ſeruus etc. nec legere in lege, nec eleuare lectum ſuum, aut aperire caput

ſuum,

ſuum, aut pacem alicui precari. *Maim.* אבל c. 5. *Maſſ. Semachot* c. 5.

§. Incipiunt האבל *luctum*, vt iam indigitauimus, ex quo funus e domo elatum eſt, aut ſecundum *Maim.* ex quo obturatur הגולל *lapis ſepulchri*, ſi nimirum morte communi defunctus eſt mortuus; alias, ſi quis a rege interfectus eſt, et ipſum ſepelire non permiſerit, incipiunt ipſum lugere, ex quo diffident, ſe a rege impetraturos, illius corpus ſepeliendi veniam, licet non deſperent, ſe illud furari poſſe. Similiter ſi quis ſubmerſus aut a fera dilaceratus fuit, dies luctus non numerare incipiunt, niſi caput eius reperierint, licet membra inuenerint, aut de ipſo reperiendo plane deſperauerint. *Hal Ebbel.* c. 1.

§. Non lugent abortus; etiamſi embryo nouem menſes compleuerit, ſi tamen ex ventre matris aut contuſus aut fruſtatim egreditur, propter ipſum luctum non inſtituunt. Quos Rex interfecit מתאבלין עליהן lugent eos, et oſſa eorum in ſepulchris patrum ipſorum recondunt, bona vero eorum cedunt regis fiſco. At a quibus ſynedrium ſupplicium ſumpſit, eos non lugent ſed אוננין plangunt, quia planctus talis non niſi in corde eſt; luctus autem communis in geſtibus, quem ſi publice ita edidiſſent, ſynedrium quaſi iniuſtitiae accuſaſſent, quod tamen ſemper ſtuduit iudicia incorrupta adminiſtrare; in corde vero licuit ipſis triſtitiam fouere, ad commiſerationem erga perſonas ita infami morte e medio ſublatas oſtendendam: Quod autem lugere potuerint propter interfectos מן המלכות *a rege*, externis etiam geſtibus, id inde eſt, quia reges in vſu habuerunt, pro libitu ſuo, homines ad ſupplicia adigere, abſque praeuio iuſtitiae proceſſu, ſola ſe vindicandi cupiditate, aut quia ita ipſorum intererat: quod Iudaei ſaepius cum lacrymis aſpicere debuerunt, cum ſub propriis principibus, tum ſub iugo Romanorum, quod vt plurimum nomine המלכות denotant. His adde, ſynedrium ſe ab omni ſuſpicione ſiniſtri iudicii liberaſſe, eo quod bona reorum

rum

Digitized by Google

rum non vt rex fiſco applicabat, ſed ad haeredes tranſmittebat. vid. *Hal. Ebbel.* c. 1.

§. Propter haereticos, ſeparatiſtas, excommunicatos, non luget eccleſia, ſed propinqui et conſanguinei ipſorum veſtimentis albis velantur et veſtiuntur, edunt, bibunt et hilares ſunt, quia Dei oſores ſublati ſunt. Non lugent eum qui אבד עצמו לדעת *ex intentione mortem ſibi conſciuit*, et violentas manus intulit. *ibid.*

§. Hi ſunt quos ex lege lugere debemus, patrem, matrem, filium, filiam, fratrem et ſororem, maritus vxorem, et vxor maritum; ſapientes deinde luctum etiam ad alios extenderunt etc. quomodo ſacerdos poſſit lugere, et ſe ob mortuum immundum reddere explicatur prolixe in eadem Hal. c. 2. 3.

§. Quomodo lugentes templum ingrediebantur, vid. *Excommunicatio* et *Maimon. Bet Habech.* c. 7.

§. R. Meir exiſtimat aliquem abſque luctu et cum gaudio, patris ſui et matris ſuae oſſa colligere poſſe, et proinde id licitum eſſe in feſto. Sed contrarium exiſtimat R. Ioſe. Nemo debet conducere ספדן *plangentem* propter iam diu defunctum, vt eius memoriam propinquis refricet. Nec propter illum qui tribus ante feſtum diebus mortuus eſt: (tunc enim pecunia ad praeparationem pro feſto et laetitia adhibenda, non autem pro luctu.) *Moed Katon* c. 1. 5.

§. In feſto non licet veſtimenta lacerare, aut humerum denudare, aut epulo funerali aliquem excipere, niſi ſit ex proquinquis. Cibare autem non licet, niſi incumbat lecto erecto. Non licet cibum inferre in domum luctus ſuper tabulam aut ſcutellam, ſed licet in caniſtro. Non dicunt in feſto conſuetam lugentium benedictionem, ſed ſtantes ordine conſolantur et multitudinem dimittunt. In feſto mortui feretrum non collocant in platea, ne feſtum luctuoſum reddatur. Licet mulieribus ſe affligere in feſto, non autem complodere manus. R. Iſmael dicit, proximi feretro manibus complodant. In Nouiluniis, feſto dedicationis, et פורים ſe affligere licet, et complodere manus,

non

non autem lamentari: Poſtquam autem mortuus inhumatus eſt, nec ſe affligere nec manus complodere licet. Quid eſt עינוי *afflictio?* vbi omnes lugent ſimul. קינה *lamentatio* vero eſt, vbi vna incipit, reliquae vero lamentatrices in luctu edendo eam ſequuntur ſecundum *Ierem.* VIIII, 19. *Moed Katon* c. 3. 7. 8. 9.

§. Quaedam epicedia retulit Cl. *Buxt. Lex. Talm.* 1524. in ספדן. Lamentatrices ad plangendum vtebantur *tympanis* vid. *Kelim* c. 15. in fine et *ſiſtro* quod hebr. מנענעים et Targ. רביעין vel רביעית vocatur. *Kelim* c. 16.

§. De חיבוט הקבר *percuſſione quae fit in ſepulchro* vid. *Buxt. Lex. Talm.* p. 698. Obtectio barbae et capitis eſt ſignum luctus, *Kimchi Ezech.* XXIIII, 17. אגרא דבית טמיא שתיקותא *optimum domus luctus eſt ſilentium.* h. e. vt patienter feramus. *Adag.*

§. Circa ſuam ſepulturam anxius erat ille de quo legimus in *Nidda* fol. 20. 1. et *Schabbat* fol. 114. 1. ibi enim ſic loquens introducitur. *Ne ſepelite me veſtibus albis, neque veſtibus nigris, ſed* בכלי' האולייריים *veſtibus Vliarimis, quae per mare aduehuntur.* Acumine opus eſt, vt odoremur, quaenam illae veſtes ſint, ego certe illas non aſſequor.

§. אנינות לילה *moeror noctis* non eſt ex lege (Moſis) *ſed ex ſtatutis ſcribarum. Zeuachin* fol. 101. 1.

§. De שדה בוכים *agro flentium* vid. *Lex. Talm. Buxt.* p. 304.

§. Duo mortui qui vna ſepulti ſunt nudi נעשו גלגלי' זה לזה *fiunt conuolutiones ſibi* inuicem. i. e. perinde habentur, ac ſi quilibet eorum cum inuolucris ſepultus eſſet. *Naſir* fol. 51. 1. Similem locum citat *Baal Aruch* ex *Nidda* fol. 27. 2.

§. De tibiis in luctu adhibitis conſule Cl. Buxt. L. Talm. p. 766.

§. Nubilis puella non habet licentiam deturpandi ſe ipſam tempore luctus propter patrem ſuum, id eſt, ſqualido veſtitu ſe odioſam procis exponere, quibus potius placere ſtudebit decenti ornatu. *Taanit* fol. 13. 2.

Lugen-

Digitized by Google

Lugentes quomodo Iudaei ſolentur. *Wagenſeil.* Sota p. 338. it. *Rabboth.* fol. 346. col. 3. med. Luctus ex obitu filiorum creditur ſatisfactio pro peccatis. *Edzard.* Berachot p. 182. et 186. Non tenetur lugens alligare phylacteria. *ibid.* p. 170. Luctus Iudaeis propter ſeruum illicitus. *Cramerus* ad cod. Succa. p. 82. Quot ſint dies luctus. *Rabboth* fol. 93. col. 1. init. Luctus regius qualis? *ibid.* fol. 292. col. 2. poſt med. it. fol. 306. col. 2. ante fin. Qui luget vxorem mortuam, prima nocte non debet lauare. Miſchn. *Berachot.* cap. 1. miſchn. 6. Sacerdos gregarius miniſterium perficiens, ſi audiret quendam ex ſuis eſſe mortuum, vt lugere neceſſum habeat, non debet continuare miniſterium, bene autem ſacerdos ſummus. *Maimon.* Biat Hammikd. cap. 2. §. 5. Quinam ſacerdotes dicantur lugentes et quomodo per luctum ad perficiendum cultum inepti redduntur. *ibid.* ſeqq. Quis dicatur אונן דין התורה et quis dicatur אונן מדברי סופרים *ibid.* §. 9.

LVDI varii fuerunt apud Iudaeos. Ludebant בפספסין *calculis ſiue latrunculis, fritillis Sanhed.* fol. 25. 2. *Aruch* in *rad.* Ludebant etiam בצחוק קוביאות *luſu alearum*, et בצחוק הקלפים *luſu chartarum* vid. *Sanhed.* fol. 24. 2. *Schabbat* c. 23. in Miſchna. Cl. Buxt. in קלף. De ludo Schach ſcripſit tract. erud. D. Hyde. Biblioth. Oxonienſis.

De vſu alearum *Sanhedr.* cap. 3. miſchn. 3. *Schebuoth* cap. 7. §. 4. De Scachiludio *Wolf.* Biblioth. Hebr. part. I. p. 230. not.

LVNATICI vid. *Daemoniaci.*

* LVNA. Si quis inuenerit vaſa, quibus inſculptum ſit ſignum lunae, proiiciat ea in mare ſalſum. *Auoda Sara* cap. 3. miſch. 2. De luna et anno lunari. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 638. De cultu lunae alia-

aliaque notatu digna vid. *Ioh. Guil. Stuck.* de ſacr. Gentil. p. 29. Ex Anglis Franciſc. Godwinus, Herefordienſis, et Wilkinſius Ceſtrienſis Epiſcopus homines in luna aſſertum iuere. *Act. Erudit.* Anno 1692. p. 36.

* LVSTRATIO. De luſtratione Hebraeorum vid. Diſſertat. *Daſſouii* Anno 1699 Wittebergae ventilatam. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum. p. 171. Aquae luſtralis vſus apud Turcas. *I. G. Stuck.* Antiquit. Conuiu. Lib. 2. cap. 33. *Ioh. Lomeierus* ſcripſit de veterum gentilium Luſtrationibus ſyntagma. Vltraiecti 1681. *Act. Erud.* Anno 1682. p. 253. De Kyrgeſſis Tartaris eorumque modo luſtrandi. *Ioh. Guil. Stuck.* de Sacr. gent. p. 71.

* LVZ ciuitas multis gaudebat priuilegiis. *Wagenſeil.* Sota. p. 1020. ſeq. *Abarb.* in Proph. prior. fol. 42. col. 3. *Rabboth* fol. 63. col. 3. p. med. *Luz* quoque (לוז item *Neskoi* vocatur) nonnullis Iudaeorum eſt oſſiculum in dorſo hominis corruptionis expers et ſeminarium quaſi reſurrectionis. *Pfeiffer.* Dub. Vexat. ad Pſalm. XXXIIII. p. 587

* LVX. Per lucem primigeniam proſpexit Adam ab vno termino mundi ad alterum. *Tanch.* fol. 47. col. 4. poſt med. *Rabboth* fol. 124. col 2. poſt init. *ibid.* fol. 10. col. 1. fin. Lucem primigeniam abſcondit Deus. *Tanch.* fol. 47. col. 4. poſt med. *Rabboth* fol. 124. col. 2. poſt init. fol. 10. col. 2. init. fol. 338. col. 3. poſt med. Quomodo lux primigenia fuerit condita. *Rabboth* fol. 132. col. 4. poſt init. Quamdiu lux primigenia luxerit Adamo. *ibid.* fol. 10. col. 2. poſt init.

LYDDA fuit vicus, ciuitati magnitudine non cedens *Ioſeph. Antiqu.* lib. 20. c. 5. Lydda diſtabat Hieroſolymis ſpatio itineris diarii, quod elicitur ex *Maaſer Scheni* cap. 5. 2. ibi enim dicitur fructus vineae annum quartum agentis ac illis ciuitatibus quae vno ſolum die diſtabant Hieroſolymas afferri debuiſſe, in

ipſa-

Digitized by Google

ipſarum autem numero recenſetur Lydda. Certe magnam non fuiſſe diſtantiam videtur ex hoc dicto. *Foeminae Lyddanae depſunt maſſam, aſcendunt ad templum, orant, redeuntque, priusquam fermentetur. Gemar. Hieroſ.* in *Maaſer Schemi* vbi ſupra. Vbi quidem aliquid hyperbolici eſt, interea ſemper manet ſcopus, illis ſcilicet foeminis per illam diſtantiam nihil detrimenti accreuiſſe.

§. Praefecturam Scholae Lyddanae tempore Rabban Gamalielis geſſit *Akiba*, *Roſch Haſchana* cap. 1. 7. Gamaliele amoto a praefectura Iabhnenſi ſucceſſit Akibae in Lydda. R. Tarphon vid. *Hieroſ. Iom tobh* fol. 62. 1. et *Taanith* c. 3. 41.

§. De variis hiſtoriis quae acciderunt בלוד *in Lydda*. vid. *Hieroſ. Succa* fol. 51. 4. *Hieroſ.* Nedarim fol. 40. 4. Ben Sadta ibi inſidiis interceptus fuit. H. Sanhed. f. 52. 4. vid. *Hieroſ. Taanith* fol. 66. 1. *Megillah* fol. 70. 3. in quibus locis dicitur Papum et Lulienum martyrium ibi ſubiiſſe. Intendebant ſemel quidam Galilaei Lyddae intercalare annum, ſed res male ipſis ceſſit. *Hieroſ. Sanhedr.* fol. 18. 3. A Romanis fugiens Lyddam ſe proripuit *Kosba Bar Vlla. Hieroſ. Trumot* fol. 46. 2.

§. Lyddae plurimae Scholae, vt עליית בית ארם *Camera Beth Aram. Hieroſ. Schekalim* fol. 30. 2. *Camera* בית לבזה *Beth Lebazah*, *Hieroſ. Scheuiit* fol. 35. 1. *Camera Beth Nethbeza Bab. Sanhed.* fol. 74. 1. De quibusdam Rabbinis Lyddenſibus vid. *Hieroſ. Schekalim* fol. 49. 4. *Hieroſ. Succa* fol. 53. 1.

R. Elieſer Caeſareae moriens Lyddae voluit ſepeliri. *Bab. Sanhed.* fol. 68. 1. De כפר לודים Villa Lyddenſium mentio fit in *Gittin* c. 1. 1. כפר טבי *Villa Tebi* erat ſita ab oriente Lyddae. *Bab. Roſch. Haſchana* fol. 13. 2. De celebri illa Medicorum conſultatione in Lydda circa arcam oſſibus repletam vid. *Hieroſ. Berachot* fol. 3. 1.

M. MA-

Digitized by Google

M.

MACTATIONIS locus in templo. vid. *Maim. Hal. Beth Habech.* c. 5. circa finem.

De hodierna Iudaeorum maƈtandi ratione vid. *Chriſt. Panth, Maieri* Iud. conuerſ. traƈtatum פרוצים Germanice editum in 4to. *Paul. Chriſt. Kirchneri* Jüdiſches Ceremoniel p. 142. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 588. et Part. III. p. 303. Cultros maƈtatorios quomodo explorent, *Tanch.* fol. 45. col. 1. init. De annulis maƈtatoriis in templo. *Cramerus* ad Succa p. 516.

MACVLAS ſeptem res auferunt; ſputum ieiunum, aqua fabarum, vrina, nitrum, ſapo, cimolia, Aſchleg. *Nidda* c. 9. 6. *Maim. Kelim* c. 2.

MAGDALA erat vrbs prope Hieroſolymam. *Echa Rabbati* fol. 75. 2. ספרא דמגדלא *Clericus Magdalae ordinauit candelas vnaquaque veſpera Sabbathi, aſcendit Hieroſolymam, orauit, et rediit, et accendit eas cum iam ingrederetur Sabbathum.* Gloſſa dicit fuiſſe מגדל צבעים *Magdala Zebaim* vocatā, de qua dicunt in *Echa Rabbethi* fol. 71. 4. et *Taanith Hieroſ.* fol. 69. 1. quod deſtruƈta ſit propter adulteria.

§. Ad מגדל צבעיא ſe contulit aliquando R. Ionathan, vt medelam aliquam acquireret caluitiei ſuae. *Midraſch Cohelet* fol. 84. 2.

§. Erat deinde quaedam Magdala prope Tiberiadem, vt elicitur ex *Hieroſ. Maaſerot* fol. 50. 3. *Si quis duas habeat areas, vnam Magdalae, alteram Tiberiade, fruƈtus amouere licet ab illa quae Magdalae, comedendos in illa quae Tiberiade.* Et *Hieroſ. Scheuiit* fol. 38. 4 *Qui Magdala tranſit, potuit praeconis Tiberiade clamantis vocem audire.*

§. De מגדל שיר vid. *Hieroſ. Scheuiit* fol. 36. ambiguum eſt an ſit turris Stratonis vel Caeſarea.

§. מגדל עדר *Turris gregis* non longe Hieroſolymis diſtabat, ſita erat a latere vrbis meridionali, *omnia enim iumenta, quae reperiebantur Hieroſolymis vsque ad Migdal Eder*, ſacrificanda erant, *Hieroſ. Kidduſchin* fol. 63. 1. *Bab. Kidduſchin* fol. 55. 1. *nam* (notat Gloſſ.) *ſupponi potuit ea ex Hieroſolymis fuiſſe euagata*, plurima enim iumenta inde exeuntia fuiſſe ſacrificanda. Quod in locis diſſitioribus locum habere non poſſet. Vid. *Cl. Ligbtfoot.* Chor. Marci. p. 36.

MAGISTRATVS. vid. *Synedrium.* Cauete ab iis, qui conſtituti ſunt in poteſtate, non enim adiungunt ſibi hominem, niſi cogat aliqua neceſſitas. *Pirke Auot.* 2. אהוב את המלאכה ושנא את הרבנות *Ama opus et laborem, et odi officia magiſtratus;* Illis enim adhaerent ſua onera et pericula. *Pirke auot.* c. 1. Interim niſi magiſtratus eſſet, vnus alterum viuum deuoraret. Ibid. *Vae poteſtati, quae ſepelit dominos ſuos. Peſachim* fol. 87. 2. Poenae indicium eſt, quando Magiſtratus citius e viuis abripiuntur. Apud Iudaeos olim perſonae munera publica obtinentes caſtigabantur. *Maimon. Iele Hamikd.* cap. 4. ſub fin.

MAGIA. Magus is eſt, qui patrat ולא האוחז אחעינד *non autem qui ſolum oculis imponit:* qui rem patrat tenetur poena lapidationis, qui vero oculis imponit, liber eſt. *Sanhed.* c. 7. 11.

§. De Inſuſurrationibus et amuletis, vid. *Amuleta.* De miris magicis plurima extant in paginis Talmudicis. In veſtibulo haec duo admirationem merentur: 1. Quod ſenator Synedrii Magni debuerit eſſe inſtructus artibus Aſtrologorum, praeſtigiatorum, diuinantium. veneficorum etc. vt de iis deinde reos iudicare poſſit. *Maim. Sanhed.* c. 2. 2. Quod camera quaedam in ipſo templo a Mago condita fuerit. Gloſſ. in *Middot* c. 5. 3. *Camera Happaruae condita fuit a mago quodam, cui nomen Faruah, arte Magica.*

§. Nunc

Digitized by Google

§. Nunc indiſcriminatim referemus illa loca, in quibus de magis et praeſtigiatoribus eorumque artibus mentio fit. *Hieroſ. Sanhed.* fol. 18. 3. *Iuerunt viginti quatuor ex ſchola Rabbi* (ex Galilaea), *vt intercalarent annum Lyddae, ſed omnes perierunt oculo malo.* Gloſſ. Veneficiis etc. ibid. fol. 75. 4. R. Ioſua Magum magica ſuperat arte, et ſubmergit in mare. *Hieroſ. Sanhed.* fol. 23. 2. *Bab. Sanhed.* fol. 44. 2. in Gloſſa refertur hiſtoria de octoginta foeminis veneficis Aſcalone vna die ſuſpenſis a Simeone ben Schetach: quia foeminae proruperant ad veneficia.

§. *Bab. Taanith* fol. 24. varia referuntur miracula a Rabbinis edita. Vid. Nikodemus. De Miris in diſputatione publica editis, a Rabbi Elieſere filio Hyrcani, vid. *Baua Mezia* f. 59. 2. Plurimi Rabbini memorantur, quod eſſent מלומדים בנסים *Periti in edendis miraculis,* vt *Abba Chelchia* et *Chanina* in *Iuchaſ.* fol. 20. 1. et R. Chanina ben Duſa, de quo admiranda referuntur in *Bab. Berachot* fol. 33. 34. vid. *Iuchaſin* fol. 56. 2. Quidam precibus pluuias impetrarunt, vid. Tract. *Taanith* et *Ieiunia.* Quidam auctoritatem ſuam ſtabiliuerunt voce coelitus edita, vid. *Bathkol.* Quae omnia magis ſapiunt artes praeſtigiarum et magiae, quam vim Spiritus Sancti.

§. Ad magicas incantationes קרקפל vtebantur, quae erat cutis a capite alicuius mortui detracta. Vid. Gloſſ. in *Cholin* fol. 123. 1. et *Aruch* in Rad. De praeſtigiatore arte magica theſaurum quaerente vid. *Midraſch Tillim* Pſalm. LXVIII. Effodiebant magi mortuos ad detrahendas ipſis veſtes. *Baua Bathra* fol. 58. 1. Nomina diabolorum, per quae artes magicae fiunt, dicuntur שמות הטומאה *Nomina impuritatis,* oppoſite ad שמות קודש *Nomina Spiritus Sancti.* R. *Salomo* in *Sanhed.* fol. 91. 1. De Pythone vid. ſ. l. ידעונים vocabantur חפיצי גרם ידוע *Sciſcitantes os Ieddoah.* Ionath. Leu. XX, 6. Habebant in vſu os illud, quod ſecund. Scholiaſtem ex quodam animante deſumebatur, ponere in os ſuum, et illud deinde ex ſe loquebatur. *Sanhed.* fol. 65. 1. De

Digitized by Google

illo animali vid. in A. *Animal.* Vid. etiam *Maim.* in *Auoda Zarab.* cap. 6. fol. 32. Quid ſint praeſtigiae diſputat Bechai in Legem fol. 95. 4. 96. 1. Vid. *Buxt. Lex. Talm.* p. 1102.

§. רמין idem eſt quod magus. *Sotab.* fol. 22. 1. Pharao qui fuit in diebus Moſis magus fuit. *Moed Katon* fol. 18. 1. Qui diſcit verbum vnum a mago reus eſt mortis. Schabbat. fol. 75. 1.

Magiae et faſcinationis vis. *Wagenſeil.* Sota. p. 763. ſeq. et 1034. Magus quis? *ibid.* p. 515. De Pythone et hariolo. *Sanbedr.* cap. 7. et interpp. h. l. De inſuſurratione ſuper vulnera, et quod is, qui tale quid facit, non habiturus ſit vitam aeternam. *Sanbed.* Cap. 10. miſchn. 1. imprimis ſi ſuper ſputo hoc faciat. *Bart.* et *Maim.* h. l. *Tanch.* fol. 21. col. 2. Magiae ſpecies. *Abarb.* in Proph. prior. fol. 133. col. 1. fin. De magiae quadam ſpecie ex arborum foliorumque motu futura praedicendi. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 99. not. Iudaei magiae dediti. *ibid.* Part. II. p. 1106. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 265. ſeq. et Cap. 2. p. 319 ſeqq. it. Berachot. p. 48. et 198. Precibus magicis Iudaei occidere ſe homines poſſe putant. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 103. Veneficia tractant multi Iudaeorum. *Wagenſeil.* Sota. p. 529 et 961. Veneficae non vehuntur per aera niſi capillis paſſis. *ibid.* p. 44. Vnde magia ſuam traxerit originem. *Iſingii* Exercitationes in Pentat. p. 60. ſeq. De variis remediis magicis. *En Iſrael.* part. I. p. 50. col. 1. med. col. 2. med. De magiae quadam ſpecie per Euangelium Iohannis aliaque Euangelia. *Fabricii* Bibl. Graec. Lib. 4. cap. 5. p. 141.

* MAIMONIDES. Per plurimos annos in aula Aegyptiaca degit velut medicus regius, quod ex propriis litteris, quas ad Samuelem Abben Tybbon dedit, videre eſt. vid. ſupra *Aegyptios.*

* MA

✱ MAIVMA. Prope Gazam ad mare fuit Maiuma ciuitas, γαζαίων λιμὴν naualе Gazitarum, vt naualia ſua habuerunt Corinthus, Rauenna et aliae. Quae an originem dederit Maiumae feſtiuitati, quam et ſingulas tribus habuiſſe Magiſtri tradunt, יום טוב vel Panegyrin, inter eruditos diſquiritur. De hac titulus in Codice vtroque Theodoſ. et Iuſtin. tanquam de foedo atque indecoro ſpectaculo, quod in Syria ac Roma paſſim et per Romanum imperium Maio menſe celebrabant, ex Ioh. Antiocheno, et Suida, vel menſe λώῳ ſ. Auguſto, ex Iuliani Miſopogone. Et hoc tandem ſpectaculum ſuſtulerunt imperatores Conſtantinus, Theodoſius Magnus et Arcadius; de quo conſule, ſi lubet, Iacobum Godofredum ad Cod. Theod. l. Ioh. Gregorium Anglum in opuſculis. Theophanes tamen Leonem imperatorem ποιήσαντα Μαϊουμᾶν *celebraſſe Maiumam* refert. *Spanhem.* Geograph. S. ſect. 2. §. 5. p. 24.

MALEDICTA, iniuriae, patienter ſunt ferendae. Bereſchit R. Sect. 45. *Si dicat tibi quiſpiam vna auris tua eſt auris aſini,* אל תחוש *ne cures, ambae* (aures tuae ſunt aures aſini) *parato tibi fraenum.* Item *Baua Kama* fol. 92, 2. *Si ſocius tuus te vocet aſinum, etiam ſellam aſini ſuper te admoue.* In eundem ſenſum Chriſtus Matth. V, 39. De *calumniis* v. ſ. l.

Quam graue ſit crimen, maledicta ſpargere in alios. *Tanch.* fol. 49. col. 4. circ. med. fol. 50. col. 1. tot. *Rabboth.* fol. 243. col. 1. fin. ſeq. Qui lingua ſua maledicit alteri, punitur tandem lepra. *Tanch.* fol. 49. col. 4. circ. fin. Cur maledicus comparetur ſagittae. *ibid.* fol. 50. col. 1. poſt med. Maledicere parentibus cum expreſſione nominis diuini. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 285. Qui maledixerit parentibus, grauius punitur, quam qui verberauerit. *Sanhed.* cap. 11. miſchn. 1. De quibusdam maledictionum formulis. *Schebuoth* Cap. 4. miſchn. 13. Benedictiones et maledictiones quomodo a Iudaeis recitatae. *Wagenſeil.* Sota. p. 664

Digitized by Google

✱ MAMRE. Fuit vnus ex praecipuis amicis Abrahami. *Tanchuma* fol. 7. col. 2. med.

✱ MANE. Quodnam ſit matutinum tempus. *Berachot* Cap. 1. miſchn. 2. vbi et interpp.

De MANIPVLO עומר et שכחה vid. in S. שכחה. et in P. *Primitiae.*

De MANETE Haeretico vid. *Buxt. Lex. Talm.* p. 1165.

✱ MANNA. Omnium hoc vſibus pro ratione vnius cuiusque inſeruire potuit. *Tanch.* fol. 20. col. 4. med. Rabboth. fol. 100. col. 2. ante med. Mannae ſupra terram altitudo. *Wagenſeil.* Sota p. 698. Murmuratio Iſraelitarum ob Mannae cibum. *Rabboth.* fol. 183. col. 1. tot. Manna fuit intra arcam repoſitum. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 217. De ſcutella Mannae, ex qua fuerit materia. *Tanch.* fol. 26. col. 3. init. Lex non debet explicari, niſi ab iis, qui Manna edunt et otioſe ſtudiis vacare poſſunt. *ibid.* col. 2. circ. fin.

✱ MANSVETVDO. Huius laus. *Wagenſeil.* Sota. p. 819. Manſuetorum Rabbinorum exempla. *ibid.* p 818. ſeq. *En Iſrael* Part. I. p. 42. col. 2. med. Rabboth. fol. 326. col. 2. ante med.

De MANVVM lotione vid. LOTIO.

§. Notandum, ipſos Iudaeos in quibusdam actionibus religionem ſpectantibus, non admiſiſſe concurſum manus ſiniſtrae cum dextra. Exempla ſunt in *Schabbat Maim.* c. 29. *Poculum vini ad ſanctificandum ingreſſum Sabbathi adhibitum dextra manu ſumendum erat, auxilio ſiniſtrae non admiſſo.* Item in *Babyl. Ioma.* fol. 49. 1. *Ne quis ſanguinem Sacrificii recipiat in vaſculum, adducat ad altare, vel ſpargat manu ſiniſtra.* Schammaeus ſe noluit cibare niſi manu vna. *ibid.* fol. 77. 2. Confer. Matth. VI, 3.

MANVVM

Digitized by Google

MANVVM Impoſitio. Vid. *Sacrificia.*

Conf. de impoſitione manuum *Banage* in Exercit. Eccleſ. it. *Act. Erud.* Anno 1692. p. 160. Manuum eleuatio quotuplex. *Druſ.* lib. 2. animadu. c. 16. Manus ſiniſtra defendit ſe nomine Dei, Thephillin inſcripto. *Tanch.* fol. 11. col. 1. p. med. fol. 31. col. 1. p. med. Manus dextra et ſiniſtra quomodo Deo tribuatur. *ibid.* fol. 30. col. 3. circ. med. Laeſio pollicis dextri creditur ſatisfactoria pro peccatis. *Edzard.* Berachot. p. 182.

MAPPARVM Palaeſtinae hic quoſdam indicabimus errores.

§. Auſtralem Galilaeae regionem excepit Iſacharitis: eam nonnullae collocant ab auſtro maris Geneſaritici non male; aut male, dum eam ad iſtud ipſum protendunt, aliaeque peſſime, dum ab occidente iſtius maris eam ſtatuunt. De ea ſic Ioſephus Antiq. lib. 5. cap. 1. *Καὶ μετὰ τούτους Ισάχαρις Κάρμηλόν τε ὄρος καὶ τὸν ποταμὸν τοῦ μήκους ποιησαμένη τέρμονα, τὸ δὲ Ἰταβύριον ὄρος τοῦ πλάτους.*

§. Iſaſcharitidi a ſeptentrione contigua erat Zabulonitis; eam tabulae quaedam iuxta mare Geneſariticum expandunt, quaedam longe ſupra mare iſtud diſponunt verſus aquilonem, priores ſecundum Cl. Lightfootum Chor. Mt. 17. non bene, poſteriores peſſime; vid. Ioſeph. l. c. quando inquit, *Ζαβουλωνῖται τὴν μέχρι Γεννησαρίτιδος, καθήκουσαν δὲ περὶ Κάρμηλον καὶ θάλασσαν, ἔλαχον.*

§. Duplicem Iordanis fontem aſſignant tabulae, non abſque inſigni errore, nulla alia ratione ducti, quam quod Ioſeph de bello lib. 4. c. 1. mentionem faciat Iordanis minoris et maioris, cum tamen Iordanes maior et minor dicatur, non ratione duorum fontium, aut duorum riuorum diſcretorum, ſed ratione diſtinctae magnitudinis eiuſdem riui. Oriebatur Iordanes ממערת פמיאס e *ſpelunca Panneadis. Bab. Baua Bathra* fol. 74.

Digitized by Google

2. Gloſſ. in *Bab. Megillah* fol 6. 1. ad לשם וו פמיים. (not. non *e ſpeluncis*, ſed *e ſpelunca*). Et vocabatur Parvus, vsque dum flueret in lacum Samochonitin, ex illo vero fluens, cum incremento magno vocatur Iordanes maior. De Iordane vid. ſ. l.

§. Collocant tabulae mare *Genneſareticum* extra tribum *Naphtalicam*, Talmudici vero ponunt illud intra eam. *Bab. Baua Kama* f. 81. 2. Traditio eſt ימה של טבריא חלקו של נפתלי *Mare Tiberiadis eſt portionis Nephtaliticae.* Hieroſ. Baua Bathra fol. 15. 1. *Dederunt τῷ Nephtali plenum funiculum* (vt extrahere poſſit retia) *ab ora maris auſtrali.* His adde Ioſeph. Antiq. lib. 5. c. 1, *Νεφθαλῖται παρέλαβον τὰ πρὸς τὰς ἀνατολὰς τετραμμένα μεχρὶ Δαμασκοῦ πόλεως.*

§. Viſcheri Tabula, vbi Tiberiadem, vrbem tanta fama celebrem, poneret, dubia haerere videtur, an in effluxu vel influxu Iordanis in mare Genneſareticum, vel an ſequeretur illas, quae in maris Genneſaretici medio littore hallucinantes illam poſuerunt. Tutiſſimum eſt ad effluxum Iordanis, ad littus lacus meridionale, nam ad influxum eius eam ſtatuere non potes, quia Ioſephus dicit in vita ſua p. 630. *Edit. Froben.* Tiberiada non diſtare a Scythopoli niſi CXX ſtadiis; iam vero lacus Genneſareticus ipſe erat longitudinis ſtadiorum C, et Scythopolis erat limes vltimus Galilaeae verſus auſtrum. Vid. *Bethſchean* et *Galilaea*,

§. Iulia Beth-Aramphta ſita erat ad ipſiſſimum influxum Iordanis. Secundum illa *Ioſephi de bello* lib. 3. cap. 35. *Iordanes a lacu Samochonite centum alia ſtadia emenſus, μετὰ πόλιν Ἰουλιάδα διεκτέμνει τὴν Γεννησὰρ μέσην.* Quae arguunt, Iuliada praeterlabi Iordanem antequam Genneſareticum lacum ingrediatur.

§. Non probabile eſt *Chorazin* Matth. XI, 21. fuiſſe vrbeculam, et ſitam prope vel trans Iordanem vt tabulae volunt; חורשין *Choraſchin* enim *loca ſaltuoſa* denotat, quibus maxime abundabat regio Nephtalitica, *Hieroſ. Baua Bathra* fol. 15. 1. illa itaque citius in Galilaea quam in Peraea collocanda erit.

§. So-

§. Sodoma male pingitur in finibus Aquilonaribus maris Aſphaltitis, nam potius in extremitate eius auſtrali collocanda eſt, vid. Gen. X, 19. *Termini Cananaeorum erant a Sidone* (ab Aquilone) *ad Gazam* (ab Auſtro) *vt pergis vel donec accedas ad Sodomam*. Inſuper ultima extenſionis eius ora auſtrum verſus fuit Zoar, ut elicitur ex verbis Ioſephi de *bello* lib. 4. cap. 5. *Longitudo* (maris Aſphaltitis) *eſt DLXXX ſtad. prout extenditur vsque ad Zoarem Arabiae*. At Zoar a Sodoma diſtabat ſolummodo quatuor milliaribus. *Hieroſ. Berachot* fol. 2. 3. conſentit hiſt. Gen. XIX, 23. Iudica hinc, qua authoritate Tabulae *Zoarem* et *ſpeluncam Lothi* collocent in Iudaea, ad oram Borealem Aſphaltitis.

§. Finxerunt ſibi Tabulae *Adrichomii*, *Tirini*, longiſſimum montium dorſum, ab ipſo fere mari rubro, ad terram fere Cananitidem et illum nominarunt *Montem Amorrhaeum*: Cum tamen mons Amorrhaeus ſolum initium ſumſerit a *Codeſch Barneah* vid. Deut. I, 19. 20. *Cl. Lightfoot. Chor. Matth.* XXIII.

§. Inſignem inſcitiam arguit, quod quaedam Tabulae *Lod* et *Lyddam* pro duobus oppidis habeant; *Lod* non longe a Iordane, *Lyddam* non longe a mari mediterraneo; cum tamen *Lod* et *Lydda* nihil diſcriminis habeant, niſi quod illud ſit Hebraicum, alterum Graecum.

§. Ex hiſtoria vaccae rufae et eius ſuppedaneo exſtructo a porta orientali in montem oliueti patet, montem oliuetum fuiſſe e regione templi; at tabula impreſſa a Mariette Pariſiis ipſum ad latus collocat. Ex hiſtoria Simeonis Iuſti *Ioma* fol. 69. 1. videtur adhuc aliam fuiſſe prope Hieroſolymas apud locum אנטיפטרס, *Antipatridam*, praeter illam quam tabulae in Samaritano tractu ponunt. An Bethphage vrbecula fuerit, vel tractus ſolum montis olíueti, vid. in *Bethphage*. De errore Baronii circa regionem Decapolitanam vid. Cl. Lightfooti Chorog. Marci p. 54.

Mappa vox Latina. Cramerus ad Cod. Succa p. 119. Cum mappa comedere quid ſit? *ibid.* p. 121.

MARIA ſeptem ambiunt terram Iſraeliticam. 1. ימא רבא Mare mediterraneum. 2. ימא דטיבריא Mare Tiberiadis. 3 ימא דמלחא *Mare Sodomiticum.* 4. ימא דסמכו *Mare* (lacus) *Samochonitis.* 5. ימא דחולתא *Mare arenoſum*, i. e. lacus Sirbonis. 6. ימא דשלחת Quod quid ſit ignoramus, niſi ſit forſan lacus *Cendeuiis.* 7. ימא דאפמיא *Mare Apamiae. Hieroſ. Kilaim* fol. 32. 1, *Bab. Baua Bathra* fol. 74. 2.

§. Ora maritima maris mediterranei vocatur דריכת חים Gemariſtae ad *Hieroſ. Schevuiit* fol. 36. 3. 4. dicunt *in mari mediterraneo* הנוסים שבים *Inſulas videri, ac ſi linea ducta eſſet a montibus Amanae ad fluuium Aegypti.* In chartis et tabulis certe nullae videntur inſulae, in illo loco poſitae.

§. ים המלח vocatur *Mare Sodomiticum;* המלח ibi magis bitumen quam ſal denotat; apud Maim. certe in *Kele Mikdaſch* מלח סדומית *bitumen eſt.* Diſtabant Hieroſolymis ſtadiis CCC, *Ioſeph. Antiquit.* lib. 15. 9. Longitudine extenditur DLXXX ſtad. (LXXII. M. paſſ.) *Id. de bello* lib. 4. c. 27. de eius longitudine paullo aliter ſentit *Plinius Nat. Hiſt.* lib. 5. cap. 16. *Proiicere vel abdicare aliquid* לים המלח *in mare Sodomiticum;* (cuius phraſeos mentio fit *Hieroſ. Auoda Zarah* fol. 39. 2. *Hieroſ. Sotah* fol. 19. 1. *Nazir* cap. 4. 4. *Hieroſ. Demai* fol. 25. 4. de *Aquila Proſelyto* etc.) ſignificat aliquid execrationi deuouere, ſeu ab omni vſu remouere.

§. De mari Geneſaret, vid. apud *Tiberiadem* et *Geneſareth.*

§. De lacu Sirbonis vid. שרבון in S.

Mare mediterraneum dicitur etiam ים גדול. De rubro mari. *Petr. Zorn.* ad Hecat. p. 178. Maritimae ciuitates quae dicantur Talmudiſtis. *Wagenſeil. Sota*, p. 294. Decem miracula facta ſunt Iſraelitis in mari. *Tanch.* fol. 25. col. 1. circ. med. Longum iter maritimum ſuſcipere haud licet tres dies ante Sabbathum. *ibid.* fol. 65. col. 3. poſt init. Aquae ſalſae cum dulcibus in mari haud commiſcentur. *ibid.*

Digitized by Google

ibid. fol. 68. col. 4. poſt init. Mare aeneum templi Salomonis. *Wagenſeil.* Sota. p. 357. *Cramerus* ad Cod. Succa p. 412.

MARIA MAGDALENA ſecundum Baronium Lazari ſoror fuit. (*Anal.* ad annum Chriſti 32. p. 147. 148, etc.) *Magdalena* dici potuit, vel quia fuit ex vrbe *Magdala* (de qua ſupra) vel a voce מגדלא, quae plicaturam vel cincinnationem crinium meretricibus praecipue viſitatam ſignificat. De Maria illius nominis legitur in *Bab. Sanbed.* fol. 67. 1. *Mater Ben Sadtae fuit* מרים מגדלא נשיא *Maria plicatrix capillorum mulierum. Chagigah,* fol. 4. 2. *Rabb Bibai, cum eſſet quondam apud eum Angelus mortis, dixit ad legatum ſuum, Ain* אייתי לי מרים מגדלא נשיא *adduc mihi Mariam plicatricem* (capillorum) *mulierum* etc. Gloſſ. in *Gittin* fol. 90. 1. *Papus Ben Iudae fuit maritus* מרים מגדלא נשיא *Mariae plicatricis capillorum mulierum* etc. Vid. etiam *Bab. Schabbat* fol. 104. 2. Probabile eſt Iudaeos ſub hoc nomine opprobrium inurere velle *Mariae Magdalenae,* ſicuti Chriſto ſub nomine *Ben Sadtae* faciunt.

§. Mariae matris Ieſu mentionem facit *Iuchaſin* et recenſet, quod etiam אשתגיפרם Promethei neptis, duos filios pepererit Aphkon et Schalzebin, et tamen ante et poſt partum virgo manſerit וזת קשה נגד הנוצרי' *et hoc exemplum graue eſſe Chriſtianis,* vtpote qui exiſtimant, miraculum in Maria factum eſſe. Muhammedani religioſius de virgine matre ſentiunt, credunt enim illam ſine ope viri filium peperiſſe, *Alcoran. Surata* 3. 35. Sur. 4. 155. Surat. 5. 19. 46. 72. Surata 6. 87. et 19.

Maria mater Chriſti an martyrio perierit, *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. II. p. 319.

§. Maria, filia Amram, ſic vocata eſt, ab amaritudine, quia vixit in plagarum ſeculo. *Olam Rabba* 19.

§. De Puteo eius vid. *Buxtorf.* Exercit. VI, 414. 418. De illa etiam haec leguntur in *Bab. Megillah* fol. 14. 1.

Mir-

Digitized by Google

Miriam ante natiuitatem Moſis prophetauerat, Mater mea pariet filium, qui liberàbit Iſraelem. Cum foret natus, repleta eſt tota domus luce. Proſtitit pater atque eam exoſculatus eſt ſuper caput, et dixit, adimpleta eſt prophetia tua. At cum eum abiicerent in fluuium מפחה על ראשה *eam contudit ſuper caput.*

§. De Maria, filia Baithos, vid. *Ecba Rabbeti* fol. 67. 2.

MARTHA Nomen eſt muliebre apud Talmudicos ſatis notum. *Hieroſ. Schabbat* fol. 3. 4. *Iſaac Bar Samuel, Bar Martha. Bab. Ieuamoth* fol. 120. 1. Abba Bar Martha etc. Ibid. cap. 6. 4. Ioſua Ben Gamla deſponſauit מרתא בת בייתוס *Martham filiam Baithos*, quae erat vidua ditiſſima. *Iuchaſin* fol. 57. 2. Eius etiam fit mentio in *Succah* fol. 52. 2. et dicitur habuiſſe filium robuſtiſſimum.

MARCOLIS vid. Mercurius.

✱ MARTYRES. Graue martyrii genus. *Rabboth.* fol. 259. col. 1. fin. De martyribus Iudaeorum. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I, p. 92. not. p. 225. not. Part. II. p. 1101. 1291. 1332. Part. IIII. p. 334. *Rabboth.* fol. 299. col. 3. poſt init. tot. et col. 4. *Gloſſa magna* in Pſalmos. p. 10. col. 3. poſt init. De martyribus Chriſtianorum confer *Act. Erudit.* Anno 1683. p. 5. Anno 1684. p. 108. Anno 1688 p. 74. *Supplem.* Tom. I. p. 593. Anno 1694, p. 5. Wittenb. A und N. 1705. p. 511.

✱ MASORA. Karraei obſeruationes Maſorethicas cum Rabbanitis habent communes. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 130. conf. Index rerum Theol. ad Decenn. I. Act. Erudit.

✱ MATER num poſſit deſpondere filiam. *Wagenſeil.* Sota. p. 452. Mater non obligatur ad liberos erudiendos. *ibid.* p. 471. ſuo lacte infantem nutrire debet. *ibid.* p. 282.

MATRI-

Digitized by Google

MATRIMONIA. De iis Buxt. in Synag. Leuſden. in *Philol.* mixto f. 173. vid. *Nuptias.*

Matrimonia Deo diſpenſante contrahuntur *Wagenſeil.* Sota. p. 66. Quomodo in matrimonio caſte viuere deceat. *Maimon.* ad Miſchn. Sanhed. Cap. 7. miſchn. 4.

MASCVLVS. Quando maſculus venit in mundum, venit ſalus in mundum, habetque talentum in ſua manu. *Nidda* fol. 31. 2. felix ille, cuius liberi ſunt maſculi; vae illi, cuius liberi ſunt faemellae. *Kidduſchin* fol. 82. 2.

Maſculi digniores faeminis. *Tanch.* fol. 59. col. 3. fin. *Rabboth.* fol. 176. col. 2. poſt init. An maſculum an faemellam obliget praeceptum de procreandis liberis. *Tanch.* fol. 4. col. 2. poſt init. Quando vxor eſt grauida, num petere liceat, vt pariat maſculum. *ibid.* fol. 11. col. 4. init.

✱ MEDIA. De vrbibus Mediae, in quas X tribus in captiuitatem ſunt abductae, *Zornius* Hiſt. Hecat. p. 25. not. Idem pertractans argumentum, Tataros eſſe ſtirpe Iſraelitica ortos negat *Nicol. Fullerus* in miſcellan. Lib. I. cap. V. p. 175. ſeq. An ex Media redierint decem tribus, diſquirit *Iacob. Caluert.* in Naphtali. Londin. 1672.

מדינת הים *Medinath haiam,* Quaeritur quid ſit? Reſp. R. Salomoh in Gittin inquit כל ח"ל קרי מדינת הים לבר מבבל *Omnis regio extra terram Iſraeliticam vocatur* מדינת הים *regio maris, excepta Babylonia.* In quae Rabbi Salomonis verba ſic commentatur *R. Niſſim loco cit. Durius eſt omnem regionem, quae eſt extra terram, pro regione maris habere; nam tum ſub iſto nomine concludentur loca omnia vicina, et quae quaſi abſorbentur iuxta terram. Nec poſſunt loca remotiora* מדינת הים*, quae ſimilis eſt regioni iſti* (orae maritimae).

§. De מדינת הים in pluribus locis mentio fit. vid. *Gittin* per totum cap. primum. *Moed Katon* cap. 3. verſu primo

Digitized by Google

primo et ſecundo: vbi de raſura et lotione ex illa provincia venientium agitur.

MEDICVS. Afflicta eſt ciuitas cuius medicus eſt פודגריס *podagricus. Vaiikra Rabba* ſect. 5. אסיא אסי חגרתך *medice, cura te ipſum. Tanchuma in Gen.* ſect. 1. conf. Luc. IIII, 23. *Ne habites in vrbe, cuius caput medicus eſt. Peſachim* fol. 113. 1. Ciuilibus enim negotiis intentus, aegrotorum curam negligit. Medici iudaei merita feſtiue deſcribuntur in *Kidduſchin* fol. 82. 1. טוב שברופאים לגיהנם *optimus medicorum meretur gehennam.* Gloſſ. multos enim incaute occidit; multos pauperes quos ſeruare potuiſſet negligit. Prohibitum eſt Iudaeis vti medicis et medicamentis Chriſtianorum, quia ſunt חשודי' בדמים *ſuſpecti de ſanguine. Ammude Gozah* fol. 37. num. 100.

§. Medicamenta quaedam referemus apud priſcos vſitata. *Bab. Schabb.* fol. 110. Varia medicinarum genera praeſcribuntur foeminae profluuio laboranti. *Dicit R. Iochanan:* Recipe מתקל זוזא קומא אלכסנדרינא *Gummi Alexandrini pondus ſuſaei* גביא גילא *aluminis* כורכמא רישקא *Croci hortenſis pondus ſuſaei.* Conterantur haec vna, et in vino dentur foeminae haemorroiſſæ.

Si haec non proſint,

Recipe תלתא קפיזי שמכי פרסאי *ceparum Perſicarum ter tria Log, vino coquantur, atque inde eam potare debes, dicasque* קום מזוביך *ſurge a profluuio tuo.*

Si hoc non valeat,

Siſte eam in aliquo biuio, manuque teneat poculum vini: Veniatque aliquis a tergo eius, eamque terreat, dicens קום מזוביך *ſurge a profluuio tuo.*

Aliud remedium, ſi praecedentia nihil obtinuerint,

Recipe בונא דכמונא *manipulum Cymini,* בונא דמוריקא *manipulum Croci,* בונא דשבלילתא *manipulum foeni graeci; coquantur vino, et dentur ei potanda, cum clauſula ordinaria, ſurge a profluuio tuo.*

Alia

Digitized by Google

Alia doſis.

Fodiant ſeptem foueas, in quibus comburant ſarmenta quaedam vitium non circumciſarum, i.e. quae nondum quadriennium attigerunt. Accipiatque in manu ſua poculum vini; deinde illam in vnaquaque fouea ſedere faciunt, et dum illam ex vna in aliam amouent, dicunt, ſurge a profluuio tuo.

§. In *Bab. Gittin* fol. 69. praeſcribuntur varia medicamenta variis morbis; inter alia לברסם *pro Pleuritide* (vel ſecundum alios, *morbo quodam capitis*) *recipe ad quantitatem* glandis דנישדור *de Ammoniaco.* De medicina pro *febri* vid. in F. *Febris.*

§. Potum medicinalem ex ſucco חלתית *laſerpitii* ſaepius conficiebant; haec herba, quae in officinis aſſa foetida nominatur, erat laudatiſſima in Syria, praecipue in prouincia *Cyreniaca;* hinc Catullus ad Lesbiam Cyrenas nominat, *Laſer-pitiferas.* De potu hoc loquuntur in *Schabbat* fol. 140.

§. Contra ſuffuſionem oculorum ſumatur ſcorpio דשבע חוטרי *ſeptem internodiorum*, et exſiccetur in vmbra. *Gittin.* fol. 69. 1. Pro morbo oculorum etiam prodeſt ſputum ieiunum; *Maim. Schabbat* cap. 21. patet etiam ex hiſtoria R. Meir in *Vaiikra Rabba* fol. 175. 2.

§. Appendebant mulieres ביצי חרגול oua locuſtarum ad aures ſuas, ſi dolorem in illis ſentiebant, aut illae ſanie diffluerent. vid. *Schabbat* fol. 67. 1. De *vomitoriis* אפיקטוזין vid. *Schabbat* fol. 123. 2. et fol. 147. in *Miſchna.*

§. Pro tuſſi vehementiori ordinarunt medici, vt aegrotus bibat lac caprinum calidum mane. *Temura* fol. 15. 2. *Baua Kama* fol. 81. 1. De magica curatione morſus canis rabidi vid. Cl. *Buxt. Lex. Talmud.* fol. 2063.

§. Habebant etiam medicos peritos exſcindendi pelliculas oculi, quas *germ.* vocant Staar. Illos vocabant איקוטמא. vid. *Vaiikra Rabba* ſect. 5. in Gloſſ. et *Ialkut* fol. 124. 2. De curatione vid. *Aegrotus.* De morbis periculo-

riculoſioribus; et quibus omni tempore adhibenda medicina; vid. *Hieroſ. Auoda Zara* f. 40. 4.

Iudaeis non licet Chriſtianis medicis vti. *Auod Sara* cap. 5. miſch. 2. An Iudaeis medicis vti liceat. *Wolf.* Bibl. Hebr. part. I. p. 313. not. et part. II. p. 1105. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 306. ſeq. Iudaei plures fuerunt archiatri regum ac principum *Wolf.* Bibl. Hebr. part. I. p. 331. not. De variis Iudaeorum medicamentis aduerſus varii generis morbos. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. in indice. tit. *Remedia. Petr. Zornii* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 475. Liber medicinalis ob abuſum ab Hiskia abſconditus. *Edzard.* Berachot. p. 109. De variis remediis magicis. *En Iſrael* part. I. p. 50. col. 1. med. col. 2. ante med. Nullus in mundo morbus eſt, qui non medicina poſſit curari. *Tanch.* fol. 3. col. 4. med. Quomodo liceat ſanare in ſabbatho. *ibid.* fol. 6. col. 3. poſt init. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 90. ſeq. An emplaſtrum imponendum ſit vulneri in ſabbatho. *Tanch.* fol. 26. col. 4. init. An ſanare liceat in ſabbatho eum, cui os dolet. *ibid.* fol. 27. col. 4. med. De medicina Chriſti. *Petr. Zornii* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 552. De Luca medico. *ibid.* p. 553.

מגילה *Megillah* vid. *Lect. Biblicae.*

Quinque Megilloth appendicem librorum feſtualium vocant, et plura de iis libellis recenſet *Laur. Fabricius* in Partition. Codicis hebraei cap. XI.

R. MEIR floruit anno 3881. Erat vice-praeſes Rabbi Simeonis tertii. *Iuchaſin* p. 67. Libenter Simeonem cum Rab. Nathan de gradu deieciſſet; hiſtoria narratur in cap. 3. tractatus *Horaioth.* De poena ipſorum vid. *Buxt. Lex. Talm.* p. 61. propter ipſum abſoluit R. Beth *Schean* a decimatione, *Cholin* fol. 6. 2. R. Meir diſpenſauit de nimis rigida obſeruatione curationis aegrota-

aegrotorum in Sabbatho. *Hieroſ. Berach.* fol. 3. 1. De volumine critico Bibliorum R. Meir vid. apud *Legem.* Hiſtoria videnda de ipſo extat in *Vaiikra Rabba* fol. 175. 2. vid. *Sputum.* Nomen R. Meir erat *Neborai.* Quare ergo vocatur R. Meir? שמאיר עיני חכמים בהלכה *quia illuminat oculos ſapientum traditionibus* etc. *Erubhin* fol. 13. 2.

De hoc celebri inter Iudaeos Doctore vid. *Wagenſeil.* Sota p. 974. *Wolf.* Bibl. hebr. part. II. p. 850. et IIII. p. 419. ſeq.

MEL. Deus promiſit populo iſraelitico terram fluentem lacte et melle; hinc primo intuitu quidam concludunt, *totam terram ſic fluxiſſe.* Item, infinita aluearia in illa fuiſſe. At aliter Talmudici *Hieroſ. Biccurim* fol. 64. 2. *Dicit R. Ionah, terra fluens lacte et melle, eſt terra, cuius aliqua pars fluit lacte et melle.* Partem autem illam ponunt in Galilaea, nam ſic aiunt. *Per ſedecim milliaria vndiquaque a Zippore eſt terra fluens lacte et melle.* Hinc etiam illud R. Ioſe Galilaei in *Biccurim* c. 1. v. 15. *Non afferunt primitias e regione quae trans Iordanem, quia ea non eſt terra fluens lacte et melle.*

Quomodo autem illa pars quae fluxit melle illud produxerit, diximus ex *Maimon.* in locum modo citatum. *Cum dicit*, et melle, *intelligit mel palmarum. Nam palmae, quae ſunt in planitie, et in conuallibus, abundant melle admodum.* Habebant ergo in palaeſtina et mel palmarum, quod ſine dubio abundantiſſime proueniebat in tractu Hierichuntino qui locus commorationis erat Iohannis Baptiſtae; Hiericho enim a multitudine palmarum vocabatur עיר התמרים *vrbs Palmarum.* Sed praeter mel palmarum erat etiam mel diſtillans a ficubus: vt eruitur ex *Ketubb* Fol. 9. 2. *Dixit R. Iacob Ben Doſithai, profectus ſum tempore quodam a Lydda ad Ono, ante diluculum, at talos vſque in melle ficuum.*

Mel in altari non debebat offerri. *Maim.* Iſſure Misbeach. cap. 5. §. 1. ſeq. Mel gentilium Iudaeis eſt

 licitum.

Digitized by Google

licitum. *Auoda Sara* cap. 2. miſch. 7. Mel ſylueſtre quale. *Zornius* hiſtor. Hecat. p. 68. Mel non eſt fructus terrae *Raſchi* ad Deut. XXVI, 1. Verſ. Breith. p. 1452. not. 7.

MELCHISEDECH. De eo plura habent Gregorius in praef. ad ſua opera. p. 2. *Cunaeus de republ. Hebraeorum* lib. III. c. 3. Cl. Lightfootus etiam exiſtimat ipſum *ſemum* fuiſſe; *Chor. Marci* p. 80.

De quo confer Raſchi ad Gen. XIIII, 18. et verſ. Breithaupt. h. l. p. 114. not. 62.

✱ MEMBRA. Tria membra creauit Deus, quae ſunt in poteſtate hominis, et tria, quae non ſunt in poteſtate eius. *Tanch.* fol. 10. col. 4. p. med. et quando Deus vult, neque illa, quae ſunt in poteſtate hominis, in eius ſunt poteſtate. *ibid.* fol. 11. col. 1. init. Quot membra ſint in homine, quae ſingula ſuum habeant praeceptum. *ibid.* fol. 47. col. 1. poſt med. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 188.

✱ MEMBRANA. Membranae vſus quando introductus. *Wagenſeil.* Sota p. 371. Membrana, cui Iudaei res ſacras inſcribunt, quomodo conficienda. *ibid.* p. 368. Membranae variae ſpecies. *ibid.*

MENDACIVM. Doce linguam tuam dicere איני יודע *ego neſcio*, ne forte mendacii arguaris, et capiaris. *Berachot.* fol. 4. 1. כך עונש של בדאי *Haec eſt poena mendacis, vt etiamſi dicat verum, tamen ei fidem non adhibeant. Sanhed.* fol. 89. 2. Quicunque interpretatur textum Biblicum כצורתו *ſecundum litteram*, is eſt mendax. *R. Aſaria in Meor Enaiim* fol. 145. ex *Kidduſchin* cap. 2. vix enim cauebit, quin aliquando ſenſum corrumpant.

Mendacio vti num liceat? *Wagenſeil.* Sota p. 837. Mendacium quandoque licitum. *Tanch.* fol. 83. col. 1. poſt med.

MEN-

Digitized by Google

MENDICANTES diſtinguuntur in עניי עולם *pauperes mundi*, i. e. mendicos oſtiatim petentes Eleemoſynam, ſiue ſint Ethnici vel Iſraelitae, et ex quacunque ſint regione; et in *pauperes vniuſcuiusque vrbis*. vid. *Eleemoſynae*. Verba mendicantium vſitatiſſima haec erant, זכי בי *merere in me*. i. e, meritum acquire tibi, per eleemoſynam mihi datam. Item הכי זכי בי גרמך *o homo teneri cordis, in me benefac tibi ipſi.* Aliquando סכי בי מה הוינא אסתכל בי מה אנא *reſpice me quis fuerim, aſpice iam, qualis ſim. Vaiikra Rabba* f. 204. 3 ſect. 34.

MENSAE ordinariae deſcriptio. vid. *accumbendi ritus.*

MENSES ſic numerant. Ian. ipſis eſt שבט *Schebbat*, Februar. אדר *Adar*, Martius ניסן *Niſan*, Aprilis איר *Iar*. Maius סיון *Siuan*. Iunius תמוז *Tammus*, Iulius אב *Af*, Auguſtus אלול *Elul*, September תשרי *Tiſri*, October מרחשון *Marcheſvan*, Nouember כסלו *Kislev*, December טבת *Thebbet*. Obſeruandum hic, quod duplicem annum olim habuerint, *Eccleſiaſticum* et *Politicum*. Annus eccleſiaſticus inſtituente Moſe in memoriam exitus ex Aegypto incepit a ניסן *Martio*, vid. Ionathan et R. Salomoh in *Exod.* XII, 1. Politicus incipiebat a Tiſri ſiue Septembri, quia credunt in eo olim mundum fuiſſe creatum, vid. *Kimchi* 1 Reg. VIII, 2. *Bereſch. Rabba* ſect. 22. Ex quibus affertur lux loco alias ſatis obſcuro in *Roſch Haſchana* cap. I. v. I. באחד בתשרי ראש השנה לשנים לשמיטין וליובלות ולנטיעה ולירקות quae paraphraſtice reddita ſic ſonant. *Menſis Tiſri die primo computatio annorum a creatione mundi pertexitur. A menſe Tiſri etiam computant annos pro determinatione* Iubilaeorum, *remiſſionis agrorum in anno ſeptimo. Sic a menſe Tiſri numerant annos illos tres a plantatione fructuum, in quibus fructus praeputiati et illiciti erant, vt anno quarto redimi poſſent. Item annos plantationis olerum, quia ex illis decimae et oblationes erant conferendae.* Menſis Tiſri vocatur etiam ירח האתנים *menſis robuſtorum* 1 Reg. VIII, 2. propter perfectionem fru-

ctuum in illo menſe. In illo menſe erat feſtum illud magnum הכפורים Expiationis. Vid. ſ. l. de menſe אב vid. A. De Februario vid. אדר in A.

Alio modo hi menſes exponuntur apud *Friedlib.* Theol. exeg. p. 534. Menſis Tammus Iudaeis infauſtus. *Abarb.* in prophet. prior. fol. 306. col. 3. Quid ſingulis menſibus ſingulare inter Iſraelitas contigerit. *Rabboth* fol. 345. col. 1. fin. ſeq. De ratione computandi menſes *Voiſin.* Pug. fid. p. 63. b. De ſacrificio ſuperaddito in primo die menſis Tiſri. *Maimon.* Tamid. cap. 9. tot. Die nono Tiſri edendum et bibendum. *Edzard.* Berachot. p. 81. De menſis huius praerogatiua *Cramerus* ad cod. Succa p. 551. *Rabboth* fol. 162. col. 3. tot. Sif cur primus menſis dictus. *Abarban.* in proph. prior. fol. 217. col. 3. Menſis Bull cur ita vocetur. *ibid.* fol. 221. col. 4. init. Menſis האתנים. *ibid.* fol. 225. col. 3.

✱ MENSTRVATA. Quando quis immundus fiat in menſtruata. *Schevuoth* cap. 2. miſch. 4. Menſtruatam maritus ne tangat. *Tanch.* fol. 50. col. 1. poſt init. Si quis cum menſtruata rem habeat, liberi puniuntur lepra. *ibid.* An menſtruata veſtibus ſuis induta, poſſit dormire cum marito. *ibid.* col. 4. init. Quot dies numerare debeat menſtruata. *ibid.* col. 4. ante med. et fol. 51. col. 1. poſt init. Quamdiu menſtruata abſtinere debeat ab vſu coniugali. *ibid.* p. 50. col. 4. poſt init. Mulieres diligenter ſe explorent, num ſint menſtruae, vti ancilla Gamalielis. *Rabboth* fol. 151. col. 4. poſt med. Grauis lex eſt mulieribus praeceptum de menſtruis. *ibid.* fol. 152. col. 1. ante med. R. Abraham ben Dior peculiarem edidit librum de ritibus variis ad foeminas, ſpeciatim menſtruatas ſpectantibus. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 48.

MENSVRAE. In menſuratione Iudaei admodum delectantur numero *quadringentarum Parſarum*; Gloſſ. in

in *Baua Metzia* fol. 28. 1. *Terra Iſraelitica fuit quadraturae quadringentarum Parſarum.* *Megillah* fol. 3. 1. *Ionathan Ben Vziel interpretatus eſt ab ore Haggaei, Zachariae et Malachiae, et commota eſt terra Iſraelitica quadringentis Parſis vndiquaque.* *Baua Kama* fol. 82. 2. *Cum porcus ſurſum traheretur ſuper muros Hieroſolymae, et infigeret vngues, quaſſata eſt terra Iſraelitica, per quadringentas Parſas vndiquaque.*

Maimon. in *Hal. Melachim* cap. 5. *Licitum eſt habitare in vniuerſo mundo, excepta terra Aegypti*, (quae ſe extendit,) *a mari magno verſus occaſum* ארבע מאות פרסה *ad quadringentas Parſas.* Parſa autem intra ſe continuit quatuor milliaria, et decem Parſae, milliaria 40. fecerunt. Gloſſ. in *Peſach.* fol. 93. 2.

§. Menſurarunt etiam per *milliaria et dietas.* De milliari referunt in *Baua Metzia* fol. 33. 1. *conſtitiſſe illud,* (non octo vt Romanum, et Graecum ſed) *ſeptem* ריס *ſtadiis cum dimidio.* Alias מיל diſtinguitur in maius et minus, *maius* complectitur greſſus bis mille, *minus* greſſus mille. Vid. *Sanhed.* fol. 96. 1. *Megillah* fol. 6. 1. *Maimon. Hal. Tephillah* cap. 4. Supra fidem eſt quod de itinere Saulis et Iſraelitarum refertur in *Midraſch Tillim* fol. 7. 4. Gloſſ. in *Sanhed.* fol. 44. 1. *nimirum Saulem vna die ſexaginta milliaria peragraſſe; et Iſraelitas vna die a Iordane ad montem Gerizim perueniſſe.* Nam de dieta ſiue itinere diario notant, illud vltra quadraginta milliaria ſe non extendiſſe. Scil. a prodeunte primum aurora ad ortum ſolis, quinque milliaria; ab occaſu ſolis, donec appareant ſtellae, quinque milliaria: quindecim a mane ad meridiem, et quindecim a meridie ad veſperam. *Peſachim* fol. 93. 2. Intra ſpatium itineris trium dierum aliquis *Hieroſolyma* ad vltimum limitem terrae Iſraeliticae peruenire poterat; quod eruitur ex *Baua Metzia* fol. 28. 1. *tenetur ille qui amiſſum repererit, rem repertam manifeſtare publico praeconio, tribus feſtis, et ſeptem diebus poſt feſtum vltimum. Nempe vt triduo quis domum redeat, quaeſitum an aliquid perdiderit, triduo redeat*

Digitized by Google

eat (Hieroſolymam,) *et ſuperſit adhuc dies vnus publico praeconio.*

§ De menſura longitudinis et interuallorum vid. Cl. *Leusdenii Philol. mixtum* p. 201. 112. Menſura ciborum illicitorum eſt aliquando כזית *inſtar oliuae* vel כאגוז *inſtar fabae*, vel ככותבת *inſtar dactyli.* Vt in *Ioma* c. 8. §. 2. Seah Hieroſolymitana amplior erat Seah ruſtica ſexta parte; et Seah Zipporienſis Hieroſolymitana ſexta parte. *Menachot* cap. 8. *Erubbin* fol. 83. 1.

§. Menſurae aridorum duae fuerunt in templo et ſeptem menſurae fluidorum. *Maimon. Kele Hammikdaſch* c. 1. §. 16. circa finem. Illas pluribus deſcripſit; Cl. Leusdenius l. c. p. 204. 205. 207. 208.

De cubitis Hebraeorum. *Zornius* hiſtor. Hecataei p. 112. Logus qualis menſura. *Cramerus* ad cod. Succa p. 378. Oliuae quantitas eſt menſura ciborum minima. *ibid.* p. 117. *Gaſp. Waſerus* libellum conſignauit de antiquis menſuris Hebraeorum, qui extat in crit. ſacr. Anglic. Tom. VIII. Quomodo purificare debeant menſuras et menſurae. *Baba Batbra* cap. 5. miſch. 10.

✱ MEPHIBOSETH, fuit doctor Dauidis. *Edzard.* Berachot. p. 24.

✱ MERCENARIVS. Mercenario merces ſua non detinenda. *Tanch.* fol. 30. col. 1. poſt init. *Rabboth* fol. 121. col. 2. poſt med. Quamdiu mercenarius operi vacare debeat. *ibid.* fol. 66. col. 1. fin. ſeq.

✱ MERETRICES an apud Iudaeos fuerint velatae. *Wagenſeil.* Sota p. 197. Meretricum artes in decipiendis adoleſcentulis. *En Iſrael* part. I. p. 49. col. 1. poſt init.

✱ MERIDIES. Meridionalis plaga Iudaeis vocatur ימין. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 250. not.

MERCVRII idolum priſci בירת קוליס *domus Kolis*, item מרקוליס *Marcolis* vocarunt. In eo poſiti erant

Digitized by Google

erant tres lapides, quorum vnus hinc, alter illinc poſitus, et tertius ſuper eos vtrumque tegens. *Metzia* fol. 25. 2. *Auoda Sara* cap 4. miſchn. 1. Ad hos tres lapides proiiciebantur alii lapides certo ritu, quam proiectionem idololatriam eſſe dicunt in *Sanhed.* cap. 7. miſch. 6. fol. 60. Vid. Scaliger de emendatione temporum lib. 5. p. 486. *Seld. de DIs, Syris.* II. c. 14. *Kircheri Oedip.* I. 388.

Si quis in ſtatua ſupra caput Mercurii inueniat pecunias, veſtimenta, aut alia vaſa, haec pro licitis habentur: ſed ſi inueniat racemos vuarum, coronas ſpiceas, vinum aut oleum, placentae, aut eiusmodi alia, quae in ſacrificium offerri poſſunt, prohibita cenſentur. *Auoda Sara* cap. 4. miſchn. 2. Mercurii feſtum et eius origo. *Cramerus* ad cod. Succa. p. 377.

MESSIAS. Meſſiae aduentum praecurret Armillus, immanis Iudaeorum hoſtis. Vid. Cl. *Buxt. Lex. Talm.* p. 221. De triplici Meſſia, *filio Ioſeph*, qui et filius Ephraim dicitur; et *filio Dauidis.* Vid. *Rabbi Salomoh Iarchi* Eſai. XXIIII, 18. *Cantic.* VII, 3. *Succa* 52. 1. *Auoda Sara* 5. 1. Priori Iudaei tribuunt quae humilia de Meſſia in ſcripturis dicuntur; alteri quae glorioſa. Vid. *Abarbanel* in *Eſai.* LIII. Rabbi *Salomoh* Eſai. XI, 13. etiam de *Meſſia Ben Iehuda* loquitur.

§. Eius aduentus erit inexpectatus; *Sanhed.* fol. 97. 1. Tria veniunt בהסח הדעת *per abreptionem mentis* (inopinato) *Meſſias*, *res inuenta*, et *ictus ſcorpionis.* Meſſias *Sanhed.* 96. 2. vocatur בר נפלי quia aduentus eius tam in Macrocoſmum quam in Microcoſmum erit, cum res maxime collapſae. Et ſane Dominus noſter Ieſus Chriſtus in hunc mundum venit, rebus Iudaeorum admodum debilitatis, et ipſorum priuilegiis ablatis. Referemus pauca ad haec facientia. Tempore Simeonis Iuſti, qui vixit et floruit A. M. 3448. Prophetia ablata fuit, vt expreſſe *Iuchaſin* fol. 15. 2. Caper emiſſarius in die expiationis a rupe deiectus, non amplius

Digitized by Google

comminuebatur in fruſta, vt antea factum, ſed viuus aufugit in deſertum et a Saracenis fuit comeſtus. Poſt mortem Simeonis ſors Dei in die expiationis iacta, non amplius ad manum dextram ſolum prodiit vt antea, ſed aliquando ad dextram, aliquando ad ſiniſtram. Lucerna occidentalis ſaepius extincta eſt, cum antea perpetuo arderet. Ignis ſtruis non conſeruabatur niſi per totum diem ligna ſupplerent; lingua coccinea dealbeſcebat, aliquando vero non. Ablata etiam fuit benedictio panum propoſitionis, illis enim nunquam ſatiabantur ſacerdotes, vt antea factum. Lege de his prolixius *Hieroſol. Ioma* fol. 43. 3. Paulo ante Chriſti aduentum ita multiplicatus erat homicidarum numerus, ſub famoſo illo latrone fil. Dinai, (quem ob ſua facinora בן הרצחן Homicidam κατ᾽ ἐξοχὴν vocarunt,) vt iunicis decollatio (v. ſ. l.) abroganda fuerit R. Iochanan Ben Saccai noluit amplius permittere, vt vxores ſuſpectae ob adulterium aquarum potatione probarentur; quia in illud vitium ita proruperant, vt nec caſtigari ob ingentem multitudinem, nec probari potuiſſent. Cum Ioſe filio Ioeſer ceſſarunt viri praeſtantes et pii. Sublata puritas, ſuſtulerat guſtum et ſaporem fructuum et decimarum fraus, pinguedinem frumenti, fornicatio et praeſtigiae omnia corruperant. *Ita habes confitentes Magiſtros in elegantiſſimo tractatu Sota* c. vlt. Adamus quae in *Bab. Sanhed.* fol. 99. 1. et 97. 1. dicuntur, *R Iuda inquit, in generatione iſta, cum filius Dauidis aduenerit, ſcholae erunt meretrices, Galilaea vaſtabitur, Gablam excidetur, et incolae terrae* (Gloſſ. ſynedrium) *circumuagabuntur ab vrbe in vrbem, et miſericordiam non aſſequentur, ſapientia ſcribarum foetida erit, et qui peccare timent, ſpernentur, eruntque facies generationis iſtius, ſicut facies canum, et deficiet veritas,* etc. Quae non quaeſo! fuerunt diſſenſiones inter Schammaeanos et Hillelianos, (vid. Hillel.) ante et poſt Chriſti aduentum? quae non caedes et rapinae in hiſtoria quadraginta iſtorum annorum, qui a morte Chriſti ad exciſos Hieroſolymas excurrerunt?

§. So-

§. Secuudum *Hieroſ. Berachot* fol. 5. 1. Meſſias naſci debuit, ſtatim poſt excidium vrbis, quia poſt excidium denuntiatum Eſai. X, 33. 34. ſtatim adiungitur Eſai. XI, 1. *Orietur germen a ſtirpe Ieſſe.* Gemariſtae tamen loco citato non erubeſcunt fateri Meſſiam ante ſua tempora natum eſſe *Bethlehemae*; eorum verba adduxit in *Hor. Hebr.* ad Matth. p. 23. Cl. *Ligtfootus.* De bello Gog et Magog immediate aduentum ipſius praeceſſuro vid. *Bereſch. Rabba* ſect. 41. *Bab. Sanhed.* fol. 95. 2. et fol. 97. 1. Cl. Ligtf. Eu. Mr. 50.

§. Doctrina iudaica de aduentu Meſſiae porro haec tria ponit. 1. Futuram tunc temporis reſurrectionem iuſtorum משיח עתיד להקיץ ישיני עפר *Meſſias reſuſcitabit dormientes in puluere. Midraſch Tillin* fol. 42. 1. vid. etiam *Bab. Sanhed.* fol. 92. vbi ſic Gloſſa. *Iuſti quos ſuſcitabit Deus a mortuis in diebus Meſſiae, cum reuixerint, non redibunt iterum in puluerem ſuum, nec in diebus Meſſiae, nec in ſeculo conſecuturo; ſed caro eorum in ipſis eſt permanſura vſquedum redeant et viuant* עתיד לבוא *in aeternum. Et per iſtos annos quibus renouaturus eſt Deus mundum* עולם זה חרב אלף שנים *vaſtabitur mundus hic per mille annos, vbinam tandem per iſtos annos erunt iuſti iſti?* Ex quibus 2. patet ſecundum Iudaeos, *reſurrectionem iuſtorum conſecuturam mundi huius deſolationem.* Et 3. poſt iſtos mille annos *aeternitatem futuram.* De hoc עולם הבא vid. in *formulis loq.* differit etiam de illa aeternitate *Tanch.* fol. 9. 2. *Dicit S. Bened. Iſraeli, in hoc mundo vos timetis a transgreſſionibus, at in mundo futuro, ſoliciti eritis ſolum de bono vobis repoſito.* Item. fol. 77. 3. *In hoc mundo nuntii mei fuerunt caro et ſanguis; at in mundo futuro ego mitto vobis nuntium meum* etc.

§. Reſtant adhuc alia de Meſſia referenda. Varia eius nomina legere potes in *Bab. Sanhed.* 98. 2. *Voiſin.* in pug. fid 671. de eius excellentia ſic loquitur *Abarban.* in cap 53. *Ieſai.* משיח ירום מאברהם נשא ממשה וגבה מאד ממלאכי שרת *Meſſias exaltabitur prae Abrahamo, eleuabitur prae Moſe, et ſublimis erit valde prae angelis miniſterii.* Haec deinde prolixe diducit. De doloribus

Digitized by Google

eius plurima extant; propter illius infirmitates dicunt Magiſtri כי חוורא דבי רב שמו *quod nomen eius ſit leproſus e domo Rabbi. Bab. Sanhed.* fol. 98. 2. Et paulo poſt, *quod ſi Meſſias ſit e viuis, Rabbenu Hakkadoſch* (R. Iuda ſcil.) *ille ſit.* Quia R. Iuda plurimis laborauit infirmitatibus vid. *Hieroſ. Kilaim* fol. 32. 1. ibi enim inter alia dicitur, *ipſum tredecim annos laboraſſe dolore dentium. Sanhed.* fol. 98. 2. haec legimus. *Dicit Vlla, adueniet Meſſias, ſed non videbo eum, i. e.* non videndus erit. *Quare?* משום חבלו של משיח *propter dolores Meſſiae.* Gloſſ. חבלי i. e. *terrores et dolores, qui erunt in diebus eius. Schabbat* fol. 118. 1. *Qui ter conuiuatur Sabbatho, liberabitur a tribus miſeriis* מחבלו של משיח *a doloribus Meſſiae, a iudicio Gebennae et a bello Gog et Magog.*

§. Meſſias plurimum in monte olïueti verſabitur. *Midraſch Tillim. per tres annos et dimidium, ſtetit* שכינה *in monte olïueti, et praedicauit,* etc. De afflictionibus tempore Meſſiae ſic loquitur *Moſes Alſchech* in Ieſai. LII, 13. *In mundo ſunt tres afflictionum triades, prima Dauidi et Patriarchis contigit, ſecunda ſeculo exciſionis,* i. e. *hodiernae Iudaeorum captiuitati; tertia ſeculo Meſſiae.* Etiam pauperes futuri erunt in diebus Meſſiae *Bab. Schabbat* fol. 63. *Non eſt diſcrimen inter hunc mundum et dies Meſſiae* אלא שעבוד מלכיות *niſi quoad afflictionem regnorum ethnicorum; ſicut dicitur Deut.* XV, 11. *Non deerit pauper e medio terrae.* R. Salom et Aben Eſra, *ſi obediueris verbis Domini, non erit in te pauper, at non obedies, ergo nunquam deerit.* Confer haec *Marci* XIV, 7. De *Meſſia* vid. *Hal. Melach.* c. 12. De Meſſia veniente ſuper *Aſinum* vid. *Aſinum.*

Quidnam per tempora Meſſiae intelligunt Iudaei *Maimon.* ad h. Sanhed. c. 10. miſchn. 1. Meſſiae aduentum a ſiderum influxu pendere credunt Iudaei. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 4. not. d. In aduentu Meſſiae indagando ſtudioſi admodum Iudaei. *ibid.* p. 51. not. et p. 597. not. Meſſiae aduentum quomodo maturari putent Iudaei. *ibid.* p. 358. not.

Digitized by Google

not. e. Comparatur cum luce. *Raſchi.* Pſalm. XLII, 9. Meſſias noctu venire debet. *Targum Hieroſ.* Exod. XII, 42. *Targ. Ionath.* Ben Vziel. Rex Meſſias egreſſurus eſt ex Roma. *Targ. Hieroſ. ibid.* Comparatio Regis Meſſiae cum Moſe. *Targ. Ieruſ. ibid.* Meſſias dicitur mons magnus. *Tanch.* fol. 11. col. 1. circ. fin. De duplici Iudaeorum Meſſia. *Cramerus* ad Succa. p. 436. Meſſias eſt ſcopus prophetiarum. *ibid.* p. 522. Eſt rex populi ſui. *ibid.* p. 560. Meſſias quando venturus? *Rabboth.* fol. 147. col. 4. circ. fin. fol. 38. col. 4. poſt med. fol. 276. col. 4. init. fol. 298. col. 3. med. fol. 312. col. 1. med. Meſſias non prius veniet, quam omnes animae fuerint creatae. *ibid.* fol. 23. col. 3. circ. med. Meſſias peccatis obnoxius. *ibid.* fol. 125. col. 3. poſt med. Meſſiae et Moſis comparatio. *ibid.* fol. 313. col. 2. ante fin. De Meſſia Michaele. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. I. p. 787. Meſſias venturus eſt in ſalutem Iſraelis. *Tanch.* fol. 31. col. 3. circ. fin. Comparatur lapidi. *ibid.* col. 4. poſt init. Comparatur luci. *ibid.* fol. 33. col. 1. poſt med. Tempore Meſſiae deſertum immutabitur. *ibid.* fol 76. col. 2. init. Tempore Meſſiae reunietur Iuda et Iſrael. *Abarban.* in prophet. prior. fol. 189. col. 4. Hoc tempore lex ceremonialis eſt abroganda. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 194. et 200. De his temporibus, et quamdiu illa ſint duratura. *Tanch.* fol. 79. col. 3. tot. De temporibus Meſſiae. *En Iſrael* part. I. p. 49. col. 1. poſt med. *Rabboth.* fol. 260. col. 1. ante fin. et col. 2. init. Tempore Meſſiae homines ad ſtatum integritatis ſunt reuerſuri. *ibid.* fol. 207. col. 1. med. De Meſſia et eius aduentu. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. in *indice* et cap. 2. in *indice. Rabboth* fol. 89. col. 4. fin. *Edzard.* Berachot in *indice.* Meſſiam eſſe verum Deum, Deique filium. *ibid.* p. 264. Sacrificia ceſſare debuerunt tempore Meſſiae. *ibid.* p. 190. ſeq. Cognitionis diuinae augmentum etiam ſecundum Iudaeos tempore Meſ-

Meſſiae expectandum. *Cramerus* cod. Succa p. 372. Conuerſio Iudaeorum et gentium tempore Meſſiae expectanda. *ibid.* p. 554. ſeq. et 563. ſeq. Quot nomina ſint Meſſiae. *Rabboth.* fol. 300. col. 1. poſt init. Auctor *Sepher Ikkarim.* lib. 2. cap. 28. eum docet eſſe mediatorem Dei, per quem iuſtitiam a Deo conſequimur. Verba eius ſunt ſequentia: vocat ſcriptura Deum iuſtitiam noſtram. Ierem. XXII, 6. quia eſt mediator Dei, per quem iuſtitiam a Deo conſequimur. Meſſiae aduentum ab influxu aſtrorum pendere, credunt Iudaei. *Wolf.* Bibl. hebr. Part. p. 4. not. d. Hiſtorie des Jüdiſchen Meſſiae. Wittenb. A. u. N. 1702. p. 507. Diſſertations ſur le Meſſie par *Iſaac Iaquelot.* Hag. Com. 1699. De Iudaeorum Pſeudo-Meſſiis ſchediaſma hiſtorico-philologicum conſignauit Ioh. a Lent. Herborn. 1683.

MESSIS vid. *Agriculturam* et *Sementem.* Meſſores aceto fruebantur. *Rabboth.* fol. 167. col. 1. ante fin. Praetereuntes benedixerunt meſſoribus. Geier ad Pſ. 129. vlt.

MESVSA vid. *Schedas.*

METATRON vid. Cl. *Buxt. Lex. Talm.* p. 1192.

De Metatron vid. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 360. not. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 14. it. Berachoth in indice.

* METEMPSYCHOSIS Iudaeis credita. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 389. not. Conf. *Act. Erudit.* Anno 1687. p. 110. *ibid.* p. 1693. p. 5.

מגדל *Migdal* vid. Magdala.

למעוטי *Limgnuté* ſignificat *oppoſite*; vt in *Comment. Maimon ad Peah* cap. 1. 4 נשמר למיעוטי הפקר *cuſtoditum dicitur oppoſite ad id quod publici iuris eſt.* Vid. etiam *Hal.*

Hal. Rozeach cap. 11. למה נאמר גגך למעט בתי כנסיות *cur dicitur tectum tuum? oppoſite ad tecta Synagogarum.* Haec obſeruatiuncula ad intelligentiam plurimorum locorum proderit.

✱ MICHAEL eſt pontifex coeli. *Tanch.* col. 3. poſt med. col. 4. poſt init. Vbicunque eſt Michael ibi eſt Schechina. (*Rabboth.* fol. 97. col. 4. ante med. Michael Angelus eſt tutelaris Iſraelitarum. *ibid.* fol. 110. col. 1. med.

MILLIARE vid. *Menſurationes.*

✱ MINAEVS ſic vocant Iudaei Haereticum, qui vel ſine lege Dei viuit vel ſpecialiter eam erronice intelligit et docet. *Buxt. Lex. Talm.* p. 1199. a. Iudaei Chriſtianos vocant Minim. *Edzard.* Berachot. p. 283. et 285. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 21. De origine vocis Min. *ibid.* *I. H. Hottinger* compend. theol. Iud. p. 25.

MINISTRI. נפל ביתא חבל לכותא *ſi cadat domus, vae feneſtris.* Ad varios vſus poteſt applicari, ſed praecipue miniſtris, in luctuoſiſſimis reipublicae ruinis, haec lumina peſſime tractantur. *Iilkut* in *Exod.* LXXV, 3.

MIRACVLA, Mira vid. *Magia.*

Miracula num ſint veri Prophetae ſigna. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 260. col. 3. Non probandum in Ioſepho, quod quum hiſtoriam tranſitus Iſraelitarum per mare Erythraeum deſcribit, miraculum diuinae potentiae haud parum extenuet etc. Obſeruarunt, qui in Ioſephi lectione diligenter verſati ſunt, quod etiam de aliis diuinis miraculis ſubdubitanter et frigidius loquatur, quam ſacrae ſcripturae autoritas poſtulet. Hiſtoriam enim Ionae a ceto deuorati, et poſt triduum redditi, concludit his verbis: haec

de

de eo ſic retulimus, vt inuenimus in commentariis. *Ittig.* Proleg. ad edit. Ioſephi Colon. fol. 1. col. 2. poſt fol. c. 4. An Eſſay upon miracles, ein Tractat von Wunderwerken, in welchem wider die Atheiſten bewieſen wird, daß dergleichen ſeyn. Von Wilhelm Fleetwood, London. 1702. De miraculis in genere, quae religioni conſeruandae ſunt neceſſaria, et de miraculis Chriſti ex mente Muhamedanorum, nec non de falſo iactatis Mahometis miraculis prolixe agit Maraccius in Prodromo ad refutationem Alcorani Part. II. *Act. Erud.* Anno 1692. p. 37.

✱ MIRIAM. Quare totus Iſrael morari debuerit propter Miriam. *Tanch.* fol. 45. col. 3. init. De puteo Miriam. *Rabboth.* fol. 155. col. 2. poſt init. fol. 266. col. 2. med. fol. 268. c. 2. med. 322. col. 3. poſt init.

✱ MISCHNA, eſt traditio Moſis oralis de monte Sinai. *Tanch.* fol. 37. col. 3. poſt med. *Edzard.* Berachoth. p. 35. Miſchnae ſtudium quam Deo ſit gratum. *Rabboth* fol. 141. col. 2. circ. fin.

מלכיות *Malcuioth* ſunt quaedam formulae, quas precibus inſerunt. Vid. *Hieroſ. Berachoth* p. 3. col. 4. linea 58. et pag. 4. col. 1. l. 4. *Talm. Babyl. Roſch Haſchana* c. vlt. de formula recipere in ſe iugum מלכות שמים *Regni coelorum* vid. *Berachot* c. 2. 2. et *formulas loquendi.*

מודעית vel מודיעית eſt definiente Raſchi כרך רחוק מירושלם ט״ו מיל *locus munitus diſtans Hieroſolymis 15 milliaribus. Chagigah* c. 3. 5. Ciues vrbis Modaith, dum intra ciuitatem ſunt, creduntur eſſe נאמנין *obſeruatores puritatis* in vaſis fictilibus, dum extra ſunt, non item.

MOLECH. De eo vid. Selden. de Diis Syris 166. *Kirch. Oedip.* l. 32. 8. *Lud. de Dieu* Act. VII. 43.

Quando

Digitized by Google

Quando patres illi infantem vnum ſacrificarunt, ſi imaginabantur reliquos liberos hoc ſacrificio a morte ereptos iri, ſeque tota vita futuros proſperrimos. *Bechai* Leu. XVIII. Qui Molecho ſemen ſuum dat, lapidationis non ſit reus, niſi et per ignem traduxerit, nam ſi alterum tantum fecerit, euadit hanc poenam. *Sanhed.* c. 7. 7.

De Moloch eiusque cultu *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 303. col. 1. *Rabboth* fol. 297. col. 3. circ. med. De cultu Molochi peculiari diſſertatione egit *Herm. Witſius* Miſcellan. Sacr. Lib. II. *Act. Erud.* Anno 1692. p. 325.

✱ MOMENTVM. Quantum ſit temporis ſpatium. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 20. ſeq. *Berachot.* p. 61.

✱ MONARCHIA. An forma regiminis Monarchica conuenerit reipublicae Iudaicae. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 92. col. 4. ſeq. De quatuor monarchiis *Tanchum.* fol. 31. col. 3. fin. col. 4. init. *Rabboth.* fol. 91. col. 2. med. fol. 337. col. 3. med. col. 4. poſt med. fol. 184. col. 1. ante med. fol. 146. col. 3. init. fol. 162. col. 1. circ. fin. ſeq. fol. 105. col. 4. poſt med. ſeq. fol. 15. col. 2. init. fol. 40. col. 4. ante fin. fol. 41. col. 1. poſt med.

MONETA parua vocatur apud Iudaeos פרוטה, eſtque vel ex argento vel ex aere. Kidduſchin c. 2. 1. Pondus *Prutae* eſt dimidii grani hordeacei. *Maimon. Hal. Schekalim* c. 1. Ad שמין *Schemin* faciendum requiritur Pruta duplex, *Kidduſch.* fol. 12. 1. (vnde conſtat Siclum valere quatuor *Dinarim* ſiue drachmas; דינר *Dinar* 6. מעה qui faciunt 12 פונדיונין, qui faciunt 24 Aſſaria, qui faciunt 48. מוסמיסין, qui faciunt 96. קונדרינק, qui faciunt 192 Prutas, qui numerus per 24 Aſſaria diuiſus, inuenitur vnum aſſarium valere 8 Pruta). *Si quis exigat mutuum, licet ipſe ſit diues, et qui multum debet pauperrimus, tamen in iudicio non miſerentur eius, ſed exigunt ab eo debitum* עד פרוטה אחרונה *vsque ad vltimum denarium.*

rium! (Confer Math. V, 26.) *Maim. Hal. Malueh.* cap. 1. 4.

§. De argento ſacro et prouinciali vid. *Argentum.* De Siclis et denariis vid. etiam ſ. l. de nummis in genere quaedam dixit *Doct. Leusdenius Phil. Mixt.* p. 196. *In tribus rebus homo cognoſcitur, in loculo ſuo, in poculo ſuo et in ira ſua. Erubhin* fol. 65. col. 2. *Tria grauia ſunt corpori. Vulnus cordis durum eſt; dolor viſcerum grauius; omnium autem moleſtiſſimum eſt defectus nummorum. Midraſch Cohelet* Cap. 7. 27.

§. Habebant monetam non ſignatam quam vocant אסימון quaſi ἄσημον. De ea loquuntur in *Baua Mezia* cap. 4. ab init. in *Maaſer Scheni* cap. 1. ab init. De Aſſario אסר loqui, habebant in vſu, quando de minori ad maius argumentabantur; exemplum eſt in *Cholin cap. vlt.* in *Miſchna* ad verba *Deut.* XXII, 6 Si in praecepto leuiſſimo שהיא באיסר *quod vix aſſarii eſt* (quod de re minimi pretii agit) *adiicit ſcriptura hanc promiſſionem*, vt bene ſit tibi et prolonges dies, *quanto magis valebit hoc de praeceptis grauioribus quae ſunt in lege? Confer Math.* X, 29. De hac nummi ſpecie vid. *Talm. Kidduſchin* in princip. *Baua Mezia* fol. 44. 2. *Waſerum de nummis Hebraeorum* lib. 2. 3. *Notas Tremellii* ad Marci XII, 42.

§. Siclus erat duplex *prouincialis* et *eccleſiaſticus*; Politicus ſiue Prouincialis erat duarum drachmarum; Eccleſiaſticus ſiue templi erat drachmarum quatuor; Drachma Hebr. aliquando vocatur זוזא aliquando דינר dimidia drachma פלגא דוזא vocatur איסתרא Graece *στατήρ*. (*Ketubb.* fol. 64. 2. Vid. notas *Tremellii* Matth. XVII, 24) Erat inſuper Monetae ſpecies quae vocabatur ברדייקס *Menach.* fol. 29. 1. Illi nummi qui appellabantur דרכנות vel דרכמנות erant aurei, vſitati ante exilium Babylonicum, tempore Dauidis: valor ipſorum erat שני סלעים *vnius Taleri vel Imperialis* Gloſſ. in Schekalim cap. 2. fol. 3. quoniam obligabantur prouinciales ſingulis annis magnam ſummam ſiclorum Hieroſolymam deferre, hoc autem propter onus incommodum eſſet, a Magiſtris permiſſum eſt, vt ſiclos permutarent in Dar-

Digitized by Google

Darbonoth, maioris commoditatis cauſa. *Miſchna* in *Schekalim* l. m. c. כסף quando in Sacra Scriptura abſolute ponitur, denotat *Siclum*: ita illud expoſuit Onkelos *Gen.* XX, 16. Sed ſicuti hoc verum, ita falſum, כסף *in propbetis libram, in Hagiographis Centenarium* deſignare, vt volunt Gemar. ad *Becboros.* fol. 50.

Priſcorum Patrum nummi vocabantur קשיטה, ab impreſſa figura agni; de iis prolixe diſſerit *Cl. Heideggerus* in ראשי אבו׳. In Talmud. ſic inquiunt. *Quando iter feci in Africam* היו קורין למעה קשיטה *audiui quod nummum vocarint* קשיטה: *ex quo hunc fructum habemus.* Gen. XXXIII, 19. *Centum* קשיטה *eſſe centum nummos.* Vid. *Bereſcb. Rabba.* ſect. 79. in fine.

§. מעה Rabbinorum reſpondet Biblico גרה quod obolus redditur. Siclus pendebat viginti *Geras* ſiue מעין. Denarius ſex מעין. Meah ſedecim grana hordei ſiue quatuor אסרים. Gerah ſiue Meah collata ad noſtram monetam valuit quaſi dimidium *Bazium.* Vid. R. *Salomoh* Leu. XXVII, 25. *Maimon. Maaſer Scheni* c. 4. *Kidduſcbin* fol. 12. 1. *Becboros.* fol. 50. 1. Vid etiam *Waſerum de nummis Hebr.* lib. 2. 19. פולר Graece follezalis erat monetae paruae ſpecies, et reſpondet Latinorum Teruncio; de eo fit mentio in Hieroſ. *Peab* cap. 1. et *Bereſcbis Rabba* ſect. 49. פרוטה etiam obolus verti poteſt; in ſiclo erant 48. פונדיונין vid. *Rabbi Salomob* Leu. XVII, 18. *Becboros.* fol. 37. 2. *Kelim* c. 17. *Maimon.* in *Peab* c. vlt. Conſule de his etiam *Cl. Buxt.* Lex. Talm. p. 2449. ad rad. שמין vel שמץ.

§. Quatuor ſunt quorum Moneta in mundum exiit: Abraham, Ioſua, Dauid, et Mardochaeus. *Bereſcb. Rabba* ſect. 39. p. 36. col. 1. ante fin. Nummus Mardochaei *ex vna parte habuit ſaccum et puluerem, ex altera coronam auream* vel ſecundum *Medraſcb Eſtber* ſub finem מרדכי מכאן ואסתר מכאן *Mardocbai erat ex vna parte, et Eſtber erat ex parte altera.*

§. D. N. I. Chriſtus Math. XXII, 20. inſidiis quaeſtionis propoſitae reſpondet ex ipſa Magiſtrorum determinatione, quae exſtat apud *Maimon.* in *Gezela* cap. 5.

Vbicunque numiſma Regis alicuius obtinet, illic incolae Regem iſtum pro domino agnoſcunt. Illudque probatur exemplo Abigailis in *Hieroſ. Sanhed.* fol. 20. 2. *Dixit Abigail Dauidi, Quidnam ego mali feci, vel filii mei, vel pecora mea? Reſpondit ille, Maritus tuus regnum Dauidis vilipendit. Tune ergo, inquit illa, Rex es? Cui ille, Nonne Samuel me vnxit in Regem? Reſpondit illa* שאול קיים עדיין מוניטא דמרן *Numiſma Domini noſtri Saulis adhuc obtinet.* Quaſi diceret: Nonne Saul pro rege eſt habendus, cum numiſma eius vulgo adhuc apud omnes recipiatur.

Quaenam inter monetam ſectam et improbatam vel exauctoratam ſit differentia. *l'Empereur* ad Baba Kama Cap. 9. miſch. 2. In Gemara habentur haec verba: Quodnam eſt numiſma Hieroſolymitanum? Vbi nomina Dauid et Salomon expreſſa ab vno latere, ab altero exaratum, Ieruſalem ciuitas ſancta. *ibidem.* De variis monetis *ibid.* Cap. 8. miſch. 6. not. (2). it. Cap. 9. miſchn. 5. not. (1). An in Nummis Ebraeorum imagines hominum conſpiciantur. *Pet. Zorn.* ad Hecataeum p. 148 et 153. De nummo quodam aeneo a Iudaeis cuſo. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1098. De moneta Mardochaei. *Rabbach.* fol. 347. col. 4. fin. De dimidio ſiclo. *Tanch.* fol. 35. col. 2. poſt init. De Siclo vid. *Gerdeſii* Veſp. Vad. p. 153. Omnes ſicli, quorum mentio eſt in lege, ſunt Selaim, exceptis quibusdam. *Tanch.* fol. 56. col. 2. poſt init.

MONOCEROS non intrauit in arcam Noachi, ſed catuli eius intrauerunt, verum Noachus eum alligauit ad arcam, atque is ſulcauit ſulcos in vndis tantum quantum ſpatii eſt, a Tiberiade ad Suſitham. (i. e. XXX ſtad. quae eſt menſura *Ioſeph. in vita ſua.* *Bereſch. Rabba* ſect. 3. 1.

MONTES varii. Mons Moriah ita vocatur ſecundum R. Leui שיצא ממנו הוראה לישראל *Quod inde prodiret*

diret inſtructio Iſraeli. Secundum R. Chanina vero שמורא לאומות העולם *Quod inde prodiret timor nationibus Mundi. Bab. Taanith* fol. 16. 1.

Communis traditio eſt, locum vbi Dauid condidit altare in area Araunae fuiſſe locum vbi ſuum condidit Abrahamus, cum ligaret Iſaacum; vbi ſuum condidit Noachus, cum egrederetur ex arca. Item ibi creatum eſſe Adamum, ibi ſacrificaſſe Cainum et Abelem. *Maimon.* in *Beth Habech.* cap. 2. *Iuchaſin* fol 9. 1. *Midraſch Tillim* fol. 41. 2. Merito itaque huic loco etiam inaedificatum fuit ſanctuarium.

§. Mons Moriah ita ſitus erat, vt ciuitas, theatri inſtar, templum ambiret. *Ioſeph. Antiq.* lib. 5. c. 14. locus vbi templi aedificia exſtructa erant, vocatur a Rabbinis הר הבית *Mons templi;* in ſpecie autem illo nomine deſignant *atrium gentium* (vid. *Atria*). Mons ille templi erat quadraturae quingentorum cubitorum. *Middot* c. 2. v. 1. *Maimon. Beth Habech.* cap. 2. Mons Moriah per totum ſpatium atriorum erat excauatus ומפין היו עלגבי כיפין בבורות *Et tota area erat arcubus et columnis ſuſtentata,* ne vllo modo intra ſacrum hoc ſpatium fieret ſepulchrum, a quo populus vel ſacra contaminari poſſent. Vide *loca modo cit.*

§. Montem טוורוס *Taurus* Ionathan ponit pro monte הור in quo fato ſuo functus eſt Aharon. Vocatur etiam *Taurus Vmanus* et ponitur in finibus Idumaeae Vid. *Plinium* lib. 5. c. 52. *Ionathan Num.* XXXIV, 7. 8. 12.

§. Mons Hermon vocatur a Talmud טור תלגא Interpres Samaritanus Deut. IV, 48. טבר תגלא etiam ad Hermonem refert. *Hieroſ. Sanhed.* fol. 28. 4. *Exſtruxerunt filiabus Midianitarum craticulas a Beth Ieſchimon, vsque ad montem niuis.* Vid. in *Ionath. Num.* XXXIV, 11.

§. De monte Oliueti V. *Oliueti montem. De Monte Amorrhaeo.* vid. *Mappas.*

§. Quamuis Iudaea hic illis montibus plurimum extumuerit, praecipua tamen ejus extuberatio emicuit in dorſo montium, lato admodum, et excurrente ab vltima ora Auſtrali ad Hebronem vsque, ad ipſas fere Hieroſo

Digitized by Google

lymas, quae a ſacra pagina הר יהודה ὀρεινὴ Ἰούδα vocatur, Ioh. XXI, 11. Luc. I, 39. a Talmudicis vero הר המלך *Mons regalis* in *Hieroſ. Schevüit* fol. 38. 4. *Quodnam eſt montanum Iudaeae? Mons regalis.* Ratio huius Etymologiae non ita eſt in promptu, niſi forte Regalis dictus eſt, quia regia familia Dauidis, ex Hebrone montis huius oppido, oriunda eſt.

§. Loca in quibus de monte Regali mentio fit, ob ingentem multitudinem ita accumulare non licet. Iuuat pauca adduxiſſe.

Habebat Debora Puluerem album (argillam figulinam) in monte Regis בטור מלכא *Chald. Paraph.* in Iud. IV, 5. In diebus R. Hoſchaiae, ambierunt quidam immunitatem montis regalis, a quibusdam decimis. *Hieroſ. Demai.* fol. 24. 4. R. Simeon habuit vineam בהר המלך *in monte Regali. Hieroſ. Auoda Sara* fol. 40. 2. R. Chaia, R. Iſſai et R. Immai aſcenderunt in montem Regalem etc. *Hieroſ. Auoda Sara* fol. 44. 4. Myrias vrbium extitit in monte regali, de quibus mille poſſedit R. Elieſer Ben Harſum. *Hieroſ. Taanith* fol. 69. 1. Et tamen non obſtante illa multitudine villarum Pſalm. LXXV, 6. Mons regalis vocatur מדבר הרים *deſertum montium*, quia haec regio erat aſperior et incultior. *Rex Iannai habuit in monte regali ſexaginta myriades vrbium, et in vnaquaque erat numerus aequalis exeuntibus ex Aegypto. Bab. Gittin* fol. 57. 1. Eſt לשון גוזמא *Hyperbole*, et ingens incolarum multitudo innuitur. Cauſſa deuaſtationis montis Regalis erat, quia in celebratione quarundam Nuptiarum milites Romani Sponſi Gallum et Gallinam (vid. Nuptias) ſuſtulerant. Gittin vbi ſup. טור שמעון Mons Simeonitidis produxit 300 vtres fruſtulorum panis pauperibus vnaquaque ſeptimana. Deuaſtatus fuit ob ſcortationem. *Hieroſ. Taanith* fol. 69. 1.

Montes gradati. *Wagenſeil.* Sota. p. 318. Tres montes reliquos fecit columna nubis. *Tanch.* fol. 70. col. 3. circ. fin. *Rabboth* fol. 224. col. 4. poſt med. De monte Dei, qualis ſit. *ibid.* fol. 97. col. 4. init

Mon-

res ſubſilierunt, cum ferretur lex. *ibid.* fol. 91. col. 2. init. Mons Sinai omnium fuit minimus Raſchi Pſalm. XLII, 6. Montes et colles idololatrarum non ſunt prohibiti, ſed tantum luci. *Auoda Sara* cap. 7. miſch., 5. Moria mons prius fuit vallis, poſtea per miraculum factus eſt mons. *Tanch.* fol. 9. col. 1. med.

MORBI. Morbus ille quo peruertitur et contorquetur corpus, vt in epilepticis, vocatur עוית vid. Gloſſ. in *Midraſch Cobeles* cap. 1. v. 8. *Ialkut* part. I. fol. 27. col. 2. Dyſſenteriam vocant בורדם: *Dyſſentericum non viſitant* (conſolandi cauſſa) *neque etiam recordantur nominis eius* (eſt enim morbus impurus.) *Nedarim* fol. 41. 2. Tres moriuntur interea, dum adhuc loquuntur; aegrotantes חולי מעין *morbo cholico*, חיה *puerpera* הדריקון et *hydrope affectus*. *Erubbin* cap. 4. ab init. Hydrops et ſignum ſingularis alicuius transgreſſionis. *Schabbat* fol. 33. 1. Apud Rabbinos paſſio vulgaris et momentanea vocatur מיחוש; dolor qui abit et redit, vt dolor dentium, nominatur כאב: morbus vero inueteratus et difficilis eſt חלי *Schabbat* fol. 11. col. 1. Decem res reducunt aegrotantem לחליו *ad morbum ſuum*, redduntque morbum grauiorem, nempe eſus carnis bubulae, caro pinguis, caro aſſata, caro auicularum, ouum aſſatum, tonſio capillorum, lac, caſeus, balneum et שחלים ſiue *ficus immaturae*, *Berachot*. f. 57. 2. ſignum bonum pro aegroto eſt ſternutatio, ſudor, diarrhaea, ſomnus, ſomnia, gonorrhaea *Ialkut* in leg. f. 10. 1.

§. Synanche vel angina erat morbus ſatis notus apud priſcos, inuadebat autem praecipue infantes die 4. natiuitatis ipſorum, quare etiam parentes eo die inſtituebant ieiunia, ne ſcilicet ea infantes inuaderet. *Schabbat* fol. 27. 2. apud *R. Salom.* de hoc morbo etiam mentio fit in *Berachot*. fol. 8. 1. et fol. 40. 1. *Schabbat* fol. 33. 1. Fabulantur in Baua Bathra fol. 16. 2. Abrahamum Patriarcham geſtaſſe in collo lapidem pretioſum, quem cum aegrotus aſpiceret ſtatim conualuit. At cum moreretur

Digitized by Google

reretur Abraham, Deus lapidem iſtum impoſuit ſphaerae ſolis; inde natum prouerbium, *leuato ſole*, *leuatur morbus*.

§. In Babylonia non erant vlceroſi, quia ibi edebant blitum et betam; et bibebant ſiceram veprium, id eſt ex lupulis confectam (de la biere) *Ketubbot* fol. 77. 2. Viginti quatuor מוכי שיחין *percuſſi vlcere Aegyptiaco* ſunt, quibus grauis eſt coitus, grauiſſimum autem vlcerum genus eſt quod vocant ראתן *Ketubbot* vbi ſupra et *Vaiikra Rabba* ſect. 16.

§. De morbis vid. *Medicum* et *Aegrotum*.

Ob grauiſſimum morbum nomen ſuum permutare ſolent Iudaei. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 683. not. Pii moriuntur cholica. *Rabboth* fol. 55. col. 3. ante fin. Morbum primus expetiit Iacob. *ibid.* 58. col. 4. poſt init. De variis rebus, amuletis ſc. et phylacteriis etc. quae adhibere ſolent Iudaei contra morbos vid. *Amuleta*.

MORS. Hora illa qua iuſtus ſoluit ex hoc mundo, trium angelorum miniſtrantium כיתות *chori* obviam illi procedunt. Primus dicit *ingreditur pacem*. Secundus *quiſquis ambulat in integritate ſua*. Tertius, *ingredientur pacem*, *requieſcent*. *Iuchaſin* fol. 60. Mortis ſunt 903. genera, placidiſſimum eſt illud הנשיקה *Oſculi*, quo mortuus eſt Moſes, (Berachot. f. 8. 1.) grauiſſimum vero mors per אסכרה *Anginam*, (vid. morbi.) *Schab.* fol. 27. 2. §. Si quis moritur repente, vocatur חטופה, ſi aegrotet per vnum diem et moriatur, eſt מיתה דחוב', ſi per duos dies, et moriatur, eſt מיתה דחויה; ſi per tres dies eſt גערה, per quatuor נזיפה, per 5. מיתה כל אדם *eſt mors communis*. Si quis moriatur intra 50. annos, eſt מיתה כרת *mors excidii*. Intra 52. eſt mors Sam. Prophetae. Anno 60. eſt מיתה בידי שמים *mors per manus Dei*. Anno ſeptuageſimo eſt שיבה *ſenectus*; anno 80. eſt גבורה robur. *Moed Katon*. fol. 28. 1.

§. Homo

§. Homo lethaliter aegrotus, videatur ſibi in oculis כמו שהעלוהו לגרדום לדון *ſimilis illi*, quem aſcendere faciunt ad tribunal vt condemnetur: quicunque aſcendit ad tribunal iudicii, vt iudicetur, ſi ſint ipſi Aduocati magni, liberari poteſt; ſin minus, non liberatur. Aduocati autem ſunt poenitentia et opera bona. *Schabbat* fol. 32. 1.

§. Morti adiudicatis potandum dant Iudaei, granum thuris in poculo vini, ad turbandum eorum intellectum, ne praeſentia mala tam vehementer ſentiant. Sanhedr. 43. 1.

§. Si quis mortuus reperiatur vel in agro, vel ſit peregrinus, alienus, vel non habeat qui ſepeliant, dicitur מת מצוה *praecepti mortuus*, et tunc vi praecepti tum pietatis cauſſa, quilibet pius aut magiſtratus ipſi legitimam ſepulturam dare debet. *Erubhin* 17. 2. Cl. *Buxt. Synag. Iud.* 698. De ſtatu animae poſt mortem vid. *ibid.* 7. 13. Angelus mortis plenus eſt oculis. *Auoda Sara* fol. 20. 2. *Ielammedenu* ſect. קח את המטה *Alcoran Surat.* VII. 25.

§. De ceremoniis funeralibus vid. *luctum.*

Mulieres ob quot peccata moriantur tempore partus *Tanch.* fol. 2. col. 4. circ. fin. et fol. 50. col. 4. poſt med. Cur mortis horam homines ignorare voluerit Deus. *ibid.* fol. 53. col. 1. med. Veſtes, quibus inuoluebantur Iudaeorum mortui, poterant eſſe Kilaim. Sam. Petitus obſeratt. lib. III. c. 9. Mortui apud Iudaeos omnibus legibus ſoluti. *ibid.* Obdormire et mori quomodo in ſacris differat. *Abarb.* in Proph. prior. fol. 241. col. 1. De immunditie ex mortuo contracta. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 143. Mors omnibus imminet *Tanch.* fol. 87. col. 2. ante fin. Mors creditur ſatisfactio pro peccatis. *Edzard.* Berachot. p. 181. et 189. Mortis ſunt 900. et tres ſpecies. *ibid.* p. 77. Venter mortui poſt tres dies rumpitur. *Rabboth* fol. 150. col. 3. fin. Cadauer hominis mortui cur citius putre-

Digitized by Google

ſcat, quam brutorum. *Abarb.* in Proph. prior. fol. 17. col. 2. Quando in ſcriptura ſimpliciter mentio fit mortis, tunc intelligitur ſtrangulatio. vid. hoc Lexicon in *Adulterio.* De pollinctura mortuorum. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 471. De מיתה בידי שמים. *Bart. Maim.* et *Iom Tobb* ad Sanhed. cap. 9. miſch. 6. De reuolatione corporum mortuorum per cauernas ſubterraneas. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 22. not. 1. et 268. not. Oſſa mortuorum diuerſimode comparata. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 575. Mortuos conſulunt Iudaei, *ibid.* p. 322. Anima poſt mortem tres adhuc dies corpus hominis circumuolat. *Rabboth.* fol. 150. col. 4. init. Anima poſt mortem ad Deum reuertitur. *ibid.* Quomodo quis mortem per manus coelorum infligendam effugere poſſit. *ibid.* fol. 157. col. 4. poſt init. Quatuor hominum genera aſſimilantur mortuis. *ibid.* fol. 305. col. 2. poſt init. Mortuos non amplius reformidant beſtiae. *ibid.* fol. 322. col. 4. circ. fin. Circa mortuum circuitus ſeptem fieri Iudaei ſtatuunt, quo Daemones fugentur, qui ex ſemine in ſomno extitiſſe creduntur. *Voiſin.* Pug. fid. p. 25. a. Quando alicuius vxor moritur, non debet lauare prima nocte. *Beracbos* cap. 2. miſch. 7. *Cramerus* eod. Succa p. 82. Ex fama hominis mortui cognoſcitur, qualis is fuerit in vita. *Rabboth* fol. 337. col. 1. circ. fin. Cain factus eſt angelus mortis. *Tanch.* fol. 2. col. 3. poſt init. Lamech factus eſt angelus mortis. *ibid.* med. Angelus mortis obſcurat facies creaturarum. *ibid.* fol. 20. col. 1. circ. fin. De angelo mortis. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 163. et 339. cap. 2. p. 339. *Rabboth* fol. 151. col. 1. med. Mortui norunt, quidnam homines loquantur, quamdiu non obturatum fuerit operculum arcae. *En Iſrael* part. I. p. 63. col. 1. ante fin. *Cramerus* ad Succa p. 75. *Rabboth* fol. 329. col. 3. poſt med. De ſtatu hominum poſt mortem. *En Iſrael* part. I. p. 63. poſt med. Horam mor-

mortis Deus decernit. *Rabboth* fol. 271. col. 1. med. fol. 281. col. 1. med. fol. 322. col. 4. fin. fol. 323. col. 1. poſt med. In morte Deus aufert ab homine, quod ſuum eſt. *ibid.* fol. 322. col. 4. med. Quomodo differat mors infantum a morte ſenum. *ibid.* fol. 323. col. 1. poſt med. De ritu mortuis bene precandi. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 207.

MOSES natus eſt die 7. menſis Februarii, et eodem die menſeque denatus. *Kidduſchin* 38. 1. Varia eius nomina habes apud *Euſeb. praepar. Eu.* lib. 9. *Peſikta* 11. 2. Eius encomia, dignitas, priuilegia, *Roſch Haſchana* p. 21. Nedarim cap. 38. Nomen eius eſt in vnaquaque Pentateuchi ſectione, poſt deſcriptam natiuitatem eius, excepta *ſect.* תצוה *Exod.* XXVII, 20. quia dixerat cap. XXXII, 32. *Dele me* etc. *Baal Haturin.* Ante iter Midianiticum teſtantur Chronica Hebraeorum, eum in Aethiopia regnaſſe, atque vxorem duxiſſe Aethiopiſſam. Vid. *Abarbanel* et *Ioſeph. Antiqu Iud.* l. 11. 5. An nomen eius ſit hebraeum vid. *Buxt. Diſſert.* VIII. 486. Magna pars decalogi a Moſe prius fuit in *Mara* data. *Sanhed.* cap. 7. 52.

§. Moſen vbique magna reuerentia proſequuntur, non potuerunt tamen ſibi temperare, quin ipſum caſtigarent in *Vaiikra Rabba* f. 179. 1. *De tribus rebus iratus eſt Moſes, et abſcondita eſt ab eo traditio.* I. *Circa Sabbathum Exod. XVI,* 20. *Cum iraſceretur, oblitus eſt recitare iis traditiones de Sabbatho.* II. *Circa vaſa metallica Num.* XXXI, 14. *Cum iraſceretur, oblitus eſt recitare iis traditiones de vaſis metallicis.* III. *Circa lugentem Leu.* X, 16. *cum iraſceretur, abſcondita eſt ab eo traditio, qua prohibetur lugens comedere de ſacris.*

Moſen male cornutum fingunt quidam et pingunt, ſola ratione קרן *Exod.* XXXIIII, 35. quod radios non cornua immittere ſignificat.

Varia de Moſe notatu digna *Tanch.* fol. 19. col. 3. tot. *Rabboth* fol. 247. col. 1. ante med. col. 2. tot. fol.

135. col. 4. ante fin. ſeq. fol. 96. col. 1. med. col. 2. tot. Moſes ſimulac legi operam dare coepit, ſtatim ſe ab vxore ſua, aliisque foeminis ſeiunxit, vitamque adeo coelibem per totam vitam ſuam geſſit. *Voiſin.* Pug. fid. p. 76. a. Moſes ſynedrii LXXI. vices ſuſtinuit *Caph Nachat* ad Sanhed. cap. 1. 5. Septem dies perſuadere conatus eſt Deus Moſi in rubo, ſed ipſe fugit. *Tanch.* fol. 10. col. 1. init. Moſes fuit theſaurarius tabernaculi. *ibid.* fol. 40. col. 2. poſt init. *Rabboth* fol. 133. col. 1. med. Moſes abſoluto tabernaculo rationes reddidit vniuerſo populo impenſi auri et argenti. *Tanch.* fol. 40. col 3. circ. med. *Rabboth* fol. 133. col. 3. poſt init. Moſes per omnes ſeptem dies, quibus occupatus fuit circa tabernaculum, ſparſit ſanguinem, et obtulit adipes. *Tanch.* fol. 48. col. 1. circ. med. Moſes ab Iſraelitis reuerenter habitus. *ibid.* fol. 26. col. 3. poſt med. A Moſe omnes acceperunt Prophetiam ſuam. *ibid.* fol. 64. col. 4. circ. fin. *Rabboth.* fol. 217. col. 1. poſt med. Moſes per octo dies impletionum tabernaculum ſolus erexit. *Tanch.* fol. 37. col. 4. poſt init. Cornua Moſis vnde. *ibid.* med. Omnes 40. dies didicit legem. *ibid* fol. 36. col. 1. poſt init. fol. 37. col. 1. poſt med. Vnde Moſes per 40. dies et noctes, quibus didicit legem, nouerit, quando nox eſſet, quando dies. *ibid.* fol. 37. col. 4. poſt init. Moſis et Ioſuae comparatio. *ibid.* fol. 36. col. 1. poſt init. fol. 37. col. 1. poſt med. Moſis et Samuelis comparatio. *Rabboth* fol. 109. col. 2. poſt med. De Pontificatu Moſis. *ibid.* fol. 125. col. 2. poſt init. Moſes an ſit Aegyptiorum Serapis, *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 714. Quodnam diſcrimen ſit inter Moſen et reliquos prophetas. *Rabboth* fol. 136. col. 4. med. Moſes maior fuit Adamo, Noacho, Abrahamo etc. *ibid.* fol. 246. col. 3. init. tot. Tria ſunt circa quae dubius fuit Moſes, donec Deus illa oſtenderit digito ſuo. *Tanch.* fol. 47. col. 1. circ. fin. fol. 63. col. 3. poſt med. Quam

variis

Digitized by Google

variis in locis Deus locutus fuerit cum Moſe. *ibid.* fol. 58. col. 2. med. *Rabboth* fol. 215. col. 1. poſt init. et ante fin. col. 3. poſt init. Quare occiderit Aegyptium. *Tanch.* fol. 56. col. 1. ante fin. Praeſtantia Moſis. *ibid.* fol. 58. col. 3. poſt med. fol. 87. col. 2. ante fin. Moſes Rex fuit. *ibid.* fol. 64. col. 2. poſt init. Item pontifex maximus. *Rabboth* fol. 143. col. 3. poſt init. Moſes factus eſt aliquando diſcipulus Ioſuae. *Tanch.* fol. 78. col. 3. fin. Quomodo Moſes diſputauerit cum Angelis. *En Iſrael* part. 1. p. 52. col. 2. circ. fin. ſeq. Moſis vita et facta. *Rabboth* fol. 247. col. 3. init. De Iochebed matre Moſis. *ibid.* fol. 209 col. 1. ante med. fol. 135. col. 4. ante fin. Varia nomina ipſius. *ibid.* fol. 136. col. 1. poſt med. Moſes, ſi voluiſſet, diu adhuc viuere potuiſſet, quod ridicule demonſtratur. *Tanch.* fol. 75. col. 3. med. Quomodo deprecatus fuerit mortem. *ibid.* fol. 78. col. 2. poſt med. *Rabboth* fol. 246. col. 4. fin. fol. 247. col. 2. med. De morte Moſis. *ibid.* fol. 247. col. 2. poſt med. col. 3. et 4. tot. Quo die mortuus ſit. *Tanch.* fol. 78. col. 4. circ. fin. Moſis ſepulchrum vbi? *Wagenſeil.* Sota p. 325. Sepulchrum eius quare occultatum. *ibid.* p. 329. De Moſe varia. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 873. *Abarb.* in Proph. prior. in indice. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. in indice. *En Iſrael* part. I. p. 53. col. 1. tot. *Rabboth* fol. 143. col. 3. tot. *Zorn.* ad Hecat. in indice.

* MVHAMETISMVS. De moribus ritibusque Muhamedanorum prolixe agit *Maraccius* in Prodromo Alcorani Part. IV. chriſtianae religionis dogmata contra Muhameti et aſſeclarum obiectiones tuetur. *ibid.* Part. III. — Cur tam pauci aduerſus Muhamedaniſmum ſcripſerint, et quinam? *Act. Erudit.* Ann. 1692. p. 329.

מומחה *δόκιμος*, probatus, aliquando etiam vocatur מומחה לרבים et מומחה בית דין *Berachot* cap. 4. §. 4. Eius definitio eſt ſecundum Maimonidem *cuius ſapien-*

ſapientia et eminentia in lege nota eſt vulgo. Secundum R. Scheriram vero; *qui in Miſchna et Gemara, et ponderanda ſententia verſatus, aliquot annos interfuit iudiciis, probatusque ſit vicibus aliquot, nec erraſſe deprehendatur.* Vid. *Cocceii Sanhedr.* p. 4.

✱ MVLI. Mulos num Ana repererit. *Wagenſeil.* Sota p. 215. Mulo vehi regum eſt proprium. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 194. col. 1. circ. fin.

✱ מום De variis מומים tam homines quam animantes ineptos reddentibus. *Maimon.* Biat Hammikd. cap. 7. tot. De variis Mumim homini peculiaribus. *ibid.* cap. 8. tot. De conſecrantibus animalia בעלי מום, iisque redimendis. *Maimon.* Iſſure Misbeach. cap. 1. tot. De variis Mumim animalibus peculiaribus. *ibid.* cap. 2. tot. In auibus non attenduntur Mum exigua ſed magna: quaenam autem illa ſint. *ibid.* cap. 3. tot.

MVLIERES, de iis vid. *foeminae.* De mulierum veſtimentis et ornamentis, ſequentia notabimus. Caput foeminae et virginis ornabant, ornamento quodam אסטמא vocato, compoſito ex diuerſis coloribus, gemmis et margaritis, illo ſuſtentabant capillos, ne dilaberentur, aut diffluerent. De hoc ligamento tria dicuntur in *Schabbat* fol. 57. 2. *Non iudicatur eſſe ex heterogeneis: non polluit tactu: cum eo in Sabbatho mulieres non egrediuntur foras.*

§. Ad fragrantiam et bonum odorem portabant קופת הרוכלים *Pyxidem aromatariorum*, diuerſis aromatibus contuſis, et ligno cinnamomi repletam. De his pixidibus ſonat decretum Eſrae in *Baua Kama* fol. 82. 1. et *Hieroſ. Megillah* fol. 75. 1. quo permiſit vt הרוכלין מחזירים בעיירות *Aromatarii circumire poſſent per vrbes*, ad Iſraelitarum decus, vt eo facilius ad ſe ornandas neceſſaria comparare poſſent. Tales pyxides in Sabbatho etiam ſeponere debebant. *Schabbat* fol. 91. 2.

§. Pe-

§. Pepla quibus ornabant caput, vocabant כרביא. *Bava Bathra* fol. 146. 7. Velum erat vſitatum ſponſis vid. *Nuptias Patriarch.* in N. meretrices etiam vtebantur רדיד *peplo*, vid. Hiſtoriam Thamaris *Geneſ.* XXXVIII, 15. Crines etiam implicabant et funis inſtar intorquebant; hinc illas quae ſpeciatim ſe ad hanc plicationem applicabant, vocabant מגדלות *plicatrices;* qualis fuit Maria. (v. ſ. l.) De hac plicatione crinium mentio fit in *Kelim* c. 15. in *Schabb.* f. 97. 2.

§. Meretrices vtebantur Camiſia ſiue induſio cancellato inſtar retis, vt corpus per illud conſpiceretur; de hoc חלוק *induſio* loquitur *Kelim* cap. 28.

§. Collum etiam honeſtae matronae ornabant catella vel fibula aurea, eaque ſcapulare ſub collo colligebant; inaures et annuli etiam erant in vſu. De his ſonat prohibitio quae legitur in *Schabbat* fol. 571. *Non licet egredi mulieribus in Sabbatho*, לא בכטלא *cum fibula*, לא בנזמים *neque inauribus*, ולא בטבעת *neque annulo* etc. §.

R. Abraham Ben Dior peculiarem edidit librum de ritibus variis ad foeminas, ſpeciatim menſtruatas ſpectantibus. *Wolf.* Bibl. Hebr. part. I. p. 48. De tribus mulierum praeceptis. *ibid.* p. 245. not. et p. 1150. Mulier creatura foeda. *En Iſrael* Part. I. p. 63. col. 1. med. Praecepta affirmatiua mulieres non obligant. *Cramerus* ad Succa p. 135. An praeceptum de liberis procreandis obliget virum an foeminam. *Tanch.* fol. 4. col. 2. poſt init. Mulieris verecundae laus. *Rabboth.* fol. 170. col. 4. fin. Mulieres tecto capite incedebant. *Rabboth* fol. 188. col. 3. fin. Et ſedulo crines ſuos tegebant *Wagenſeil.* Sota p. 639. De mulierum et virorum diſcrimine varia. *Rabboth* fol. 17. col. 1. fin. col. 2. tot. Mulieres prudentiores ſunt viris *ibid.* col. 3. poſt init. Cur ex coſta fuerit condita. *ibid.* poſt med. Creatio foeminae quomodo a Deo inſtituta. *Wagenſeil.* Sota p. 637. Ob quot peccata mulieres morian-

moriantur tempore partus. *Tanch.* fol. 2. col. 4. circa fin. fol. 50. col. 4. poſt med. *En Iſrael* part. I. fol. 43. col. 2. poſt init. Piae etiam experiuntur dolores partus. *Wagenſeil.* Sota p. 264. Mulierum ſine dolore parientium exempla. *ibid.* p. 249. Non fuit pulchrior foemina Rahele. *Tanch.* fol. 11. col. 3. p. med. Mulieres ineptae ad dicendum teſtimonium. *Wagenſeil.* Sota p. 639. Illis non cantandum. *ibid.* 1066. ſeq. Mulieres ſunt libidinoſae. p. 501. Quomodo illae in Aegypto pellexerint maritos ad concubitum. *Tanch.* fol. 40. col. 4. init. Maximum in iis vitium eſt ebrietas. *Abarb.* in Proph. prior. fol. 78. col. 1. fin. Mulierum praecipua vitia. *Rabboth.* fol. 243. col. 2. poſt med. De mulieribus varia notatu digna vid. apud *Cramerum* ad Succa in indice.

MVNDVS eſt duplex vel עולם הזה *mundus praeſens*, qui iterum diſtinguitur in inferiorem, qui continet mare, deſertum, terram habitabilem etc. et medium, continens ſphaeras, ſtellas etc. et ſupremum, qui eſt mundus animarum, et mundus ſpiritualis, (has mundi partes repraeſentauit ex ipſorum opinione tabernaculum Moſaicum) vel deinde עולם הבא *mundus futurus*, qui eſt ſtatus rerum et perſonarum poſt diem iudicii; aliis eſt tempus Meſſiae, V. *Abarbanel* in P. *Auoth* c. 4. III. 108. *Kirch. Oedip.* II. 436. עולם הזה *mundus praeſens* ſimilis eſt veſtibulo reſpectu mundi futuri; praepara te ipſum in veſtibulo, vt poſſis ingredi in triclinium, *Auoth* c. 4. 16. An mundus aeternus ſit, diſputatur in *Coſri Buxt.* 34. 362. De fine mundi vid. *Sanhed.* fol. 97. 1. Fundamenta mundi tria ſunt, lex, oratio; pii; *Elieſer Cap. fid.* 166.

§. De formula loquendi circa *mundum* vid. *formulas loq.* Expectarunt priſci mundum eſſe renouandum ſub aduentu Meſſiae. *Sanhed.* f. 92. 2. *Annis iſtis, quibus Deus renouaturus eſt mundum ſuum.* Numerum autem illorum

rum annorum *Aruch.* et Gloſſ. proponunt millenarium.

§. De mundi mutatione ſic loquitur R. *Salomoh in Machſchirin* c. 6. עלמא מדמי לגלגלא דאנטליא דמילי מתריקן ודמריקן מתמליא *mundus hic ſimilis eſt rotae ſitularum*, (dum rota circumagitur) *quod plenum eſt euacuatur, et quod vacuum eſt impletur.* Sic in hoc mundo alter aſcendit, alter deſcendit. Cabbaliſtae in גנת אגוז fol. 53. 1. triplex mundi בלימות *dominium* conſtituunt; primum attribuunt domino vniuerſi, alterum intelligentiis coeleſtibus, quae mouent ſtellas, et tertium ipſimet motui ſtellarum.

De ſeculo praeſenti et futuro peculiari diſſertatione agit *Herm. Witſius* Miſcell. ſacr. lib. II. diſſert. 6. *Act. Erudit.* Anno 1692. p. 326. Quoad templum non fuit conditum, mundus innixus tantum fuit thronis bipedalibus, et poſtea demum fere fuit fundatus. *Tanch.* fol. 32. col. 1. init. Quomodo Deus creauerit mundum. *ibid.* fol. 9. col. 3. med. fol. 38. col. 3. poſt init. fol. 39. col. 3. med. fol. 57. col. 3. poſt init. *Rabboth* fol. 104. col. 4. fin. ſeq. De lapide fundamentali mundi. *Tanch.* fol. 51. col. 3. init. fol. 53. col. 2. med. Tribus rebus conſiſtit mundus. *ibid.* fol. 62. col. 2. fin. De fine mundi peculiarem edidit librum Elcha ben David, quam latine vertit Gaffarellus. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 142. Mundus veſtibulo aſſimilatur et cur? *Cramerus* Cod. Succa. p. 148. Mundi regnum eſt tumultuoſum. *ibid.* p. 381. Quo tempore anni mundus fuerit conditus. *Iſingii* exercitt. in Pentat. p. 1. *Rabboth.* fol. 21. col. 2. ante fin. Die 25 Elul creatus eſt mundus. *ibid.* fol. 162. col. 1. poſt med. Duo ſunt mundi, praeſens et futurus. *Tanch.* fol. 1. col. 4. init. fol. 31. col. 3. circa init. De tribus hominum generibus, qui a mundo futuro excluduntur. vid. *Menaſſe Ben Iſrael* de reſurr. mort. p. 44. ſeq. Mundus ſuſtentatur ברית. *Tanch.* fol. 1. col. 4. init.

4. init. Tres viri ſunt, qui viderunt tres mundos, Noah, Daniel et Hiob. *ibid.* fol. 3. col. 1. poſt init. Deus maior eſt vniuerſo mundo. *ibid.* fol. 9. col. 3. poſt init. Mundus reſpectu hominis macrocoſmus. *Rabboth.* fol. 311. col. 4. poſt init. Templum Hieroſolymitanum, nec non ornatus ſummi pontificis referebant imaginem vniuerſi. *Fabric.* Bibl. graec. lib. IIII. cap. 14. p. 456. Plura de mundo lectu digna reperies in *Actis Erudit.* Anno 1682. p. 70. Anno 1693. p. 15. Wittenb. A. u. N. 1701. p. 118. p. 148. *ibid.* 1703. p. 795.

✱ MVSCA terrori eſt elephanti. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 558.

MVSICA. De diuiſione Muſicorum vid. 1 Chron. XXV. De fundamento Muſices in lege diſputant Gemariſtae in *Erachin* fol. 11. עיקר שירה בקול *fundamentum* (principalis cantus pars;) *muſices* (templi) *debebat fieri voce*, inquit *Maimon.* in *Kele Mikdaſch* cap. 3. §. 3. quo tamen inſtrumenta non excluſit, ſed vult illa ſolummodo tanquam appendices ad voces acceſſiſſe. Quoad Cantores ipſos, refert nobis in l. c. *fuiſſe illos partim Leuitas, partim vero Iſraelitas* מיוחסין המשיאין לכהונה *praeſtantes et qui coniugio iuncti erant ſacerdotibus*; ad Cantorum enim ſcamna nullum accedere debuiſſe, niſi eſſet vir notabilis et ingenuus. *Miſchna* in *Erachin* l. modo cit. docet, Iſraelitas ſolummodo inſtrumentis luſiſſe, et Leuitis Muſicam vocalem reliquiſſe. Familias autem illorum Cantorum fuiſſe illam פגרים *Pegaraeorum* et צפוריא *Zipporiae* in *Emmaus.* Idem etiam dicitur in *Succa* cap. 5. in *Gem.*

§. Quoad numerum vocum nunquam debebat ipſarum numerus minor eſſe duodecim, ſed ſemper vſque addere licet. *Erachin vbi ſupra.* et *Maimon.* de vaſ. templi. cap. 3. §. 3. Infantes Muſicorum in atrium ad ſubſellia cantorum nunquam accedere debebant, niſi tempore, quo cantabant patres ipſorum: collocabantur autem

tem ibi ad pedes patrum ipſorum, vt notat *Gloſſa* in l. m. c. et eliciunt ex Eſrae III, 9.

§. Inſtrumenta quibus vtebantur erant duplicia, vel illa quae *flatu*, vel illa quae *fidibus* agitabantur. Prioris generis erant tubae, quarum mentio fit 2 Chron. VII, 6. et XXIX, 26. et in pluribus aliis locis; ipſarum numerus non debebat eſſe minor quam duo, nec 120. ſuperare. *Maimon.* in *Kele Mikdaſch* cap. 3. Praeceptum de clangendis tubis in feſtis ſolemnibus, et nouiluniis exſtat Num. X, 10. Illi qui clangebant, erant ſacerdotes non Leuitae, ſecundum Num. X, 10. 1 Chron. XV, 24. non ſtabant prope Leuitas ſed in altero latere altaris, et clangentes facies obuerſas habebant Leuitis, hi autem et illi verſus altare erant conuerſi. Locus ſtationis ipſorum erat שולחן חלבון *tabula pinguedinis*, et ad minimum duo ibi ſtare et clangere debebant. *Tamid.* c. 7.

§. Modus clangendi ipſorum erat, vt primo lente ſonum ederent, deinde celerius illum modificarent et diuerſificarent, tandem vero iterum lento ſono clangendi finem facerent. Has ſoni mutationes vocat *Miſchna* modo citata, תקיעה, תרועה, תקיעה, de hoc clanctu hanc generalem habemus traditionem אין פוחתין מכ״א תקיעות במקדש ולא מוסיפין על מ״ח *non clangunt minus quam 21. vicibus in ſanctuario, neque vltra 48 excedunt.* *Erachin* cap. 2. in Miſchna. et *Succa* cap. 5. de tribus illis tuba clangendi diuerſis modis loquitur, loquuntur etiam *Gemariſtae* loc. mod. cit. f. 53. et *Gloſſ.* Et ſic exprimunt תרועה באמצע ופשוטה לפניה ולאחריה *vox infracta* (Galli Alarme) *debet eſſe in medio, illam autem ſequi et praecedere debet, vox clara*, absque ſcilicet inflexione et variatione notabili.

§. Aliud inſtrumentum flatus erat חליל *Chalil* quod etiam אבוב *Abhubh* nominatur. Reſpondet Germanicorum Schallmeye, Latinorum *Tibiae;* de tali inſtrumento loquuntur *Gemariſtae* in *Erach.* in l. m. c. et Aruch אבוב. *Vnam ſcilicet tibiam repertam fuiſſe in templo, quae tempore Moſis iam confecta fuerat; Iuſſiſſe regem, vt illa in-*

 aurare

auraretur; ſed tunc non amplius tam ſuauem edidiſſe ſonum: ita vt aurum iterum tolli debuerit. Notandum autem eſt, tibiam non fuiſſe ordinarium in omni cultu inſtrumentum, ſicuti tubae fuerunt, ſed vtebantur illis ſolummodo duodecim diebus in anno. Audiamus Miſchnam in *Erachim* vbi ſupra. *Semper debebant eſſe duae* חליל *tibiae, nec plures eſſe debebant quam duodecim. Illis autem ludebant duodecim diebus in anno coram altari, ſcilicet in paſchate menſis prioris, et in paſchate menſis poſterioris; die primo feſti Paſchatis, die primo feſti Pentecoſtis* (Leu. XXIII, 21.) *ſeptem diebus feſti tabernaculorum* ולא היה מכה באבוב של נחושת אלא באבוב של קנה *non autem ludebant tibia aenea ſed Cannea* מפני שקולו ערב *quia ſonum ſuauiorem edebat. Neque finem imponebant luſui tibiarum omnibus ſimul, ſed vna ſolum, quia ita ſuauius clauditur.* vid. *Maimon.* de vaſis templi cap. 3. §. 5.

§. Erant tria alia inſtrumenta, quae perpetuo ad Muſicam adhibebantur, et haec tria erant נבל כנור צלצל *Nebbel*, *Kinnor*, *Tſiltſel*, et haec indiſcriminatim diuiſa erant filiis trium Cantorum Magiſtrorum, *Aſaph*, *Heman* et *Iedutbun.* 1 Chron. XV, 19. 20. 21. 1 Chron. XVI, 5. et XXV, 1. De his inſtrumentis ſic *Ioſephus* lib. 7. cap. 10. pag... Edit. Frob. 216. vt נבל ipſi ſit Νάβλα, illamque ſic definit, Ἡ δὲ Νάβλα δώδεκα φθόγγους ἔχουσα τοῖς δακτύλοις κρούεται כנור graece ponit Κιννύρα, illamque ſic deſcribit; Ἡ μὲν Κιννύρα δεκαχορδοῖς ἐξημμένη τύπτεται πλήκτρῳ. צלצל Ioſepho eſt κύμβαλον, de illo ſic infit Κύμβαλά τε ἦν πλατέα καὶ μεγάλα χάλκεα. In quae Ioſephi verba ſequentia notanda.

1. Quod נבל et כנור quae optime per *Cytharam* et *Pſalterium* (germ. Harpfen) exponuntur, fuerint inſtrumenta fidibus inſtructa, oppoſite ad illa inſtrumenta flatus, de quibus iam ſupra loquuti ſumus.

2. Quamuis haec duo inſtrumenta ambo fides ſiue chordas habuerint, nihilominus alliquam inter ipſa fuiſſe differentiam; nam *primo* vnum percutiebatur aliqua pennula, vel fruſtulo ligni vel arcu vt noſtrae Citharae

et

et Violae (Geigen) alterum vero percutiebatur digitis, vt Chelis (Lauten.) *Secundo* notas vnius inſtrumenti diverſificatas fuiſſe, per digitorum pulſus et motus, alterius vero per ipſam chordarum differentiam; talem enim vim habent nomina φθόγγοι et χορδαῖς. Nablium duodecim habebat chordas, et multitudine ſuarum chordarum diuerſos edere poterat ſonos, כנור vero decem ſolum habuit fides, et digitorum motu diverſificabantur. De Cithara loquuntur etiam *Gemariſtae* in *Erachin* vbi ſupra.

§. צלצל ſiue Cymbalum fuiſſe vas aliquod aeneum, inſtar hodiernorum Cymbalorum, niſi forte quod ita affabre factum erat; vt multo ſuauiorem ſonum ediderit. De Cymbalo loquuntur in *Erachin* fol. 10. et *Talm. Hieroſ.* in *Succa* fol. 55. *Erat Cymbalum in templo, confectum erat ex aere, ſonusque eius erat amoeniſſimus. Sed accidit vt fiſſura hiaret; Senatores miſerunt Alexandriam, vt inde opifices accerſiuerunt, qui illud repararunt; ſed ſonus eius non amplius tam gratus erat, vt fuerat antea. Suſtulerunt itaque illud quod opifices illi addiderant; et ſonus tam ſuauis rediit, vt ſolito erat.* Ad ordinariam Muſicam ſuffecit vnam adhibere; *Maim. Kele Hammikdaſch* cap. 3. et videtur Cymbalum Baſſus vel vocis infimae loco fuiſſe. Infra duo נבל *Pſalteria* (Harpfen) in Cantu non debebant deſcendere, neque plura habere quam ſex. *Erachin* cap. 2. in *Miſchna*. De חלילים vero non infra nouem, ſed ſupra quantum habere licet. *Toſiph.* in *Erachin* cap. 2. De inſtrumento Hydrauli vid. *Buxt. Lex. Talm.* p. 629.

§. Sed ſatis inhaeſimus inſtrumentis, videamus nunc ipſum Muſices exercitium et praxin. Tubae (Trommeten) ſuum תר״ת *Taratantara* ſonabant ſingulis horis matutinis, cum porta Nicanoris et reliquae atrii portae aperiebantur. *Succa* cap. 5. in *Miſchna* et *Gloſſ. ibid.* Hoc tubatum ſigno viri ſtationarii ad ſua officia vocabantur, et populo campanarum inſtar indicium incipientis cultus diuini dabatur. Clangebant duo ſacerdotes ſecunda vice, tempore libationis vini. Vid.

Tamid. cap. 7. v. 3. omnes etiam reliquae Muſices partes, tunc demum incipiebant, cum ſacrificium holocauſti et libamen oblatum erat; rationes habes in *Erubin* in *Gem.* fol. 11. et Gloſſ. in *Peſachin* c. 5. f. 64.

§. Pſalmi quos ordinarie cantabant, ſequentes erant. *Die primo* ſeptimanae Pſalm. XXIV. *Die ſecundo* Pſalm. XLVIII. *Die tertio* Pſal. LXXXII. *Die quarto* Pſalm. XCIIII. *Die quinto* Pſalm. LXXXI. *Die ſexto* Pſalm. XCIII. *Die Sabbathi* vero Pſalm. XCII. *Tamid.* vbi ſupra. Rationes, cur hos elegerint Pſalmos vid. in *Roſch Haſchana* fol. 31. *Maimon.* in *Tamid.* cap. 6. Vnumquemque ex his Pſalmis in tres partes Cantores diuidebant, in quibus pauſas faciebant, quas Talmudici פרקים nominant, in his pauſis tubis canebant, et populus adorabat, ſecundum illud על כל פרק תקיעה ועל כל תקיעה השתחויה *in vnaquaque pauſa erat taratantara tubae, et apud vnamquamque taratantaram adoratio populi.* Vid. *Tamid.* c. 7. et *Roſch Haſchana* loc. mod. cit. it. *Rabboth* fol. 265. col. 3. fin.

§. Extraordinarios clanctus tubarum edebant in veſpera Sabbathi ad populum a labore reuocandum, et ad diſtinguendum diem inſequentem a diebus profeſtis. *Succa* c. 5.

§. In ipſo Sabbatho tempore ſacrificii additionalis de quo *Num.* XXVIII, 9. 10. Leuitae cantabant canticum Moſis (Deut. XXXII.) *Maimon.* in *Tamid.* cap. 6. et Sacerdotes tubis ſuis tribus aliis vicibus, quam in ordinaria Muſica ſolebant, clangebant. *Succa* vbi ſupra.

§. Ad Sacrificia additionalia primi diei anni (Num. XXVIIII, 1. 2.) Leuitae cantabant *Pſal.* LXXXI. et tubis etiam clangebant ad indicandum annum nouum. Veſpera vero huius diei cantabant Pſalm. XXVIIII. In Paſchate vero canebant *Hallel*, de quo vid. ſuo loco.

Digt-Sang-en Speel-Konſt etc. i. e. Veterum, imprimis v. Hebraeorum Poëtica et Muſica, tam vocalis quam inſtrumentalis, illuſtrata ſtudio Salo-

moni

monis *van Till.* Dordr. 1692. *Act. Erudit.* Anno 1693. p. 69. De Muſica templi. *Cramerus* ad cod. Succa in indice. Hurga ben Leui admodum peritus fuit Muſicae artis. *Rabboth* fol. 262. col. 4. fin. De origine Muſicae eccleſiaſticae. *Petr. Zornii* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 202. De inſtrumentis muſicis, quibus in templo vſi ſunt, et quot adeſſe debuerint. *Maimon.* de vaſis templi cap. 3. §. 4. In feſtis ſolemnibus et nouiluniis ſacerdotes clangebant tubis tempore oblationis, Leuitae vero cantabant. *ibid.* §. 5. Tubae factae fuerunt ex maſſa quadam argenti, quod ſi etiam ex ſcrutis argenti factae eſſent, tamen erant legitimae, ex alio autem aere vitioſae. *ibid.* Quot vicibus quotidie Cantores in templo clangere debuerint. *ibid.* cap. 7. §. 5. De vario buccinarum vſu. *Tanch.* fol. 75. col. 3. poſt init. Buccina quid et quomodo differat a tuba. *Cramerus* ad Succa p. 468. ſeq. De duabus buccinis Moſis. *Rabboth* fol. 216. col. 3. med. De tibiis varia notatu digna. *Cramerus* loc. cit. in indice. Quot chordae fuerint in Kinnor. *Tanch.* fol. 64. col. 1. poſt init. fol. 216. col. 1. circa fin. De cithara Dauidica. *ibid.* fol. 64. col. 3. poſt init. De Nablio, inſtrumento Muſico decachordo. Pſalm. CXXXXIIII, 9. vid. *Cramerus.* l. c. p. 464. De cithara eiusque pulſandi modo apud Iudaeos et gentes. *ibid.* p. 459. et 462. Cymbalum quale inſtrumentum muſicum. *ibid.* p. 464. De tubis varia. *ibid.* in indice. Cantabant cantores ad omnia vniverſae Eccleſiae holocauſta debita, itemque ad ſacrificia pacifica feriarum, quo tempore fieret vini libatio: verum ad ſacrificia ſpontanea, quae offerebat eccleſia ad aeſtiuandum altare, et ad libamenta ſeparatim facta non cantabant. *Maimon.* de vaſis templi cap. 3. §. 2. De Canticis graduum. *Cramerus* l. c. p. 472. ſeq. De cantorum in templo ſtatione. *ibid.* p. 470. De ſcriptoribus muſices tam exſtantibus, quam deperditis, vt et de Mu-

Digitized by Google

ſica veterum. vid. *Fabric.* Biblioth. graec. lib. 3. cap. 10. tot. p. 257. ſeq.

✱ MVTVATIO. Confer. *foenus* it. *debitum.* Qui diues eſt, et eleemoſynas erogat in pauperes, neque pro foenore mutuum dat, eſt ac ſi omnia impleret praecepta. *Tanch.* fol. 29. col. 4. poſt med. *Rabboth* fol. 121. col. 1. ante med. Qui foenore mutuum dat, non timet Deum. *ibid.* col. 4. ante fin. *Tanch.* fol. 30. col. 1. poſt init. Omnes creaturae ab inuicem mutuum accipiunt. *ibid.* col. 2. poſt init. *Rabboth* fol. 122. col. 1. ante med. Qui mutuo dat alteri, laude dignus. *En Iſrael,* part. I. p. 49. col. 2. ante fin.

✱ MYRTVS. De quo varia notatu digna vid. apud *Cramerum* ad Succa in indice.

✱ MYSTICVS. De cuius ratione vid. *Godofr. Arnoldi* hiſtoria et deſcriptio theologiae myſticae ſ. Theoſophiae arcanae veterum et nouorum Myſticorum. Witt. A. u. N. 1702. p. 405. *Eiusdem* Lebensbeſchreibung der Gläubigen, oder Hiſtoria Myſticorum. *ibid.* 1701. p. 381. *Io. Iac. Mulleri* vnio myſtica ad normam Script. S. et analogiam fidei exacta. *ibid.* 1704. p. 483. In omni religionum genere fuerunt ſemper, qui myſticam theologiam ſectarentur. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 14. not.

מצוה *Mitſva.* Occurrit non raro apud Rabbinos diſtinctio inter תורה et מצוה *legem et praeceptum;* Per poſterius intelligunt ſpecialem aliquem vel grandiorem (ipſis iudicibus) ritum; qualis erat circumciſio, recitatio Phylacteriorum, Sabbatizatio. Huc recipit quaeſtio a ſcriba propoſita. Marci XII, 28.

N.

נאמן *Neeman.* Quis? vid. *Decimas.* Vid. etiam *Oleum.*

NARDINVM *πιστικὸν Marci* XIV, 3. Verti poteſt *Nardinum Balaninum.* Sic enim Plinius lib. 13. cap. 1. *Nardinum conſtat, omphacio, balanino, iunco, nardo, amomo, myrrha, balſamo* etc. Et libr. 12 cap. 21. *Myrobalanum, Troglodytis et Thebaidi et Arabiae quae Iudaeam ab Aegypto diſterminat, commune eſt, naſcens vnguentum vt ipſo nomine apparet, quo item indicatur et glandem eſſe arboris.* Ad glandem quam graece vocant *βάλανον* Talmudici vocant פסתקא; vt in *Gittin* fol. 69. 1. לברסם ליתי כי פסתקא ונישדוי *Pleuritidi recipe ad quantitatem glandis de Ammoniaco* vid. Gloſſ. et *Aruch* in פסתקא. Sicuti itaque vox Νάρδου hebraizat, a voce נרד, ita et vox *πιστικὴ* ſyriſſat a voce פסתקא, ita vt hoc vnguentum *Balaninum* vocari poſſit: in cuius confectione primas obtinuere Nardus et Glans. vid. Cl. *Ligtfootum* in loc.

✻ NASVS eſt animae ſedes. *Wagenſeil.* Sota p. 1016.

✻ NAVIS. Ad nauem pertinent malum, vela, anchorae et remi ipſius. *Baba Bathra* cap. 5. miſch. 1. Nauigare haud licet tres dies ante Sabbathum, ſi iter fuerit longum. *Tanch.* fol. 65. col. 3. poſt init. *Rabboth* fol. 217. col. 4. poſt init. Nautarum Iudaicorum artes magicae. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 327.

NAZIRAEVS praecepto tenetur comam alere, item omnium mortuorum contactum euitare, ne immundus fiat. Et tandem a vino et reliquis a vino confectis abſtinere: Si autem haec non obſeruarit, flagellationem duplicem meretur, alteram, quod votum ruperit; alteram, quod tranſgreſſus ſit illud ad quod praecipue vi voti Naziraeatus tenebatur.

§. Qui dicit, non moriar, niſi Naziraeus fuero, iam tunc vt Naziraeus aeſtimatur; vt etiam ille, qui dum Naziraeum tranſire videt, dicit. *Ego etiam ero Naziraeus* aut crines ſuos prehendens dicit, *ego etiam talis ero.*

§. כל כינוי נזירות כנזירות *Omnia Naziraeatus epitheta, plenum Naziraeatum indicant;* hinc qui dicit. *Ecce, ego voueo me nucleos acinorum non comeſturum*, aut vouet, *ſe libationes non facturum;* aut dicit, *ecce ego Naziraeus ſum reſpectu impuritatis*, non ſolum Naziraeus eſt reſpectu harum rerum, ſed etiam omnium reliquarum, quae Naziraeus euitare debet: Si ſcilicet illud cuius abſtinentiam vouet, ſit inter ea quae Naziraeo illicita ſunt, qualia ea ſunt, quae modo adduximus. *Maimon. Hal. Nazir.* cap. I.

§. Si quis vouerit Naziraeatum, et voti ſui ipſum poeniteat, ille ſe conferre poteſt ad ſapientem (cui illa poteſtas data in impoſitione manuum. vid. *impoſitio* etc.) qui ipſi votum ſoluet; ſicuti in vſu habent, omnia reliqua vota ſoluere.

§. Si duobus itinerantibus aliquis occurrat, quem ita bene agnoſcere non poſſint, et vnus dicat, *ecce me Naziraeum*, ſi hic Ruben ſit, ſed eſt Schimeon; alter vero dicat etiam cum tali voto, non Schimeonem ſed Rubenem eſſe, ſi ille aduenerit, et Ruben ſit, ille qui voto adfirmauit Rubenem eſſe, reuera Naziraeus eſt, et ita de caeteris.

§. Mulieribus et ſeruis etiam competit Naziraeatus, niſi ſeruum dominus ad bibendum vinum, et ad mortuorum impuritatem impulerit, tunc enim ceſſat; mulier vero poteſt a marito ſuo aut patre vt in caeteris votis abſolui. *Rabboth* fol. 195. col. 1. med.

§. Naziraeatus extra terram Iſraeliticam non obtinet, ſi quis vero extra terram Iſraeliticam votum Naziraeatus ſuſceperit קונסין אותו *mulctant eum*, et ipſum cogunt ire in terram Iſraeliticam, et ibi ſuum Naziraeatum peragere; cum vero hodie ſanctuarium aedificatum non ſit, debet ibi per integram ſuam vitam manere,

nere, et expectare donec reaedificetur; quamdiu vero extra terram eſt, nihilominus ab omnibus abſtinere debet, quae Naziraeo prohibita ſunt. *Maimon. Hal. Nazir.* cap. 2.

§. Non minus quam triginta dies quis Naziraeus eſſe poteſt, etiamſi vouiſſet ſolum per vnum diem: et in quibusdam caſibus etiam vltra hunc terminum non extenditur.

§. Simſon non erat Naziraeus perfectus, quia ipſe Naziraeatum non vouerat, ſed ab Angelo ſeparatus fuit, quare etiam ſolum obſeruare debuit, ne vinum biberet, aut ſe raderet; at ab immunditie mortuorum liber fuit; poterat enim ſe propter ipſos inquinare; ſi quis dixerit הריני נזיר כשמשון ecce *ego ſum Naziraeus qualis Simſon fuit:* ille non plura cogitur obſeruare, quam Simſon obſeruauit. Sunt quidam נזירים עולם *Naſiraei in aeternum:* quidam vero נזירים לזמן קצוב *Naſiraei ad certum tempus;* illi quorum votum ad certum tempus ſe extendit, ſe radere non poſſunt, niſi cum illud tempus aduenerit. Priores vero ſi capillitium ipſorum nimis creuerit, et ipſis graue et moleſtum eſt; poſſunt illud a duodecim menſibus ad alios duodecim menſes ſemel abſcindere; ſingulis vicibus vero quibus raduntur, debent tria iumenta in ſacrificia dare. Talis נזיר עולם fuit Abſolon, vt ex traditione accepimus; vt et Samuel Propheta. Quando autem aliquis ad horum virorum exemplum ſe Naziraeum facere vult; debet ipſos circumſcribere nominibus patronymicis et gentilitiis ipſorum, ne aliquis exiſtimet, alios eſſe, quos imitari velit. *Maimon. Hal.* נזיר cap. 3.

§. Poſtquam votum ſolutum eſt, Naziraeus in conclaui ad hoc deſtinato, (quod ſitum erat in atrio mulierum ad ortum ſolis brumalem *Middot* cap. 2. 5. *Bab. Joma* fol. 16. 1.) debet de allatis euchariſticis carnes coquere, capillos detondere, et eos ollae ſubmittere. *Maimon.* cap. 8. tract. ſupra cit.

Naziraei etiam Eſſeni dicebantur, quorum auctor ſtatuitur fuiſſe Iudas Galilaeus, *Voiſin.* Pug. fidei

 p. 76.

p. 76. a. Fuit vna ſecta Naziraeorum, qui nullo modo vxorem ducebant. *ibid.* Naſiraeus, etiamſi per totum diem vinum biberit, non niſi vnica culpa tenetur. *Maccoth.* cap. 3. miſch. 7. Filium pater Naſiraeatui quomodo deuoueat. *Wagenſeil.* Sota p. 447. ſeqq. Naziraeos quid vitare oportuerit. *Abarb.* in prophet. prior. fol. 60. col. 2. Naſiraei quare comam alant. *Rabboth* fol. 195. col. 4. med. De Naſiraeatu varia. *ibid.* fol. 195. col. 1. ante med. tot. ſeq. fol. 197. col. 1. tot. fol. 198. col. 1. tot. et col. 4. init. tot. Conf. *Ioh. Druſii* de ſectis Iudaicis commentarii. Arnhemiae 1619. Conf. *Wolf.* Bibl. Hebr. part. II. p. 64.

NAZARETH forſan ſuum nomen obtinuit a בן נצר quod vid. in בן in B. Quod locum *Matth.* II, 23. attinet, non ſpernendum pondus habent quae de נצר adducuntur ex Eſai. XI, 1. et de Samſone Naziraeo. Interim Matthaeus etiam intelligi poteſt, quaſi loqueretur de humili et vili ſaluatoris conditione externa, quam omnes Prophetae praedixerunt; ita vt Ναζωραῖος ipſi ſit idem ac נזיר vel מזור *ſeparatus*, *alienus* ab aliis hominibus, (vid. Pſalm. LXIX, 6.) ſicuti etiam in Galilaea regione a Iudaeis ſatis contempta, erat vrbs Nazareth, locus viliſſimus in quo Meſſias noſter נזיר *alienus* et *ſeparatus* ab hominibus, ac ſi ſocietate ipſorum indignus eſſet, degere debuit.

נחל מצרים *Nachal Mitſraim* terminus extremus terrae Iſraeliticae verſus auſtrum non eſt Nilus in Aegypto, ſed *Schibor* in via ad Aegyptum. *Ioſuae* XIII. Ier. II, 18. LXX. interpretibus eſt Rhinocorura vid. eos in *Eſai.* XVII, 12. de eo vid. quaedam apud *Diod. Siculum* lib. 1. et quae, apud *Interpretes*, adducta.

NEAPOLIS eſt Sichem Samariae Metropolis; *Beniamin.* Itiner. p. 60. *Hieroſol. Auoda Sara* fol. 44. 4. *R. Iſmael adiis* נאפוליס *Neapolim, acceſſerunt ad eum Cuthaei;*

phaei; quibus ille. Video quod vos non adoratis ad montem iſtum, ſed ad idola, quae ſub eo ſunt; ſicuti dicitur, et abſcondit Iacob idola ſub luco, qui erat iuxta Sychem. Reliqua quae hic adduci poſſent vid. apud *Buxt.* in *Lex. Talmud.* p. 1369.

✱ NEBVCADNEZAR quando abduxit Iſraelitas in Babyloniam, reuinxit manus eorum poſt tergum, et per dolum perpeſſi ſunt multa ab Iſmaelitis. *Tanch.* fol. 27. col. 3. med. Nebucadnezaris vxor a Pſeudo-Prophetis Achab et Zedekia ad ſtuprum ſollicitata. *ibid.* fol. 42. col. 2. poſt init. Quomodo Evilmerodach poſt Nebucadnezarem conſtitutus ſit rex. *ibid.* fol. 49. col. 1. med. De ſtatua Nebucadnezaris peculiari libro commentatus eſt Menaſſe ben Iſrael. *Wolf.* Bibl. hebr. part. III. p. 706. Nebucadnezaris regni initium et facta, aliaque de eo affert *Abarban.* in Prophet. prior. in indice. it. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum p. 34. Pater ipſius Chiram fuit *Rabboth* fol. 150. col. 4. fin. Varia fabuloſa de Nebucadnezare vid. *En Iſrael* part. I. p. 61. col. 2. fin. ſeq. *Rabboth* fol. 150. col. 4. circ. fin. fol. 151. col. 1. init. fol. 152. col. 1. med. et col. 2. fol. 63. col. 1. poſt med.

NECROMANTES vid. *Daemoniacus. Magia, Pytho.*

✱ NETHINAEI quinam illi ſint? *Wagenſeil.* Sota p. 568.

NIKANORIS porta vid. *Porta.*

NIKODEMVS filius Gorionis erat Senator Hieroſolymitanus. *Medraſch Echa.* c. 1. 5. De eius pietate et miraculis tractatur in *Taanit* fol. 19. 20. 1. et R. *Nathan* in *Avot* c. 7. *tempore quodam aſcendit totus Iſrael Hieroſolymam ad feſtum, et non ſuppetiit ipſis aqua. Adit Nicodemus Ben Gorion, Magnatem quendam, et dixit ei, mutuo da mihi duodecim puteos aquarum, pro aſcendentibus ad feſtum, et ego reddam tibi duodecim puteos* (plenos aqua) *aut ſoluam tibi duodecim talenta argenti. Conſtituerunt diem,*

Digitized by Google

diem, et Nicodemus precibus in ſacello fuſis pluuias obtinuit, quibus omnes 12. *putei repleti ſunt. Cum vero Magnas cauillaretur, ſolem iam occidiſſe*, (et tamen conſtituta die pluuias non aſcendiſſe) *Nikodemus iterum ſe velauit, et orauit, et diſperſae fuerunt nubes, et ſol eluxit. Inde nomen ei* נקידימון *Nikodemus.* שנקדרה לו חמה *quia ſol ei emicuit.* An hic Nikodemus fuerit diſcipulus Chriſti, magna fundamenta non ſunt ad manus, dicitur quidem in *Taanit.* loc. cit. ipſius nomen verum fuiſſe בוני qualis nominis diſcipulum attribuunt Chriſto in *Sanhed.* f. 43. 1. (vid. Chriſtum) at plures eiusdem nominis eſſe potuerunt. Aliud argumentum etiam pro affirm. eſſe poteſt, quia cum ditiſſimus fuiſſet, (vt dicitur Gittin. fol. 56. 1.) tandem familia eius ad ſummam inopiam redacta fuerit, ita vt R. Iochanan Ben Saccai *viderit filiam eius colligentem hordea ex ſtercore iumentorum Arabum*, vt dicitur in *Kesubh.* fol. 66. 2. Cum ſecundum R. *Nathan in Abbot* cap. 7. *antea eius lectus ſtratus fuiſſet duodecim mille denariis.* Ex quo quidam eliciunt, Nikodemi familiam ob perſequutionem propter fidem in Chriſtum in illam penuriam incidiſſe. Sed hoc argumentum pondus haberet, ſi ſolus ad illam paupertatem veniſſet, cum in publica clade vrbis, cui ſuperuixit R. Iochanan Ben Saccai, omnes honeſtae et opulentae familiae fortunas ſuas amiſerint. Si certe Chriſtianus fuiſſet, ipſum non ſemper ita cum laude memorarent.

§. De eo tractat etiam *Iuchaſin.* pag. 19. *Echa Rabbeti* fol. 64. 1.

De maxima Nikodemi opulentia et ſumma ipſius familiae miſeria vide plura in *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 222. ſeqq.

בית נמר *Beth-namar*, eſt locus cuius incolae laudantur, quia ſpicilegium reliquerunt in omnibus lineis quibus agrum diſtinxerunt. *Peah* cap. 4. 5.

NILVS.

✱ NILVS. De Nilo Aegypti. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 350.

✱ NISAN menſis eſt initium noui anni et initium feſtorum. *Tanch.* fol. 23. col. 3. poſt med. Dies XV. Niſan inprimis memorabilis. *ibid.* col. 4. poſt med. Dies primus huius menſis memorabilis. *En Iſrael* part. I. p. 51. col. 2. circ. fin.

✱ NOACH non fuit mortuus, vſque dum 70. gentes viderit e lumbis ſuis prodeuntes. *Tanch.* fol. 9. col. 1. poſt init. Noach quem cibum dederit animalibus in arca. *ibid.* 12. menſibus, quibus in arca fuit, ſomnum non vidit. *ibid.* et col. 4. med. Quamdiu fuit in arca, abſtinuit a miniſterio lecti. *ibid.* fol. 4. col. 1. circ. fin. De Noacho vineam plantante, et quae tum ipſi contigerint cum Satana, varia curioſa leges *ibid.* col. 2. circa finem. Cur Noach in arcam adſumſerit tot paria animalium mundorum. *ibid.* fol. 38. col. 3. med. De Noacho fabula. *ibid.* fol. 77. col. 4. poſt init. *Rabboth* fol. 152. col. 2. circ. fin. Nonnulla de eodem in *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 904.

NOACHIDAE. Proſelytus duplex eſt, vel גר צדק *Proſelytus iuſtitiae*, qui baptizatus circumciſus et in numerum Iſraelitarum receptus eſt. Et גר תושב *inquilinus proſelytus* שקבל עליו שלא יעבוד עבודה זרה עם שאר המצות שנצטוו בני נח: *qui idololatriae renunciauit, reliquaque praecepta filiorum Noachi in ſe recepit. Maimon. Hal.* Iſſure Biah cap. 14. Doctrinam de poſteriori proſelytorum genere, quos proprie Noachidas appellamus, diducit *Maimon.* in *Hal. Melach.* cap. IX. cuius verba, ſicuti ea olim reddidimus, dum aureliae dulciſſimo otio fruebamur, hic notabimus.

§. Sex praecepta data ſunt, Adamo primaeuo, de idololatria, de benedictione numinis; de effuſione ſanguinis, de reuelatione turpitudinum, de rapina, de iudiciis adminiſtrandis, quamuis haec ipſa accepérimus

a Mo-

Digitized by Google

a Moſe noſtro doctore. Additum vero fuit Noacho mandatum de membro viui animalis, ſecundum illud Gen. VIIII, 4. *Carnem in ſanguine non comedatis.* Ita facta ſunt in vniuerſum ſeptem praecepta. Sic erat res in vniuerſo mundo vſque ad Abrahamum; cui venienti additum fuit praeceptum circumciſionis; et ipſemet introduxit preces matutinas, Iſaac vero ſeparauit decimas, et preces addidit לפנות הערב *dicendas in meridie.* Iacob ſuperaddit morem גיד הנשה de *neruo luxato* non comedendo: precatusque eſt veſperi. In Aegypto poſtea degentibus, plura praecepta ab Amramo iniuncta fuerunt, donec tandem ſub Moſe lex tota conſummaretur.

§. Noachida qui idola ſecundum idololatrici cultus ritus colit, reus fit. Propter quam idololatriam, Synedrium Iſraelitas mortis ſupplicio afficit; propter eam Noachida quoque occiditur. Et etiamſi non occideretur, manet tamen omnibus excommunicatus. Neque permittunt ipſi ſtatuas erigere, aut lucum plantare, aut imagines conficere; et ſimilia quae ad pulchritudinem idolorum faciunt.

§. Si Noachida Deum blaſphemauerit, ſiue id fecerit blaſphematione, nominis proprii (Iehoua,) ſiue cognominis cuiusdam, imo quomodocunque id factum ſit; reus fit. Quod reſpectu Iſraelitarum non ita ſe habet; (nam quod הכינויים *cognomina* attinet, propter ea Magiſtri (excepto R. Meir) blaſphemum, non quidem morte plectendum eſſe ſanciuerunt; ſed tamen volunt vt באזהרה *acri increpatione*, talis excipiatur. Vid. *Sanhed.* c. 7.)

§. Noachida qui hominem interfecit, etiamſi eſſet ſolum embryo in viſceribus matris, propter hoc facinus, quoque occidi debet. Ita ſi animal aliquod occiderit, et illud ſinat diſcerptum fieri, aut illud Leoni proſtituerit, aut fame perire permiſerit, quoniam illud perdidit, in omnibus locis interfici debet. Ita ſi occiderit perſequentem ſe, a quo ſe vno ex eius membris laeſo liberare potuiſſet, quoque interficitur. Pote-

ſtne

שאין כן בישראל *quod non ita ſe habet in Iſraele.* Vid. *Homicidium.*

§. Sex turpitudines prohibitae ſunt Noachidis; mater et vxor patris, vxor viri alius, ſoror eius, matertera eius; maſculus et beſtia. Noachida non tenetur propter vxorem proximi ſui; niſi ad illam acceſſerit; poſtquam iam a marito compreſſa fuit, propter deſponſatam vero, et cum qua ſponſus non concubuit, non reus fit. Haec omnia intelligenda ſunt de Noachida, qui rem habet cum Noachitida; nam ſi Noachida rem haberet cum Iſraelitida; ſiue id fieret more conſueto ſiue non, reus fit.

§. Noachida qui congredi facit ſeruum cum ancilla ſua, propter id occidi debet, ſi ſcilicet res tota diuulgata ſit.

§. Noachida ob furtum tenetur, ſiue illud commiſerit in bonis Iudaei, ſiue gentilis; idem deinde eſt, ſiue furatus ſit pecuniam ſiue hominem; aut ſuppreſſerit mercedem mercenarii, aut ſimilia. *Ita* quoque tenetur על פחות משוה פרוטה quando aliquid ſurripuit, *quod minus quam Pruta valet*, (quod in reſpectu Iſraelitarum non eſt in vſu, vid. *Furtum.*)

§. Noachida etiam tenetur ob membrum animalis viui, in omni genere animantium; licita tamen eſt eius effuſio ſanguinis animalis viui; in his autem idem eſt membrum aut caro quae a iumento ſeparatur, aut ab animali viuo. Quod volatilia attinet, non videtur Noachidam ob membrum eius viuum occidi debere. In genere, quod Iſraelitis circa membrum animalis viui prohibitum; tale quoque reſpectu Noachidarum eſt; imo Noachidae aliquando rei fiunt, non vero Iſraelitae, quia Noachidae tenentur, cum circa iumenta tum reliqua animalia, ſiue ſint pura, ſiue impura.

§. Quoniam Noachidis illa praecepta data ſunt, obligantur idcirco ad conſtitutionem iudicum in omni tractu, qui ipſos ſecundum ſeptem illa praecepta diiudicent et dirigant. Et quicunque ex Noachidis vnum ex his ſeptem praeceptis transgreſſus eſt, ſupplicio

gladii

Digitized by Google

gladii affici debet. Hinc quoque omnes incolae Sichem rei facti ſunt mortis, quia Sichemo furtum committente, illi facti conſcii ad iſtud conniuerunt, nec in iudicium illum vocarunt.

§. Noachida interficitur teſte vno, et iudice vno, abſque clara demonſtratione, ex ore ſolum proximorum, non autem ex teſtimonio mulieris; neque vnquam mulier Noachidarum iudex eſſe poterit.

§. Noachida qui errauit (inquit *Maim.* in cap. 10.) in vno ex praeceptis ſuis, a poena nunquam immunis fit, niſi forte imprudenter illud commiſiſſet, et absque vlla errandi intentione. Si alicui Noachidae vis afferretur, vt aliquod ex ſuis violaret, vel vt cultum Diis fictitiis exhiberet, a poena immunis eſt.

§. Si Noachida proſelytus iuſtitiae factus eſt, ſeque circumcidere et luſtrare curauit, deinde a Iehoua regredi vellet, et ſolum proſelytus inquilinus eſſe deſideraret, ſi iam in religione aliquem progreſſum fecerit, ipſum non audiunt: ſed debet ſimilis eſſe reliquis Iſraelitis in omnibus.

§. Si accidit vt ſenatus Noachidam aliquem pupillum baptizare curet, poſtquam ille ad maturam aetatem peruenit, quod factum eſt, delere potuerit, ita vt ſolum maneat proſelytus inquilinus. Si vero maiorennis declaratus facta non delet, deinde nihil amplius mutare poterit.

§. Noachida qui maledixit Deo aut fictitios Deos coluit, aut cum vxore proximi rem habuit, aut aliquem interfecit, ſi Iudaeus fit, a poena liberatur. At hoc illi nihil proderit, ſi Iudaeum interfeciſſet, aut alicui Iudaeae vim intuliſſet; quamuis enim tunc ſacra Iudaica amplecteretur, nihilominus occideretur.

§. Noachida שעסק בתורה חייב מיתה *qui legi operam dat, reus eſt mortis.* (vid. *Sanhed.* in נגמר הדין) non itaque aliud quid ſtudere debet quam ſeptem praecepta, quae ad ipſum pertinent. Si aliquis ex ipſis ſibi Sabbathum faceret, in aliquo die profeſto, reus ſit mortis; in genere non permittendum eſt, vt ipſi ſibimet

ipſis

iplis nouam aliquam cudant legem; aut fabricent praecepta pro lubitu. Debent enim vel plane proſelyti iuſtitiae fieri, vel in ſuis ſeptem praeceptis absque diminutione aut additione manere.

§. Noachida qui deſiderat aliquod aliud legis praeceptum obſeruare praeter illa ſeptem כדי לקבל שכר *vt mercedem promereatur*, ipſum non impediunt quin id debito modo faciat. ita ſi offert holocauſtum, omnino ab illius manibus id accipiunt. Si eleemoſynam erogare vult, eam quoque recipiunt.

§. Si duo Noachidae coram iudice comparent, petentes vt iudicentur ſecundum ſtatuta Iſraelis; ſi ambo id voluerint, ſecundum legem eos diiudicant. Secus fit, ſi non ambo conſenſerint. Caeterum Gentiles qui Noachidae ſunt, debent humaniter et cum benignitate excipi, vt ipſimet Iſraelitae, quia clare nobis iniunctum eſt, vt ipſos ſuſtentemus Deut. XIV. 21. Iſraelitae debent ipſorum aegrotos viſitare, mortuos ſepelire, ipſorum pauperes nutrire, ad communem pacem conſeruandam.

De Noachidis varia. *Rabboth.* fol. 18. col. 1. med. Quaenam ſacrificia obtulerint Noachidae. *ibid.* fol. 268. col. 3 ante med. Adamo non niſi vnicum datum eſt praeceptum, Noachidis ſex, Iſraelitis multo plura. *Tanchum.* fol. 27. col. 2. med. De ſeptem praeceptis Noachidarum *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 1. p. 7. et 37. *Rabboth* fol. 31. col. 1. poſt init. De VII. Noachi praeceptis ac de Noachidarum iuxta illa praecepta officiis et peccatis et ſuppliciis etc. vid. *Maimon* tr. de Regibus Hebr. eorumque bellis cap. IX. et X. notas *Leydeckeri* ad illum tract. Roterod. 1699. Quae extant etiam in opuſcul. ad hiſtor. et Philol. S. ſpectantium faſcicul. IX. *ibid. eod.*

NOBA. vid. *loca terrae Iſraeliticae. in L.*

* NOMINA. Sunt quidam homines, quorum nomina pulchra, opera autem foeda ſunt; et quorum nomina foeda, et opera bona ſunt; et quorum nomina et opera foeda; et quorum nomina et opera pulchra ſunt. *Tanch.* fol. 19. col. 1. circ. fin.

Digitized by Google

fol. 60. col. 1. circ. med. *Rabboth* fol. 218. col. 2. poſt. med. fol. 65. col. 2. poſt med. Omnia 12. tribuum nomina reſpiciunt redemtionem Iſraelitarum *ibid.* fol: 94. col. 2. fin. *Tanch.* fol. 19. col. 2. init. Pulchra nomina Iſraelitis impoſuit Deus, id quod exemplo Iſaaci et Iacobi demonſtratur. *ibid.* poſt init. Cuius nomen in ſcriptura geminatur, is partem habet in hoc et futuro ſeculo. *ibid.* fol. 20. col. 2. med. *Rabboth* fol. 34. col. 3. poſt med. Nomen cuiuscunque hominis praebet de eius fortuna augurium. *Wagenſeil* ſota p. 163. *Rabboth.* fol. 279. col. 4. poſt med. Nomen res aliqua accipit de eo, qui maxime animum ad eam rem applicuit. *Tanch.* fol. 25. col. 1. poſt med. col. 2. poſt init. fol. 37. col. 4. poſt init. Tria nomina ordinarie habet quilibet homo, ex quibus praeſtantiſſimum eſt, quod ipſe ſibi fama ſua acquirit. *ibid.* circa fin. Bonum nomen integraque fama ingens peculium. *ibid* it. *Rabboth* fol. 324. col. 2. circ. fin. et col. 3. init. tot. Tres ſunt coronae Iſraelitis datae, quibus omnibus praeſtat corona boni nominis. *Tanch.* fol. 38. col. 3. fin. Nomina et cognomina certa Iudaei imponunt iis, qui doctrina prae caeteris excellunt. *Wolf.* Biblioth. Hebr. Part. 1. p. 71. not. Ob grauiores morbos nomina ſua mutare ſolent Iudaei. *ibid.* p. 683. Nomina omen habent, et quilibet filio ſuo boni ominis nomen imponat. Iac. *Triglandus* diſſert. Theol. p. 1. *Tanch.* fol. 86. col. 3. poſt med. Nomina filiorum Ioſuae myſtice explicata. *ibid.* fol. 63. col. 1. circ. fin. Quare nomina 12. tribuum non eodem ſemper ordine recenſeantur. *Rabboth* fol. 94. col. 3. poſt init. Quare hodie filii nominentur de nomine Patrum. *ibid.* fol. 33. col. 3. poſt med.

NOVILVNIA vid. *Intercalationem.* De nouiluniis ſequentia habet tractatus *Roſch Haſchana* c. 1. et 2. et 3. Primo die menſis Tiſri eſt caput anni ad ſingendos annos et intermiſſiones, et Iubilaea. Propter duos menſes ſabbathum non obſeruant (*i. e.* ſabbathum non impedit quo minus Neomanias figant.) Propter Niſan

et

et propter menſem Tiſri, quia in iis nuncii egrediuntur in ſyriam, et in illis feſta ordinant.

Ad teſtimonium de nouilunio dicendum legitimus eſt pater et filius, et omnes alii propinqui, ipſe ſeruus Tobiae Medici a ſynedrio extra ordinem quidem fuit excluſus. Illegitimi autem ſunt illi qui ludunt alea, qui vſuram exercent, qui columbas volare docent, qui fructus anni ſeptimi diuendunt et qui in ſtatu ſeruili ſunt.

Illum qui nouilunium obſeruauit, et ad illud ſignificandum pedibus ire non poteſt, aſino deducunt aut lectulo; ſi inſidias timent, ſpiculis ſe munire poterunt, et ne in itinere moras nectant, commeatum ſecum ſumere debent.

Si teſtem non norunt, alium cum ipſo mittunt, vt ille deinde de ipſo teſtimonium reddat. Ab initio receperunt teſtimonia de quouis indiſcriminatim, poſtquam autem omnia ab Epicuraeis corrupta fuerunt, ſtatuerunt ne vllum teſtimonium reciperetur, niſi a probe notis.

Olim ad nouilunium indicandum flammas eleuarunt, at cum Cuthaei malitioſe idem intempeſtiuo tempore facerent, decretum eſt, vt nuntii ad illud ſignificandum egrederentur. Flammas autem ſic extulerunt. Acceperunt bacillos longos e cedro, et cannas, et ligna pinguia, et ſtupam lini, atquae haec filo colligarunt; Deinde vnus in faſtigium montis oliveti aſcendebat, ignem admouebat, flammamque hinc illinc, ſurſum deorſumque agitabat, vsquedum videret alium idem in proximi montis cacumine facientem, ſicque fiebat in monte tertio et caeteris.

Vnde autem has flammas primo eleuarunt? A monte Olíueti ad ſartabam, a ſartaba ad Grophinam, a Grophina ad Houran, ab Houran ad Beth Balthin, atque illi qui in Beth Bathin flammas extulerunt, ſurſum ac deorſum agitarunt, donec tota captiuitas fuit inſtar pyrae ignis.

Atrium magnum fuit Hieroſolymis quod בית יעזק vocabatur, illud ingredi ſolebant omnes teſtes, et ibi

Digitized by Google

ſynedrium illos examinare circa lunae apparentias, et in ſabbatho conuiuio excipere in vſu habebat, vt eo libentius accederent

Examen teſtium ita fit; par illud teſtium quod omnium primo acceſſit accerſitur, illumque qui natu maior eſt ingredi faciunt, et ipſum ſic alloquuntur. Dic quomodo vidiſti lunam? Fuitne illa ante ſolem vel poſt ſolem? Septentrionem verſus aut meridiem verſus? Quanta fuit eius altitudo? ſic etiam examinatur ſecundus; reliquos vero ſolum obiter examinantur, ne ipſos neglexiſſe videantur. R. Gamaliel vt examen idiotarum facilitaret, Lunae Phaſes habuit in tabula conclauis ſui, et deinde illas ipſis oſtendens interrogauit, an lunam ita vel ita vidiſti?

Poſtquam teſtimonia conuenerunt, Praeſes ſynedrii clamat, *ſanctus eſt*, totusque populus reſpondet, *ſanctus eſt*, *ſanctus eſt*. Si ipſam lunam ſynedrium et totus Iſrael viderit, examinantur quidem teſtes, ſed tamen non poſſunt dicere menſem ſanctificatum eſſe donec noctescat, deinde vero initiatus eſt. Si ſynedrium ſolum lunam viderit, duo coram ipſis ſungunt, et teſtimonium dicunt, et tunc proclamatur, *ſanctificatus eſt*, *ſanctificatus eſt*.

His peractis etiam tuba clangunt, de quo ritu vid. loc. citato.

Circa nouilunium dubius fuit Moſes, donec Deus rationem eius oſtendit ipſi digito *Tanch*, fol. 47. col. 2. circ. init. Solent Iudaei ſub veſperam nouilunii ſolemni fere poenitentia defungi. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 95. not. Karraitarum et Rabbanitarum diſſenſus in doctrina de Initiatione Nouilunii. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 90. De ſacrificiis ſupperadditis in Nouiluniis. *Maimon.* Tamid. Cap. 7. §. I.

NOX. Iudaei tres tantum vigilias noctis agnoſcunt, nam hoc apud eos tritum אשמורה שליש הא של לילה *vigilia eſt tertia pars noctis*. *Gloſſ.* in *Berachot* cap. I. v. I.

Com-

Commentatores in *Iudic.* VII. v. 19. non quod non noctem in quatuor partes diuiſerint, ſed quod quartam partem, aut vigiliam, non tam pro nocturna, quam pro matutina aeſtimarint; ſic *Marci* XIII. 35. ſpatium illud poſt Gallicinium *πρωΐ* eſt. Erant ergo reuera quatuor noctis vigiliae, at tres tantum profundae noctis. Cl. *Ligtfoot.*

§. Nocte quae fieri poſſunt, vid. *Diem.* Vt nox ſit, quod ſtellae requiruntur? quaerunt in *Hieroſ. Berachot* f. 1. col. 1. Reſpond. כוכב אחד ודאי יום שנים ספק לילה שלשה ודאי לילה *Si adhuc vna ſolum appareat ſtella, manifeſte adhuc dies eſt, ſi duo appareant, dubie adhuc nox eſt; ſi tres, tunc manifeſte nox eſt.*

Tres ſunt noctis vigiliae. *Bart.* ad Berachot Cap. 1. miſchn. 1. it. Guiſius et Surenhuſ. h. l. Iudaei noctem diuidunt in tertiam partem noctis, medium eius et quando gallus cantat. *Tanchum.* fol. 3. col. 1. med. Quomodo noctem a die dignoſcere potuit Moſes, quum 40. dies eſſet in monte Sinai *Tanch.* fol. 37. col. 4. circ. med. Omnia miracula, quae contigerunt Iſraelitis, dum punirentur impii, noctu facta ſunt. *ibid.* fol. 72. col. 2. init. Deus cum prophetis gentium noctu tantum loquitur. *ibid.* poſt init. Vbicunque dicitur, vsque ad dimidium noctis, intelligendum hoc eſt vsque ad ortum aurorae. Miſchn. *Berachot* Cap. 1. Miſchn. 1. Vigiliae noctis ſecundum quoſdam ſunt tres, ſecundum alios quatuor. *Edzard.* Berachot. p. 155. ſeq. *Cramerus* ad ſucca p. 477. De Chriſti et Iudaeorum noctibus ſacris. *Petr. Zornii* opuſ. ſacr. tom. 2. p. 147. ſeq. Quatuor noctes memorabiles annotant Iudaei quarum prima eſt, cum Deus crearet mundum: ſecunda, cum appareret Abrahamo inter ſectiones, quum is natus eſſet centum annos, et ſara nata eſſet nonaginta annos. Gen. XV. Tertia, quum interficeret omnes primogenitos Aegypti, et liberaret Iſraelitas. Quarta, quando

Digitized by Google

do reuelabitur Rex Meſſias ad liberandos Iſraelitas ex captiuitate. vid. *Targ. Hieroſ.* et *Ionath.* Ben Vziel Exod. 12. v. 42. it. *Petr. Zorn.* l. c. p. 149.

NVMMI vide *Moneta.*

NVMERVS. Vid. *Menſurationes.* Numero denario gauiſa eſt plurimum gens Iudaica, et in ſacris et ciuilibus, אין עידה פחותה עשרה *Non conſtitit ſyngnagoga niſi e decem ad minimum. Maimon Hal. thephilla* cap. 11. vid. etiam *Sanhed.* cap. 1. v. vlt. *Quaenam eſt ciuitas magna?* שיש בה י׳ בטלנין *Ea in qua ſunt decem homines otioſi.* Megillah cap. 1. v. 3. Hoc etiam apud eos obtinuit אין שורה פחותה מעשרה *Corana* (vel linea, quam faciunt in funerali pompa) *hominum non conſtat, niſi e decem ad minimum.* Gloſſ. in Bab. Berachot. fol. 16. 2. Item עשרה יוחסין עלו מבבל *Decem ſtirpes aſcenderunt e Babylone* etc. Maſſechet Kidduſchin. cap. 4. v. 1. *Decem qui ſedent et diſcunt legem, diuinitas quieſcit inter eos. Pirke auoth* c. 3. Ad quae ſic commentatur *Paulus Fagius,* vir in his eruditiſſimus. *Eſt certe numerus denarius admodum ſacer Hebraeis, vnde puerum non circumcidunt, nulla connubia ſtabiliunt, libellus repudii non datur, et ſolenniores quasdam preces ad Deum non fundunt, niſi decem perſone affuerint.* Hunc numerum itaque κατ' ἐξοχὴν מנין nominant; et nouum Teſtamentum videtur ad illud alludere. Matth. XXV. 1. de hoc numero vid. *Decem.*

§. Numerus ſeptenarius et quaternarius etiam Myſtici ſunt, de quaternario vid. *Maimon. Moreh Neuoch.* II. 10. De ſeptenario ſic inquiunt. דרך המקרא לזכור שבע ושבעה לחשבון רב לפי שכל ימי העולם שבועות *Mos eſt ſcripturae, ſeptenarium numerum pro multo vſurpare, eo quod omnes dies ſeculi in hebdomadas diſtribuuntur.*

§. Adeo haeſit animis Iudaeorum deuaſtatio ſacrorum, quam per annos tres et dimidium continuauit *Antiochus* (vid. 1 Maccab. 1. *Ioſeph Archaiolog.* lib. 12. cap. 7. vt numerum iſtum vt celebrem et memorabilem

lem retinerent, praeſertim cum ſermo eſt de rebus triſtibus et afflictis *Echa Rabbethi* fol. 60. 4. *Venit quidam Athenis Hieroſolymam, atque ibi tranſegit tres annos et dimidium, vt diſceret linguam ſapientiae, ſed non didicit. ibid.* fol. 64. 1. *Veſpaſianus obſedit Hieroſolymam tribus annis et dimidio: et cum eo erant dux Arabiae, dux Africae, dux Alexandriae, et dux Paleſtinae.*

Ibid. fol. 71. 1. *Tribus annis et dimidio obſedit Adrianus Betharam.*

Ibid. fol. 66. 2. *Iudicium generationis diluuii erat duodecim menſibus. Totidem quoque erant iudicia Aegyptiorum, Iobi, Gog et Magog; At iudicium Nebucadnezaris, tribus annis et dimidio, Iudicium Veſpaſiani tribus annis et dimidio.*

Ibid. fol. 79. 2. *Nebucadnezar commoratus eſt in Daphne Antiochiae per tres annos et dimidium.* In quibus omnibus numerus non intelligendus eſt praeciſe talis, ſed alluſiuus: qualis etiam aliquando ponendus eſt in Apocalypſi. De numero ſeptuagenario vid. *Leusdenii Philolog. heb. mixt.* p. 11. vbi pluribus exemplis probat numerum illum aliquando myſticum fuiſſe.

§. De computatione ipſorum vid. אב.

§. Exiſtimant Rabbini nemini licere, homines numerare, ne quidem ad diuinum mandatum exequendum. Cum vero numerum ſcire deſiderabant, a ſingulis aliquid capiebant, et res iſtas numerabant, ex quibus deinde numerus hominum ipſis innotuit. Sic *Maimon.* ad cap. 2. *Ioma.* Et Gemar. *ibid. Dixit R. Elieſer* כל המונה את ישראל עובר בלא תעשה *quisquis numerat Iſraelem, peccat contra praeceptum negatiuum* etc. Hinc praefectus cultus templi, ad officia diſtribuenda, non ſacerdotes ſed digitos ipſorum numerauit: illeque officium habuit, in quem vltima vnitas ceciderat. Circa numerum etiam habent formulam vſitatiſſimam, quae reſpondet formulae qua Chriſtus vſus eſt *Matth.* XVIII, v. 12. *Si errauerit vna relictis nonaginta nouem* etc. *Peah* cap. 4. v. 2. *In diſtribuendo vuas quasdam et dactylos pauperibus, etiamſi dicant nouem, ſparge, et vnus tantum,*

diuide etc. *Hieroſ. Schabbat* fol. 14. 3. *Si moriantur nonaginta nouem a faſcinatione, vnus autem ictu Dei* etc.

De numero ternario. *Tanch.* fol. 27. col. 4. circ. fin. Rationem numerandi per litteras antiquiſſimam eſſe, patet ex *Tanch.* fol. 35. col. 1. circ. fin. *Rabboth* fol. 106. col. 2. init. Decem vicibus numerati ſunt Iſraelitae. *ibid.* fol. 172. col. 3. poſt med. *Tanch.* l. c. Primigenitos Leuitarum quomodo numerauit Moſes. *ibid.* fol 60. col. 1. poſt init. *Rabboth* col. 4. ante med. De numero pari et impari ſuperſtitio Iudaeorum. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 332. Numerus ſeptenarius eſt myſticus. *Cramerus* ad Succa p. 141. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum p. 127. Deus ſaepe numerat Iſraelitas ob amorem, quo illos proſequitur. *Rabboth* fol. 174. col. 3. fin. ſeq. Numerus ſeptenarius Deo gratus. *ibid.* fol. 162. col. 4. poſt init. Quomodo et quando numerare licuerit populum. *Abarb.* in Prophet. prior. in indice.

NVPTIAE. Indiſcriminatim referemus quae de iis nunc nobis ad manus. In Iudaea circa ſponſum et ſponſam examen habuerunt, at in Galilaea non ita. In Iudaea permiſerunt priuatum conſortium ſponſi cum ſponſa per horam vnam ante nuptias, at ſic non in Galilaea. In Iudaea mos fuit, vt eſſent duo שושבנין *amici maritatorum* (in vernacula noſtra Knabenlader.) Vnus e familia ſponſi, alter e familia ſponſae; at non ſic in Galilaea. In Iudaea dormiuerunt, vbi ſponſus et ſponſa, etiam iſti amici, et in Galilaea non ita. *Toſiphta* ad *Kethuboth* cap. 1.

§. De Nuptiis vid. *Vxor.*

§. Quomodo in nuptiis ſponſa dignoſci potuit, an eſſet virgo vel vidua. vid. *Vidua.*

§. Tempore perſequutionis, non potuerunt celebrare nuptias publice; clanculum ergo id praeſtiterunt. Vbicunque itaque erant candelae lucentes in ſuperliminari;

minari; nouerunt, quod illic foret conuiuium nuptiale. *Aruch* in אור.

§. Nuptias ſemper praeiuit deſponſatio. *Ante legem quiuis poterat priuatim vxorem ducere, ſed data lege praecipitur, vt ſi quis velit vxorem ducere, recipiat eam prius coram teſtibus et deinceps ſit illa ei in vxorem. Mainnon.* in אישות cap. 1. In locis plurimis vir ſibi foeminam deſponſat, ad ſe autem non ducit, niſi interpoſito aliquo temporis ſpatio. *Maimonides Comment.* in *Hal.* אישות cap. 3.

§. De deſponſatione vid. ſ. l. in D. Non nubit nec deſponſatur illa foemina, quae a viro dimiſſa vel repudiata eſt, niſi poſt moram nonaginta dierum, vt dignoſcatur, vtrum ſit grauida nec ne; atque vt inter ſobolem primi mariti diſtinguatur et ſecundi. Idem obſeruatur reſpectu vxoris illius qui proſelytus factus eſt, vt inter infantes in vera religione conceptos et reliquos diſcrimen poni poſſit. *Maimon.* in *Giruſchin* c. 11. *Talmud.* in *Iebhamot* c. 4. *Ketubbot* cap. 5.

§. In modo dotalem donationem ſcribendi conuenerunt Hieroſolymitani et Galilaei; at incolae Iudaeae aliquid variarunt. Gemara Galilaeis cura fuit de fama, non de nummis; at incolis Iudaeae cura fuit de nummis non de fama. *Hieroſ. Ketubbot.* fol. 29. 2. Simeon Ben Schetach dotes ordinauit. *Schabbat* fol. 14. 2. Ab antiquitate virgini conſtituti erant 200. זוזים *Nummi*, viduae centum. *Ketubbot* cap. 8. in fine,

§. In more fuit, cum educerent ſponſum et ſponſam, ante eos ducere gallum et gallinam: ac ſi dicerent, creſcite et multiplicamini. *Bab. Gittin.* fol. 57. 1. Habebant etiam in vſu Betharae, vt cum infans naſceretur, plantarent cedrum, cum infantula, pinum, et deinde ex iis conficere thalamum, cum nati contraherent matrimonium. Gittin. l. cit. His ritibus tam ardenter adhaeſerunt, vt illi cauſſae excidii fuerint, montis regalis et Betharae; noluerunt enim conniuere ad factum illorum Romanorum militum, qui in tranſitu

Digitized by Google

talem gallum ab ipſis extorſerant, et cedrum exciderant. vid. hiſtoriam loco modo notato.

§. Tenebatur maritus pro proportione dotis vxori praebere קופת הבשמים *arculam aromatum*, vt apparet ex *Bab. Ketubb.* fol. 66. 2. *At hoc non dicitur, inquit Rabb Iſchai, niſi de Hieroſolymitanis. Extat exemplum filiae Nicodemi Ben Gorion, cui allocarunt ſapientes quadringentos aureos pro arca aromatum in vnumquemque diem.* Gloſſa. *A marito dandi erant decem Suſaei vxori pro vnaquaque Manah, quem ea ſecum attulit, ad coemenda aromata, quibus vteretur ad ſe lauandum.*

§. Nemini licet ante annum decimum tertium coniugium contrahere, quia ante illud tempus ad coniugium et generandos filios eſt inidoneus. *Sanhed.* fol. 51. 1. filia vocatur בוגרת *pubeſcens* a duodecimo et dimidio anno; et tunc quando pubuit, non amplius patri eſt poteſtas in eam, Nidda f. 47. 1. hinc illud dictum, *ſi filia tua ad pubertatem peruenerit, manumitte ſeruum tuum, et dato eum ipſi. Peſachim.* f. 113. 1.

§. De coniugio ſatis honeſta vbique ferme fit mentio. *Bereſchit Rabba* ſect. 58. in *princip. dixit R. Pinchas, inuenimus in lege, in Prophetis, et in Hagiographis* שאין זוגו של איש אלא מן הקב״ה *quod coniugium hominis a Deo tantum fit. Eſt qui quaerit coniugium, et eſt ad quem coniugium venit. Quaeſiuit quaedam mulier; quid faciat Deus poſt abſolutam creationem?* Reſp. יושב ומזווג זוגי׳ *ſedet et coniungit coniugia, paria* etc. Benedictionem coniugii ablatam eſſe credunt cum templi deuaſtatione. *Sanhed.* fol. 75. in fine cap. *A tempore quo vaſtatum eſt templum Hieroſolymitanum* ניטלה טעם ביאה *ablata eſt voluptas cohabitationis coniugalis, et data eſt ſcortatoribus et adulteris.*

§. Prohibitum viro eſt deſponſare ſibi vxorem, antequam viderit eam; *Kidduſchin* c. 2. Mulier deſponſatur tribus rebus, *argento, ſcripto et coitu. Schulchan Aruch* par. 4. num. 26. *Talmud. Kidduſchin* cap. 1. ſapientes tamen poſtea vetuerunt deſponſare per coitum ad proteruam laſciuiam vitandam. Pecunia vxor deſponſatur,

Digitized by Google

ſatur, quando dicit dans ei pecuniam, vel aequiualens pecuniae, *ecce mihi deſponſata es. Kidduſchin* fol. 5. 2. Non deſponſant ſibi vxorem minus quam quod valet Pruta. *Schulchan Aruch parte* 4. *num*. 31. Si quis non expreſſe dixerit, deſponſata es לי mihi, deſponſatio valida non eſt. Si deſponſet annulo commodato, illa non eſt deſponſata. Innumeros alios caſus vid. in *Kidduſchin*.

§. Conſuetudo ſponſorum eſt, poſt deſponſationem per datam arrham, vt craſtino mane mittant ad domum ſoceri ſui, in honorem vxoris ſponſae monilia ſiue ornamenta muliebria, ſpecies fructuum, vaſcula vini aut olei. R. *Salomoh* in *Baua Batbra* cap. 9. miſchn. 5. et Bart. h. l. fol. 146. col. 1. haec munera vocantur סיבלונות vid. loc.

In terra Iſmaletica mos erat, vt ſponſam ducerent a domo patris ſui in domum ſponſi, ante introductionem in thalamum, ferrentque ante eam circiter decem baculos ligneos, in vniuscuiusque ſummitate vaſculum inſtar ſcutellae habentes, in quo eſt ſegmentum panni cum oleo et pice. Ex his accenſis facem ei praeferunt. *Aruch* in לפד. R. *Salom.* in *Kelim* c. 2. v. 8. tales lampades habere dicuntur 10. virgines in Parabola, Matth. XXV, v. 1.

§. Conſuetudo communis eſt in plerisque nationibus, vt cum quis ducit vxorem et nuptias celebrat, proximi agnati et amici mittant dono pecunias quasdam ad ſubleuandos ſumptus nuptiarum; veniunt etiam plerumque amici iſti dona mittentes ad nuptias et conuiuantur cum ſponſo, vel ſeptem nuptiarum diebus, vel aliquot tantum. Iſti שושבנין vocantur; *Socii*, *hoſpites nuptiarum*. *Maimon. Iad Chaſaka* parte 4. fol. 103. col. 2. *in princip*. cap. 7. de illis vid. Cl. *Buxt. Lex. Talm*. f. 2. 535.

§. Nuptiae virginis celebrabantur die quarto Septimanae, *Ketubbot* fol. 2. 1. חופה *dies thalami* amicis et familiaribus, fuerunt ſeptem; hinc frequens memoria *ſeptem dierum conuiuii nuptialis*: at vero ſponſae dies tha-

thalami fuerunt triginta. *Iema* cap. I. v. I. *in die expiationis nemo debet edere, bibere, aut ſe lauare; at regi et ſponſae permiſſum eſt lauare facies ſuas.* Gloſſa. *Sponſa enim venuſtanda eſt, vt amabilis ſit marito* וכל ל׳ יום לחופתה היא קרויה כלה *atque omnibus triginta diebus thalami ſui vocatur ſponſa.* Sponſae virgines, vt et aliae honoratiores mulieres in nuptiis aliisque feſtiuitatibus, geſtabant coronam auream, ad formam vrbis Ieruſalem factam, et quam propterea עיר של זהב *urbem auream* vocabant *Nedarim* fol. 50. I.

§. Ingenti laetitia perſtrepuerunt nuptiae eorum; praeter varia inſtrumenta Muſices, etiam vtebantur tympanis, vt ex hoc diſci poteſt. *Niddu* fol. 61. 2. *Tempore belli Veſpaſiani decretum ediderunt* על עטרות חתנים ועל האירוס *ſuper coronis ſponſorum, et ſuper tympanis* (ſecundum R. Salom. tintinabula erant) *ne ſcilicet ulterius pulſarentur*, in publica illa miſeria. De מזמוטין *ludis* quae coram ſponſo et ſponſa fiebant. vid. *Chagigah* fol. 14. 2. Memorabilis eſt ille ritus quo נהגו לשבר זכוכי׳ בנישואין *ſoliti ſunt frangere vaſa vitrea in nuptiis.* Gloſſ. in Bab. Berachot fol. 31. I. vt ſcilicet illa ratione modum et frenum inderent hilaritati, ne nimis luxuriarentur. Hiſtoriam vnam et alteram producit illic Gemara. *Mar filius Rabbena fecit conuiuia nuptialia filio ſuo atque inuitauit Rabbinos, cumque videret, illos ſupra modum laetitiae locum dare* איתי כסא מוקרא *adduxit poculum vitreum valens quadringentos ſuſaeos, atque illud coram iis confregit, vnde contriſtabantur.* Idem refertur de *Rabb* Iſchai, et ratio redditur; *quia prohibetur homini os ſuum riſu implere in hoc mundo.*

§. In Babylonia in vſu erat in nuptiis virginum, capita Rabbinorum vngere; *Bab. Ketubhot* fol. 17. 2. *Quaenam ſunt teſtimonia quod foemina nupta ſit viro? Si prodierit peplo ſuper oculos demiſſo, capite tamen non velato. Sparſio nucum eſt etiam teſtimonium. Haec in Iudaea, at quaenam in Babylonia? Dicit Rabb* משחא ארישה דרבנן *ſi vnguentum fuerit ſuper caput Rabbinorum*, Gloſſa, foeminae vnguentum dederunt in capita תלמידין *ſtudioſorum*,

rum, et vnxerunt.) *Dicit Rabb Papa* ל *Abbai*, *num Doctor iſte loquitur de vnguento aromatico*, *vſitato in thalamis? Reſpondit ille* יתמא *o Orphane*, (i. e. inſcie conſuetudinum) לא עברא לך אמך דרדוני משחא ארישא דרבנן *nonne mater tua effudit pro te* (in nuptiis tuis) *vnguenta ſuper capita Rabbinorum: Idem fecit Rabba Bar Vla*, *et effudit vnguentum ſuper capita Rabbinorum.* An hoc etiam apud Hieroſolymitanos in vſu fuerit dubitari poteſt, praecipue cum ipſimet dicant in *Hieroſ. Beracbot* fol. 11. 2. *Indecorum eſſe diſcipulo ſapientum olere aromata:* et inſuper ex exemplo diſcipulorum Chriſti *Marci* XIIII, 3. Satis apparet, ipſos (excepto Iuda, qui lucro inhiabat) profuſionem vnguenti idcirco aegre tuliſſe, quia non poterant approbare, morem tam delicatum, et apud Magiſtros Iudaeorum inuiſum, adhiberi Magiſtro ſuo.

§. De Nuptiis plura habet Cl. Buxtorf. in *Synagog. Iud.* et tract. de *ſponſalibus*, quem lector adire poterit.

§. Quaeritur apud Iudaeos quomodo פרו ורבו *creſcite et multiplicamini Gen.* I, 28. primi homines intellexerint, an perceperint illud mandatum ad ſe pertinere? Reſp. R. Leui Barzelonita, Deum hoc praecepto obligaſſe omnes homines maſculos, ſed non foeminas. *Obtinet omni loco*, inquit, *et tempore*, *ita vt teneatur ei homo dare operam*, *primum atque aptus conſecutus fuerit terminum*, *quem praefixerint Magiſtri noſtri.* המצוה זו איננה מטלת על הנשים *hoc autem praeceptum mulieribus non eſt impoſitum.* Maimonides, Bartenora, Iarchi in *Comment.* ad *Iebhamot* cap. 6. R. Leui aſſentiunt, hoc argumento nixi, quia terram ſubiiciendi praeceptum praecipue maſculis datum in verbis in *Geneſi ſeq. Implete terram ac ſubiicite eam*, nec proinde praeceptum connexum de *fructificatione*, niſi ad mares extendi oportere; hoc praecipue Gloſſ. *Iarchi* ex Vau in וכבשוה elicit. V. Gloſſ. R. Iochanan vero non ſolum hoc tribuit maſculo; ſed et foeminae vid. *Maſſech. Iebhamot* cap. 6. ratio eius eſt plauſibilis, ſc. *quia Deus marem et foeminam*, *qui tunc ſoli erant*, *in mundo alloquutus eſt*, *cur prae-*

ceptum

ceptum non quoque ad ambos extenderetur. Haec Iudaeorum commentatio non placet *Bellarmino* et *Torniello*, qui volunt matrimonium tunc eſſe praeceptum, cum mundus exhauſtus eſſet incolis, quod quidem non ita male dicerent, niſi ſcopus ipſorum eſſet impuro lenocinari caelibatui; nam ἄνευ γραφῆς eſt, quod Hebraei exiſtimant, vnumquemque maſculum, et quidem ſub ratione poenae (vt notat R. Leui) ad coniugium alligari et obligari. Taceo iam quod de excluſione mulierum abſque ratione referunt.

De nuptiis Patriarcharum notamus 1. ipſos in delectu coniugum ſanguinis etiam rationem habuiſſe, ne ſcilicet inceſtum committerent, erant enim ſex coniugia ante legem praecipue talia. 1. Cum matre ſua. 2. Cum nouerca. 3. Cum vxore viri, i. e. aliena. 4. Cum ſorore vterina. 5. Cum maſculo. 6. Cum beſtia. vid. Gemaram ad *Bab. Sanhedr*. cap. 7. talia enim ſunt coram oculis Domini vt et reliqua memorata *Leuit*. XVIII. התועבות *abominationes*, ob quas Deus gentes Cananaeas euomuit Leuit. XVIII, 27. 28.

Secundo, illos adhibuiſſe conſenſum parentum; ſic Abraham, Iſaac, Iacob, Iuda, filiis ſuis de coniugio proſpexerunt. Ipſe Laban, alias parum fidelis, ſatis oſtendit, parentibus ſolis ius competere τῦ ἐκγαμίζειν, quando dicit, *melius eſt, vt eam dem tibi quam alii*; Gen. XXVIIII, 19. hoc ius etiam tradit *Ariſtot. Ethic*. VIII. 1. *φύσει ἀρχικὸς πατὴρ υἱῶν. Natura pater imperat filiis*.

Tertio, in ipſis nuptiis ſequentia obſeruaſſe. א. vt ſolenni benedictione ſeu ἱερολογία mulier traderetur viro, talem benedictionem dedit Deus Gen. II, 22. *et adduxit Euam ad Adamum*, et benedixit ipſis. Gen. I, 28. Sic in hiſtoria Rebeccae ipſi benedicunt, vid. Gen. XXIIII, 60. hunc ritum quoque in poſterioribus ſeculis retinuerunt, vid. R. *Elieſer* in *Pirke* cap. 16. *Miniſter Synagogae ſtat et benedicit ſponſo in thalamo ſuo* etc. 2. Sponſam in aedibus paternis ante conſummationem matrimonii aliquam moram traxiſſe, ſic in hiſtoria Re-

beccae

beccae *Gen.* XXIIII, 55. dicunt, *maneat puella nobiſcum dies aut decem*, i. e. annum aut decem menſes. ג Sponſas in vſu habuiſſe *theriſtero*, palliolo ſcilicet ſe obuelare, vt patet ex exemplo Rebeccae quae appropinquans ſe operuit τῷ θερίστρῳ, hebr. בצעיף *Ionath.* רדידא *Onkeloſo*, עיפא, *Arab.* ארדי, *Rabb.* רדיד quod ſecundum R. Nathan erant *velum tenue, mulieribus vſitatum, ad cooperiendum caput.* ד. Nuptias absque ſolenni conuiuio non fuiſſe celebratas. Sic Laban *inſtruxit conuiuium*, Geneſ. XXVIIII, 22. hoc conuiuium vero per integrum ſeptiduum durabat; vt probant et explicant ex *Geneſ.* XXVIIII, 27. ex verbis מלא שבע זאת *exple hebdomadam huius* etc. R. Elieſer in *Pirke* cap. 16. *Targum Hieroſ. Ionathan et Onkelos* in *loc.*

Coniugia Deo diſpenſante contrahuntur. *Rabboth* fol. 141. col. 4. poſt init. fol. 61. col. 4. poſt med. *Wagenſeil.* Sota p. 66. Quid de Proſelytis iuſtitiae in contrahendis nuptiis obtinuerit. *ibid.* p. 142. Coronae ſponſorum ſponſarumque apud Iudaeos quales? *ibid.* p. 963. Sponſa eodem iure cenſetur quo vxor. *ibid.* p. 381. Verum, quae ſcortatur, ſponſa probationi aquarum amararum non ſubiicitur. *ibid.* p. 550. Hiſtoria de matrona quadam, quae interrogauerit R. Ioſen, quid Deus quotidie agat, cui ille reſpondit, quod nuptias conciliet. *Tanch.* fol. 34. col. 3. circ. fin. *Rabboth* fol. 61. col. 4. poſt med. Sponſus in die nuptiali eſt exhilarandus. *Edzard.* Berachot p. 55. it. 58. ſeq. Sponſus, qui virginem ducit, non adſtringitur ad orandum Schema. *ibid.* p. 118. conf. *Berachot* cap. 2. miſchn. 5. De gradibus coniugii prohibitis ex diſciplina Karraeorum. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 25. ſeq. De more ſpargendi nuces in nuptiis. *Rabboth* fol. 285. col. 1. ante fin. Nuptiarum et confirmationis matrimonii ritus vberius recenſet. *Leusden.* Phil. heb. mixt. diſſert. XXVI. p. 173.

* NVTRIX. Foeminae Iſraeliticae non licet nutricem agere apud infantem gentilium, ſed gentilis nutri-

nutricem agere poteſt apud infantem Iudaeum. *Taneh.* fol. 49. col. 3. poſt init. Chriſtiana nutrice num Iudaeis vti liceat. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 35. ſeq. *Wagenſeil.* Sota p. 282. Mater ſuo lacte infantem nutrire debet. *ibid.*

O.

OBLATIONES frumentariae vocantur מנחות vid. *Sacrificia.* De oblatione frugum iam praeparatarum vid. *Truma.* *Qui oblationem offert, non reſtituto quod iniuſte rapuerat, non quod officii eſt, facit.* *Baua Kama* cap. 9. v. 12. אין מקריבין את האשם *non offertur oblatio pro reatu, niſi prius reſtituatur ablatum, vel poſſeſſori vel ſacerdoti.* *Maimon.* in *Geſelah* cap. 8.

§. De oblatione nummorum in templo tractatur in *Schekalim* fol. 8. 4. vid. *Siclos* et *Gazophylacium.* Gloſſa loc. cit. *Pro arbitrio ſuo potuit quiſquam in arculas proiicere, quantum voluit: Nempe in ciſtam quae pro auro, tantillum auri quantum pendebat granum hordei: et in ciſtam pro thure, quantum pendebat granum hordei thuris* etc.

OBOLVS vid. *Monetam.*

OBSCVRA dilucidabuntur ab Elia. vid. *Eliam.*

✱ OBSCOENITAS in ſermonibus vitanda. *En Iſrael* part. I. p. 45. col. 1. circ. init.

✱ OBSTETRIX. Foeminae Iſraeliticae non licet obſtetricem agere apud gentilem, ſed gentilis poteſt obſtetricem agere apud foeminam Iudaicam. *Auod. Sara* cap. 2. miſchn. 1. et *Edzard.* ad h. l. p. 34.

OCCASIONE vti debemus, quando ſe offert, ſecundum illud in *Ialkut in Leg.* 279. 1. *Dum calceus eſt in pede, conculca ſpinas.*

✱ OCCIDENS. De ſacris verſus occidentem peractis. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 293.

✱ OCTO,

Digitized by Google

✱ OCTO. Octonatius numerus perfectus. *Wagenſeil.* Sota p. 108.

✱ OCVLI. Antiqui oculos fucabant. *ibid.* p. 136. Cur oculum dextrum Iſraelitarum effodi voluerit Rex Ammon. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 99. col. 4. med. De curationibus oculorum a Chriſto factis. *Petr. Zorn.* Opuſc. S. T. II. p. 152. ſeq. De curationibus oculorum a Iudaeis factis. *ibid.* p. 566.

ODIVM. Tria ſe inuicem odio habent, canes, galli, ſocii, (Geneſ. III, 4. in Ionath.) addunt etiam, ſcorta et diſcipulos ſapientum. *Megillah* fol. 25. 2. *Peſachim* fol. 113. 2. *Tres odio habet Deus, qui aliud ore loquitur, aliud ſentit; qui teſtimonium pro ſocio ſuo ſcit, et id non teſtatur; qui proximum ſolus in ſcortatione deprehendit, et ſolus contra eum teſtatur. ibid.*

§. Pulchrum eſt illud Hillelis in *Schabbat.* f. 31. 1. דעלך סני לחברך לא תעביד זו היא כל התורה כולה *quod odioſum eſt tibi proximo tuo ne feceris. Haec eſt lex tota, caetera nihil ſunt niſi eius explicatio.* Confer *Matth.* VII, 12. De odio non fouendo vid. *Offenſio.*

OFFENSIO. *Si quis te offenderit aut peccauerit, corripies eum,* inquit Chriſtus *Matth.* XVIII, 15. et *Moſes* Leu. XIX, 17. Idem Talmudici in *Bab. Erachin* fol. 16. *Tradunt Rabbini, non odio habebis fratrem tuum in corde tuo. Forte eum non tundit, non vellicat, non ei maledicit: Tertius dicit* in corde ſuo; *loquens de odio in corde. Vnde autem adſtruitur, quod, videns fratrem ſuum, turpe aliquid perpetrantem, teneatur illum corripere? quia dicitur* הוכיח תוכיח corripiendo corripies. *Ex cuius iteratione etiam videtur corripientem ad ſecundam correptionem teneri.* Et paulo poſt, *Rabb dicit, fratrem corripiendum eſſe vſque ad ictus. Samuel dicit, vſquedum irraſcatur.* Vide etiam *Maimon.* in *Peah* cap. 6.

§. In culpa offenſionis ad fratrem redarguendum praecipit Chriſtus, vt vnum vel alterum ſecum ſumat, idem exigunt Iuriſconſulti Hebraei a peccante in fratrem. *Hieroſ. Ioma* f. 45. 3. et *Babyl. Ioma* 87. 1. *Samuel dicit,*

eit, quicunque peccat in fratrem ſuum, neceſſe habet, vt ei dicat, in te peccaui. Si audiat, bene. Si non, adducat alios, et placet eum coram iis; ſi forſan moriatur, placet eum ad ſepulchrum ſuum, et dicat, in te peccaui. etc. Sic Synedrium ſemper duos diſcipulos ſapientum adhibuit, quando ciuitatem ad idololatriam prolapſam ad reſipiſcentiam vocauit. *Maimon. Auodah Sarah* cap. 4. Ita maritus zelotypia motus, coram duobus teſtibus vxorem admonere debuit, vt colloquium viri ſuſpecti vitaret. *Sotah.* c. 1.

§. Chriſtus iuſſit, vt indicaretur eccleſiae, ſi frater in viam non poſſet reduci; apud Iudaeos etiam vſitatiſſimum erat, obſtinatos in hac vel illa peruerſitate poſt indultam admonitionem publico praeconio in ſynagoga notare. De hac הכרזה בבית דין *publica proclamatione*, reſpectu paſtorum minoris pecoris exactorum, publicanorum agit *Bab. Sanhed.* fol. 26. 2. vt et *Maim.* in אישות cap. 12. quando inſit: *Si quis renuit alere liberos ſuos, arguunt ipſum, pudefaciunt eum, vrgent eum: ſi adhuc renuit, publice in eum proclamant in Synagoga, dicentes,* N. *crudelis eſt, et non vult alere liberos ſuos, vel ipſis volucribus immundis crudelior* etc. Sic idem *ibid.* cap. 14. recenſet, quomodo vxor venatrix, ſi marito moleſtiam creare ſibi propoſuerit, primo per nuntios a ſenatu admonetur, quod ſi in mala ſua perſtiterit intentione, omnem ſuam perdet dotem, et deinceps, quomodo מכריזין עליה בבתי כנסיות ובבתי מדרשות *publicum praeconium per quatuor Sabbatha in Synagogis et Medraſchot in eam edant.*

OFFICIARII varii. Nullum tam exiguum officium eſſe, quod non a Deo homini commendetur, docent hoc ſuo dicto: *Etiam* ריש גרגותא *Praefectus ciſternis coelitus conſtituitur.* Baua Bathra fol. 91. 2. Erat autem minimum officiolum eſſe praefectum aquaeductis aut ciſternis, vt etiam ex his Maimonidis verbis elicitur, quae leguntur in *Hal. Melachim* cap. 1. *Non eligunt Regem ex peregrinis, niſi mater ipſius Iudaea ſit; nec hoc ſolum circa regnum obſeruatur, ſed etiam circa omnia reliqua munia, quae in Iſraele exercentur. Ita talis non eſſe poteſt*

poteſt Dux exercitus, aut Centurio, imo nec מסרבי על המים ממנא *Praefectus ille, qui aquas in agros diſtribuit.* Habebant enim praecipue in Babylonia ciſternas communes ad irrigandos agros. Illis praefecti erant certi homines, qui aquas cuique pro portione agri ſui diſtribuebant; hodie hauſtus huic, cras alii concedebatur. *Baua Bathra* fol. 12. 1. *Baua Mezia* fol. 77. 1.

§. Habebant etiam Magnates Iudeorum Praefectos ſtabuli, quos אחוריירא nominant. Talem habuit Raf, qui ditior erat quam Schabhor, Rex Perſiae. *Schabbat.* fol. 113. 2. *Megila* fol. 55. 1.

§. Praefectus curſorum vocatur רהיטי, de eo fit mentio in *Schabbat* fol. 19. 1. *Maim. Hal. Schabbath* cap. 6. *Auoda Sarah* fol. 26. *Baua Kama* fol. 114. 1.

§. Praetor vrbis, qui ius dicebat, nominatur פלטריא *Zohar* ſect. תצוה in *Exod.* Ita hoc nomine etiam deſignant cuſtodem limitum (Germ. Landwehre.) Sanhed. fol. 98. 2.

§. Officiarii templi quindecim numero erant.

Primus erat ממונה של זמנים *qui debebat obſeruare tempus munera adeundi*, et ſacerdotes et alios admonendi, qui proinde etiam clamabat, cum illud aduenerat; *o vos ſacerdotes ad cultum veſtrum; o vos Leuitae ad loca veſtra; o vos Iſraelitae ad ſtationes veſtras!*

Secundus erat על נעילת שערים *ad aperiendas et claudendas portas;* hoc munus praecipue obtinebat vnus ex אמרכלין (de quibus vid. in A.) qui etiam, cum portae aperiebantur, tuba ſignum dare curabat. vid. *Muſicam.*

Tertius erat על השומרים *praefectus excubiarum.* vid. *Excubias* et *Levitas.*

Quartus erat על המשוררים *Cantor*, cuius erat ſingulis diebus nominare illos, qui tum cantare, cum inſtrumentis ludere debebant.

Quintus erat praefectus הצלצל illius muſices, quae cymbalis fiebat. vid *Muſicam*

Sextus erat על הפייס *Praefectus ſortium.* vid *Sors.*

Septimus על הקינין המומחה ille, qui debebat prouidere illis, qui ſe purificare intendebant de turturibus et columbis.

Octauus erat המגוג׳ על החותמות *ſigillorum cuſtos*, cuius munus intelliges ex iis, quae apud *ſigillum* poſuimus.

Nonus erat praefectus על הנסכים *circa libamina*, qui haec, de quibus modo diximus, ſigilla recipiebat, et vnicuique illa libamina, quae illius ſigillo inſcripta erant, tradebat.

Decimus erat ille, qui ſacerdotes aegrotos curabat, qui pluribus morbis, propter continuum carnis eſum, veſtitum leuem, pedes nudos inueſtabantur.

Vndecimus ille erat, qui de aquis proſpiciebat, vt ciſternae, aquaeductus bene ſe haberent, ne aquae templo deeſſent. Vocatur ille שיחין חופר *foſſor puteorum*. in *Schekalim* cap. 5. 1.

Duodecimus erat ille, qui panes propoſitionis conficiebat. Vid. ſ. l. et in Middot cap. 1. vocatur עושה חביתין.

Decimus tertius, qui aromata ad ſuffitum parabat. vid. *Suffitum*.

Decimus quartus, qui vela confici curabat.

Decimus quintus, qui ſacerdotum veſtimenta cuſtodiebat, et curabat. Vid. *Schekalim*, cap. 6. et 5. *Maimon.* in *Kele Hamikdaſch* cap. 7. His omnibus praepoſitus erat ὁ סגן *ſummi ſacerdotis vicarius. ibid.* c. 4.

§. Officiolum adminiſtrare cum aliquo fructu, vtilius eſt, quam otioſum et famelicum exſpectare, donec offeratur lautius, hoc exprimunt in fine tractatus *Succah*, quando dicunt בוצינא טבא מקרא *Cucumis praeſtat Cucurbita.* In omnibus officiis obſeruandum vulgatum illud, גרמא דנפיל בחלקך גרדוה *Os, quod cecidit in ſorte tua, rode illud.* Ἐπάρταν ἔλαχες, κεῖναν κόσμει.

Non dat Deus ſplendida officia niſi ei, qui in minori fuerit probatus. *Taneb.* fol. 19. col. 2. circa fin.

OGVS. Immenſitas ſtaturae Ogi *Wagenſeil.* Sota. p. 274.

OLEVM

OLEVM. Primo de oliuis dicamus, deinde de oleo ipſo.

§. Oleae vocantur שפכרכים quando pingues et grandes oliuas ferunt; quando autem tantum olei dant, vt videantur aliqua ratione exſiccare proxime adſitas, vocantur בישנים *Peah* 7. 1. quanquam etiam dici poſſit, quod ſic vocatae fuerint a loco elegantiſſimarum oliuarum fertiliſſimo בית שאן (v. ſ. l. in ב.) abiecta littera ת, ſecundum aſſuetam dialectum, qua etiam dicunt ביתר *Be-tar*, pro *Beth tar*, quam alii male בותר *Bitter* vocant. Erant quaedam oliuarum ſpecies, quae certo quodam anni tempore emittebant oleum, et dum ita oleum ſtillabant, vocarunt illas זית הנוטפה. Tempore Imperatoris Adriani paucae admodum oliuae in Iudaea reperiebantur, quia ille ferme omnes exciderat, quod in cauſſa fuit, quod oliuarum tunc nulla fuerit שכחה, quod quid ſit, apud Cl. *Buxtorf.* in Lex. Talm. reperies. Vid. etiam in lit. S. In feſto licet ea circa oliuas facere, quae ad ipſarum conſeruationem conducunt, reliquis vero debet ſuperſedere, donec feſtum tranſierit. *Moed Katon* cap. 2. §. 1. Oliuas illas, quae ad plenam maturitatem non peruenerant, ponebant in מעטן *vas oleare*, vt moleſcerent, alii faciebant foueam, in qua tales oliuae recondebantur. *Bab. Metzia* fol. 72. 2. Oliuas non licet vendere niſi illi, qui eſt נאמן *in puritate*; i. e. de quo non dubitatur, quod non omni munditiei ſtudeat, ne forte oleum impurum fiat. Hilleliani exiſtimant, ſufficere ſi emtor נאמן ſit, reſpectu decimationis. De hoc נאמן habes plura apud *Decimas*.

§. Quodnam optimum terrae Iſraeliticae oleum fuerit. vid. *Iſraeliticae terrae* etc. De oleo quod in oblationibus frumentariis adhibebatur. vid. *Sacrificia*. Triplex habebant oleum; primum et optimum erat ex oliuis maturis ſponte fluentibus: alterum ex illarum granis ſiue reſiduo, leuiter expreſſum: tertium ex immaturioribus et deciduis, idque omnium erat viliſſimum, et vocabatur *Omphacinum*, *Menachot* cap. 8. Hoc oleum hanc habebat vim, vt effluere faceret pilos et delicatam

Digitized by Google

reddere carnem. *Peſachim* folio 43. 1. *Vaiikra Rabba* ſect. 5.

§. שמן אפרסמון *Oleum Balſaminum* excellebat inter omnia olea, de eo ſic *Kimchi* ad illud ואת שמן הטוב 2. Reg. 20. 13. *Hoc eſt oleum* אפרסמון *Balſaminum, quod non fuit in toto mundo, niſi in Iericho, vnde etiam nomen eius* ירחו *eſt ab odore eius.*

§. שמן קיק *Oleum cicinum* erat cibis foedum, etiam non adhibebatur ad accendendas lucernas Sabbathinas, *Schabbat* cap. 2. in principio.

§. שמן המשחה *Oleum vnctionis*, erat oleum illud, quod conſeruabatur in ſanctuario: de eo ſic *Maimon.* cap. 1. *Hal. Melach.* אין מושחין מלכי ישראל בשמן המשחה אלא בשמן אפרסמון *Reges Iſraelis non vnguntur oleo vnctionis, ſed tantum oleo balſamino;* nam nemo oleo vnctionis vngi debebat, niſi eſſet vel ex familia Dauidis, vel ſummus ſacerdos. vid. *Vngere.* Modum hoc oleum conficiendi refert *Maimon.* in *Cele Hamikdaſch* cap. 1, „Expreſſum
„praeceptum datum eſt, vt oleum vnctionis conficiatur,
„quo ea, quae vngi oportebant, illiniri poſſent, ſecundum
„illud *Exod.* 30, 28, Moſes autem Magiſter noſter illud
„ita parauit in deſerto; accepit Myrrhae, Cinnamomi
„et Caſiae, vniusque ſpeciei quingentorum ſi-
„clorum pondus, et ex Calamo odorato ducenta quin-
„quaginta. Poſtquam haec ſeparatim in puluerem rede-
„git, omnia commiſcuit, et aquae dulci et purae immer-
„ſit, donec omnis aromatum vis extracta fuit, Deinde
„infudit olei oliuae Hinnem ſiue duodecim Logos (quan-
„tum 72. oua caperent) et tamdiu igni impoſitum coxit, do-
„nec exhalauerit aqua, et ſolum oleum ſuperfuerit, Quod
„deinde in vas condidit et reſeruauit poſteritati: המור *Myr-*
„*rha* הוא הדם בחיה שבהודו *Eſt ſanguis concretus in quo-*
„*dam animali Indiae*, quod omnibus notum eſt, quia eo
„mortuos vbique vngunt; הקנמון *Cinamomum* eſt illud
„lignum, quod ex inſulis Indicis venit, et ob fragran-
„tiam ad ſuffitum faciendum adhibetur; הקידה הוא
„הקשט *Caſia* eſt radix illa odoratiſſima, quam *Koſt* no-
„minant. *Calamus* odoratus eſt arundo tenuis, rubris
„palcis

„paleis ſimilis, quae ex India adfertur, et ſuauiſſimi eſt „odoratus.“

§. Oleum adhibebant in Medicinis pro aegrotis. vid. *Aegrotum* et *Sabbathum*. De oleo ex צלוליבאן confecto vid. *Kimchi* in Ionam 4. 6.

§. Oliuetus mons vocatur a Iudaeis הר הזיתים et הר המשחה quae ambo nomina ipſi ab oliuis data ſunt, non quod alii etiam fructus ibi eſſent, (in vna eius parte erat tractus Bethphage, cuius nomen a ficuum groſſis deriuatum; et inſuper ſecundum *Hieroſ. Taanith* fol. 69. 1. in illo duo immenſae magnitudinis cedri fuerunt.) ſed quod oliuarum maior numerus et fructus dignior. Targum *Cant.* 8, 1. dicit, *cum reuiuiſcent mortui dirumpendus eſt mons Oliuetus, atque omnes mortui Iſraelis inde exibunt* etc. In hoc monte comburebatur a ſacerdote vacca rufa. *Middot* c. 1. v. 3. *Parah* c. 3. 9. Item flammae ſignales in vertice illius, ad ſignum iam ſtatae Neomeniae, agitabantur, *Roſch Haſchana* cap. 2. 2. 3. Vid. Meſſiam. Vbi collocandus ſit Mons Oliuetus in Mappis, vid. *Mappas*.

Varia de oliuis. *Rabboth* fol. 124. col. 4. poſt init. De praeſtantia olei in terra Canaam *Petr. Zorn* ad Hecataeum. p. 67. Quomodo is benedicere debeat, qui oleum guſtat. *Tanch.* fol. 10. col. 4. p. init. Varia olei genera. *ibid.* fol. 32. col. 4. fin. fol. 63. col. 3. init. Rabboth fol. 164. col. 4. poſt init. De oleo primo, ſecundo et tertio, item primo-primo et ſecundo-primo etc, *Tanch.* fol. 33. col. 1. init. De oleo combuſtionis num accendere illud liceat in Sabbatho. *ibid.* fol. 63. col. 2. fin. De Oleo vnctionis. *Abarb.* in Proph. prior. in Indice. Oleo vnctionis non vngebatur niſi Sacerdos ſummus, ſacerdos fecialis (ſ. משוח המלחמה) et Reges ex familia Dauidis. *Maimon.* de vaſis templi. Cap. 1. §. 7. De oleo vnctionis, quod Exod. XXX. 22-25. deſcribitur, vid. diſſert. M. *Georg. Dauid Ziegra* habit. 1680. De oleo vnctionis ſa-

Digitized by Google

cro et oleo Apharſemon *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 452. Fortunati *Scacbi* Sacrorum Elaeochriſmatum Myrothecia tria. 1701. Wittenb. A. u. N. 1703. p. 60. Oleum idololatrarum Iudaeis prohibitum. *Auoda Sara*, Cap. 2. miſchn. 6. *Edzard.* Avod. Sar. cap. 2. in Indice. De monte oliueti. *Petr. Zorn.* l. c. p. 299. et p. 300. ſeq.

✱ OLVS. Olera ad edendum noxia. *En Iſrael.* Part. 1. p. 61. col. 1. poſt init

ONO vrbs. vid. אונו

ONIAS fil. Simeonis Iuſti, erat teſtamento et vltima patris voluntate ad ſummum ſacerdotium denominatus, ſed inuidit hoc Simeon frater eius, et ita incruduit contentio, vt Onias tandem ad montem Regium, et deinde in Aegyptum fugeret, vbi condidit ſanctuarium, recitans illud prophetae: *In die illo erit altare Domini in medio Aegypti.* Vid. *Iuchaſin* p. 15. *Hieroſ. Ioma* fol. 43. An eccleſia Alexandrina, commune Iudaeorum in perſecutionibus aſylum, ab illo inſtituta fuerit, vel aucta, ita definiri non poteſt. Vid. *Alexandriam.*

§. De *Onia* חוני *Hamagal* המעגל refert *Iuchaſin* pag. 17. ipſum per 70 annos dormiuiſſe, et ipſum interfectum eſſe in illo bello, quod Hircanus et Ariſtobulus fratres ſibi inuicem intulerunt. De illo hiſtoriam habes in Maſſec. *Taanit* cap. 3. v. 8.

De Oniae templo in Aegypto *Petr. Zorn* ad Hecat. p. 14. et 20.

ONKELOS vocatur vt plurimum הגר *proſelytus.* De eius verſione legis vid. Hottingeri Theſaurum et Leusdenii Philologum. *Rabban Gamalielem ſenem* tali honore et amore proſequutus eſt, vt, cum eo defuncto ſuppellex eius ordinario ritu paucis ſolum aromatibus comburi deberet, largos adhibuerit ſumptus, ad ipſam honorificentius cremandam. Dicunt in *Auoda Sarah*

Sarah p. 11. et *Toſapht. Schabb.* cap. 7, *ipſum vltra* 80. *Minas Tyrias in buſtum profuſiſſe.*

§. De Vnkelo diſputatur an idem ſit cum Talmudicorum עקילס, quo etiam Graecum Paraphraſtem denotarunt. vid. *Druſium* in Ep. 41. *Meor Ennim* cap. 45. *Schikhard. in Bechinat Happeruſchim diſp.* 2. Certe in *Hieroſ. Demai* fol. 25. 4. עקילס הגר *Onkelos proſelytus diuiſit haereditatem cum fratre ſuo gentili, atque vſum fructum eius abdicauit ad mare ſalſum.*

Auctor libri Tzemach David eum coaeuum fuiſſe putat R. Akibae, qui poſt excidium Hieroſolymitanum vixit. *Voiſin* Pug. fid. p. 14. a. De Onkeloſo proſelyto *Edzard.* Auoda Sara. Onkelos ab Aquila diuerſus. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 132.

ORARE vid. *Preces.*

Oratio Dominica cur a Chriſto praeſcripta, et num ex Iudaeorum praecandi formulis deſumta ſit? *Act. Erudit.* Anno 1691. p. 126. Plena eſt ideis V. T. quibus Iudaei adſueti erant, ita vt et panis quotidianus, quem quarta petitione poſcimus, ad Manna V. T. reſpicere videatur. *ibid.* Anno 1689. p. 446.

OPERARIIS licet de illis edere in quibus laborant; In vindemia poſſunt edere vuas; In collectione ficuum ficus, in meſſe ſpicas; imo פועל אוכל קישות אפילו בדינר *operario in iſtis rebus operanti licet edere peponem valentem denarium* (Ein halb Orth eines Reichsthalers) *et dactylos valentes denarium. Baua Metzia* fol. 83. 1. Sic operamini cibo permanenti in vitam aeternam, qui eſt Chriſtus, et de Chriſto edetis.

§. In conducendis operariis valuit plurimum mos loci, hinc illud circa operarios axioma in *Bab. Baua Metzia* fol. 11. 2. לחזי היכי נהיגי במתא *Obſerua morem vrbis.* Hoc etiam probatur exemplo deſumto ex *Hieroſ.*

Metzia fol. 11. 2. *Tiberienſes aſcendentes in Beth-Meonem, locum vicinum, non aliter conducebantur, quam ſecundum morem Beth-Meonis, et e contra Beth-Meonenſes in Tiberiade non aliter conducebantur, quam pro more Tiberienſium.* In Parabola de Operariis *Matth.* 20. dicit Dominus reſpiciens morem loci, *Quodcunque iuſtum fuerit dabo vobis.* Reliquum quod eſt in v. 13. Οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι dilucidatur ex Canone *Maimon.* in שכירות cap. 9. *Dicit Paterfamilias ſeruo, Ito, conduc mihi ſeruos quatuor denariis, et conduxit eos tribus; quamuis labor eorum mereatur quatuor denarios, non reddentur tamen iis niſi tres, eo quod ex compacto hoc in ſe ſuſceperunt, et* γογγυσμὸς תרעומת *iis eſt aduerſus ſeruum.*

§. De conducendis operariis prolixe *Maimonides* loco modo cit. Diſtinguunt etiam Canones Hebraeorum inter שכיר יום *conductum in diem*, et שכיר שעות *conductum in horas quasdam*, eadem ratione ac parabola Chriſti: quam imitati ſunt in *Berachot Talmud. Hieroſol.* fol. 5. 3. quando iniunt: *Quinam fuit R. Bon Bar Chaia ſimilis?* Regi ששכר פועלי' *qui conduxit operarios multos, inter quos fuit vnus conductus*, qui opus ſuum *praeſtitit extraordinarie. Quid facit Rex, eum ſecum duxit, et cum eo ambulauit hinc illinc.* לעיתותי ערב : Ὀψίας γενομένης venerunt operarii iſti, ליטול שכרן ἵνα λάβωσι τὸν μισθὸν αὐτῶν, *deditque iſti mercedem completam cum iis.* היו הפועלים מתרעמים καὶ ἐγόγγυζον οἱ ἐργάται λέγοντες, *nos laborauimus per totum diem, hic autem non niſi per duas horas, et data eſt ei merces aequalis noſtrae: dixit iis Rex, plus ille laborauit vna hora, quam vos toto die. Sic plus legi incubuit R. Bon, annis viginti octo, quam alius annis centum.*

§. Operarii ſuum opus incipiunt ab exortu ſolis, hinc etiam ἅμα πρωῒ conducebantur; ante ortum ſolis ad laborem nunquam egreſſi ſunt. Vid. *Gloſſ.* in *Bab. Metzia* fol. 83. 2.

§. De mercede operantis addamus illud *Maimonidis* in שכירות cap. 11. *E praeceptis legis affirmatiuis eſt, vt*

detur

detur merces operario conductitio tempore ſuo; ſicut dicetur, in die ſuo dabis ei mercedem ſuam: *Si vero detineatur poſt tempus ſuum, peccatur in praeceptum negatiuum; ſicut dicitur:* non occidet ſol ſuper eum.

Quae hic refert auctor extant in *Baba Metzia* c. 7. miſch. 1. et 2. et cap. 9. miſch. 11. et 12. Quamdiu operarii laborare conſueuerint, *Rabboth.* fol. 66. 1. fin. ſequ.

OPIFICIVM aliquod pater filium docere debet. *Toſapht.* in *Kidduſchin* cap. 1. *Patri incumbit circumcidere filium, redimere eum, docere eum legem, et docere eum aliquod opificium. R. Iudah dicit, quicunque filium ſuum non docet aliquod opificium, eſt ac ſi doceret eum latrocinium.* De opificiis plura habes in *Kidduſchin* cap. 4. in V. vndecimo hoc dicitur, R. *Meir dicit, det ſemper homo operam, ut doceat filium ſuum* אומנות נקיה *artem honeſtam.* Talis inter ſuos recepta axiomata conſiderans Ioſephus, Chriſtum in arte ſua tectonica educauit et inſtruxit.

§. *Non docebit homo filium ſuum artificium aliquod inter mulieres:* quia conuerſatio ipſarum praua eſt. Nunquam doceat homo filium ſuum, vt ſit mulorum vel camelorum ductor, tonſor, nauta, paſtor, hoſpes שאומנותם אומנות ליסטים *quod opificium ipſorum ſit opificium latronum,* His addunt etiam Medicos et laniones. Vid. *Bab. Kidduſchin* fol. 82. 1. *Hieroſ. Kidduſchin* fol. 66. 2. Vbi etiam hoc legitur; *Beatus ille, qui videt natos ſuos,* באומנות מעולה *in opificio honeſto; et infelix ille, qui eos videt in opificio* בזויה *ſordido.* Sicuti enim dicunt in *Nedarim* fol. 49. 2. *, Magnum eſt illud opificium* שמכבדת ומחממת בעליה *quod honorat et calefacit dominos ſuos.*

§. Multi ex ſapientibus Iſraelis היו בעלי מלאכה *artifices fuerunt,* et artem aliquam exercuerunt, ne opus haberent donaria accipere ab hominibus, et ex fiſco eccleſiaſtico ali. vid. *Abarbanel* in *Abbot* fol. 35. 1. *Druſium Actor.* XVIII.

Magni

Digitized by Google

Magni viri crebro manuarias artes tractarunt. *Wagenſeil.* Sota p. 597. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 426. not. et not. ad Mardoch. p. 60.

✱ OPPRESSIO. Proximum opprimere non licet, niſi addita cauſſa. *Tanch.* fol. 8. col. 3. p. init.

✱ ORIENS. De ſacris verſus orientem peractis. *Pet. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 292. Filii orientis quinam dicti? *Spanheim.* Geogr. ſacr. ſect. 1. §. 6. p. 15. Orientis nomine quasnam terras Iudaei intellexerint. *ibid.* Miris ſuperſtitionibus faſcinari populos orientis. *Act. Erudit.* Anno 1693. p. 11. Varia huc ſpectantia invenies *ibid.* Anno 1684. p. 590. in Hiſtoire Critique de la Creance et des coutumes des Nations du Levant, publié par la Sr. de Moni. Francof. 1684.

OSCVLVM. Oſculari genua olim in vſu fuit, vid. *Genuflexio.* Item *Hieroſ. Chagiga* fol. 77. 1. *Nedarim* 36. 4. *Megillah* 14. 1. De pede oſculando reuerentiae cauſa vid. *Hieroſ. Kidduſchin* fol. 61. 3. Oſculatio omnis eſt ad fatuitatem exceptis tribus. 1. נשיקה של גדולה *oſculo magnificentiae* 1 Sam. X, 1. 2. נשיקה של פרקים *oſculo compitorum* Exod. IIII, 27. 3. נשיקה של פרישות *oſculo ſeparationis. Ruth.* I, 14. *Bereſch. Rabba* ſect. 17. His addit R. Tanchuma *oſculum propinquitatis.* Geneſ. XXVIIII, 11.

§. Oſculatio capitis in vſu erat, cum alicui oſtendere volebant, ipſius actiones non parum placuiſſe, ſe ipſum non parum aeſtimare: exempla quae ad manus ſunt afferemus.

Hieroſ. Chagigah fol. 77. 1. Elieſer Ben Erech veniam impetrauit a Rabban Iochanan Ben Saccai, vt de nonnullis coram eo differeret: diſſeruit de מעשה מרכבה (Ezech. cap. 1.) cum finiiſſet exſurrexit Rabban Iochanan ונשקיה בראשיה *et caput eius oſculatus eſt.*

Idem *Horaiosh* fol. 48. 3. Cum R. Leui finiiſſet diſſerere, exſurrexit R. Abba atque caput eius eſt oſculatus.

Idem

Idem *Nedarim* fol. 36. 4. legitur hiſtoria de quodam iuuene, qui in reſponſione ſua ita complacuit Simeoni Iuſto, *vt eum amplexus ſit, atque caput eius exoſculatus.*

Bab. Megillah fol. 14. 1. dicitur: Miriam prophetaſſe, matrem ſuam parituram filium, qui Iſraelem liberaturus eſſet. *Cum foret natus Moſes, proſtitit pater eius* ונשקה על ראשה *atque eam exoſculatus eſt ſuper caput; dicens adimpleta eſt prophetia tua.* Ex quibus patet, non fuiſſe inuſitatum Magiſtris ſuos diſcipulos oſculari: At non ita fuiſſe in more, vt diſcipulus magiſtrum oſcularetur, ſaltem ad caput: ſed oſculari ad genua, quia maiorem humilitatem prae ſe tulit, magis licuit. Videtur itaque Iudae proditoris oſculum, quo Chriſtum καταφίλησιν excepit, non tam ex praetextu officii, quam aperta deriſione et contemtu fuiſſe.

De tribus ſupra dictis oſculis. *Tanch.* fol. 21. col. 1. poſt init. *Rabboth* fol. 64. col. 1. med. fol. 99. col. 4. fin. fol. 164. col. 3. poſt init. fol. 264. col. 1. poſt med. fol. 280. col. 3. ad fin. fol. 323. col. 4. ante med. Oſculorum apud Talmudiſtas genera. *Wagenſeil.* Sota p. 284. Oſcula licita et illicita. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 97. col. 2.

✱ OVA. Ouorum ex piſcibus auibusque mundis ſigna. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 177.

OVES. Diſtinguunt in oues הרליבות *primores*, quae menſe Februario naſcuntur, et validiores ſunt, et in oues אפליות *ſerotinas*; quae in Martio proueniunt et imbecilliores ſunt. *Roſch Haſchana* fol. 8.

In Aegypto habebant oues, quibus erant caudae magnae et graues, proinde ipſis conficiebant plauſtra parua, vt illis ſuſtinerentur, ne in terra attererentur, et exulcerarentur: talibus plauſtris oues in Sabbatho egredi non poterant. *Maimon.* in *Schabbat* fol. 54. 2.

§. De ouibus, quae apud Talmudicos צאן ברזל nominantur, vid. Cl. *Buxt. Lex. Talm.* p. 1879. de agnorum decima-

decimatione vid. *Decimas.* Caula ouium Talmudicis eſt דיר *Becoroth* fol. 58. 2. כונסין לדיר *congregant gregem in ouile.* Erat autem ſolum ſeptum aliquod, in quo congregabantur oues noctu, ne vagarentur, et vt incolumes eſſent a furibus et feris: Mulgebantur etiam interdiu, vt ſonat illud *Iliad.* δ.

> Τρῶες δ' ὥςτ' ὄϊες πολυπάμμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ
> Μυρίαι ἑστήκασιν ἀμελγόμεναι γάλα λευκόν.

§. Locum *Miſnae* in *Roſch Haſchana* cap. 1. de כבני מרון Cl. Buxt. de ouibus in decimatione pedetentim ex caula et porta parua egredientibus intelligit; Gemara vero fol. 16. 1. de מעלות בית מרון vid. Beth Maron in B.

P.

* PALAESTINA. vid. *Iſraelitica regio.* Septem maria circumdabant terram Iſraeliticam et quatuor flumina: nimirum Iordan et Iarmuch, Kirmion et Pugah. *Iarchi* Pſal. XXIIII. 2. conf. *Breitbauptii* not. ad h. l. Palaeſtina ad Babylonem relata magis occidentem ſpectat; vnde Palaeſtini Iudaei occidentales, Babylonii vero orientales vocantur. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 254. not. Palaeſtina quomodo diuiſa. *Abarban.* in Proph. prior. in indice. Quaenam commodiſſima ſit totius terrae ſanctae diſtributio. *Iſingii* Exercitt. in Pentat. p. 219. Quanta terrae Palaeſtinae, quam incoluere Iſraelitae, ſit amplitudo. *ibid.* p. 221. Cur ab haereditate terrae ſanctae excluſa fuerit tribus Leuitica. *ibid.* p. 224.

PALMAE et rami ſalicum in vſu erant in feſto Tabernaculorum. vid. *ſuo loco* in F.

De Palma varia notatu digna vid. apud *Cramerum* ad Cod. Succa in indice, et *Petr. Zorn.* de fiſco Iud. p. 300. Palma exciſa non repullulat. *Wagenſeil.* Sota p. 736. Iudaei palmis eſſi nobilis. *ibid.* p. 1083.

Petr-

Petr. Zorn. ad Hecat. p. 65. it. de fiſco Iud. p. 308. Quare iuſti comparentur cedro et palmae *Tanch.* fol. 5. col. 3. poſt med.

PANIS non rarò apud ſcriptores Iudaicos ſumitur pro doctrina. *Chagigah* fol. 14. 1. כל משען לחם *omne fulcimentum panis* Eſai. III, 1: אלו בעלי תלמוד *hi ſunt magiſtri doctrinae; ſicut dicitur; venite et comedite de pane meo.* Moſes pauit doctrina et Manna; Chriſtus fideles pane coeleſti, doctrina et carne ſua.

§. Mulieres Iudaeae cocturae panem, decerpunt à maſſa particulam inſtar oui, aut plus minusue, eam particulam vocant חלה *Challa*, et proiiciunt in furnum ac comburunt igne. Quandoque referunt et tempore oborti incendii inſcribunt ei certas litteras, vocabula angelorum, et notas ſuperſtitioſas. Ea in ignem proiecta, credunt extingui incendium. De hoc integer extat tractatus Talmudicus, qui vocatur חלה

§. Panes propoſitionis pinſuntur vel in atrio vel in Betphage, duo ſingulis diebus a ſummo ſacerdote offerebantur. Panes propoſitionis habuerunt tres דפוסים *formas* (Modell Germ. vel ſimpliciter קערים *ſcutellas*) in altera imponebantur cum conficiebantur, in altera cum coquebantur; in tertia cum ex furno educebantur. *Menachot* c. 11. v. 1. 2. in Maim. Com. Semel duo panes (propoſitionis) afferebantur ex עין סוכר loco ſatis ab Hieroſolymis remoto, cum ordinarie vel ab ipſa vrbe vel ex locis vicinis aſportabantur. Sed illo tempore circa Hieroſolymam hoſtes omnia deuaſtarunt. *Menachot* cap. 10.

§. De panum propoſitionis patinis vid. *Maimon.* in *Hal. Beth Habech.* cap. 2. ſub finem. De duodecim panibus propoſitionis vid. *Sacrificia* et *Templum.*

Iudaei panes conficiebant ex tritico, hordeo et ſpelta. *Schebhuot.* cap. 3. miſchn. 2. Panis idololatrarum Iudaeis eſt prohibitus. *Auoda Sara* cap. 2. miſch. 6. De diuiſione panum propoſitionis *Maimon. Tamid.* cap.

cap. 4. §. 12. ſeq. De ordinatione panum propoſitionis. *ibid.* cap. 5. §. 1. ſeq. *Rabboth* fol. 178. col. 1. med. et col. 2. tot. De confectione panum propoſitionis. *Maimon.* l. c. §. 6. ſeq. *Rabboth* fol. 178. col. 1. med. De forma panum propoſitionis. *Maimon.* l. c. §. 9. Confectos fuiſſe in modum arcae apertae dicit *Bartenora* ad Ioma cap. 3. miſch. 11. Familia Garmu noluit communicare cum aliis artem praeparandi panes propoſitionis, hinc inter impios referuntur. *Ioma* cap. 3. miſch. 11. *Rabboth* fol. 262. col. 4. med. De ſcutellis panum propoſitionis. *ibid.* fol. 178. col. 1. poſt med. De panibus propoſitionum vid. *Abarb.* in Prophet. prior. in indice. Fuit praefectus quidam praepoſitus artificibus panum propoſitionis. *Maimon.* de vaſ. templ. cap. 7. §. 15.

PARADISVS גן עדן. De eo ſic loquitur R. Lachiſch in *Bab. Erubhin.* fol. 19. 1. *Si Paradiſus ſit in terra Iſraelitica, Beth Schean eſt oſtium eius* (Gloſſ. fructus Beth Scheanenſes fuerunt pulcherrimi) *ſi in Arabia, Beth Geram eſt oſtium eius; ſi inter fluuios, Damaſcus.*

Paradiſus collocatur a Cl. Heidegg. exerc. IV. 41. in eo terrae ſanctae tractu, qui regionem et locum Genneſar, quem mare *Tiberiadis* (v. ſ. l.) nominant, campum magnum conuallem illuſtrem, vallem Ierichuntinam, mare denique mortuum ſiue Sodomiticam regionem complectitur; quam ſuam ſententiam nouem argumentis, doctiſſime vt omnia, probat. Decem cum corpore et anima ingreſſi ſunt paradiſum, inter quos Elias et Enochus. *Menaſſe Ben Iſrael* de fragilit. human. ſect. XII. 7. Ex *Medraſch* et *Kimchi* 2 Reg. II, 1.

Paradiſus eſt locus, vbi edunt ac bibunt ſine corporis labore et defatigatione et vbi lapidum pretioſorum domicilia ſunt, lecti a ſerico, fluuii vino affluentes, olea grati odoris, et id genus alia. *Maimon.* ad *Sanhed.* cap. 10. miſch. 1. גן עדן quid ſit.

ſit. *ibid.* ad voc. גן עדן. Lucem primigeniam abſcondit Deus in horto Eden. *Tanch.* fol. 47. col. 4. poſt med.

PARABOLA. Iudaicae oratoriae nullum ſchema familiarius Paraboliſmo; ille qui in eo genere praecipue excelluit, erat Rabbi Meir, de quo dicunt in *Sota* cap. 9. משמת ר' מאיר בטלו מושלים משלים *ex quo ceſſauit R. Meir, ceſſarunt Parabolyzantes.* Non quaſi illis floſculis non amplius vſi ſunt, ſed quia nullus amplius fuit qui in illis ita excelleret, vt fecit R. Meir, de quo dicit Gloſſ. in *Sanhed. quod tertia pars orationum eius erat traditio, tertia pars allegoria, et tertia pars paraboliſmus.*

De parabolica Iudaeorum docendi ratione. *Maimon.* ad *Sanhed.* cap. 11. miſchn. 1. eleg. Senſus allegoricus et parabolicus Rabbinorum non attenditur. *ibid.* cap. 7. miſch. 4. Parabolarum inſignis vſus. *Rabboth* fol. 151. col. 2. ante fin.

PARASCEVE vid. *Sabbathum.*

PARENTES quid infantibus debeant, vid. *Infantes* et *Opificium*, qui parentes ſuos ita pulſauerit, vt liuorem illis effecerit, ſtrangulari debet. Hoc grauius eſt in eo qui maledixit, quam qui pulſat: quod qui execratur illos, poſt funera, reus ſit, qui vero eos mortuos ferit, haud teneatur. *Sanhedr.* cap. 10. 1.

§. De caſu illo, an mater ſalua conſcientia poſſit embryonis mortem poculis vel alio modo promouere, ſi ſentiat, ſe aliter non poſſe in viuis manere, ſic ratiocinantur *Maimon.* in *Hal. Rozeach* cap. 1. *Mulier grauida, quae in partu ob enitendi difficultatem periclitatur, embryonem in ſuis viſceribus interficere poteſt, vel veneno vel manu ſua, quia embryo eſt inſtar perſequutoris ad occidendam eam:* (qualem etiam adſtantibus interficere licet, ſi oppreſſam et perſequutam ab ipſo aliter liberare non poſſunt.) *Poſtquam autem infans protulit caput ſuum, ipſi*

Digitized by Google

amplius nocere non poſſunt שאין דוחין נפש מפני נפש *quia non pellunt animam propter animam.* (i. e. non licet matrem iuuare morte infantis, cum ſpes eſt illam facile liberari poſſe, vt eſt, dum infans iam aliquas ex ſuis partibus exeruit.)

§. De officio infantum erga parentes, ſonat *Toſepbta* in *Kidduſcbin* cap. 1. *filius tenetur ad cibandum patrem, ad potandum, veſtiendum, tegendum, inducendum, et ad lauandum eius faciem, manus et pedes.* Et Hieroſ. Kidduſchin fol. 61. 2. 3. *Tenetur filius patrem nutrire, imo pro eo mendicare.* Intempeſtiuum zelum arguit ille Canon *Maimonidis* in *Geſelab* cap. 12. *Vilipendendum eſſe patrem, prae Rabbino legem nos docente.* Satis enim natura infantes inclinant ad reuerentiam parentum excutiendam, licet talibus monitis ipſis praetextum nullum ſuppeditaretur.

Liberi parentum honor, et parentes liberorum. *Tanch.* fol. 10. col. 2. p. init. Qui matrem vel patrem pulſauerit, ita vt vulnus ipſis faceret, ſtrangulabatur. *Sanhedr.* cap. 11. miſchn. 1. Qui maledixerit Parentibus, grauius punitur, quam qui verberauerit. *ibid.* cap. 11. miſch. 1. Etiamſi quis conſtitutus ſit in lectione Kriſmae, debet ſalutare et reſalutare patrem ſuum. *Bart.* ad *Berachot* cap. 2. miſchn. 1.

PARSA vid. *Menſurationes.*

PASCHA in illo tria potiſſimum ſunt. הפסח *agnus* indicans Deum tranſiliiſſe aedes Iſraelitarum, trucidatis Aegyptiorum primogenitis. מרור amarum indicans Iſraelitarum in Aegypto ſeruitutem. מצות *azymus*, indicans Iſraelitarum liberationem diuinam. *Buxt. Coſri.* 250. 252.

§. De Paſchate notabimus praecipua quae in hanc materiam faciunt, omnia enim referre magni laboris eſſet.

§. Tem-

Digitized by Google

§. Tempore Saluatoris noſtri, Paſcha non amplius omnibus illis ritibus celebrabant, quibus celebrabatur ab initio; differentiam diſcimus ex *Toſiphta* in *Peſachim* cap. 8.

Paſcha in Aegypto ſeparabatur a grege die decimo, et mactabatur die 14. Nec pro Paſchate incurrebant in poenam כרת *excidii*, ſicuti incurrebant in generationibus ſequentibus.

De Paſchate in Aegypto dicitur, *ſumat ille et vicinus eius proximus agnum:* quod locum non habuit in Paſchatibus ſequentibus.

Paſcha in Aegypto non annexam habuit ſanguinis ſparſionem, et adipis poſitionem in altari. Aliter autem res ſe habuit in temporibus poſterioribus.

In poſterioribus Paſchatibus non rigide obſeruabant aſperſionem poſtium et liminum ſanguine.

De Paſchate in Aegypto dicitur, *ne egrediemini domibus veſtris vſque ad mane.* At non ita erat in ſequentibus.

Paſcha in Aegypto vnusquiſque mactabat pater familias; ſed deinde omnes Iſraelitae illud mactabant in loco vno.

Olim vbi comedebant Paſcha, ibi etiam diuerſabantur, at deinde in vno loco illud comedebant et in alio diuerſorium ſiue hoſpitium habebant.

In his vero conueniebat Paſcha Aegypti cum Paſchatibus poſterioribus. 1. Illud poterat comedi a pluribus familiis ſimul iunctis. 2. In vtroque agnus debebat eſſe a grege deſumptus, maſculus, absque vllo vitio, et annum vnum ſolum habere. 3. Fermentum in vtroque excuti debebat. 4. Paſchata vtraque debebant non absque Cantico celebrari.

§. De vitiis quae agnum paſchalem ineptum reddunt vid. *Maimon.* in *Iſſure* מזבח cap. 2. Abarbanel in Exod. XII. recenſet illos qui decem diebus ante feſtum agnos ſuos ſegregauerant, illos deinde ad lectorum ſuorum pedes alligaſſe, vt continuo in ipſorum eſſent oculis.

§. Poſt

§. Poſt comparatum agnum paſchalem prima cura erat, vt abſtinerent ab eſu omnis generis fermentati, et illud ex domibus ſuis excuterent, vid. *Fermentum*. Antequam fermentum quaerere inciperent, hanc eiaculati ſunt oratiunculam: *Benedictus ſis o Deus et Rex noſter aeterne, qui ſanctificaſti nobis praeceptum de repurgatione fermenti.* Quo dicto ſtatim ſe ad excuſſionem parabant, et quicquid fermentati reperiebant, indebant in aliquam ciſtulam, vel in aliquem alium locum in quem mures venire non poterant, et hanc ceremoniam claudunt his verbis כל חמירא דאיכא ברשותי דחמיתי ודלא חמיתיה ליבטל ולהוי כעפרא דארעא *omne fermentum quod fuit et eſt in poteſtate mea, illud quod vidi et illud quod non vidi, ſit vt pulvis terrae. Maimon. in* חמץ ומצה cap. 3. Et *Seder Haggada Schel. Peſach.* fol. 1.

§. Diem Paſcha antecedentem quem vocant ערבי הפסח *veſperas Paſchatis*, quaedam populi pars totum feſtivum celebrabat, vti incolae Galilaeae; altera vero ſic in Iudaea ſolum a meridie a laboribus ceſſabat. *Peſachim* cap. 4. Hoc die hora quinta quae 12. noſtrae reſpondet, vnuſquiſce fermentum ſuum, quod alicui ciſtulae indidiſſe modo diximus, vel igne concremabat, vel in aerem proiiciebat, vel extraneis diuendebat. vid. *Maimon.* in *Chametz umatza* cap. 1. et 2. *Peſachim* c. 2.

§. Dies mactationis Paſchatis, erat dies decimus quartus menſis primi. Adducendus erat agnus in atrium, vbi Altare. *Maimon.* in *Korban Peſach.* cap. 1. *Non mactandum erat Paſcha niſi in atrio, vbi reliqua ſacrificia mactantur, mactandumque die decimo quarto, poſt meridiem, poſt iuge ſacrificium, poſt oblatum thymiama,* hora ſecunda noſtra et dimidia. Sunt quidam qui exiſtimant Chriſtum in Paſchate ſuo celebrando vnum diem anticipaſſe, hoc argumento nixi quod Iudaei noluerint ingredi tribunal Pilati, ne immundi fierent, et proinde inepti ad comedendum Paſcha. Sed praeterquam quod illi non agnum paſchalem ſed Chagigah, (de quo infra) intellexerunt, Maimonides expreſſis verbis docet,

cet, *illum poenam excidii incurriſſe qui ſolus in aliquo loco Paſcha mactaſſet, et non cum toto Iſraele in atrio templi, aut qui vnum diem anticipaſſet, et non praeciſe diem decimum quartum obſeruaſſet.* In *Korban Peſach.* cap. I. Chriſtus certe nunquam contra receptas regulas iuit, vt egiſſet, quod apud populum ſummum nefas erat. Videtur quidem locum *Toſipht.* ad *Peſachim* cap. I. ad med. Quando inquit, *Cuthaei aliquando ſuum Paſcha celebrarunt ante diem quo Iſraelitae; et aliquando poſt*, aliquo modo illorum opinionem plauſibilem reddere, quia per כותיים etiam Chriſtiani ſaepius deſignantur. Sed qui locum inſpiciet, facile videbit, ipſum de Samaritanis loqui, qui in ſuo monte Gerizim agebant quod lubebat.

§. Antequam mactarent agnum paſchalem, ante omnia conueniebant de numero illorum, qui ipſum comedere debebant, ſecundum illud *Maimonidis* in *Korban Peſach.* cap. 2. אין שוחטין את הפסח אלא למנויו *non poterant mactare Paſcha, niſi perſonas antea numeraverint.* Si quis vellet deinde ad aliam ſocietatem ſe conferre, id facere debet ante mactationem agni, nam poſtea id ipſi non licet. R. *Salomoh* in Exod. XII. hae ſocietates vocabantur חבורות Συνάξεις vel Φρατρίας: numerusque perſonarum illas conſtituentium definitus non erat: vt plurimum illum ordinabant pro conſtitutione edentium, ſi membra ſocietatis erant valida et robuſta, pauci ſolum ad Paſcha comedendum conſtituebantur; e contra, ſi comedentes ſenes aut inualidi erant. Quamuis mulieres non obligabantur ad omnes comparitiones feſtorum, nihilominus ad celebrandum Paſcha obſtrictae erant. *Maimon. Korban Happeſach.* cap. 2. *tota congregatio Iſraelis* illud mactare debet, ואחד איש ואחד חייבי במצוה זו *et viri et foeminae ad illud praeceptum aequaliter obligabantur.* Non autem permittebant ob reuerentiam actionis, vt illae ſocietates vel ex ſolis mulieribus, aut infantibus, aut proſelytis, aut ſenibus conflarentur: ſed familias integras coniungebant. Dominus noſter Ieſus *Matth.* XXVI, 20.

 Luc.

Digitized by Google

Luc. XXII, 14. ſuam paſchalem ſocietatem cum duodecim diſcipulis habuit.

§. Paſcha נשחט בשלש כיתות *mactabatur in tribus coetibus. Peſach.* cap. 5. quoniam enim agnus debebat in atrio mactari, illud vero tantum numerum vna vice capere non poterat, omnem multitudinem in tres dividebant coetus, et vnus poſt alterum ſua paſchata mactauit. Cur autem tres coetus fecerint, et non plures aut pauciores, rationem petunt Gemariſtae in *Peſach.* l. c. et R. *Salomoh* in Exod. XII. ex ipſis inſtitutionis Paſchatis verbis. *Totus coetus et congregatio Iſraelis illud mactabare debet.* Tria illa *coetus*, *congregatio*, *Iſrael*, triplicem mactandi vicem deſignant. In vnoquoque coetu ad minimum triginta homines eſſe debebant, ſi itaque caſu eueniret, vt in vniuerſum vltra quinquaginta non adeſſent, conſtitutum eſt, vt triginta primo ingrederentur et deinde mactato Paſchate viginti manerent, et decem egrederentur, quos deinde alii decem ſecunda et tertia vice exciperent. vid. *Maimon.* in *Korban Peſach* cap. 1. *Gemaram Bab,* in *Peſachim,* fol. 64.

§. Modum mactandi paſchata habes in *Peſachim* cap. 5. v. 5. 6. his verbis, *Paſcha mactatur in tribus turmis, ſicut dicitur*, atque agnum mactabit, omnis coetus congregationis Iſraelis; *coetus et congregatio et Iſrael. Ingreditur coetus primus, et repletur totum atrium: portas atrii ſerant: tubis canunt: Sacerdotes ſtant ſeriatim, atque prae manibus habent phialas aureas; et non confunduntur: et non erant* שוליים לפוכי' *phialis fimbriae, ne eas ſeponerent, et ſic condenſaretur ſanguis. Iſraelita mactat et ſanguinem recipit ſacerdos, et proxime adſtanti dat, et ille proximo, qui phialam plenam recipiens vacuam ei dat. Sacerdos qui altari proximus ſtat, ſanguinem ſpargit aſperſione vna iuxta fundamentum altaris,* יצתה כת ראשונה *exit turma prima, et ingreditur ſecunda, et poſt ſecundam tertia, ſemperque eadem ratione proceditur. Maimon. Korb, Peſach.* cap. 1.

Agnos in atrium vulgo humeris portarunt, quae portatio vocatur הרכבה in *Peſachim* c. 6. v. 1. Vbi

Gloſſa,

Gloſſa, portatio eius in humeris hominis, vt eum afferat in atrium tanquam in locum publicum. Eo tempore quo Iſraelitae occupabantur circa agni mactationem, Leuitae canebant τὸ *Hallel*, ſi illud iam abſoluerant, Iſraelitae vero mactationem non perfecerant, illud iterum de nouo repetebant. *Maimon.* in *Korban Peſach.* cap. 1. *Gloſſ.* in *Succa* fol. 54. *Peſachim* cap. 5. De Hallel iam quaedam diximus ſuo loco; plura de eo habes in *Hieroſ. Peſachim* cap. 5. *Maimon.* in *Megillah* cap. 3. *Gloſſ.* in *Succa* fol. 38. *Succa* cap. 5. *Taanit.* cap. 3.

§. Sparſo ſanguine ad pedem altaris, excoriato agno, exſecto ventre, extracto adipe, atque in ignem altaris reiecto, fertur cadauer ad hoſpitium vbi coenandum: caro aſſanda, corium tribuendum hoſpiti. Vid. *Peſachim* c. 5. 8. 9. *Bab Ioma* fol. 12. 1.

§. Omittimus hic curioſas et anxias illas obſeruationes quibus agnum aſſabant, et quae in cap. 7. *Peſachim* deſcribuntur; ſolummodo notamus illos ſumſiſſe שפוד של רימון *baculum ligni Malogranati*, et per os agni ad poſteriora eius protruſiſſe, illoque agnum aſſaſſe. Item quod agnus paſchalis vocetur מקולס *Galeatus*, qui cum totus aſſabatur, cum capite, cruribus et inteſtinis, pedes autem et inteſtina ad latera ligabantur inter aſſandum, agnus ita quaſi armatum repraeſentauerit, qui galea in capite et enſe in latere eſt munitus. *Baba Berachot* fol. 19. 1. *Peſachim* fol. 53. 2.

§. Tempus quo agnum comedebant, erat, cum nox ingruerat, ſecundum illum Canonem in *Peſachim* cap. 10. ערבי פסחין סשוך למנחה לא יאכל אדם עד שתחשך *in veſpera Paſchatis nemo debet paſcha comedere a tempore Minchae vſque dum nocteſceret.* Notat etiam Gloſſa Alpheſi et R. Salomonis, ipſos a ſacrificio veſpertino vſque ad ipſam coenam nihil deguſtare debuiſſe, vt eo acutiori ſtomacho et appetitu ad agni eſum accederent.

§. De accubitu diximus in A. In coena paſchali ipſum ſumme neceſſarium et requiſitum exiſtimarunt. *Gloſſ.* in *Berachot* cap. 6. v. 6. *Nos recubitum non adhibemus niſi ad buccellam ſolum; et certe iis qui ederunt recumbentes, neceſ-*

neceſſarius fuit recubitus etc. *Peſachim* cap. 10. v. 1. אפילו עני שבישראל לא יאכל עד שיסב *etiam pauperrimus Iſraelita, ne comedat antequam accumbat.* Cauſſa vero cur in accubitu tantam religionem poſuerint, fuit quia ſignum prae ſe ferebat libertatis. *Hieroſ. Peſachim* fol. 37. *a. R. Leui dicit, mos ſeruorum eſt, vt edant ſtantes; at nunc comedunt recumbentes, vt dignoſcatur exiiſſe eos ex ſeruitute in libertatem.*

Bab. Peſachin fol. 108. 1. *Azyma opus habent recubitu, herbae amarae opus non habent. Duo pocula priora opus habent recubitu, ſed non duo poſteriora.* Gloſſa. *Azyma comedunt nocte prima recumbentes, quia recordatio eſt redemptionis. Herbae amarae non opus habent recubitu, quia memoriam ferunt ſeruitutis.*

Maimon. Comment. in *Miſchn. Tenemur ad accubitum dum comedimus, vt comedamus more regum et magnatum.*

§. Iam ipſam coenam referemus. I. Exordium cepit coena paſchalis a poculo vini. *Peſachim* cap. X. v. 2. *Miſcent ei poculum primum, ſchola Schammaeana dicit,* benedicit primo ſuper die, *deinde ſuper vino: at ſchola Hilleliana dicit, primo ſuper vino benedicit, ac deinde ſuper die, quia dies in cauſſa eſt, cur adſit vinum:* id eſt vt explicat Gloſſ. שיבא קודם סעודה *vt adſit ante cibum.*

Maimon. in Chamets umatſa cap. 8. *Miſcent primo poculum vnicuique, et benedicit* (Pater familias) *benedictus ſit qui creauit fructum vitis, et recitat inſuper conſecrationem diei,* וזמן *et pro toto coetu gratias agit, ac poculum ebibit, et poſtea benedicit ſuper lotione manuum et lauat.* Confer hoc poculum cum illo Luc. XXII, 17.

II. Apponuntur deinde herbae amarae. *Maimon. Inferunt menſam ſtratam, ſuper quam eſt* מרור וירק אחר *Embamma amarum, atque herbae aliae. Bab. Peſachin.* fol. 114. 1. *Non apponunt menſam, niſi poſt conſecrationem diei: et menſae apponitur lactuca. Poſtquam benedixit ſuper vino apponunt herbas, atque edit ille lactucas intinctas: at non in* חרוסת *Embammate; nam illud adhuc non adducitur.*

III. Ap-

III. Apponuntur poſtea Azyma, atque Embamma חרוסת, atque agnus et caro etiam Chagigae diei decimi quarti. Maimon. nullam notat interpoſitionem, inter appoſitas herbas amaras atque appoſita Azyma; at Miſchna illam notat his verbis הביאו לפניו מצה *Apponunt coram eo Azyma.* Vt enim notat Gloſſa tollebant et reducebant menſam, vt filius occaſionem haberet interrogandi, *quare bis intingimus?*

IV. Incipit et benedicit. *Benedictus ſit qui creauit fructum terrae: ac herbas accipit, atque intingit in embammate Charoſet, et comedit pro quantitate oliuae, ille.* (Paterfamilias) *atque omnes cum eo accumbentes. Et tunc remouent menſam a patrefamilias. Maimon.*

V. מזגו לו כוס שני *Iam miſcent ei poculum ſecundum: atque iam filius interrogat patrem: vel ſi filius non norit interrogare, ipſe eum docet. Quantum differt haec nox ab aliis omnibus noctibus? Aliis noctibus non intingimus niſi ſemel; hac nocte bis; Aliis comedimus vel fermentatum vel Azyma; hac Azyma ſolum etc. aliis comedimus vel ſedentes vel recumbentes, hac nocte omnes recumbimus.*

VI. Admouetur iterum *Menſa, et tum dicit ille, hoc eſt Paſcha, quod comedimus ideo, quia Deus tranſiit per domos Patrum noſtrornm in Aegypto. Tunc eleuat manu ſua herbas amaras et dicit, herbas has amaras nos comedimus ideo, quod amaras fecerunt vitas patrum noſtrorum in Aegypto. Eleuat manu ſua Azima et dicit, Azima haec comedimus, quia nan fuit tempus ſufficiens quo farina a patribus noſtris ſubacta fermentaretur, antequam ſe ipſum reuelaret Deus, eosque redimeret. Debemus ergo nos laudare, celebrare, honorare, magnificare etc. illum qui patribus noſtris, nobisque haec omnia miranda fecit, nosque eduxit e ſeruitute in libertatem, e dolore in gaudium, e tenebris in lucem magnam. Dicimus ergo Halleluiah* (ab initio Pſalm. 114.) *Et claudit, Benedictus tu Domine Deus noſter, Rex aeterne nos redimens, patresque redimens ex Aegypto, atque ad noctem hanc nos perducens, vt comedamus*

Digitized by Google

mus Azyma atque herbas amaras; et iam ebibit poculum ſecundum.

VII. *Deinde manus lauans et duos panes accipiens, vnum frangit*, (Ratio fractionis apud Maimon eſt, *quia hic panis vocatur* לחם עוני *Panis paupertatis. Pauperibus autem res eſt cum fruſtis, atque hic pariter ſunt fruſta.*) *et fractum in menſa reponit, et benedicit, Benedictus ſit ille qui producit panem e terra: et complicans panem, cum herbis amaris, intingensque in embamma* חרוסת, *benedicensque azyma atque herbas amaras ſimul comedit. Poſteaque gratias pari modo agens circa carnem Chagigae diei decimi quarti, de ea etiam comedit: et pari modo benedicens ſuper carne agni, de ea comedit.*

VIII. *Inde porro coenam protrahit, hoc vel illud edens bibensue, prout lubet: vltimoque de carne Paſchatis edit, ſaltem pro quantitate oliuae, atque exinde nec quicquam cibi guſtat omnino.* Hanc coenae Paſchalis rubricam hoc modo quo eam repraeſentauimus, ex *Maimonide* et cap. vlt. *Peſachin* adornauit Cl. Ligtfootus.

§. Poſtquam in coena Paſchali eousque quo notauimus, peruenerant. Paterfamilias deinde lauabat manus ומברך ברכת המזון *Et benedicit benedicens cibo*, (ſiue gratias agit poſt cibum.) *Et ſuper poculo vini tertio, atque ebibit. Maimonides.* De hoc poculo benedictionis decem res dicuntur in *Bab. Berach.* fol. 51. 1. הדחה ושטיפה *Lotio et prolutio* (i. e. vt lauent intus et extra, ne ſcilicet in eo maneat quid vini poculorum praecedentium) חי *vinum purum* infundatur in poculum, et fiat commiſtio aquae in poculo: ומלא *plenum ſit* עטור *coronatum* h. e. dum ille hoc agit, circum ſint diſcipuli inſtar coronae. עיטוף *obuelatum* i. e. velat ſe et conſidet. נוטלו בשתי ידיו *Poculum accipit manu vtraque, ac manui dextrae tenendum tradit, oculos in illud figit, ſunt qui dicunt, dono impertit ſuis.*

§. Erat et calix quartus, de quo *Maimonides* in Chamets etc. et Miſchna in *Peſachin.* c. vlt. *Deinde miſcet poculum quartum, et ſuper illo perficit Hallel: additque inſuper* ברכת השיר *Benedictionem Cantici, quod eſt*, Laudent

dent te, Domine, omnia opera tua etc. *et dicit.* Benedictus ſit, qui creauit fructum vitis, *et poſtea non quicquam guſtat iſta nocte. Perficit Hallel* i. e. incipit inde vbi deſitum eſt ante, videl. ab initio Pſal. 115. ad fin. Pſal. 118.

§. Panis in coena Paſchali erat ex inſtitutione diuina, at vinum ſolum ex traditione. *Hieroſ. Peſachin* vbi ſupra. הכל חייבין בד' *omnes tenentur ad quatuor pocula, viri, faeminae, et pueri. At quid pueris cum vino inquit. R. Iehuda. Illis diſtribuunt triticum et nuces.*

De menſura horum poculorum ſic determinatur in *Hieroſ. Schabbat* fol. 11. 1. ארבעה כוסות שאמרו ישנן רביעית יין באיטלקי *Quatuor pocula continent quartanam vini Italicam.*

Vinum adhibebant rubrum *Hieroſ. Peſachim* fol. 37. 2. מצוה לצאת ביין אדום *praeceptum eſt, vt vino rubro praeſtet hoc officium.* Sic. Bab. צריך שיהא בו טעם ומראה *Neceſſe eſt, vt ſit in eo ſapor et aſpectus vini.* Gloſſ. שיהא אדום *vt ſit rubrum.*

Traditio eſt in *Bab. Berachot* fol. 50. 2. *quod ſuper vino cui non immiſcetur aqua, non benedicant*, quia ſecundum Gloſſam *vinum ipſorum ſtrenuum erat, et potationi abſque immixtione aquae non ita idoneum.* Interim tamen in *Peſachin* dicunt שתאן חי יצא *Si quis vinum purum biberet, et non aqua commixtum, officium tamen praeſtitit.* Ex his etiam rationem habes, cur in cap. vlt. *Peſachin* et in tota huius feſti rubrica, quando de infundendis poculis loquntur, ſemper adhibeant ſimpliciter verbum מזג quia ſcilicet vt plurimum pocula haec abſque dilutione cum aqua non ebiberunt; hoc innuit etiam Maimon in *Chametz umatza* cap. 7. quando inquit: ארבע כוסות האלו צריך למזוג:

§. Addamus hic quaſdam obſeruatiunculas indifferenter in Paſchales ritus notatas. Herbae illae, quibus vtebantur in coena erant חזרת *lactuca* עולשין *Intybus*, **Endivien**, vel vt *Aruch*. Germ. **Körblin Kraut**. תמכא *de la Chicorée* vel *Marrubium* חרחבינה *Beta*, מרור *Praſium* vel linoſtrophon. Parum referebat ſiue illae her-

herbae eſſent virides aut aridae, modo non fuerint coctae, aut conditae. Vid. *Peſachin* cap. 2. verſ. 6. De cauſſa illa, cur has herbas comederint vid. R. Salomoh in *Exod.* 12. Aben Eſra in eundem locum, citat quendam Iudaeum Hiſpanum, qui in illa fuit ſententia, *illas herbas amaras in ordinariis Aegyptiorum epulis uſitatas fuiſſe, propter humiditatem aeris, vt illis ſe contra ipſius vitium tuerentur.*

In coena Paſchali non ſolum agnum habebant, ſed etiam alias carnes vid. *Maimon.* in *Corban 'Peſach..* cap. 8. Miſchna in cap. 10. *Peſachin* illas deſignat cum dicit הבואו לפניו מצה וחזרת ושני הבשילין *adducunt coram eo Azyma. lactucas et duo cocta.*

חרוסת Erat Embamma factum ex amaris et dulcibus, qualia ſunt dactyli, ficus, vuae paſſae, acetum. *Aruch* in rad. *Maimon. Korban Peſach.* cap. 8. adhibebatur in memoriam argillae, ex qua lateres compoſuerant patres in Aegypto. vid. *Haggada Schel. Peſach.*

De numero Panum vel placentarum diſputatur, probabiliſſimum eſt, illos ante deuaſtationem templi adhuiſſe placentas duas, et poſtea tres. vid. *Maimon.* in *Chamets* etc. c. 8. Cl. Buxt. Lex Talm. in אפיקומן.

In conuiuiis ordinariis adhibebant etiam אפיקומן *Bellaria,* (Nachtracht) ſed in coena Paſchali obtinuit hic canon אין מפטירין אחר הפסח אפיקומן *non dimittunt conuiuium in Paſcha bellariis, Peſachin* cap. vlt, vltimum enim quod deguſtare volebant, erat caro agni Paſchalis et fruſtulum Azymi, quod proinde ipſorum erat אפיקומן *bellaria.* De hoc ſonat ille locus Maimonidis Glaſſatoris in loc. vbi ſupra quando infit, אחת פורס לשנים ושאר חציה לאפיקומן *frangit vnam placentam in duas partes, et vnam reſeruat pro bellariis.* Quoniam enim ipſis non licebat fructus adhibere pro bellariis; Azymi fruſtum bellaria fecerunt. Quod obſeruandum, ne exiſtimemus Talmudicos ſibi inuicem contradicere.

Repetamus et contrahamus hic quae nunc prolixius de coena paſchali diximus. Conſidebant inclinando,

inci-

incipiebant coenam poculo vini, benedicebant illi diei, lauabant manus; tabula parabatur. Primo comedebant de lactuca (*de la ſalade,*) ſecundum deinde poculum implebatur, quo impleto recitabant hiſtoriam et Pſalm. 113. 114. quibus peractis poculum exhauriebant. Manus denuo lauabant. Azyma frangebantur et benedicebantur, et quaedam ipſorum partes cum herbis amaris comedebantur, poſtquam et panem et herbas in Embammate tinxerant. Deinde edebant carnes oblationis pacificae, et poſt illas, carnes agni. Quibus peractis iterum ſe lauabant. Poculum tertium ſequitur, quod ebibunt poſt gratiarum actionem pro cibo et vino. Poculo quarto abſoluunt ſuum Hallel, et deinde adddita vna vel altera benedictione coena peracta eſt.

§. Notandum hic etiam totum feſtum Paſchatis ſeptiduum, aliquando translatum fuiſſe in alium menſem, non tantum ex illa lege quae extat Num. IX. ſed ex cauſſis etiam aliis de quibus *Hieroſ.* in *Maaſer Scheni* fol. 56. 3. *Maimon* in *Kidduſch. Chodeſch* cap. 4. it. Biat Hammikd. Cap. 4. §. 18. Interim tamen nunquam non mactatus fuit agnus, dum praeſente feſto dies decimus quartus adesſat. Hinc haec traditio in *Peſachin* cap. 7. v. 4. *Quinque res ſi veniunt in immunditia, non comeduntur in immunditia. Manipulus, et duo panes, et panes propoſitionis, ſacrificia pacifica congregationis, et hirci Neomeniorum. At Paſcha quod venit in inmunditia comeditur in immunditia Quia non venit originaliter, niſi vt comedatur. Hieroſ. Sota.* fol. 16. 3. *Comperimus quod congregatio facit Paſcha ſuum in immunditia, eo tempore quo plurimi eorum ſunt immundi.* Quae obſeruanda contra illos qui volunt Chriſtum ſuum Paſcha celebraſſe decimo quarto die, at Iudaeos non ante decimum quintum, quia illo anno ipſorum Paſcha reiectum erat in diem decimum quintum, ob inſequens Sabbathum, quod aſſeritur absque vllo fundamento. Si certe Paſcha reiici potuiſſet in diem 15. filii Bethirae in *Hieroſ. Peſachin.* fol. 33. facile ſe ex illa ſollicitudine in quam ipſos iecerat

Digitized by Google

rat dubium, an Sabbathum Paſcha pelleret nec ne, liberaſſent, ipſum Paſcha ex die 14. in diem 15. reiiciendo.

§. Paſcha duplex eſſe poteſt, diſcrimen inter primum et ſecundum hoc eſſe poteſt. In primo (in paſchate menſis primi Num. IX.) obligatur quisque ſub iſta lege. Fermentum non videbitur apud vos nec inuenietur. In ſecundo, fermentum et azymum poſſunt eſſe cum homine in domo ſua. In primo tenetur ad hymnum, dum comedit, at non in ſecundo; in vtroque tenetur ad hymnum, dum mactat. Vtrumque comedendum eſt aſſatum et cum Azymis, et herbis amaris, et vtrumque pellit Sabbathum. *Peſachin* cap. 9. v. 3. *Paſchate primo quiuis tenetur ad pernoctationem intra Hieroſolymam, vt et Paſchate ſecundo Peſachin* fol. 95. 2. Gloſſa illum canonem ſolum ad noctem primam feſti reſtringit: Chriſtus ipſum non obſeruauit; egreſſus enim eſt εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν

§. In feſto Paſchatis ad duo praecipue obligabantur, בראיה Ad comparendum coram Domino in atrio, idque cum ſacrificio, ſecundo ad חגיגה ſolennem laetitiam, et feſtiuitatem, idque etiam cum ſacrificiis. Ex his duobus maius quid erat *Chagigah*, nam I. ad Chagigam quidam tenebantur, qui non obligabantur ad comparitionem. *Chagigah* fol. 2. 2. *Is qui ſurdus quidem eſt at tamen non mutus eſt, non tenetur ad comparitionem, at tenetur tamen* לשמחה *ad laetitiam* ſiue Chagigam.

II. Non tam ſtricte requirebatur Comparitio ad diem primum feſti ac Chagigah, vid. *Chagigah.* fol. 7. 2.

III. Offerebant oues pro Paſchate, Chagigah vero Boues. *Peſachim* fol. 70. 2. צאן זה פסח *Oues pro Paſchate* בקר זו חגיגה *Boues pro Chagigah.* Vid. *Comment. R. Salom.* et *Bech.* Deut. XVI. 2. Haec ſacrificia vocabantur שלמי שמחה *Sacrificia pacifica.*

IIII. Proprium tempus adducendae Chagigae erat dies decimus quintus. Aruch. in חג. *Edebant, bibebant et laetabantur, et ſacrificium Chagigae, ad quod adducendum*

tene-

Digitized by Google

tenebantur die decimo quinto; i. e. die feſti primo. Quando Iudaei Ioh. XXVIII. 28. negant ſe in Praetorium ingredi poſſe, ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα, ne immundi fierent ad Paſcha comedendum; non intelligunt agnum Paſchalem ſed Chagigam, quam Euangeliſta cum vulgo vocat πάσχα. *Seuachin.* fol. 7. 2. *Scriptum eſt: obſerua menſem Abbibb* ועשית פסח *vt facias Paſcha.* שיהו כל עשייותיו לשם פסח *vt ſint omnia quae facis, ſub nomine Paſchatis.* Menachot fol. 3. 1. עגל ופר ששחטן לשום פסח *vitulus et Iuuencus quem mactant nomine Paſchatis.* Vel pro Paſchate. Nota vitulus et Paſcha vti et agnus.

De הגדה של פסח aliisque ritibus eo ſpectantibus. *Wolf. Bibl. Hebr.* Part. II. p. 1285. et Part. III. p. 763. et 1037. De Paſchate eusque ritibus peculiarem librum ſcripſit R. Iehuda Leo. *ibid.* Part. I. p. 413. Qui proſelytus factus eſt in veſpera Paſchatis, quomodo is Paſcha ſuum edat. *Tanchuma* fol. 5. col. 3. poſt med. Non mactatur ſacrificium Paſchale niſi poſt ſacrificium iuge inter duas veſperas oblatum. *Maimon.* Tamid. Cap. I. §. 4. Quid faciendum, ſi dies 14. incideret in ſabbathum. *Maimon. Korb. Peſach.* Cap. I. §. 16. Ex numero agnorum Paſchalium de numero et multitudine Iudaeorum poterat fieri coniectura. *Petr. Zorn* ad Hecataenum. p. 84. De ſparſione ſanguinis in agno Paſchali *Maimon.* Korbanoth Cap. 5. §. 17. Agnus Paſchalis erectus ſuſpendebatur in clibano ad formam crucis. *Edzard.* Auod. Sar. Cap. 2. p. 234 et 244. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 58. Agnus Paſchalis erat typus Chriſti. *Edzard.* l. c. p. 236. Hallel quando recitatus et quo ordine. *Etzard* Berachot. p. 250. De ſacrificiis in Paſchate ſuperadditis, et de Omer primitiarum tunc temporis oblato. *Maimon.* Tamid. Cap. 7. §. 3. ſeq.

Digitized by Google

* PASTORES ad ſummas dignitates euecti. *Abarb.* in prophet prior. fol. 112. col. 3. init. Paſtorum dignitas. *Rabboth* fol. 97. col. 3. poſt init.

* PATIENTIA. Nulla maior eſt virtus patientia. *Tanch.* fol. 11. col. 3. p. med.

* PAVLVS. Eius praeceptor a quibusdam putatatur fuiſſe Gamaliel, ſenex, filius ſimeonis, fil. Hillelis de quo vide *ſupra* in *Gamaliel.* et *Voiſin* pug. fid. p. 14. a. De Paulo Apoſtolo. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 1119 et 961. Part. III. p. 1126. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 420. De ſtilo Pauli. *ibid.* p. 507.

PAVPERES. De eorum priuilegiis reſpectu Spicilegii et anguli agri vid. לקט et שכחה. Item *angulis agri.* De diſtinctione mendicantium, et de mendicandi modo, vid *Mendicantes.* Qui ſuſpendit corbem, (vt a pauperibus abſcondat micas,) is ſuſpendit alimentum ſuum. (i. e. pauper erit.) *Peſachin.* III. 2. Vid. *Eleemoſynas.* De *Racematione* pauperibus relinquenda vid. ſ. l.

Iudaeis viſum eſt, perfectionem eſſe omnia dare pauperibus. *Peah* cap. I. v. I. *Iſtis rebus non eſt ſtata menſura, angulo agri pauperibus relinquendo*, Primitiis et comparitioni, (vid. *Exod.* 23. 15.) *exhibitioni miſericordiae, et ſtudio legis.* Gloſſatores in locum dicunt, *non praeſcribi ſtatam menſuram ad auxiliandum pauperibus corpore tuo, at quoad nummos, aliquem non teneri ex opibus ſuis dare pauperibus vltra partem quintam, niſi hoc fecerit* במדת חסידות *Ex extraordinaria deuotione;* tentat itaque Chriſtus *Matth.* XIX. 21. an Phariſaeus ad illam perfectionem aſpirare velit, quam tantopere laudant ſui, non quod Chriſtianis nouam regulam praeſcribat.

Qui Priuilegiis pauperum vtitur, illis vero opus non habet, aut qui quidem opus habet, ſed ea negligit, eum non ex ſenectute moriturum, ſed ante

ſua

Digitized by Google

ſua fata aliorum ope indigum futurum dicunt. vid. ſupra *Agricultura* ad fin. Iſraelitarum pauperrimi conſiderantur ac ſi eſſent nobiles, qui bonis ſuis excidiſſent, quia ſunt Abrahami, Iſaaci et Iacobi poſteri, *Baba Kama* Cap. 8. miſchn. 6. Qui cibat puperes, de eo valet dictum לקח נפשות חכם *Tanch.* fol. 3. col. 1. poſt init. Septem in locis Deus ſe aequiparat conſortio pauperum *ibid.* fol. 7. col. 1. circ. fin. Pauperes Chriſtiani quomodo a Iudaeis tractandi. *Wagenſeil* ſota. p. 507. Si pauperes non recalcitrant in hac vita, mercedem ſuam accipiunt in altera vita *Tanch.* fol. 29. col. 4. poſt init. Non omnis, qui hodie eſt pauper, cras etiam pauper erit. *ibid. Rabboth*, fol 167. col. 2. ante med. fol. 120. col. 4. circ. fin. fol. 121. col. 4. fin. Pauperes ſunt populus Dei. *ibid.* col. 1. fin. et col. 4. ante med. *Tanch.* fol. 29. col. 4. circ. fin. Pauperum diſtinctio, et quorum prae aliis primum habenda ſit ratio. *ibid.* fol. 30. col. 3. poſt med. Pauperis ſacrificium quem habeat reſpectum apud Deum. *ibid.* fol. 42. col. 1. ante med. *Rabboth.* fol. 137. col. 2. poſt med. Pauperes non ſunt irridendi neque diripiendi. *Tanch.* fol. 56. col. 3. circ. med. tot. Septem nominibus appellatur homo pauper. *ibid. Rabboth.* fol. 166. col. 4. ante fin. Pauperes plerumque ſunt pii. *Tanch.* fol. 63. col. 1. fin. Pauperum dona non intervertenda. *Rabboth.* fol. 180. col. 2. med. Paupertas graue onus *ibid.* fol. 121. col. 4. poſt init. fol. 122. col. 1. poſt init.

PASTORES pecoris parui בהמה דקה ſunt illiciti ad teſtimonium dicendum, quia tales gregem ſuum in aliorum agris paſcebant, et ita גזלו *proximum defraudabant*, proinde ille qui חבר *religioſus* eſſe voluit, non debuit educare בהמה דקה *paruum pecus*, ſi ne dubio, ne deinde in aliorum praediis illud paſcere cogatur. Ex *Maimon.* in *Demai* ad cap. 2. 3.

Digitized by Google

Paſtor tenebatur de damno ab ouibus illata. *Baba Kama* cap. 6. miſchn. 2. Non emunt a paſtoribus lanam, lac vel hoedos *Baba Kama* cap. 10. miſch. 9. Paſtores ouium Dauid et Moſes facti ſunt reges *Tanch.* fol. 19. col. 2. circa. fin.

✻ PATRES ſeu אבות in ſpecie Iudaeis dicuntur Abraham, Iſaac et Iacob. *ibid.* fol. 7. col. 1. init. *Rabboth.* fol. 106. col. 1. poſt med. fol. 129. col. 4. poſt init. Tres patres ſunt arietes mundi. *Tanch.* fol. 43. col. 4. poſt init. Octodecim vicibus patrum in ſcriptura fit mentio. *Rabboth.* fol. 63. col. 2. med.

PATRIARCHAE Hebr. vocantur ראשי אבות ἀρχαὶ πατριῶν *Exod*... v. 25. Poſt excidium Hieroſolymitanum Iudaei etiam habuerunt Patriarchas in Babylonia, alias Aechmalotarchas nominatos ראשי גולה: vel ראשי גלויות vt in *Gem. Sanhed.* c. 1. et ראשי ישיבה ἄρχοντας τῆς παροικίας, quales vidit Beniamin Tudelenſis *in itin. Romae*, *Nabonae* et alibi. Ita Patriarchae Iudaeorum Alexandriam incolentium meminit Hadrianus ad *Seuerianum Cos.* apud Vopiſcum in Saturnino. Ita praeſulem Iudaeorum Tiberiade habitantium vocat Patriarcham *Epiphan.* in diſp. aduerſus *Ebionit.*

De Patriarchis Iudaeorum. *Sam. Petitus* Obſeruat. Lib. III. cap. 3. *Petr. Zorn* de fiſco Iud. p. 385. ſeq. Patriarchae quo menſe nati. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 225. col. 3.

✻ PAX. Quam grata ſit Deo pax. *Tanch.* fol. 40. col. 4. med. De pace eiusque praeſtantia prolixe. *ibid.* fol. 44. col. 1. poſt med. col. 2. circ. fin. col. 3. init. fol. 73. col. 4. fol. 83. col. 1. med. *Rabboth* fol. 242. col. 2. med. fol. 229. col. 3. init. fol. 142. col. 4. init. tot. fol. 143. col. 1. init. fol. 43. col. 1. ante fin.

PECCATVM. Duo proxenetae peccati ſunt cor et oculus; ſecundum illud *Hieroſ. Berach.* fol. 3. c. 3. א״ר לוי

א"ר לוי ליבא ועינא תרין סרסורי דחטאה: Dixit R. Leui. *Oculus et cor duo peccati proxenetae.* etc.

In *Chagigha* c. I. v. 7. quaeritur, quis *Eccleſ.* I. 15. vocetur מעוות *peruerſus?* R. Manaſſe reſpondit eſſe illum qui ex inceſtu genuerit ſpurium: nam ſi ad raptorem vel furem referatur, ipſum redire poſſe et corrigi, negari nequit. Secundum Ben Iochai vero *peruerſus* vocatur diſcipulus ſapientis a lege recedens, qui ab initio bene inſtitutus poſtea peruertitur.

Qui quatuor non perpendit ראוי לו כאלו לא בא בעולם *Bene ipſi fuiſſet, ſi nunquam in mundum veniſſet.* Quod ſupra eſt, et quod infra, quod antea fuit, et quod poſtea futurum eſt: Quicunque non parcit gloriae creationis ſui נוחלו שלא נברא *Melius ipſi fuiſſet, nunquam creatum fuiſſe.* Si non eſſet peccatum praeuaricationis, non nota eſſet praeſtantia condonationis. *Miſchar Happeninim.*

Non punit Deus hominem, donec impleta fuerit Seah eius; *extat in Sota.* 9. 1.

Tria ſunt peccata, a quibus homo nulla die liberatur, cogitationes peccati, עיון *oculatio* (meriti praeſumptio,) *orationis diuagatio, et lingua mala. Bab. Batra* fol. 134. 2.

Pietas ſemper ſeneſcit, ſecundum illud in *Ioma* fol. 9. 2. *priſcorum* ſub templo ſecundo *vnguis melior fuit quam venter poſteriorum.*

Illi reputantur in numerum ἁμαρτωλῶν *peccatorum* apud Iudaeos. *Qui ſunt aleatores, foeneratores, praedones, publicani, paſtores pecorum minutiorum, vendentes fructum anni ſeptimi, pugnis auium lucrum facientes. Sanhed.* fol. 25. 2.

Qui non poteſt remittere peccata, ille recipiendus non eſt. *Sanhed.* f. 38. 2. Gloſſ. ad haec verba אפילו בפרוונקא נמי לא קבלניה. *Nam eum ne pro nuntio quidem recepimus.* Si ille non *poteſt remittere peccata veſtra, quid tum ab eo emolumenti? Nam penes eum non erat poteſtas remittendi peccata noſtra, nos ergo eum repudiauimus.* Ex circumſtantiis elicitur ipſos loqui de Chriſto, quem magno ſuo malo repudiarunt.

Digitized by Google

אין בור ירא חטא *Nullus bardus peccare erubeſcit*, *Pirke avoth*. c. 2. הבושה מביא ליך יראת חטא *Pudor facit, vt quis metuat peccare: Nedar*. fol. 20. 1.

Deus non cogit hominem vt peccet ושמהו בעל בחירה *ſed poſuit eum dominum electionis* (*libri arbitrii*) vt liberaretur a poenis ſpiritualibus et corporalibus, et ecce ſi non potuiſſet liberari ab iſtis, non fuiſſet aequum vt punitus fuiſſet propterea. R. *Leui* 1. Reg. XVII. 1. *Kimchi* 1. Reg. XVIII. 37. עקדת יצחק cap. 8. Doctrina Iudaeorum de peccatorum remiſſione eſt, illa vel in hac vita per poenitentiam remitti, vel in ſeculo futuro per mortem inflictam a Synedrio. Vid. *Hieroſ.* vid. *Sanhed.* fol. 37. 3. et *Bab. Joma* fol. 86. 1. Confer *Math*. XII. 32.

§. De peccato originali quaedam diximus apud *Infantes*. In *Sepher Ikkarim* lib. 4. cap. 13. illud ita innuitur. *Trahitur poena peccati in omne ſemen eius, tam in iuſtos quam in impios*. vid, etiam *Targum Ruth* cap. 4. v. vlt. Cl. *Buxt. Lex. Talm.* in יצר הרע Naturae vitioſitatem etiam agnouit R. Alexander, vt patet illo dicto, quod in נוה שלום fol. 191. 2. legitur. R. *Alexander poſt preces dicere ſolebat, Domine mundi, notum tibi eſt, quod voluntas mea ſit, vt faciam voluntatem tuam, quid autem* retardat? שאר שבעסה *fermentum in maſſa* (ſiue היצר הרע *vitioſitas naturae*,) quod corrumpit totum hominem.

De peccato eiusque poena vid. *Abarb.* in Prophet. prior. in Indice. Sex perfectiones amiſit homo poſtquam peccauit. *Tanchum.* fol. 1. col. 4. circ. fin. In altera vita homo non amplius peccabit. *ibid.* fol. 4. col. 3. poſt init. Quando homines peccant, Deus conſtituit ipſis patronum cauſſae. *ibid.* fol. 8. col. 1. p. init. Peccantes priuatim corripiendi. *Wagenſeil.* Sota p. 204. Propter vnumquodque peccatum, quod homo committit, Deus conſidet in iudicio. *Tanch.* fol. 30. col. 3. poſt init. De peccatis per errorem commiſſis varia habet. *ibid.* fol. 42. col.

1. circ.

Digitized by Google

1: circ. fin. ſeqq. Et corpus et anima ad peccatum concurrunt, vtraque etiam aliquando punienda. *ibid.* col. 2. circ. fin. ſeq. Quomodo hodie poſt devaſtatum templum expientur peccata, cum ſacrificia amplius offerre haud liceat. *ibid.* fol. 45. col. 4. poſt init. Quomodo Deus ſucceſſiue hominum peccata puniat. *ibid.* fol. 56. col. 4. poſt init. tot. De peccato originali in limine עיר גבורים differit R. Ephraim Lundſchütz. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 209. De variis modis expiandi peccata. *Edzard.* Berachot. in Ind. tit. *Satisfactio.* An Deus ſit author peccati, eo quod condidit יצר הרע. *Tanch.* fol. 2. col. 1. poſt init. Infantes non poſſunt peccare, niſi a decimo aetatis anno. *ibid.*

* PECVS. De re pecuaria terrae Cananaeae. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum. p. 73.

PELLA vrbs Decapolitana, *Epiphanius de menſuris et ponderibus* cap. 15. Olim erat habitata ab Ethnicis. *Ioſeph. Antiq.* lib. 13. c. 23. *Moabiticas has vrbes recuperarunt Iudaei, Hesbonem, Pellam, illam autem exciderunt, quia incolae eius recuſarunt in patrios mores transformari.* Hiſtoria eſt, Chriſtianos ab obſidione et clade Hieroſolymae fugiſſe *Pellam*, cur illuc ſe contulerint haec ratio eſſe poteſt. Ex textu *Iebbamoth* fol. 16. 1. et Gloſſa apparet, *terrae Ammoniticae et Moabiticae ſanctitatem ceſſaſſe ſub templo ſecundo, et proinde ipſos ibi in anno ſeptimo ſerere, et angulum agri pro pauperibus relinquere potuiſſe*, et reuera reliquiſſe. Traditio autem communis eſt, excidium Hieroſolymitanum contigiſſe בשביעית *in anno ſeptimo;* in quo cis Iordanem nec ſeuerant nec ſegetes ſponte natas colligere poterant. Nullibi itaque melius pauperculi illi homines et laribus ſuis deiecti ſuam ſuſtentationem quam in regione *Pellae* reperire poterant, vtpote in qua eſſet meſſis et decimatio pro pauperibus.

De migratione Chriſtianorum in oppidum Pellam. *Petr. Zorn.* de fiſco Iud. p. 289.

PENTECOSTE vid. *Feſta.*

PERA et BACVLVM erant vſitatiſſima viatorum inſtrumenta ſiue viatica. Addebant religioſiores librum.

Ievamoth cap. 16. v. vlt. *Profecti ſunt Leuitae quidam Zoarem ciuitatem palmarum: cumque ex iis vnus in via aegrotaret, adduxerunt eum ad diuerſorium. Redeuntes ab hoſpitiſſa quaeſiuerunt de collega. Mortuus eſt, inquit ea, eumque ſepeliui. Et paulo poſt* הוציאה להם *ad eos protulit* מקלו ותרמילו וספר תורה שבידו *baculum eius, peram eius, atque librum legis, qui fuerat in eius manu.*

Quid autem תרמיל *πήρα* ſit, docet *Maimon.* in *Kelim* cap. 16. v. 4. תורמל *eſt pera coriacea, quam a collo ſuo appendunt paſtores, in qua victualia ſua reponunt. Idem ferme habet R. Salomoh et Aruch*, niſi quod illas non ſolis paſtoribus tribuunt.

Graeco *ζώνη* reſpondet Talmudicorum אפונדה quod ſic a gloſſatore definitur in *Bab. Berachot* fol. 62. 2. פונדתו אזור חלול שנותנין בו מעות פונדא *eſt cingulum cauum in quo repoſuerunt nummos ſuos. Aruch* dicit אפונדה *eſſe ſpeciem* חלוק קטן *induſii parui* ויש בו הרבה מקומות תפורים *cui multi loculi ſunt aſſuti, quibus imponunt quicquid obuenit ipſis.*

Adducamus nunc alia loca in quibus geſtationis baculi, perae et zonae mentio fit.

Berachot cap. 9. v. 5. *ne egrediatur quis montem templi* במקלו *cum baculo ſuo* ולא במנעלו *nec cum calceis ſuis, nec* בפונדתו *cum crumena ſua, nec puluere in pedibus ſuis.* Non debebant enim coram ſummo numine vt viatores comparere.

Bab. Schabb. fol. 31. Introducitur Proſelytus ſic dicens, *ſi Iſraelita ad ſacra veniens moriatur, quanto magis aduena* שבא במקלו ותרמילו *qui venit cum baculo ſuo et pera ſua.*

Digitized by Google

Baua Batbra fol. 133. 2. Tradunt Rabbini.

Hiſtoria eſt de homine quodam, cuius filii ſe bene non geſſerunt. Proſtitit ille, atque opes ſuas aſſignavit Ionathani Ben Vziel. Quid fecit Ionathan Ben Vziel? tertiam partem vendidit, tertiam dicauit, et tertiam reddidit filiis defuncti.

Venit ad eum Schammaeus (qui erat vice praefectus) במקלו ותרמילו *cum baculo ſuo et pera ſua.* Gloſſ. vt cum eo contenderet, quia teſtamentum defuncti violauerat.

De BACVLO vid. *Roſch Haſchana* cap. 11.

* PEREGRINATIO eſt ſymbolum vitae noſtrae. *Cramerus* ad Succa p. 148. et 558. De peregrinationibus Iudaeorum religioſis ad ſepulchra ſanctorum. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 133. not.

* PEREGRINI apud Iudaeos nullum ius hoſpitii habent. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum. p. 22. De peregrinationis laude et ſtudio apud veteres. *ibid.* p. 57.

PERFECTIONES Iudaeorum quomodo paulatim ceſſauerint. vid. cap. vlt. *tract. Sota.* Quaedam citata habes in *Meſſia.*

* PERSAE. De crudelitate Perſarum in Iudaeos, et quo tempore nomen Perſarum primum obtinuerit. *Zorn.* hiſtor. Hecataei p. 24.

* PERSECVTIO. Qui perſecutionem patiuntur, hos vindicabit Deus. *Tanch.* fol. 54. col. 4. poſt med. *Rabboth* fol. 160. col. 3. med. fol. 319. col. 1. fin. Exempla grauiſſimarum perſecutionum, quas perpeſſi ſunt Iudaei. *ibid.* fol. 298. col. 4. poſt med. fol. 299. col. 1. 2. 3. 4. tot.

PESTIS. Si illa in aliquo loco ingruit אותה העיר ומתענים ומתריעין *illius incolae debent ſe ieiuniis affligere,*

Digitized by Google

gere, et, tubis clangere, omnesque loci vicini ad ieiunia obligantur ſed non ad clangendum. Taanit. cap. 3. 4. Quaerit autem ibi Miſchna איזהו דבר *quando peſtis eſſe dicitur?* עיר המוציאה חמש מאות רגלי ויצאו ממנה שלושה מתים בשלושה ימים זה אחר זה *quando ex aliquo loco qui* 500. *pedites educere poteſt, intra triduum, tres mortui vnus poſt alterum efferuntur.*

Baua Kama fol. 60. 2. בשעת דבר כנוס רגליך *tempore peſtis collige pedes tuos*, contine te domi, et hominum fuge commercium.

* PETRA. De petra deſerti. *Rabboth* fol. 170. col. 4. init.

PHOENIX de eo vid. *Lex. Talm. Buxtorf.* p. 720.

PHARAO. Miracula quae Deus fecit Moſi, ſunt, quod quidam ſatellites Pharaonis facti ſunt muti, quidam coeci, alii ſurdi. *Debbarim Rabba* ſect. ואתחנן f. 290. col. 4.

Ialkut Exod. XIII. in *Paraſcha* ויהי בשלח rex quidam dixit ſeruo ſuo: Ito, affer mihi piſcem ex foro: Iuit, attulit piſcem foetidum; tunc Rex, quam viuis, vnum ex his tribus non euades! aut foetida comedes, aut centum ictibus fuſte vapulabis, aut facultates tuas dabis. Seruus dixit, comedam foetida; at cum taederet animam eius, dixit, ſubito fuſtigationem, at cum nec illam ferre poſſet, dixit, bona mea dabo etc. Sic *Pharaoni et Aegyptiis contigit cum decem plagis.*

Pharaonis habitus corporis. *Wagenſeil,* Sota p. 230.
Pharao remotus fuit a throno ſuo. *Tanch.* fol. 19. col. 2. p. med. Omnes reges Aegyptiorum dicti fuerunt Pharaones, quemadmodum omnes reges philiſtaeorum dicti fuerunt Abimelechi. *Iarchi* Pſalm. XXXIIII, 1.

PHARISAEI. Religioſus ſtultus, improbus aſtutus, foemina Phariſaea, ac illiſio Phariſaeorum in lapides

Digitized by Google

des perdunt mundum, *Sota* cap. 3. 4. Foeminae Phariſaeae fuerunt virgines et viduae, ſub velo ſanctitatis omnem nequitiam exercentes, vt videtur ex *Gemara* in locum et Gl.

Phariſaei ſunt האוכלי חוליהן בטהרה *illi qui comedunt communem victum ſuum in munditia. Gloſſ.* in *Chagig.* fol. 18. 2.

Phariſaeorum ſeptem ſectae ſunt, ſecundum *Hieroſol. Berachot* fol. 13. 2. *Sota* fol. 20. 3. *Bab. Sota* fol. 22. 2. Aruch in פירוש. 1. פרוש שכמי *Phariſaeus Sichemita* Gloſſ. qui circumciſus eſt, ſed non in honorem Dei etc. 2. פרוש נקיפי *Phariſaeus illidens*, Gloſſ. qui ob inſignem humilitatem ita incedit, vt nec pedes efferat, ita vt illiderentur pollices pedum ad ſaxa. 3. פרוש קוזאי *Phariſaeus ſanguinem eliciens.* Gloſſ. qui ita ſe praeſtitit, ac ſi obturatis eſſet oculis, ne aſpiceret foeminam, atque hinc in parietes caput alliſit. 4. *Phariſaeus* מדוכיא *Mortarii* qui in tunica fluente incedens mortarii inſtar erat. 5. *Phariſaeus* ארעה מה הובתי ואעשה qui dicit, *noſcam meum officium et illud faciam.* 6. *Phariſaeus* יראה *timoris* ſicuti Iobus. 7. *Phariſaeus* אהבה *amoris* ſicut Abraham. Hic ſolus phariſaeus eſt amore dignus. *Hieroſ.* cit.

De Phariſaeis egerunt Viri doctiſſimi. *Hottingerus* in ſuo *Theſauro*. *Leusdenius* in Philologo. Cl. *Buxt.* in *Lex. Talm.* pag. 1851. Cl. *Ligtfootus Eu. Matth.* pag. 51.

Per Phariſaeos et ſcribas multae corruptiones inuectae ſunt in legem oralem ſeu non ſcriptam. *Voiſin.* Pug. fid. p. 24. Phariſaeus Sichemita eſt ille, qui ſe gerit inſtar Sichem, gloriam ſuam Dei gloriae praeferentis. Gen. XXXIIII, v. 22. *ibid.* b. Phariſaeorum diuerſa genera *Wagenſeil.* Sota p. 543. *Abarban.* in Proph. prior. fol. 293. col. 2. Eorum ſimulatio pietatis *Wagenſeil.* l. c. p. 98. Illorum ſententia de imaginibus *Petr. Zorn.* ad Hecat. p. 148. et 153. De Phariſaeis *Wolf.* Bibl. hebr. part. II. p. 810.

Digitized by Google

816. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 534. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 517.

✱ PHILISTAEI. Illorum plaga in partibus ſeeretioribus. *Abarb.* in Proph. prior. fol. 87. col. 3. ſeq. Reges illorum omnes dictos fuiſſe Abimelechos mox ante monuimus.

✱ PHILOSOPHIA. De odio Iudaeorum in Philoſophiam gentilem. *Wolf.* Bibl. hebr. Part. I. not. b. p. 2. Iudaeos Philoſophiae eſſe peritos. *ibid.* p. 324. not.

De PHYLACTERIIS vid. *Thephillim.*

PHRASEOLOGIAE vid. *Formulas loquendi.*

✱ PHYSICA. Haec ſcientia, quae verſatur circa coelos et elementa, circa entia praedita anima rationali, circa ſenſiblia et vegetatiua, circa metalla et lapides etc. dicitur מעשה בראשית ſeu opus creationis. *Voiſin,* Pug. fid. p. 61. a.

PHYSIOGNOMIA. Ben Sira ſcripſit librum, quo vanitates quasdam phyſiognomicas expoſuit, in quibus nec ratio nec vtilitas continetur, ſed merum temporis diſpendium. *Maimon.* ad Sanhed. cap. 1. miſchn. 1. fin.

✱ PIGNVS. De aequitate in recipiendo pignore obſeruanda. *Baba Metzia* cap. 9. miſch. 13. Si quis mutuo dederit proximo ſuo pro pignore, et pignus perierit, quid tum faciendum? *Scheuuoth* cap. 6. miſch. 7. Pignus exemplo Dei debitori reſtituendum ad veſperam. *Tanch.* fol. 30. col. 3. circ. fin.

✱ PINEHAS filius Eleazaris a nonnullis Rabbinis vſque ad Eliae tempora vixiſſe traditur, imo ipſum Eliam fuiſſe: quam ſententiam eleganter refutatam vid.

vid. in libro Tzemach Dauid in prima parte Chronologiae ſuae ad ann. 892. millen. tertii. Conf. *Voiſin.* Pug. fid. p. 11. Pinchaſi familia materna quae fuerit *Wagenſeil.* Sota p. 886. ſeq. Pinchaſi exemplo turpiter abutuntur. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 490. De Pinchas. *Abarb.* in Prophet. prior. in indice. *Rabboth* fol. 229. col. 2. poſt init.

PISCES. Apud Talmudicos mentio fit piſcis קוליס *Kolis*, quem *Thunnum* eſſe exiſtimant; ſolet ſale condiri in vaſculis. *Schabb.* c. 22. In *Bereſchit Rabba ſect.* 7. dicitur, inter piſces quoque dari כלאים *diuerſa genera* quae copulari non debent. Habebant etiam viuaria piſcium. *Betza* fol. 23. 2. *Non capiunt piſces* מן הביברים *e viuariis die feſto.* Erat et piſcis magni nominis qui libra vendebatur cuius nomen ביניתא *Beza* fol. 28. 1. *Baua Kama* fol. 1. Piſciculos qui nunquam maiores fiunt, et qui ordinarie naſcuntur in luto maris, vocant גלרכה *Tamid.* cap. 3. in fine.

De Delphino notauit quaedam Cl. *Buxt.* in *Lex. Talm.* p. 545. Tria ſunt quae quando ſeneſcunt, fiunt fortiora, nempe *piſcis*, *ſerpens et porcus. Schabbat*, f. 77. 2.

De piſcium in Babyloniam migratione elegantem habent fabulam in *Hieroſ. Taanit* fol. 69. 2. *Septingenta genera piſcium mundorum, et octoginta genera locuſtarum mundarum, et volucrium numerus infinitus migrarunt cum Iſraele Babylonem, et cum eo redeunte redierunt, excepto piſce* שבוטא. *At quomodo piſces migrarunt? R. Houna Bar Ioſeph dicit* דרך תהום גלו *per viam profundi migrarunt, et per profundum redierunt.* Quaenam autem illa via profundi ſit, libenti animo intelligerem.

De piſcinis quae circa Hieroſolymam vid. *Ioſeph.* de *excidio* lib. 5. c. 13. Vid. etiam Cl. *Ligtfooti Chorog. Ioh.* pag. 33.

De piſcatione quaedam extant in *Baua Kama* fol. 81. 1. *Permiſit Ioſua*, vt מחכין בימה של טיבריא *indifferenter quiuis retia mittat ad piſcandum in mare Tiberiadis.* At ſub hac conditione, ne maceriam aliquam ſtruat, quae

quae remora ſit nauibus; nam vt notat Gloſſa, *moris iam olim erat piſcatoribus, ſudes figere in aqua, et ſepes ſtruere e cannis et calamis, in quibus capiebantur piſces.* Apoſtoli in illo mari retibus proinde in piſcando vſi ſunt.

Varia piſcium genera recenſentur *Auoda Sara* cap. 2. miſchn. 6. conf. *Edzard.* h. l. Piſcium quorundam immenſitas. *Wagenſeil.* Sota p. 766. Quare non ſacrificia offerantur ex piſcibus. *Tanch.* fol. 43. col. 1. poſt med. Deus tot genera piſcium condidit, quod ſunt animalia in terris. *ibid.* Piſces non opus habent שמירה. *ibid.* fol. 69. col. 4. poſt med. *Rabboth* fol. 223. col. 4. poſt med. Idolum Dagon habuit figuram piſcis. *Abarb.* in Proph. prior. fol. 87. col. 2. fin. Inteſtina piſcium mundorum quomodo agnoſcantur. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 178. De Piſce Kolis. *En Iſrael* part. I. p. 61. col. 1. ante fin. Quot genera piſcium cum Iſraelitis migrarint in captiuitatem. *Rabboth* fol. 292. col. 1. poſt med. De piſcibus terrae Cananaeae. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum. p. 74.

✱ PISTOR. Cum piſtore in impuritate conſtituto, nec maſſam ſubigere, nec panes conficere licet. *Auod. Sar.* cap. 4. miſchn. 9.

✱ PIVS. Deus gloriam ſuam communicat cum piis. *Tanch.* fol. 22. col. 1. poſt init. Pii inter gentes offendiculo ſunt Iſraeli, adeoque occidendi. *ibid.* fol. 24. col. 4. poſt med. Pii homines Iudaeis vocantur חסידים *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 65. not. Pios Deus diligit. *Rabboth* fol. 184. col. 2. poſt init. Septem genera iuſtorum ſunt, quae recipient Schechinam. *ibid.* fol. 103. col. 1. poſt med.

✱ PLAGA. Duae plagarum demonſtrationes ſunt, quae valent quatuor. de *Iuram.* cap. 1. miſch. 1.

✱ PLA-

Digitized by Google

✱ PLAGAE mundi. De quatuor plagis mundi. *Rabboth* ſol. 172. col. 2. poſt med.

PLAGIARIVS non reus ſit ſtrangulationis niſi hominem furto ſurreptum ad ſe deduxerit. *Sanhed.* cap. 9. §. 1. Si quis furetur eum, qui dimidia parte ſervus, dimidia vero parte liber eſt, non tenetur. *ibid.*

PLANETAE V. *Aſtrologiae.* Quiuis inter gentiles habet ſuum מזל יום *natiuitatis planetam.* Qui ſub ſole nati ſunt, futuri ſunt formoſi et aperti, ſub Venere diuites et libidinoſi; ſub Mercurio memoria valentes, et ſapientes; ſub Luna valetudinarii et inconſtantes; ſub Saturno infelices; ſub Ioue iuſti, ſub Marte felices, Iſraelitis אין מזל *non eſt planeta* qui eos regat. *Schabbat* f. 156. 1. vid. *Stellas.*

De planetis eorumque influentia in natiuitatem hominis. *En Iſrael* part. I. p. 64. col. 1. fin. ſequ. tot.

PLATEAE Hieroſolymitanae. De illis quaedam apud *Hieroſolymam* reperies. Platea ſuperior Hieroſolymis erat ſolum ab alienigenis habitata. Vid. *Schekalim* cap. 8. v. 1. Erat etiam platea quae vocabatur שוק של פטמים Platea *macellariorum*, item שוק של צמרים *lanariorum platea* de quibus in *Erubhin* cap. 10. v. 9. *In platea Macellariorum, occluſerunt oſtium in Sabbatho* ומניחין את המפתח *et repoſuerunt clauem in feneſtra; quae erat ſupra oſtium; R. Ioſe dicit, erat hoc in platea lanariorum.*

✱ PLEBEIVS. Quis Iudaeis plebeius ſit? *Wagenſeil.* Sota p. 516. et 518. Plebeiis ſapientes inter Iudaeos erant inſenſiſſimi. *ibid.*

PLVVIAM quae ineunte Octobri decidit, vocant רביעה, rationem illius nomenclationis tradit *Bartenora* ad *Peah* cap. 8. 1. מפני שהוא רובע את הארץ ומולידה ומצליחה כזכר הרובע את הנקבה: *quia pluvia illa terram ineundo illam praegnantem et fertilem reddit,*

prout

Digitized by Google

prout foemella a maſculo praegnans fit. Illam pluuiam autem diſtinguunt tripliciter. In רביעה ראשנה *pluuiam primam*, quae cadit tertio Octobris; רביעה שניה in *pluuiam ſecundam*, quae die ſeptimo illius menſis, et in *tertiam* quae decimo ſeptimo, vel ſecundum R. Iehuda viceſimo tertio deſcendit. Vid. *Taanit* fol. 6. 1. Poſtquam pluuia ſecunda decidit, licitum eſt omnibus ad ſpicilegium ire. *Peah* c. 8. 1.

De ieiuniis quae celebrare ſolebant, ſi pluuia pro ſegetibus ſuo tempore non deſcenderit. Vid. *Ieiunia.* De miraculis circa pluuiam factis vid. *Taanit* cap. 3. v. 8. it. fol. 5. 1. quae et a *Buxt.* in *Lex. Talm.* p. 2195. recenſentur.

Pluuiis num Aegyptus irrigetur. *Wagenſeil.* Sota p. 301. Niſi Iſraelitae eſſent, nullae in terram caderent pluuiae. *Tanch.* fol. 58. col. 2. circa fin. Pluvia in feſto tabernaculorum eſt ſignum maledictionis. *Cramerus* ad Cod. Succa p. 143. Pluuia quantum ſit Dei beneficium. *Rabboth* fol. 244. col. 1. poſt init. De temporibus pluuiis. *ibid.* fol. 168. col. 4. tot. *Petr. Zorn.* ad Hecat. p. 76.

✱ POENA. Quam diu differat Deus exequi poenam. *Wagenſeil.* Sota p. 462. Quando Deus poenas ſumit a gentibus, glorificatur nomen eius. *Tanch.* fol. 24. col. 4. poſt med. Poenae et caſtigationes gratae eſſe debent homini. *ibid.* fol. 28. col. 3. poſt init. Ad infligendas poenas Deus miniſterio omnium creaturarum vtitur. *Tanch.* fol. 68. col. 4. poſt med. ſequ. *Rabboth* fol. 322. col. 1. poſt med. et col. 2. tot. et col. 3. init.

POENITENTIA. De eius partibus, conditionibus, vtilitate et neceſſitate conſcripſit *Maimon.* tractatum תשובה. De ea etiam tractatus *Sanhed.* f. 97. 2. 99. 1. *Ioma* f. 86. 1. *Auot.* c. 4. 11. 12. 17. Poenitenti non eſt exprobranda vita anteacta. *Metzia* fol. 58. 2. it. cap. 4. miſch. 10. Vid. etiam *Hakſpan Cab.* 375. *Buxt. Synag. Iud.* cap. 25.

Praeci-

Praecipua dicta de poenitentia ſunt. *Magna eſt poenitentia, quae ducit hominem ad ſolium gloriae: magna eſt poenitentia* שמקרבת הגאולה *quae appropinquare facit redemptionem. Magna eſt poenitentia, nam propter vnum qui facit poenitentiam, condonatur ipſi et toto mundo. Poenitentia* היא יסוא העולם *eſt fundamentum mundi,* ועמודו *et columna eius, nec conſiſtit mundus niſi propter poenitentiam.* Vid. *Ioma* et *Maimon.* loc. cit.

Poenitentiae cauſſa celebris eſt כתן רצריחא, ad carnis enim mortificationem, propter reliquam vitae auſteritatem; indutus erat induſio ex pilis caprarum contexto. *Schabb.* fol. 56. 2.

De Charitate quam requiſiuerunt in poenitentia loquitur dictum *Tanchumae* fol. 5. col. 2. *Rediit quidam ad poenitentiam. Dixit ei vxor* ריקה *Raca, ſi ſtatutum eſt tibi poenitentiam agere, ipſum quo te accingis cingulum non erit tuum.*

Videtur tamen ad *μετάνοιαν poenitentiam*, ipſos praeter oralem confeſſionem non multa alia deſideraſſe; *Maimon.* in *Teſchubha* cap. I. *Praecepta legis, ſiue praeceptiua ſiue probibitiua, quicunque transgreſſus fuerit, ſiue errans ſiue praeſumens, cum poenitentiam agit; ac a peccato ſuo reuertitur, confeſſionem edere tenetur. Quicunque oblationem pro peccato attulerit, expiatum per oblationem non habet peccatum, vſquedum oralem edat confeſſionem. Et quicunque reus eſt mortis aut flagellationis a Synedrio, non tollitur eius peccatum, per mortem eius aut per flagellationem, ſi poenitens non edat confeſſionem. Hinc quoque, quia hircus emiſſarius eſt expiatio pro toto Iſraele, ſummus ſacerdos ſuper eo confeſſionem edit pro toto Iſraele.*

Quidquid ſit de natura poenitentiae, illam tamen ad Meſſiae receptionem neceſſariam crediderunt. Vid. *Sanhed.* fol. 98. *Kimchi* in *Eſai.* LIX, 16. *Quaeritur apud Rabbinos, an Iſrael ſit redimendus poenitens an ſine poenitentia? Ex Eſaia adducuntur loca pro et contra, quae tamen ita reconciliantur; multos ex Iſraele poenitentiam acturos, cum ſigna viderint redemptionis.* Clarum de hac re teſtimonium exſtat in *Hieroſ. Taanit* fol. 64. I.

Si

Si Iſrael reſipuerit vel vna die, illico adueniet redemptor. Merito proinde praecurſor Meſſiae poenitentiam vrſit.

Poenitentia eſt medicina. יצר הרע *Tanch.* fol. 3. col. 4. med. Deus hominibus concedit ſpatium ad poenitentiam. *ibid.* fol. 25. col. 4. poſt med. Quando poenitentiam faciunt Iſraelitae, Deus liberat eos. *ibid.* fol. 56. col. 3. fin. Quando homines poenitentiam faciunt, Deus liberat eos. *ibid.* it. *Rabboth* fol. 143. col. 3. init. De precibus Iudaeorum poenitentialibus סליחות dictis. *Wolf.* Bibl. hebr. part. II. p. 1383. R. Abraham Horwitz peculiarem edidit librum de ratione poenitentiae pro omni peccatorum genere agendae. *ibid.* part. I. p. 49. alium eiusmodi librum. *ibid.* p. 1032. R. Iona Gerundenſis ſcripſit epiſtolam de poenitentia. it. Commentationem de poenitentia ob quaecunque peccatorum genera agenda. *ibid.* p. 488. ſeq. Homo quotidie poenitentiam agat. *En Iſrael* part. I. p. 64. col. 1. init. *Rabboth.* fol. 330. col. 2. poſt init. Poenitentia non creditur neceſſaria ad remiſſionem peccatorum, tribus tantum peccatis exceptis. *Edzard.* Berachot p. 181. Poenitentia et bona opera ſunt paracleti hominis. *En Iſrael* part. I. p. 44. col. 1. poſt init. Poenitentiae ſemper datur locus. *Rabboth*, fol. 236. col. 3. poſt init. fol. 306. col. 4. circ. fin. Qui poenitentiam agit, ſaluatur. *ibid.* fol. 281. col. 1. init. De poenitentia varia. *ibid.* fol. 141. col. 2. init. fol. 314. col. 1. poſt med.

POLLVTIONES. Vid. *Atrium.* Item *Immunditia.*

POLYGAMIA vſi ſunt, eadem licentia qua vxorum repudio et dimiſſione. *Maimon.* in אישות cap. 10. 14. *Multas ſimul vxores habere licet, etiam quotquot velis: at decreuerunt ſapientes noſtri, ne quis vltra quatuor habeat.* Ne ſcilicet pluribus oneratus, eas ſuſtentare nequeat.

Ante

Digitized by Google

Ante diluuium mos erat, vnam ducere vxorem prolis gratia, altera vero bibebat poculum ſterilitatis. *Iarchius* ad *Geneſ.* IV. 19. *Bereſchit Rabba* ſect. 23.

In *Gemara Bab.* ad Iebhamot cap. 6. etiam poſt legem permittunt plures ducere vxores, modo quis ſupra recitatum Maimonidis temperamentum retinuerit, id eſt, non plures ſumat, quam alere poteſt. Hanc Iudaeorum ſententiam etiam ſonent *Seldenus* in *Vxore Hebraica*, et de Iure naturae et gentium Hebr. lib. V. cap. 6. Item Grotius de *Iure Belli* et *Pac.* lib. II. cap. 5. ſ. 8. 9.

Locum *Malach.* XI. 13. qui de polygamia ſonat, R. *Dauid Kimchi* ita explicat, non quaſi ibi ſermo eſſet de Deo creante duo in vnam carnem, et hoc demum modo quaerente ſemen Dei; ſed de Abrahamo magno illo Patre, cuius exemplum reſpectu Hagaris vel Deus obiiciat Iudaeis, vel Iudaei Deo. Sed ſi hoc eſſet, cur Propheta Abrahamum non diſerte nominaſſet? Cur dixiſſet vnum? cur factum eius excuſaſſet?

✱ POLYPRAGMOSYNE quam noxia ſit. *Tanch.* fol. 21. col. 3. circ. med.

De POMIS citreis vid. *Feſtum Tabernaculorum.*

POMPEIVS, deuicta Iudaea, in ipſa ſacraria templi penetrauit, et tunc demum nodem factum eſt, *vacuam eſſe ſedem et inania arcana. Tacitus.* Pompeius omnes ciues de gente Caſſia ex oraculo quodam ſuſpectos habuit, tandem a nemine Caſſio inſidiis petitus, ſed apud Caſium montem ea ipſa die, qua quondam de Mithridate et piratis triumphauerat, caeſus periit, et tumulatus fuit. *Dio Caſſius.* lib. 24.

✱ PONTIFEX SVMMVS vid. infr. ap. *Sacerdotes.* Hic apud Iudaeos perſonam gerebat Aaronis, ex cuius praeſcripto et principis conſiſtorii ea, quae ad legem ſpectabant, ſtatuta atque iudicia peragere ſolebant. *Voiſin* Pug. fid. p. 14. 6. De dignitate et aucto-

ritate ſummi pontificis. *ibid.* p. 16. a. Non debebant apud Iſraelitas duo ſummi Pontifices ſimul creari, ſed defuncto Pontifice. *ibid.* Pontifex ſummus ſapientiſſimus et ditiſſimus eſſe debebat. *ibid.* hinc ſi forte opibus careat Pontifex ſummus, colligendae ſunt pecuniae a ſacerdotibus, et illi conferendae, ita vt ditiſſimus omnium fiat. *Maim.* ad Cap. I. miſch. tract. *Ioma.* De ſucceſſione ſummorum Pontificum ab Aarone vsque ad tempora Salomonis *Voiſin* l. c. b. ſeq. De ſucceſſione ſummorum Pontificum a temporibus Salomonis ſ. a condito templo primo vsque ad eius vaſtitatem. *ibid.* p. 17. b. De ſucceſſione eorundem ab Aarone vsque ad deſtructionem templi ſecundi. *ibid.* p. 19. ſeq. Catalogus ſummorum Pontificum a condito templo ſecundo vsque ad eius vaſtitatem. *ibid.* p. 20.

PORCI recenſentur inter בהמה דקה *pecus parvum*, et proinde dedecus erat Iudaeos porcos alere. *Hieroſ. Schekalim* fol. 47. 3. *R. Ionah erat rubentis admodum faciei, quam videns mulier quaedam ſic dixit* סבא סבא *Domine, Domine, aut tu es οἰνοπότης, aut foenerator, aut altor porcorum.*

Canone expreſſo prohibitum eſt porcos alere. *Maimon* in נזקי ממון cap. 5. *Prohibuerunt ſapientes vspiam nutrire porcos, et canem niſi catena ligatum.* Rationes prohibitionis duae ſunt. I. *quia prohibitum eſt pecora minutiora nutrire in Iudaea*, qualia ſunt porci, 2. *quia prohibitum eſt mercaturam facere rei cuiusuis immundae. Baua Kama* c. 7. v. 7. et Gloſſ. in illum locum.

Maledictio prohibitioni addita eſt. *Maimon* vbi ante. *Dicunt ſapientes, maledictus ſit, qui alit canes et porcos, eo quod ex iis ſint nocumenta multa.*

Baua Kama fol. 82. 2. et *Menachot* fol. 64. 2. recenſetur hiſtoria belli familiae Aſmoneae, et quomodo milites Ariſtobuli indiderint arculae (quam de muro Hieroſolymitano ad ſacrificium petendum demiſerant) porcum, et qua ratione tunc de nouo conſtitutum ſit *Quod maledictus ſit ille, qui alit porcos.*

Quan-

Digitized by Google

Quando itaque legimus in Euangelica hiſtoria de porcis, illi qui ipſos aluerunt non erunt Iudaei, ſed Ethnici inter Iudaeos habitantes.

Sed ſi Iudaei porcos non aluerunt, quid dicemus ad illud in *Bab. Taanith.* fol. 21. 2. *Dixerunt aliquando Rabb Iudae, Peſtis eſt inter porcos. Ille ergo indixit ieiunium.* Cur ille doctor de peſte porcorum ſollicitus fuit, vt etiam ieiunium decerneret, cum tamen ipſos parum curare ob recenſitas rationes debuiſſet. Sed ratio illius ieiunii ſtatim loc. cit. ſubditur. *Timuit Rabb Iudah plagam in vnam pecorum ſpeciem inflictam, inuaſuram etiam omnes.*

Per carnem ſuillam iam olim Iudaeos Ethnici irriſerunt, vt hodie adhuc plurimi faciunt. *Tanchuma* fol. 18. col. 4. *Dicit Ethnicus Iſraelitae, paratum tibi apud me eſt eſculentum appoſitiſſimum. Qualenam illud, inquit alter, Caro ſuilla. Raca* (inquit Iudaeus) *de beſtiis* etiam mundis apud *vos non comedendum.*

Decem Cabi leprarum deſcenderunt in mundum, nouem acceperunt porci. *Ridduſchin.* fol. 49. R. Bechai in Pentateuch. fol. 132. col. 3. ſcribit, in quibusdam libris medicinalibus reperiri, infantem fieri leproſum, ſi lac ſuillum ſugat. De carnibus ſuillis cur prohibitae ſint Iudaeo, diſſerit etiam *Maimon* in *More* Neuoch. lib. 3. c. 48.

Iſraelitae non debent alere porcos *Baba Kama.* Cap. 7. miſch. 7. *L' Empereur*, it. *Barti* et *Iom. Tobb* ad. h. l.

PORTAE TEMPLI. In muro atrium gentium ambiente erant quinque portae, *Middot* cap. 1. v. 3. Porta orientem verſus vna tantum erat, eaque cognominata *porta Suſan*, ideo quod in ea ſculpta erat figura *Suſan* Metropoleos Perſicae, in ſubiectionis ſignum, (Gloſſa ad Middot loc. cit.) vocabatur haec porta *porticus Salomonis*, et in ea ſeſſiones ſuas habuit *Sanhedrin* cap. 11. in *Suhbal*. Plane portam reſpexit ſacerdos cum comburebat vaccam rufam, debebat enim ſanguinem ſpargens reſpicere Sanctum Sanctorum. *Parah* cap. 3. v. 9. Porta

ta ergo Suſan, ne proſpectum eius impediret, reliquis portis erat humilior. *Middot* c 2. v. 3.

Ab auſtro erant duae portae, vtraque vocata *porta Huldae*; porticus, latus hoc auſtrale decorans, vocabatur Στόα βασιλικὴ. *Ioſeph. Antiq.* lib. 15. cap. 4. De portis Huldae extat dictum ſatis obſcurum in *Schir Rabba* fol. 16. 4. *Ecce ille ſtat poſt parietem noſtrum. Poſt murum ſcilicet templi occidentalem: quia iurauit Sanctus Benedict. quod iſte nunquam deſtruetur.* ושער הכהן *et portae ſacerdotis* (in qua fuit conclaue Buleutῶν) *et portae Huldae nunquam erant deſtruendae, donec eas renouaturus eſſet Deus.*

Ab occidente erat Porta קיפונוס *Kipponi*, forte a Coponio procuratore Iudaeae denominata. *Idem ibid.* lib. 18. cap. I.

Ab aquilone erat porta טדי quae nullius erat vſus. *Miſnah* in *Middot* cap. I.

Ab oriente atrii mulierum erat porta tantum vna Ὡραία dicta, Act. III. 2. et *Corinthiaca. Ioſeph.* de *bello* lib. 5. c. 14.

Ab auſtro erat etiam porta tantum vna, vnaque ab aquilone. Idem ibid.

Porta orientalis atrii Iſraelis vocabatur *Porta Nikanoris*, *quae ex auro non erat, vt reliquae*, *Middot* c. 2. v. 3. in illa potum dederunt vxori ſuſpectae, purificarunt puerperas et leproſos. *Sotah* cap. I. v. 5. De hac porta vid. *Bab. Taanith* fol. 18. 2. *Ioſeph antiq.* lib. 12. 17 *Middot* Cl. l' Empereur pag. 57. *Iuchaſin* fol. 65. 2. Sedit in iſta Synedrium XXIII. prout alterum in porta *Suſan Sanhed.* cap. II. v. 2. Nulli e portis templi erat מזוזה *ſcheda poſtibus* affixa, niſi portae Nicanoris. *Bab. Ioma* fol. II. I.

In latere huius atrii meridionali erat *porta aquarum*, ſic dicta, vel quod per hanc inferretur aqua in altari libanda in feſto ſcenopegiae, aut quod per illam iret aquaeductus a fonte Etam in conclaue ſcaturiginis. Vid. *Bab. Ioma* fol. 31. Erant etiam deinde in illo atrio שער קרבן *Porta oblationis* et poſt eam שער הדלקה *Porta accenſionis.*

A latere

A latere ſeptentrionali erat *Porta et Camera Nitſots*, *Middot* cap. 1. v. 5. vt et Porta בית מוקד de his portis vid. *Maimon.* in *Hal. Beth Habbech.* cap. 4. circa med. cap. 6. ſub init. et cap. 7. De portis templi et Portariis ſeu Ianitoribus vide plura in voce LEVITAE.

§. Vrbis Hieroſolymae portae. 1. שער הצאן *Probatica porta* (Nehem. III.) erat ſita a parte auſtrali; intus erat *Piſcina Bethesdae* ſanationibus celebris. 2. שער הדגים *Porta piſcium* (*Sophon.* I. 10.) ſic dicta a foro piſcium, quod erat in ea, ſicuti in probatica *forum pecorum.* 3. שער העופות *Porta volucrum*, eius facit mentionem R. *Salomoh* adj cit. loc. *Sophon.* Erat fortaſſe *porta* illa *vetus* apud *Nehem* III. 6. 4. שער הגיא *Porta vallis*, quae cum duabus ſequentibus ſita erat ab occidente, ad baſin montis Acrae. 5. שער האשפות *Porta eſquilina*, diſtabat a praecedente mille cubitis. 6. שער העין *Porta fontis*, an fontis *Siloami* vel *Draconis* ita non patet. Vid *Nehem.* l. c. 7. Ab oriente erat *porta aquarum*, cuius mentio Neh. XII. 37. 8. *Porta equorum* Nehem. III. 27. 28. *Hierem.* XXXI. 40. porta equorum duxit in vallem Hinnomis, porta aquarum in vallem Kedronis. 9. Porta מפקד *Iudicialis.* De porta *Ephraim* et porta *angulari* vid. 2. Reg. XIIII. 13.

§. Sub nomine Portae πύλης apud ſacram ſcripturam in religione plurima exprimuntur Gen. XXVIII. 17. Pſalm. CXVIII. 19. 20. *Matth.* VII. 14. XVI. 18. Idem fit apud Scriptores Iudaicos. *Porta poenitentiae* memoratur a Chaldaeo Paraphraſte in *Ierem.* XXXIII. 6. *et porta precum et porta lachrymarum.* *Bab. Berachot.* fol. 32. 2. *Ex quo exciſum eſt templum, occluſae ſunt ianuae lachrymarum.* vid. *Defraudatio.*

Talmudicorum פשפש optime redditur per Graecorum Στένην πύλην. De eo mentio fit in *Tamid* cap. 1. v. 3. פתח את הפשפש *Claui aperit oſtiolum, atque e Beth Mokad ingreditur in atrium.* Aruch פשפש *eſt porta parua in medio portae magnae.*

Digitized by Google

De portis templi *Maimon.* de domo elect. cap. . 5. §. 1. 2. *Cramerus* ad Cod. Succa in Cod. in Indice. De porta Nicanoris in templo *Wagenſeil.* Sota. p. 37. Iudicium olim in portis vrbium exercebatur. *ibid.* p. 35. De portis vrbium apud antiquos. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 345.

PORTICVS Salomonis, eius ſit mentio Ioh. X. 23. Act. V. 12. Erat teſte *Ioſepho Antiq.* lib. 15. 14. Ἔργον ἀξιαφηγητοτάτων τῶν ὑφ' ἡλίῳ *Antiq.* lib. 15. cap. 14. Porticus regalis erat a latere templi meridionali, ſub ſe in muro habens שני שערי הולדה *duas portas Huldae. Middot.* cap. 1. ſed non erat porticus Salomonis, illa enim ſita erat ad murum templi extimum verſus Orientem. Vid. *Ioſeph Arachaeol.* lib. 20. cap. 6. vbi dicitur Ἀνατολικὴν στοὰν eſſe Ἔργον Σολομῶντος. Introeunti itaque in atrium per portam *Suſan* apparebat a dextra laevaque porticus columnis ſuſtentata, duplici ordine diſpoſitis, ita vt fieret duplex ambulacrum. Atque intra vel circa hanc porticum erant חנויות Tabernae, vbi vendebantur *ſal*, *oleum*, *thus*, aliaque altari neceſſaria.

§. In porticu templi contignationibus erant infixae catenae aureae, quarum ope ſacerdotes iuniores aſcendebant ad coronas, quae in feneſtris conclauium ſupra contignationem ſuſpenſae erant. In porta porticus expanſa fuit vitis aurea, erigebaturque ſuper canterios; quicunque folium aut vuam vouebat, illic eam ſuſpendebat. *Middot* cap. 3. v. 8.

De porticibus templi vid. *Cramerus* ad Succa in Indice.

✱ POTENTIA. Eſt potentia quaedam dominis ſuis noxia, quaedam proficua. *Tanch.* fol. 29. col. 4. poſt init.

PRANDENDI tempus apud לודים (an Lyddenſes vel Anthropophagi intelligantur diiudicet lector)

hora

Digitized by Google

hora prima, hora ſecunda vero eſt tempus prandendi latronum, tertia haeredum, quarta operariorum, quinta omnium hominum. *Schabbat* folio 10. 1.

Menſae diu aſſidere, eſt ſatisfactio pro peccatis. *Edzard.* Berachot. p. 184. et 186.

De PRAECEPTIS affirmatiuis et negatiuis vid. Buxt. Synagog. p. 39. ſeq. Lex Talmud. fol. 1114.

Plura de iisdem reperies in *Leusden.* Philol. Hebr. diſſert. V. Sect. II. Voiſin. Pugion. fid. p. 71. ſeq. Praecepta diuina qui ſeruat, quodnam promereatur praemium. *Maccoth.* c. 3. miſchn. 15. *Tanch.* fol. 5, col. 1. poſt med. fol. 57. col. 1. poſt init. fol. 84. col. 4. init. Merces illius, qui praecepta ſeruat. *ibid.* fol. 11. col. 2. poſt med. *Rabboth* fol. 243. col. 1. med. Qui illis obtemperat bonam ſibi adquirit famam. *Tanch.* fol. 37. col. 4. circ. med. Propter vnumquodque praeceptum, quod homines ſeruant, peculiaris ipſis adiungitur genius. *ibid.* poſt med. item fol. 31. col. 1. poſt. med. tot. Vnumquodque praeceptum ſuum habet praemium. *ibid.* fol. 83. col. 2. poſt med. Adamo non niſi vnicum datum eſt praeceptum, Noacho et filiis eius ſex, Iſraelitis plura. *ibid.* fol. 27. col. 2. med. Cur non omnia praecepta legis ſtatim data ſint Adamo. *ibid* fol. 47. col. 2. ante fin. Iſraelitis multa praecepta, quae ſeruent, iniuncta ſunt. *ibid.* et. p. ſequ. R. Chanania, filius Akaſiae, ait: voluit Deus benedictus Iſraelem meritis augere, idcirco multiplicavit iis leges et praecepta. *Maccoth* Cap. 3. miſchn. 16. et Bart. et Maimon. h. l. Singulis membris hominis ſingula data ſunt praecepta. Tanch. fol. 47 col. 1. poſt med. conf. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 188 et 549. Quot ſint praecepta *Tanch.* fol. 82. c. 2 med. fol. 83. col. 2. poſt med. fol. 85. col. 4. poſt init. Praeceptum minus aequae ſeruandum ac maius.

ius. *ibid.* fol. 73. col. 2. circ. fin. fol. 78. col. 4. fin. ſeq. *Rabboth* fol. 242. col. 4. med. Praecepta ſapientum et maiorum ſunt ſeruanda. *Tanch.* fol. 63. col. 2. poſt init. De praeceptis ſe inuicem pellentibus. *Cramerus* ad Succa. p. 101. Praecepta adfirmatiua non obligant mulieres. *ibid.* p. 135. Praecepta vbique comitantur hominem. *Rabboth.* fol. 242. col. 4. fin. ſeq. R. Dauid Vidal ſcripſit librum de 613. praeceptis. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 296. alius Autoris librum de 613. praeceptis vid. Part. III. p. 325. et 609. De rationibus praeceptorum peculiarem librum edidit R. Iſaacus Athias. *ibid.* Part. I. p. 685. it. p. 768. it p. 776. Decies octies occurrit locutio iſta כאשר צוה ה את משה in hiſtoria tabernaculi. *Tanch.* fol. 7. col. 1.

PRAECEPTORES olim ſedentes diſcipulis ſtantibus docebant et praelegebant: qui mos honorificus, ad mortem *Gamalielis Senioris* continuatus, tunc periit, eousque vt ſederent etiam diſcipuli, ſedente Magiſtro, hinc illud Sotah cap. 9. hal. 15. *Ex quo obiit Rabban Gamaliel Senex, periit honor legis, et mortua eſt puritas, et Phariſaiſmus:* vbi Gloſſa. ex Magillah. *Ante eius mortem fuit ſanitas in mundo, et non didicerunt legem niſi ſtando; aſt eo defuncto, deſcendit aegritudo in mundum, et coacti ſunt diſcere legem ſedendo.*

De *Diſcipulis Sapientum* vid. ſuo loco in D.

Synedrium vigeſies quater quosdam excommunicavit, qui ſuos Rabbinos vel praeceptores debito honore non affecerant. *Bab. Berachot* fol. 19. 1. vid. etiam *Rabbi.*

Praeceptor Patri praeferendus. *Baba Mezia* cap. 2. miſchn. 11. Etiamſi quis ſit in media lectione Kriſchmae conſtitutus, debet ſalutare et reſalutare praeceptores. Bart. et Iom Tobh. ad *Berachot* Cap. 2. miſchn. 1. Praeceptores honore afficiendi. *Wagenſeil.* Sota. 537. *Rabboth.* fol. 222. col. 2. poſt init. fol. 250. col. 3. poſt init. Praeceptor eadem reue-

reuerentia proſequendus, qua Deus. *Tanch.* fol. 27. col. 1. poſt init. fol. 68. col. 2. circ. fin.

PRAEFECTI templi. vid. *Officiarii.*

PRAEPVTIVM. vid. *Circumciſio.* De attractione praeputii, cuius mentio fit 1. ad Corinth. VII. 18. v. Cl. *Buxt. Lex. Talm.* p. 1274.

Quinque dantur praeputiorum genera, quatuor in homine et vnum in arbore. *Tanch.* fol. 6. col. 3. cir. med. Apoſtatis Deus attrahit praeputium eosque in gehennam coniicit. *ibid.* fol. 6. col. 4. med. De praeputio varia. *Rabboth.* fol. 41. col. 4. circ. fin. ſeq. De attrahentibus praeputium. *Rabboth.* fol. 42. col. 2. ante fin. De Iudaeis praeputium attrahentibus. *Petr. Zorn,* de fiſco Iud. p. 280. not.

PRAESTIGIAE. vid. *Magiam.*

PRECES offerendae ſunt verſus Sanctum Sanctorum, et ab exulibus Iudaeis verſus terram Iſraeliticam. *Berachot* cap. 4. fol. 30. 1. *Maimon Hal. Tephil.* cap. 5. 42. 1. Orach Chaiim. *Num.* 94. *Schulchan Aruch Num.* eod. fol. 40. Vt autem illuc orans reſpicere poſſit, requiritur vt camera feneſtras habeat, quae verſus vrbem ſanctam aperiri poſſint. *Berac.* cap. 5. fol. 13. a et 34. b. Iudaei Babylonienſes non ſolum orarunt in כנסיות *Synagogis*, ſed aliquando etiam iuerunt לעליות דניאל *in Conclaue Danielis*, quod ſecundum *Beniamin Bar Iona*, qui vixit anno 933. ſiue aerae noſtrae 1173. erat in veteri quadam lapidea domo, quam ipſe Propheta aedificauerat. vid. *Iuchaſin* fol. 131. *Tſemach David fol.* 55.

In templo et Synagogis orabant ſtantes, *Hieroſ. Berachot* fol. 20. 1. *Ingreditur quis in Synagogam* ומצאן עומדין להתפלל *inuenitque illos ſtantes in oratione. Maimon. Hal. Tephill.* cap. 5. *ſequentia oraturus obſeruare debet, ſtare, faciem ſuam templo obuertere, componere decenter corpus*

pus ſuum, vt et veſtimenta, conſtituere locum ſuum, ordinare vocem ſuam, incuruare ſe et adorare.

Corpus autem ita concinnare debet, *Pedes ſuos aequaliter vnum apud alterum diſponet, oculos ſuos verſus terram demittet, cor vero eleuet ſurſum; manus imponet pectori, dexteram ſupra ſiniſtram, vt ſeruus ſtare ſolet coram domino ſuo, omni reuerentia et decore.*

In precibus fugienda Battologia, non agendum vt ſtulti quidam homines faciunt, qui in orationibus multa elogia, epitheta, verba, rythmos et carmina componere et congerere ſolent, quae ſi hominem aliquem reſpicerent, dignitatem eius imminuerent, atque iis ad Deum, vt ſibi imaginantur, appropinquare ſatagunt. *Maimon More Neuoch*, l. 59.

De precibus in cultu quotidiano factis vid. *Cultum quotid.* Preces piorum ſunt בעתר *inſtar palae*, vt haec vertit frumentum de loco in locum; ſic illae vertunt proprietates Dei, ex iracundia v. 9. in miſericordiam. *Ieuamot* fol. 64. 1. Iſaac dicitur עתרא דהפיך אדרא *vertens granarium*, quaſi precibus vertens fatum diuinum. ſ. d Gen. XXV, 21. *Bereſchit Rabba ſect.* 36. 2. orationis שחרית matutinae author eſt Abraham, illius quae tempore oblationis minchae fundenda Iſaac, orationis veſpertinae ערבית Iacob. *Maimon. Hal. Melachim* c. 9.

De תפילין quae oraturi ſibi applicant vid. ſuo loco. De decem nominibus precum vid. *Deuarim Rabba* ſect. 23. *Plantavic.* Fl. Bibli. 1394. *Coſri* 171. De efficacia orationis, praeſertim publicae, vid. *Coſri* pag. 60. 82.

Orationis Dominicae petitiones petitae ſunt ex antiquiore Leiturgia.

Chriſtus nos iubet orare in numero plurali; fuit hic etiam canon in *Bab. Berachot* fol. 30. 1. לעולם לישתף איניש נפשיה בהדי ציבורא *orantem oportere ſemper, cum orat, ſe cum Eccleſia conſociare.* Quod non ſtricte intelligendum eſt ſolum de praeſentia ſua in Synagoga, ſed vt vbicunque terrarum poſitus, etiam cum ſolus preces ſuas effundat numero plurali. Sic enim expli-

explicat Gloſſa אל יתפלל ת״ק בלשון יחיד אלא בלשון רבים *ne oret quis orationem breuem* (i. e. aliam a precibus ſtatis) *numero ſingulari, ſed plurali.*

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς eſt notiſſimum apud Iudaeos Dei Epithethon. *Maimon.* in *Tephillot* אבינו שבשמים *Pater noſter qui es in coelis, ſic nobiſcum agas ſicuti promiſiſti per Prophetas.* In *Sota* cap. 9. 15. Ter hoc recitatur. *Quemnam habemus, cui innitamur?* על אבינו שבשמים. *Super patrem noſtrum, qui eſt in coelis. Ioma* cap. 8. v. 9. Benedicti vos, o Iſraelitae, quis vos purificat? *Pater veſter, qui eſt in coelis. Hieroſ. Maaſerot.* fol. 50. 3. *Patri veſtro, qui eſt in coelis, non dediſtis, ſed mihi Sacerdoti.*

Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Axioma hoc obtinuit. כל ברכה שאין בה מלכות אינה ברכה *iſta oratio, in qua non eſt memoria regni Dei, non eſt oratio. Bab. Berach.* fol. 40. 2.

Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ. Confer illud in *Bab. Berach.* fol. 29. 2. *Quaenam eſt oratio breuis? R. Eliezer dicit* עשה רצונך בשמים *voluntatem tuam fac in coelis, et dato quietem ſpiritus, timentibus te infra, i. e. in terris.*

Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον. *Bab. Berachot* vbi ſupra. *Neceſſitates populi tui Iſraelis ſunt multae, et cognitio ipſorum tenuis* (ita vt non norint neceſſitates ſuas patefacere) *ſit beneplacitum tuum, vt des vnicuique* כדי פרנסתו *quod ſufficit in alimentum.*

Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. *Berachot* fol. 16. 2. *R. Iudah ſic ſolitus fuit precari: Sit beneplacitum tuum, vt liberes nos ab impudentibus et impudentia, ab homine malo, et occurſu malo, ab effectu malo, a ſocio malo, a vicino malo, a ſatana deſtructore, a iudicio duro, et aduerſario duro.*

Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία vid. *Amen* in A.

Quaeritur, cur Chriſtus diſcipulos ſuos orare docuerit, cum iam alias preces ſciuerant? Reſpondetur, Do-

ctoribus

ctoribus Iudaeorum vſitatum fuiſſe, orationcularum formulas ſibi ipſis ſtruere, diſcipulisque ſuis tradere. Vid. exempla in *Gemara Babylonica ad tractatum Berachot.* illas autem proponebant tanquam addititias ordinariis, et concluſiuas, non autem vt ſtatas preces illis eneruarent. De precibus illis addititiis loquuntur in *Bab. Berach.* fol. 16. 2. ר'אליעזר בתר דמסיים צלותי' אמר הכי *R. Elieſer cum orationes ſuas finiiſſet, ſic dicere eſt ſolitus, ſit beneplacitum tuum, Domine, vt habitet in ſorte noſtra amor et fraternitas* etc. *R. Iochanan cum finiiſſet orationes ſuas, ſic dicere eſt ſolitus, ſit beneplacitum tuum, Domine, vt obſerues contumeliam noſtram.*

Cum Chriſtus diſcipulis ſuis illam orationem praeſcriberet, Iudaei ſtatas preces numero octodecim habuerunt. *Hieroſ. Taanit.* fol. 65. 3. *Preces quotidianae ſunt octodecim pro numero octodecim Pſalmorum* etc. Vid. etiam *Bab. Berachot* fol. 28. 2. vbi dicitur Simeonem הפקולי *Pekolaeum in ordinem redegiſſe octodecim orationes ſeriatim*, coram Rabban Gamaliele in Iafne. Ita tamen, vt ipſis etiam breuis iſtarum precum epitome adeſſet, qua vti poſſet ille, cui in promptu non erat omnes illas numeroſas preces memoriter recitare; hanc ſummulam vocarunt מעין. *Bab. Berachot* vbi ſupra. *Dixit R. Gamaliel, vnoquoque die oret vnuſquisque octodecim orationes; R. Ioſua dicit,* ויתפלל מעין י"ח *oret ſummulam iſtarum octodecim. R. Akiba dicit, ſi expedita ſit oratio in ore eius, oret octodecim, ſin minus, oret ſummulam iſtarum octodecim.* Talem ſummulam imitatus eſt Saluator noſter, compingendo omnium orationum medullam in pauciſſimas lineas. De orationis Dominicae partibus in veterum Liturgia exſtantibus, vid. *Sanhed* fol. 42. 1. *Selden. de Or. Eutych.* 41. *Muſar* 49. 1. et 78. 2. *Machſor Hiſpan.* I. 142. 129. 143. *Machſor Germ.* 10. 6.

§. Hypocritis exprobrat Chriſtus quod ament in Synagogis angulis, et plateis ſtantes orare. 1. Orabant in Synagogis, quia ipſis perſuaſum erat preces Synagogae certo exaudiri. *Tanch.* fol. 35. 1. *Pergit ad Synagogam ad orandum. Hieroſ. Berachot* fol. 2. 1. *Quare recitant*

Phyla-

Phylacteria in Synagoga? etc. Rabbenu Aſcher in *Berach.* fol. 69. 3. *Cum quis veſpere ab agro ſe domum confert, primo ſe conferat ad Synagogam et ſi legere poteſt legat quid, deinde recitet phylacteria et precetur.* Chriſtus non improbat morem hunc in Synagogis orandi, ipſemet enim illis precibus interfuit, ſed redarguit quorundam conſuetudinem, qua vanam gloriam venantes, preces privatas et a Synagoga diſcretas inuſſitabant, qualis fuit R. *Nechonias Ben Hakana* in *Berachot* cap. 4. 2. *qui in ingreſſu et egreſſu Synagogae praeter ſolitum morem, breues oratiunculas dixit.* Quales etiam fuerunt illi, qui in inceptis iam publicis et ordinariis precibus Synagogam ingrediebantur, et nihilominus ſuas preces recitabant ab initio, ne nihil neglexiſſe viderentur; quae recitatio etiam nunquam non facta eſt, cum inſigni praecipitatione, quoniam cum reliquis finita oratione Amen dicere debebant. Vid. *Hieroſ. Berachot* fol. 8. 3. 2. Quod orationes ipſorum in publicis angulis et plateis attinet, erant illae duplicis generis; vel *publicae* vel *perſonarum priuatarum;* de publicis precibus in plateis factis ſonant ſequentia loca. *Maimon. in Tephillah* c. 11. *Orabant in plateis, in feſtis et publicis ieiuniis. Taanit* cap. 2. v. 1. 2. *Quisnam ritus ieiuniorum? Arcam produxerunt in plateas vrbis, cineremque ſparſerunt in arcam, ſteterunt orantes* etc. Vide etiam *Maimon.* in *Taanit* cap. 3. Quamuis illae omni plane hypocriſi non caruerint, non tamen illas primario redarguit Chriſtus, ſed tantum preces perſonarum priuatarum, qualis fuit R. Iannai in *Hieroſ. Berach.* f. 8. 3. * *Dixit R. Iochanan, vidi ego R. Iannai ſtantem atque orantem in plateis Tſipporis, et progredientem ad quatuor cubitos atque orantem orationem addititiam.* Praetextum et occaſionem ſe ita oſtentandi dederunt ipſimet Canones Iuris Hebraeorum, quando de precum tempore loquuntur. Volunt enim vt vnusquiſque phylacteria ſua recitet accurate appropinquante tempore, *inſidens aſino deſcendat et recitet, operarii recitent ſuas preces vel in culmine arboris.* vid. *Berachot* cap. 1. 2. 3. 4. ſtatuoſi itaque homines libenter a tempore pre-

cum

cum in plateis deprehendebantur, vt ſe oſtendere poſſent. His adde, Chriſtum etiam reſpicere potuiſſe ad duplicem in precibus ipſorum exceſſum, in quibus non paruus latebat hypocriſis. Prior erat, quod vterentur longiſſima pauſatione ante et poſt finitas orationes, ita vt aliquando per tres horas conſpicerentur in habitu precatorio poſiti. vid. *Bab. Berachot* fol. 30. 2. et 32. 2. cap. 5. hoc extat. Preces non incipiunt niſi מתוך כובד ראש *ex reverentia animi. Sancti priſci poſt horae moram precabantur, vt animum ad Deum intendere poſſent. Et deinde ita attenti fuerunt, vt nec regi eos ſalutanti reſpondiſſent.*

Poſterior quod in exceſſum formare ſoliti ſint eiaculationes, preces, benedictiones, ex occurſu cuiuslibet rei, ſiue illud fuerit publice vel priuatim. *Hieroſ. Aboda Sara* fol. 40. 1. *Rabban Gamaliel, ambulans in atrio gentium, vidit foeminam ethnicam, ac ei benedixit.* De benedictionibus varia habes apud *Benedictiones.*

§. Adiungamus breuiter quaedam de precibus in genere.

Oratio matutina fieri poteſt vſque ad meridiem, oratio vero Minchae vſque ad veſperam, *Berachot* cap. 4. 1. Qui preces vt penſum reſpicit, oratio illius minime ſupplex eſt. *ibid.* v. 4. Preces illius qui inter pericula verſatur hae ſunt הושיעה יי את עמך את ישראל בכל פרשת העיבור יהיו צרכיהם לפניך׃ *ſalua Domine populum tuum Iſraelem, omnibus momentis ſint neceſſitates ipſorum coram oculis tuis.* Preces addititiae non niſi cum Doctore vrbis faciendae ſunt. *ibid.* v. 7. Si quis errauerit inter precandum סימן רע לו *malum ei portendit.* Si legatus fuerit, portendum malum eſt iis, qui ipſum miſerunt. *Berachot* cap. 5. 5. Preces vanae ſunt, ſi quis deprecatur, quod iam praeteritum eſt, vt ſi quis vxore iam grauida dixerit: *Faxit Deus, vt vxor mea maſculum pariat. Berachot* c. 9.

Omnis multiplicans orationes exauditur. *Hieroſ. Taanit* fol. 67. 3. vbi vides, ipſos exiſtimaſſe repetitionibus ineſſe quandam vim, vt Deus ipſas citius audiat. Chriſtus

Digitized by Google

ſtus quando reprehendit battologias, non tam intelligit nudas earundem petitionum reiterationes, quam hanc ipſorum opinionem, de virtute repetitionum, quaſi illae apud Deum plurimum valerent.

Qui orat צריך שיכרע *incuruare ſe debet vſquedum conſpiciantur omnes vertebrae, quae ſunt in ſpina dorſi. Berachot* fol. 28. 2. tam profunde ſe incuruare debet, vt videre poſſit aſſarium e regione cordis ſui.

Religioſi priſci inſumſerunt vnoquoque die nouem horas immorando precibus. *Bab. Berachot* fol. 32. 2. *Prolixa oratio vitam protrahit. ibid.* fol. 54. 2.

Elias extracto gladio confodit illum, qui inter orandum tergum ſanctuario obuertit; facies enim, non poſteriora verſus templum vertenda ſunt. *Berachot* fol. 6. 2.

Artifices non debent precari in ſummitate arboris aut parietis. *Berachot* cap. 2. miſchn. 4. Preces hodie ſupplent ſacrificia. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 409. De precibus Iudaeorum יוצרות dictis. *ibid.* p. 459. not. et part. II. p. 1307. De certa Iudaeorum prece, *Mixtura ſuffitus* dicta, *ibid.* part. I. p. 546. not. De prece Iudaeorum *Alenu. ibid* part. II. p. 1104. et 1462. De precibus Iudaeorum poenitentialibus סליחות *ibid.* p. 1483. Quomodo quis orare debeat in itinere. *Tanch.* fol. 5. col. 1. poſt med. Abraham homines precari docuit. *ibid.* fol. 6. col. 2. init. Quando homo orat, debet ſe incuruare ita, vt promineant vel efferant ſe omnes vertebrae. *ibid.* fol. 7. col. 1. poſt init. De praeſtantia et dignitate precum. *ibid.* med. it. fol. 84. col. 3. poſt med. *Rabboth* fol. 244. col. 4. tot. fol. 142. col. 3. tot. Quot vicibus orare homo quotidie debeat. *ibid.* fol. 62. col. 2. poſt med. *Tanch.* fol. 9. col. 4. p. med. Si quis equitet ſuper aſino, et adueniat tempus precandi, quid facto opus ſit. *ibid.* col. 2. med. Cum attentione orandum eſt. *ibid.* it. fol. 84. col. 4. poſt init. Quomodo precatus fuerit R. Akiba. *ibid.* fol. 9. col. 4. p. med. Deus vel muſſitando

tando precantes exaudit. *ibid.* fol. 11. col. p. init. Si quis preces effundat, eumque mordeat ſerpens, an ceſſare a precibus debeat. *ibid.* fol. 21. col 3. init. Lingua familiari precandum eſt. *Wagenſeil.* Sota p. 657. Precandum ſubmiſſe. *ibid.* p. 626. Preces quibus in locis ſint concipiendae. *ibid.* p. 527. Preces ſunt arma Iſraelitarum. *Tanch.* fol. 25. col. 1. init. prolixe. Quamdiu quis orare debeat. *ibid.* fol. 36. col. 3. poſt init. Tres Patriarchae ordinarunt tres orandi formulas. *ibid.* item *Rabboth* fol. 171. col. 3. ſeq. fol. 62. col. 2. med. Preces ſtationariae hodie ſunt inſtitutae in locum ſacrificiorum. *Tanch.* fol. 45. col. 4. ante med. Iudaei inter precandum vertunt faciem verſus orientem. *Edzard.* Berachot p. 214. *Rabboth* fol. 266. col. 1. init. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 286. et 292. Adorandi mos orientalium proſtrata in terram facie. *Cramerus* ad Succa p. 562. Idololatrarum preces Deus non exaudit, ſed Iſraelitarum. *Rabboth.* fol. 230. col. 2. poſt med. De precibus in Synagoga peragi ſolitis. *ibid.* f. 243. col. 4. poſt init. fol. 305. col. 2. ante med. Quid facto opus ſit ei, qui preces iuſto tempore facere neglexit. *ibid.* fol. 244. col. 3. ante fin. De precibus Iudaeorum libriſque precum per vniuerſum annum. *Wolf.* Bibl. hebr. part. II. p. 1452. Iudaeos precibus ſuis varia immiſcere in Chriſtum et Chriſtianos iniuria. *ibid.* p. 1461. De precibus שמונה עשרה et ברכת המינים *ibid.* 1463. et 1467. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 51. ſeqq. et 217. ſeq. *Cramerus* ad Succa p. 56. *Rabboth* fol. 63. col. 2. med. De Proſeuchis ſ. Oratoriis Iudaeorum ad littora exſtrui ſolitis. *Wolf.* l. c. De ritu Iudaeorum verſus orientem precandi. *ibid.* De precibus Iudaeorum. *Abarban.* in Prophet. prior. in indice. Precum varia ſunt nomina. *Tanch.* fol. 78. col. 1. poſt med. *Rabboth* fol. 235. col. 3. fin. Preces expiant. *Edzard.* Berachot p. 182. ſeq. it. 186. ſeq. Precum Iudaicarum autor

eſt

eſt Eſdras cum Synedrio magno. *ibid.* p. 277. Precibus magicis occidere ſe hominem poſſe Iudaei putant. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 103. De reuerentia veterum in precando. *En Iſrael* part. I. p. 39. col. 2. init. De precantium geſtibus. *Cramerus* Succa p. 116. An clara voce precandum. *Rabboth* fol. 235. col. 3. circ. fin. Portae precum quandoque clauſae, quandoque apertae ſunt. *ibid.* fol. 236. col. 3. poſt init. fol. 306. col. 4. circ. fin. An in luctu precandum. *ibid.* fol. 245. col. 2. ante med. Deus omnium preces recipit. *ibid.* fol. 113. col. 1. med. Iudaei ſtantes orabant. *Petr. Zorn.* de fiſco Iud. p. 293. not. De ſtatis 18. Iudaeorum precibus. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 279. not. it. p. 1119.

PRIMITIAE. Lege diuina cautum eſt, vt offerretur manipulus primitialis ſecunda die hebdomadae paſchalis. Leu. XXIII, 10. 11. vbi R. *Salomoh* ממחרת יום טוב הראשין של פסח *craſtina a primo die feſti Paſchatis.* Quaer. autem, num ſegetes maturae fuerint ad feſtum Paſchatis? Reſp. ſatio hordei fuit illico poſt med. menſem *Marcheſvan*, id eſt, circa ineuntem Nouembrem noſtrum. *B. Berachoth* fol. 18. 2. *Audiuit, ſemen ad pluuiam primam ſatum grandine perditum, iuit ille, et ſeminauit ad pluuiam ſecundam* etc. *Pluuia prima erat decima ſeptima die menſis Marcheſvan. Secunda, die eiusdem menſis viceſimo tertio.* Quod ſi cum iuſtum aduentaret tempus Paſchatis, hordea non maturuerant, addito ad annum iſtum menſe embolymaeo, exſpectatum eſt, vſquedum matureſcerent. Vid. *Intercalatio* et *Maimon.* in *Kidduſch Chodeſch* cap. 4. et quod re ipſa aliquando annum intercalarint ob hanc neceſſitatem, apparet ex *Hieroſ. Maaſer Scheni* fol. 56. 3. *Sanhed.* fol. 18. 4. *Bab. Sanhed.* fol. 11. 2. vbi hoc extat diploma Synedrii. *Rabban Gamaliel cum ſenioribus Synedrii magni, fratribus noſtris in Iudaea et Galilaea ſalutem. Innoteſcat vobis, quod cum agni nimis ſint teneri, et columbae implumes, et non adſint fruges recentes, viſum eſt nobis addere huic anno dies triginta.*

Digitized by Google

Primitiarum manipulus, demeſſus fuit e valle Kedron tanquam loco vrbi omnium proximo, ex quo illum ſecundum Maimonidem afferre debuerunt. Semel tamen ipſum demeſſuerunt מגנות צריפין *ex hortis Zeriphaeis*, loco quodam ab Hieroſolymis ſatis remoto, quia exercitus ſementem circa vrbem deuaſtauerat. Ceremonia demeſſionis ita peragebatur. *Maimon.* Tamid. cap. 7. §. 13. ſeq. Legati Synedrii veſpera primi diei feſti Paſchatis, egrediebantur, et ſpicas in manipulos colligabant, et verſus terram incuruabant, vt deinde eo commodius abſcindi poſſent. Ex omnibus autem vicinis vrbibus illuc confluebant, quaſi res magno molimine peragenda eſſet. Cum iam veſperaſceret, dixit ille qui ad demetendum conſtitutus erat. Occidit ſol. Reſponderunt bene. Hoc Sabbatho? reſponderunt, hoc Sabbatho. Metam? reſponderunt, mete. Haec ter ille, atque illi ter reſponderunt. Omnia haec tanta φαντασία fecerunt propter הביתוסים שהיו אומרים אין קצירת העומר במוצאי יום טוב: *propter Baithoſaeos* (Sadducaeos) *qui negabant manipulum in veſpera diei feſti demeti debere.* Conſule de his *Menachoth* c. 10.

§. Ex quibus rebus, primitiae ad templum afferendae ſint vid. Tractatum *Biccurim*; referemus nos ex illius capite tertio pompam, quae primitiarum adductionem comitata eſt.

Omnes vrbes שבמעמד quae erant vnius ſtationis (i. e. ex quibus prodiit vna ἐφημερία ſacerdotum) collectae ſunt in vrbem ſtationariam, et pernoctarunt in plateis: Mane is qui primus inter eos fuit, dixit, exſurgite, aſcendamus ad Sionem, ad domum Domini Dei noſtri.

Bos praeiuit cornibus deauratis, et corona in capite oleagina. (Gloſſ. Bos iſte erat in ſacrificium pacificum) cecinit et tibia ante eos, vſquedum appropinquarent Hieroſolymam: cum Hieroſolymam appropinquatum eſſet, coronarunt primitias ſuas, (i. e. ſpecioſas quantum fieri potuit, conſpectui expoſuerunt.) Et prodierunt in occurſum iis primates, et ſummi officiarii, et theſaurarii templi, idque in honorem accedentium.

Atque

Atque omnes opifices Hieroſolymae aſſurrexerunt iis (in officinis ſuis) atque eos ſalutarunt hoc modo: אחינו אישי מקום פלוני באתם לשלום *o fratres noſtri incolae vrbis N. grati aduenistis* החליל מכה לפניהם *tibia coram iis canebatur*, vſquedum peruentum foret in montem templi אפילו אגריפס המלך נוטל הסל על כתפו *etiam ipſe Rex Agrippa caniſtrum* plenum ex ficubus vel vuis viridibus, ſi loca non longinqua, vel ficubus aridis et vuis paſſis, ſi remota) *ſuſcepit in humerum ſuum*, et progreſſus eſt donec perueniret ad atrium, Leuitae occinuerunt. *Exaltabo te Domine, quia exaltaſti me, et non laetificaſti inimicos meos ſuper me*; Pſal. XXX, 1. Dum adhuc Caniſtrum eſt in humero eius, recitat periochen illam (Deut. XXVI, 3.) *Profiteor hodie Domino Deo meo*. R. Iehuda dicit, cum haec verba recitat, *Aramaeus periturus erat pater meus* etc. (v. 5.) demittit caniſtrum ab humero, ואוחזו בשפתותיו *et labiis tenet*; dum Sacerdos illud huc illuc agitat. Recitata toto periocha ad verſi 10. caniſtrum diſponit iuxta altare et adorat et exit.

§. Placentam Hieroſolymam attulit Nittai Tekoita e Bittur, aſt eam non receperunt. Alexandrini placentas ſuas attulerunt Alexandria; ſed illas non receperunt, (quia illa loca ſunt extra terram Iſraeliticam, ex qua ſola placentae offerri debuerunt.) Incolae הר צבואים *montis Zeboim*, attulerunt primitias ſuas ante Pentecoſten; ſed eas non receperunt, quia tempore illegitimo illas attulerunt.) *Challah* cap. 4. v. 10.

Primitias quomodo Iudaei obtulerint. *Wagenſeil.* Sota p. 659. De manipulo Primitiarum, eius demeſſione et oblatione. *Maimon.* Tamid. cap. 7. §. 3. ſeq. *Rabboth* fol. 161. col. 2. poſt med. col. 3. poſt init. col. 4. poſt init. fol. 311. col. 1. med. et fin. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 29. De primitiis Biccurim. *Tanch.* fol. 84. col. 3. poſt med. Nulla meſſis frugum facienda ante Omer Primitiarum. *Maimon.* Tamid. cap. 7. §. 13. Praeceptum eſt a die oblationis Omer numerare ſeptem ſabbatha.

 ibid.

ibid. §. 22. De Menachoth ante Omer et שתי הלחם non offerendis. *Maimon.* Iſſure Misbeach. cap. 5. §. 9. it. Tamid. cap. 7. §. 17.

PRIMOGENITVS. In eo vitium faciunt, caput craſſum vel nimis magnum; oculi nimis rotundi, aures tumeſcentes inſtar ſpongiae. *Berachoth* fol. 44. 1.

De primogenitorum redemptione a patre vid. *Synag. Iudaicam* Buxt. p. 124. de primogenitis animalium. *ibid.* p. 622.

Primogenitus reſpectu patris vocatur ראשית אונו *principium roboris eius* Geneſ. XLIX, 3. Reſpectu matris vero פטר רחם *διανοίγων μήτραν aperiens vuluam.* Exod. XIII, 12.

Primogenitus erat aliorum fratrum Dominus, ſic Deus ipſe Caino poteſtatem eius in fratrem confirmat, quando ipſi dicit, *ad te appetitus eius, et tu illi dominaberis* Geneſ. IV, 7. Et Iacobo ſeruire debebat Eſauus, cum tamen ex iure naturae ipſe Eſauo obedire debebat. *Geneſ.* XXV, 23.

Deinde primogenitus in diſtributione haereditatis paternae nomine *τῶν πρεσβείων ſeu praerogatiuae*, ſumebat פי שנים *διπλᾶ portionem duplicem*, vel vt notat *Iarchius in Deuter.* XXI, 17. *quantum ad duos ſpectat fratres.* Ita vt *ſi tres fuerint fratres* (verba ſunt Aben Eſrae) יחשבו שהם ארבעה *conſiderentur quaſi eſſent quatuor, et primogenitus ſumat partes duas, reliqui vnam.*

Primogenito cedebat ius in eadem familia ſacrificandi; hinc Iacob נתן נפשו על הבכורה *deſiderauit primogenituram*, vt ſacrificare poſſet. *Bereſchit Rabba* fol. 71. Et *Miſchna* in זבחים c. 14. *Antequam tabernaculum exſtructum erat, licita erant loca excelſa* ועבודה בבכורות *et cultus a primogenitis peragebatur.* Sic *Exod.* XXIV, 5. Sacerdotes *iuniores filiorum Iſrael* vocantur, et ſunt ſecundum *Onkelos*, *primogeniti Iſrael qui immolarunt.* De primogeniti priuilegiis quoad Sacerdotium, et haereditatem vid. *Caput octauum.* Tit. בכורות. De diſputatione inter Iſraelitas et Arabes circa haereditatem Iſmae-

Digitized by Google

Iſmaelis praeſente Alexandro Magno. vid. *Alexander* et *Bereſchit Rabba* fol. 68.

Praeceptum de Primogenitis valet in et extra terram Iſrael. *Maimon.* de primogen. cap. 1. §. 5. Illud praeceptum omnes obſtrictos tenet ſ. ſint Sacerdotes ſ. Leuitae ſ. Iſraelitae. *ibid.* §. 7. Primogenitus animalium comedebatur intra annum ſuum, qui quomodo computandus vid. *ibid.* §. 8. Non dant ſacerdoti animal, cum primum natum eſt, ſed educant illud prius propter honorem ſacerdotii. *ibid.* §. 14. De dubiis caſibus circa primogenitos *ibid.* cap. 2. tot. et cap. 5. tot. Primogenitum animal non mactabatur, niſi ad mandatum certi cuiusdam Praefecti. *ibid.* cap. 3. §. 1. De inquiſitione in primogenita animalia a certis perſonis facta. *ibid.* cap. 3. tot. De primogenito animali lacero. *ibid.* cap. 3. §. 10. Primogenitos Leuitarum quomodo numerauerit Moſes. *Tanch.* fol. 60. col. 1. poſt init. Primogenitus accipit duplicem portionem. *ibid.* fol. 31. col. 4. poſt med. Primogeniti quondam ſacra adminiſtrarunt *Rabboth* fol. 175. col. 4. init. et 177. col. 2. med. et col. 3. tot. fol. 181. col. 3. poſt init. tot. fol. 57. col. 3. init. Quare Leuitae primogenitis ſubſtituti. *ibid.* fol. 177. col. 2. tot. et col. 3. tot. Quare primogeniti quinque ſiclis redimi debeant. *ibid.* col. 2. circ. fin. Quomodo primogeniti fuerint redemti. *ibid.* col. 4. init.

PROCESSVS iudicialis. Vid. *Iudicia.* Item *Teſtes.*

✱ PROCLVS Philoſophus. De diſceptatione quadam Procli philoſophi et R. Gamalielis, in balneo veneris lauantis. *Auoda Sara* cap. 3. miſchn. 4.

PRODITOR. *Probibitum eſt, Iſraelitam in manus Ethnicorum prodere vel quoad perſonam ſuam, vel quoad bona ſua* etc. *Et quicunque Iſraelitam ita tradiderit, par-*

Digitized by Google

tem nullam habebit in ſeculo futuro. Maimon. in חובל ומזיק cap. 8. Ex quo apparet quid de proditore Iuda, ipſimet ſenſerint patres conſcripti. Ex ſententia gentis locutus eſt Petrus Apoſtolus de *Iuda Actor.* I, 25. quando inquit, *abiit in locum ſuum.* Idem enim de Bileamo dixit *Baal Haturim Num.* XXIIII, 25. *Abiit Bileamus in locum ſuum;* hoc eſt, inquit ille, ירד לגהנם *deſcendit in Gehennam.*

* **PROMISSIO.** Iuſti promittunt pauca, ſed praeſtant multa, impii contra promittunt multa, ſed praeſtant pauca. *Tanch.* fol. 7. col. 2. fin. ſeq.

PROMOTIO vid. *impoſitio manuum.*

PROFLVVIOSA. De remediis pro profluuio laborantibus vid. *Medicina.* De זבה גדולה *profluuioſa magna*, et זבה קטנה *profluuioſa minori* vid. *Nidda* cap. 2. Hal. 4. *Maimon. Iſſure Biah* cap. 5. et 6.

PROPHETA. In quonam honoris gradu ſit, vid. *Honores.* Seniorem ex ſapientibus prophetae praefecerunt in *Hieroſ. Berachoth* p. 3. col. 2. in fin. *Propheta et ſenex ſimiles ſunt Regi* ששולח ב׳ פלמטרין *qui mittit duos legatos ſuos in vnam regionem; de vno ex ipſis ſcripſit* אם אינו מראה לכם חותם שלו וסמנטיקין שלי אל תאמינו לו *ſi vobis non oſtenderit ſigillum et ſignum meum, ne fidem ipſi adhibeatis; de altero vero, credite ipſi, quamuis nec ſigilla nec ſigna mea oſtenderit.* Prior eſt Propheta, alter ſenior.

Omnes Prophetae in vniuerſum לא נתנבאו אלא לימות המשיח *non prophetarunt niſi de diebus Meſſiae.* Dixit R. Iochanan: omnes Prophetae non prophetarunt niſi de iis qui poenitentiam egerunt. *Sanhed.* fol. 99. 1. Per decem אספקלריות, *ſpecula* viderunt Prophetae; Moſes autem vidit tantum per ſpeculum vnum; omnes Prophetae viderunt per ſpeculum maculatum; ſed Moſes vidit per ſpeculum nitidum. *Vajikra Rabba* ſect. 1.

Credi-

Crediderunt Iudaei, in aduentu Meſſiae reſuſcitandos fore prophetas. *Sanhed.* fol. 91. 2. *Vox ſpeculatorum tuorum, vocem extulerunt. Iubilabunt ſimul.* Eſai. LII. 8. *Dicit Rabbi Chaia Bar Abba, Dicit R. Iochanan, omnes Prophetae edunt canticum ſimul voce vna* Ibid. fol. 92. 2. *Omnes iuſti quos reſucitabit Deus a mortuis, non redibunt* in puluerem. Gloſſ. *quos reſuſcitabit in diebus Meſſiae.* *Succa* fol. 51. 2. *Suſcitabimus ſeptem Paſtores. Dauidem in medio, Adamum, Sethum, Methuſalemum a dextra eius. Abrahamum Iacobum et Moſen a ſiniſtra. Atque octo primates hominum. Ieſſe, Saul, Samuel, Amos, Zephaniam, Ezechiam* (vt notat Kimchi) *Meſſiam et Eliam.*

§. De Prophetarum veſtitu particulari vid. *Leusd. Philol. Mixtum* p. 151.

§. נביא שקר Pſeudo-Propheta eſt, qui vaticinatur quod non audiuit, et quod ipſi dictum non eſt. Si quis vero Prophetiam ſupprimat, aut addiderit ad verba Prophetae, ipſiusque verba non obſeruauerit, is a Deo punietur (מיתתו בידי שמים *Mors eius erit per manus coeli*, homines ipſum non puniunt, ſed iudicio Dei relinquitur.) qui prophetat in nomine idoli, his verbis, ſic dicit Iupiter, etiamſi nihil in receptis ſtatutis mutet, ſed omnia ſecundum ius iudicet, tamen ſtrangulatur, *Sanhed.* cap. 10. 5. 6. Pſeudo-Prophetae et ſummi ſacerdotes a nemine niſi Synedrio magno diiudicari poſſunt. *Sanhed.* 1. 5.

Poſt obitum Prophetarum vltimorum, qui fuerunt Hagai, Zacharias Malachias, diſceſſit Spiritus Sanctus ab Iſraele, veruntamen exinde vſi ſunt τῷ *Bath Kol. Bab. Sanhed.* fol. 11. 1. *Iuchaſin* fol. 15. 2. *Poſt integros mille annos a legis promulgatione ablata eſt prophetia ab Iſraele, et Alexander Hieroſolymas venit.*

Notam circa citationem Prophetarum in N. T. vid. apud *Ieremiam.*

Deus arcana ſua Prophetis reuelat. *Tanchum.* fol. 7. col. 4. p. med. fol. 49. col. 2. med. Quidam igno-

ranter vaticinantur. *Wagenſeil* Sota p. 1109. Quaecunque Prophetae in poſterum etiam vaticinabuntur, ea iam omnia acceperunt de monte Sinai. *Tanch.* fol. 28. col. 1. poſt init. A Moſe omnes acceperunt Prophetiam. *ibid.* fol. 64. col. 4. circ. fin. De Prophetis Eldad et Medad, quorum laus recenſetur. *ibid.* med. Quot prophetae et Prophetides fuerint in gente Hebraea, *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 75. *Rabboth.* fol. 267. col. 3. poſt init. fol. 278. col. 1. circ. med. Num miracula veri Prophetae ſigna ſint. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 260. col. Omnia miracula, quae Deus olim facturus eſt, facta iam ſunt per Prophetas. *Rabboth.* fol. 319. col. 1. poſt med. De prophetis et prophetia. *Abarb.* in Prophet. prior. in Indice. Quando et ſub quibus Regibus ſinguli prophetae vixerint. *Voiſin* Pug. fid. p. 18. a. Si quis Propheta ad idololatriam vel ad momentum exercendam hortaretur populum, non tenebantur ei obtemperare, ſed ſi ad alia praecepta transgredienda ad tempus ſuaderet, optemperandum ei vtique erat. *ibid.* p. 69. 70. Prophetiarum ſcopus eſt Meſſias. *Cramerus* ad Succa. p. 522. Quodnam diſcrimen ſit inter Prophetas gentium et Iſraelitarum. *Rabboth.* fol. 126. col. 2. poſt init. fol. 136. col. 3. ante fin. fol. 47. col. 3. init. fol. 67. col. 3. init. De Prophetis gentium. *Rabboth.* fol. 136. col. 3. poſt med. fol. 319. col. 4. poſt init. Decem ſunt nomina, quibus Prophetia deſignatur in ſcriptura. Rabboth. fol. 40. col. 2. poſt med. Pſeudo-Propheta non niſi a Synedrio 71. virorum poteſt iudicari. *Sanhedr.* cap. 1. miſchn. 5. Pſeudo-Propheta et qui prophetizat in nomine idoli, ſtrangulatur. *ibid.* Cap. 11. miſchn. 1. Duo Pſeudo-Prophetae migrarunt in Babel, Achab בן קוליה et Zedekia בן מעשיה et quaenam ibi perpetrauerint facinora. *Tanch.* fol. 42. col. 2. poſt init.

✱ PROPINQVVS Quinam dicendi ſunt propinqui. *Sanhedr*. Cap. 3. miſchn. 4

✱ PROPITIATORIVM. Deſcriptio Propitiatorii. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 13.

PROSELYTISMVS. vid. *Noachida*. Item *Baptiſmus*.]Proſelyti Tadmoraei ſunt idonei vt introeant in congregationem. *Hieroſ. Ieuamoth* fol. 3. 2.

Mirum eſt quod Phariſaei Proſelytos tam anxie et ſedulo captauerint (Math. XXIII. 15.)cum tamen apud Talmudicos peſſime audi nt. Bab. *Nidda* fol, 13. 2. גרים והמקשים הינוקות מעכבין את המשיח *Tradunt Rabbini noſtri, Proſelyti et Paederaſtae impediunt aduentum Meſſiae.* גרים לישראל כספחת *Proſelyti ſunt ſicut ſcabies Iſraeli.* (*Gloſſa*) *Ideo quod non eſſent periti mandatorum, quodque inducerent vindictas, atque inſuper, quod forte eorum opera imitarentur Iſraelitae.* Vid. *Proximus*

Geneſ. XII. 2. Dicuntur Abraham et Loth *feciſſe animas in Charan:* quae verba Interpretes non intelligunt de *generatione animarum vel hominum*, ſed de hominibus, quos illi ab Idololatria conuerſos Deo lucrifecerunt. *Sic Aben Eſra, ſunt animae quas docuerunt veritatem vt colerent Deum.* Salomo Iarchi נפשות שהכניסון תחת כנפי השכינה אברהם מגייר את האנשים ושרה מגיירת את הנשים: *Animas quas congregarunt ſub alas Maieſtatis Dei. Abraham proſelytos fecit viros, Sarah feminas.* Ita vt ſecundum Aben Eſram עשו *fecerunt*, idem ſit ac קנו *acquiſiuerunt.*

De Proſelytis vid. Clariſſ. *Leusdenium* in Philoalogo *Hebr. Mixto*. Lex. *Buxt*. Talmud. in rad. גור.

Connubii apud Iudaeos cum proſelytis ius. *Wagenſeil*, Sota. p. 142. ſeq. Proſelyti iisdem beneficiis ac Iſraelitae gaudent. *Abarb*. in prophet. prior. fol. 203. col. 3. De proſelytis et quomodo recipiantur a Iudaeis *Edzard*. Auod. Sara Cap. 1. p. 190. ſeq. Quam gratus Deo ſit Proſelytus. *Tanch*, fol. 5. col.

Digitized by Google

5. col. 3. poſt med. *Rabboth* fol. 184. col. 1. fin. col. 2. tot. col. 3. ante med. fol. 186. col. 1. poſt init. fol. 135. col. 4. med. Omnes proſelytos recipit Deus praeter Amalekitas. *Tanch.* fol. 84. col. 3. poſt init. Proſelyto in decimam vsque generationem non eſt fidendum. *Edzard.* Berachoth. p. 244. ſeq. Qui proſelytus factus eſt in veſpera Paſchatos; quomodo is comedat Paſcha ſuum. *Tanch.* f. 5. col. 3. poſt med. Proſelyti non debent differre circumciſionem *ibid.* fol. 6. col. 3. poſt med. Etiam Proſelyti, qui legi operam nauant, aequiparandi ſunt ſacerdoti ſummo *ibid.* fol. 39. col. 1. poſt init. Proſelytus qui recipit vniuerſam legem vnica tantum excepta, non admittitur. *ibid.* fol. 41. col. 4. poſt init. De Proſelytis portae et iuſtitiae *Zornius* Hiſtor. Hecataei. p. 46. it. opuſc. ſacr. tom. 2. p. 176. not.

✱ PROSEVCHAE. De Proſeuchis Iudaeorum ad littora exſtrui ſolitis. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1467. *Petr. Zornii* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 153. it. ad Hecataeum. p. 160. it de fiſco Iud. p. 294.

PROXIMVS, eſt Iſraelita religione et cultu, hoc eſt proſelytus; *Frater* vero Iſraelita genere et ſanguine; Hinc *Aruch* in בן בריח excludit ethnicos in illo dicto, *ſi bos tuus ferierit bouem proximi* etc. quoniam illi ſub nomine קרוב non veniunt *Maimonides* Hal. *Rozeah* cap. 2. dicit, Iſraelitam qui interficit aduenam inquilinum, qui proſelytus factus non eſt, morte mulctantum non eſſe, quia praeceptum Exod. XXI. 14. ſolum de eo ſonat qui proximum occiderit, quales tales inquilini, vt et reliqui ethnici non ſunt. Sub Euangelio eadem latitudine adhibetur frater, qua apud Iudaeos et *frater* et *proximus*, id eſt pro omnibus Euangelium profitentibus, et contradiſtinguitur *Ethnicis* 1. Cor. V. 11. Proximus autem ad omnes extenditur etiam a religione noſtra alienos. Luc. X. 29. 30.

Cor-

Digitized by Google

Corripere proximum priuatim, oportet. *Wagenſeil.* Sota. p. 204. Proximum autem opprimere non licet *Tanchum.* fol. 8. col. 3. p. init.

PROVIDENTIA duplex eſt השגחה הכוללת *Prouidentia generalis*, et פרטית *particularis*. R. Leui in *Iob.* 3. ſcribit, *Iobum ſenſiſſe*, quod ההשגחה האלוהית אינה באישי האדם כלל, כל שכן בשאר בעלי חיים *Prouidentia diuina ſe non extendat, ad ſingularia hominis, multo minus ad ſingularia reliquorum animantium, quae reguntur partim naturalibus partim coeleſtium influentiarum motibus et inclinationibus.* Etiam alii fuerunt in hac ſententia. Vid. עקדת יצחק fol. 145. col. *More Nevoch.* p. 3. cap. 17. 18.

✱ PSALMI. De Pſalmis graduum. *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 230. col. 1. De Pſalmis varia *ibid.* in Indice. Pſalmi a Iudaeis ad Magiam transferuntur. *Edzard.* Auod. Sara Cap. 2. p. 350. Pſalmus LXXXXVIII. cur dicatur orphanus *ibid.* p. 213. De autoribus Pſalmorum Dauidicorum. *Rabboth.* fol. 264. col. 3. circ. fin.

PVBERTAS incipit in puellis ab anno duodecimo et ſex menſibus; in maſculis vero ab anno decimo tertio et ſex menſibus; etſi non in articulo iſto temporis ſita ſit haec res, ſed praecipue in productione duorum pilorum באותי מקום *Aruch* et *Nidda* fol. 65. 1. *Kidduſchin* fol. 79. 1. Puber Maſculus vocatur בגר, foemella vero בוגרת, quae ad annum 12. completum vocatur נערה, vsquedum ſex menſes effluxerint, a quibus deinde בוגרת, nominatur. *Maimon.* in *Hal. Iſchut* cap. 2. Filia quando pubuit, libera eſt a poteſtate patris. *Nedarim* 47. 1. vid. Adoleſcentula.

PVBLICANI genti Iudaicae admodum fuerunt odioſi. *Maimon* in *Geſelah* cap. 5. *Homines de quibus praeſumitur eos fures eſſe, praeſumiturque omnes eorum opes per rapinas congeſtas eſſe, opusque totum ſuum eſſe opus rapa-*

Digitized by Google

rapacium, *veluti Publicanorum et latronum, quibus uti non licet, nec eſt eorum nummus cum tuo commiſcendus, eo quod praeſumitur ex rapina acquiſitus.*

Bab. Sanhed. fol. 25. 2. recenſentur illi, qui nec ad iudicandum nec ad teſtimonium dicendum idonei ſunt, et in ipſorum numerum recenſentur etiam הגבאין והמוכסין *Exactores et publicani.*

Nedarim cap. 3. v. 4. Coniunguntur Publicani cum ſicariis et latronibus נודרים להרגין ולמוכסין *Iurant Sicariis, latronibus et publicanis. Haec eſt oblatio, quamuis oblatio non ſit;* Et ita licet eos fallere: idque iuramento.

Nec immerito tam ignominioſe de ipſis loquuntur, oneri enim addiderunt onus. *Maimon.* vbi ſupra. *Quando Publicani reputandi ſunt pro furibus? Quando ſcilicet publicanus eſt gentilis: vel quando ex ſe ipſo illud muneris vſurpat, vel quando a Rege deputatus non definitam ſummam exigit, ſed pro arbitrio.*

Bab. Sanhed. fol. 25. 2. *Aruch.* in מכס *Cum Rex tributum definiret a Iudaeis exigendum, ab vnoquoque ſecundum facultates ſuas, hi publicani ad rem ordinandam deputati,* προσωποληπται *facti ſunt, hos onerantes, illis indulgentes, et ſic facti ſunt depraedatores.*

Laudandus eſt Pater R. Zeirae, qui cum publicanus foret per annos tredecim, onera tributorum non grauauit ſed emolliuit.

Publicanos nullo modo reputarunt intra ſocietatem religioſam *Hieroſ. Demai* fol. 23. 3. חבר שנעשה גבאי דוחין אותו מחבורתו *religioſus qui euadit publicanus, pellendus eſt e ſocietate religioſa.*

Ex Maimonide modo citato vides publicanum duplicem eſſe, *ſpontaneum* ſcilicet et a *Rege conſtitutum.* vid. etiam *Nedarim* fol. 28. 1

Publicani ſpecialem ſignaturam habebant, quae *Schabbath* c. 8. vocatur קשר מוכסין et erat duarum litterarum maiuſcularum in chartula aut alia materia, quae dabatur illi qui vectigal totum ſoluebat ab vna fluminis parte, qua oſtenſa, in altera liber erat. Tali ſignatura etiam

Digitized by Google

etiam vtebantur qui decimas recipiebant. *Maimon.* in *locum.*

De publicanis in genere *Petr. Zorn* de fiſco Iud. p. 135. ſeq. De Iudaeorum odio in publicanos et horum diſtinctione. *Bava Kama* Cap. 10. miſch. 1. et Bart. Maimon, et l'Empereur ad h. l.

✱ PVERPERAE. Mulieres ob quot peccata moriantur tempore partus. *Tanchuma* fol. 2. col. 4. circ. fin. fol. 50. col. 4. poſt med. Quare puerperae ſacrificium offerre debuerint. *ibid.* fol. 48. col. 3. poſt med.

✱ PVLCHRITVDO. Quomodo benedicere debeat is, qui hominem pulchrum videt. *ibid.* fol. 11. col. 3. p. med. Non fuit pulchrior femina Rahele. *ibid.* fol. 11. col. 3. p. med. Qui ducit vxorem pulchram, filium gignit rebellem. *ibid.* fol. 83. col. 2. poſt init. Pulchritudo R. Iochananis *Edzard.* Berachoth. p. 195.

PVLVEREM terrae Ethnicae ex contactu inquinare docuerunt Scholae Scribarum.

Toſipht. ad Kelim cap. 1. *Puluis Syriae inquinat aeque ac puluis reliquarum regionum Ethnicarum.*

Bab. Sanhedr. 12. 1. *Traditionalis quidam ait, non afferunt olera e terra Ethnica in terram Iſraeliticam; at Rabbini noſtri permiſerunt. Quidnam eſt inter ipſos diſcrepantiae. R. Ieremiah dicit* חוששין לגושיהן איכא בינייהו *Cura de puluere eorum eſt inter eos* Gloſſ. *Cauent, ne cum oleribus afferatur aliquid de puluere terrae Ethnicae, quod inquinet in tentorio, et inquinet puritatem terrae Iſraeliticae.*

Bab. Schabbath. fol. 15. 2. *Ob ſex dubia comburunt Trumam: ob dubium agri in quo olim ſepulchrum, ob dubium pulueris allati e terra Ethnica* etc. Gloſſa. *Quia de omni puluere terrae Ethnicae dubitari poteſt, an non fuerit de ſepulchro mortui.*

Gloſſ. in *Sanhed* fol. 5. 2. Nonne de terra Ethnica determinatum eſt, quod immunda aeque ſit ac ſepulchretum?

Ex

Ex quibus clare intelligere poſſumus, quid voluerit Chriſtus Math. X 14. ἐκτινάξετε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν. *Scilicet, vbicunque vos non exceperit vrbs Iſraelitica; cum inde diſcedetis, excutiendo puluerem a pedibus veſtris demonſtrate; vos vrbem iſtam, vtcunque Iſraeliticam, pro Ethnica; profana, et impura reputare atque abominari.*

De Sanctitate pulueris terrae Iſraeliticae vid. *Aegyptios. Maimon* in *Hal. Melach.* C. 5.

גדולי החכמים היו מנשקין על תחומי ארץ ישראל ומנשקין אבניה ומתגלגלין על עפרה: *praeſtantiores ex ſapientibus, exoſculati ſunt fines terrae Iſraeliticae, exoſculati ſunt lapides eius; et ſe circumuoluerunt in puluere eius* ſ. d. *Pſalm.* 2: 15.

De puluere adhibito in potatione *Sotae*, vide *Aquae amarae potatio.*

PVPILLVS. Curatores quondam pupillis conſtituebantur. *Bava Kama* Cap. 4. miſch. 4. Deus amat pupillos. *Rabboth.* fol. 119. col. 1. circ. fin. Qui pupillos nutrit, quotidie quaſi erogat Eleemoſynas *ibid.* fol 343. col. 4. ante med.

PVRGATORIVM vocant Iudaei בית צירוף; quaſi domum, vbi animae a peccatis, vt aurum ab igne per liquefactionem a ſcoriis purgatur. De hoc Iudaeorum purgatorio vid. Cl. *Buxt. Synag.* 331. *Voiſin. pug. fid.* 136. 141.

PVRITAS, PVRIFICATIO. De puritate vid. *Lotio. Inmundities.* Incolae vrbis מודעית *Modaith* in vrbe ſua exiſtimantur puri circa vaſa fictilia, ſed non extra ipſam. Exactores qui in domum ingreſſi ſunt, et fures qui reddiderunt vaſa ſurrepta, creduntur dicentes: non tetigimus. *Chagiga* cap. 3. De illis qui in omnibus de puritate creduntur, vid. נאמן. De ſocietatibus religioſis puritatem vouentibus vid. חבר. *Phariſaei.*

De oblationibus leproſorum poſtquam mundi facti ſunt. vid. *Leproſus.* De puerperarum oblationibus vid. *Sacrificia.* In monte olitueti erant duo cedri tantae magni-

Digitized by Google

gnitudinis, vt ſub vna illarum quatuor fuerint tabernae, in quibus omnia ad purificationem neceſſaria vendebantur. Ex altera vero vnoquoque menſe, circa quadraginta Seas columbarum produxerunt, in vſum feminarum purificandarum *Hieroſ. Taanith.* fol. 69. 1. De pueris aquam purificationis aſpergentibus. vid. *Atrium magnum:* De Hyſſopo qua aquae aſperſionem faciebant. Vid. ſuo loco. De cineribus vaccae rufae, quae, ad aſperſionem adhibebantur. vid. *vacca rufa.*

✱ PVTEVS. Nemo debet effodere puteum prope puteum proximi. Bava Bathra Cap. 2. miſchn. 1. Quousque arborem ſeparent a puteo proximi. *ibid.* miſchn. 11.

✱ PVTHAEI. Aegypti gens, de qua vide *Petr. Zorn* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 364.

PYTHON πύθων Hebr. פִּיתוֹם diuinator qui adminiculo mali ſpiritus vaticinia edit. *Maimon Auoda Sara* cap. 6. fol. 32. האוב זה שהוא עומד ומקטיר קטורת ידועה ואוחז שרביט של הדס בידו ומניפו *Python fuit, qui ſtabat et adolebat ſuffitum certum et notum, tenebatque virgam ex myrto in manu ſua et agitabat eam. Ipſe vero murmurabat ſubmiſſe verba quaedam nota apud ipſos; donec audiret ea interrogans, quaſi aliquis loqueretur cum ipſo; et reſponderet ei ad id, quod quaerebat ipſe verbis, quaſi ex terra; voce depreſſa admodum, vt fere auribus percipi non poſſet, ſed cogitatione perciperet eam* וכן הלוקח גולגולת המת ומקטיר לה ומנחש בה *Ille quoque Python eſt, qui accipiebat cranium mortui, ac ſuffitum faciebat ei, muſſitabat eo donec audiretur, voce quaſi ex axillis prodeunte, ſubmiſſe admodum et reſpondebat ei.* כל אלו מעשה אוב *Omnia illa ſunt opera Pythonis, et qui vnum faciebat ex illis, lapidabatur.*

Bartenora in *Sanhed* Cap. 7. miſch. 7. fol. 65. 1. vbi de Pythonibus agitur, ſic infit. Sunt Pythones, qui accipiunt cranium hominis mortui, cuius caro iam abſumpta eſt, eique ſuffitum faciunt; poſtea quaerunt

ex

ex eo futura, et cranium illud reſpondet, nempe per ſpiritum in illud arte magica inductum.

De Pythonibus vid. *Aruch* in אוב. *Aben Eſram* in Iob. XXXII, 19. *Seldenum de Diis Syris* pag. 39. de Magis et Daemoniacis vid. ſuo loco.

De Pythone, per anagramma Typhone, ab Apolline victo, vid. *Edmund. Dikinſoni* Delphi Phoenizantes cap. I.

Q.

קפוטקיא *Kapputkeja*, *ſeu Cappadocia*, apud Talmudicos ſignificat *Peluſium*. *Ketubhot* fol. 110 2. et 120. 2. נשא בקפוטקיא וגירשה בקפוטקיא נותן לה מעות קפוטקיא: *Si quis uxorem ducat in Cappadocia, eamque dimittat in Cappadocia, det ei nummum Cappaddociae.* Rambam in loc. קפוטקיא *eſt Caphtor*, *vocaturque ab Arabibus* טמיאטי, *Damiata* quam eandem eſſe cum Peluſio, nemo ignorat.

QVADRANS. Marcus cap. XII, 42. ſic inſit. λεπτὰ δύο, ὅ ἐςὶ κοδράντης. Confer *Hieroſ Kidduſchin* fol. 58. 4. ב״ פרוטות קדריונטס *duae prutae ſunt quadrans. Bava Metzia* fol. 44. 2. *Pruta eſt octaua pars Aſſarii Italici. Aſſarium eſt viceſima quarta pars denarii argentei.* Vid. *Denarius* et *moneta*.

R.

RABBI. De origine huius tituli ſic *Aruch* voce אבי. *Secula vetuſtiora, quae digniora erant, non opus habuerunt titulo vel Rabban, vel Rabbi, vel Rabb, ſiue ad Sapientes Babylonicos, ſiue ad Sapientes terrae Iſraeliticae cum honore deſignandos: Hillel aſcendit Babylone et tamen non vocatus fuit Rabbi Hillel, ſic nec Haggai nec Eſra titulo Rabbinatus inſigniti fuerunt. Titulus Rabban autem inc*epit

Digitized by Google

cepit in praefectis Synedrii; a Rabban Gamaliele ſene, et Rabban Simeon filio eius itemque a Rabban Iochanan Ben Saccai. Titulus Rabbi vero incepit a promotis (ad Presbyteratum) *a Rabbi Zadock et R. Elieſer Ben Iacob.*

Reperiuntur tamen exempla, in quibus videmus etiam ante illa tempora nomen Rabbi vſitatum *Bab. Maccot* fol. 24. 1. Ioſaphat introducitur ſic diſcipulum ſapientis alloquens אבי אבי רבי רבי מרי מרי *o Pater, Pater, Rabbi, Rabbi, Domine, Domine*, in *Sanhed.* fol. 107. 3. Ioſua Ben Perachiae appellatur *Rabbi Ioſua.* Sed non ita frequens in ore hominum fuit ac poſt Schiſma Hillelianorum et Schammaeanorum.

De gradu horum titulorum ſic loquitur *Aruch* vbi ſupra. *Maior eſt Rabbi quam Rabh, et maior eſt Rabban quam Rabbi, et maior eſt qui non in ſuo* (ſimplici vocatur, quales ſunt Antigonus Sochaeus, Schemaia, Abtalion, Gebhina Ben Peſiſa, Schammai Calba Schuaua, Admon, Chanan) *quam qui appellatur Rabban.*

Quod titulum Rabbi attinet, in more fuit, illo tanquam honorario alios ſalutare, ſic diſcipuli ſalutabant ſuos magiſtros, ſic etiam magiſtri ſe inuicem.

Quod diſcipuli ſic magiſtros ſalutauerint, patet ex *Bab. Berachot* fol. 27. 1. *Qui orat poſt tergum magiſtri ſui, et qui ſalutat magiſtrum ſuum aut reſalutat magiſtrum ſuum, et qui aliquid docet, quod non audiuit a magiſtro ſuo, facit vt diſcedat Maieſtas diuina ab Iſraele.* Gloſſa in verba, *qui ſalutat ea forma verborum, qua alios homines ſalutat, et non dicit ei* שלום עליך רבי *Salue, Rabbi,* etc. vid. etiam *Hieroſ. Schevuot* fol. 34. 1.

De Magiſtris ſe mutuo ſic ſalutantibus ſonat *Hiero. Moed Katon* fol. 81. 1. R. *Akiba dixit R. Eleaſaro Rabbi, Rabbi.* *Bab. Taanit* legitur hiſtoria de homine quodam deformi, qui erat magiſter et qui R. Elieſerem ſic ſalutauit שלום עליך רבי מורי *ſalue Rabbi et Magiſter;* non enim hunc deformem Rabbinatus capacem credebat.

§. De Rabbinorum diſtinctionibus in גאונים et אמורים vid. Cl. Buxt. in Rad. de סבוראים vid. *Voiſin* pug fid pag. 62. *Schalſchelet Hakab.* p. 34. 2. De Miſnicis Doctoribus.

ribus iam quaedam in hiſtoria noſtra complexi ſumus: plurima huic operi in ſuis locis inſperſa reperies.

§. Vocantur in Talmude quidam Rabbini דרומאיא *Auſtrales*, vt ר׳ יעקב דרומיא R. Iacob Auſtralis in *Hieroſ. Succa* fol. 53. 4. et R. Samlai דרומיא *Auſtralis* in *Hieroſ. Berach.* fol. 11. 4. Si quaeris rationem illius nomenclationis, obſerua illos fuiſſe e Iudaea, quae דרום *Auſter* reſpectu Galilaeae vocatur. vid. *Iudaea*.

A tempore Simeonis, filii Hillelis, et Iochanan, filii Zachaei, notat autor Tzemach Dauid, nomen Rabban et Rabbi eſſe introductum in terram Iſraelis, quemadmodum Babylonici ſapientes Rab et Mar dici coeperunt. *Voiſin.* Pug. fid. p. 14. a. *Buxt.* Abbrev. p. 172. ſeq. it. Lex. Talmud. p. 2176. ſeq. A tempore Ben Aſcher et Ben Naphtali doctores Iudaeorum non alio, quam ſapientum et Rabbinorum nomine inſigniti fuerunt. *Voiſin.* Pug. fid. p. 62. b. fin. De titulo Rabbi et variis doctorum Iudaicorum titulis. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 59. et 105. De Rabbinis et Iudaeorum erga eos reverentia. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. in indice. it. Berachot in indice. De promotione per manuum impoſitionem. *Wolf.* Bibl. hebr. part. III. p. 651. Rabbinorum veſtes cur tam cito atterantur. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 326. ſeq. Conſtitutiones Rabbinorum conſtitutionibus legis multo ſunt inferiores. *Tanch.* fol. 1. col. 3. med. Rabbinorum ſtatuta praeferenda ſunt ſtatutis ſcripturae. *Auodh Sara* cap. 2. miſch. 5. et Interpp. h. l. *Rabboth* fol. 211. col. 1. med. Rabbinorum, praecipue veterum, et doctorum Miſchnicorum tanta eſt auctoritas, vt aperte dicant Iudaei: מי הוא זה אשר יפצה פיו נגד הדירים הגדלים quis audeat os ſuum aperire contra eximios illos anteſignanos? *Dauid Gans* Tzemach Dauid in prima parte chronol. ad ann. 892. millen. tertii. Quotieſcunque in Miſchna ſimpliciter dicitur Rabbi, tunc intel-

intelligitur R. Iehuda ſanctus, ſextus ab Hillele ſene, qui in ordinem redegit libros Miſchnicos. *Pokok.* Port. Moſis. p. 125. Rabbini veteres litterarum ſtudiis opificia iungebant. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 60. Rabbini conſtitutiones quasdam immutarunt, vt auerterent homines a praeuaricatione. *Berachot* cap. 1. miſch. 1. Habebant quondam Rabbini ſuos interpretes, qui, quae ipſi ſubmiſſius dicebant, clariore voce auditoribus repetebant. *Wagenſeil.* Sota p. 823. Rabbinorum veterum ſuperbia. *ibid.* p. 109. Illorum immodeſtia. *ibid.* p. 170.

RACEMATIO, quae pauperibus relinquenda, vocatur עוללה et פרט et definitur per הנוחר בשעה הבציר *id, quod decidit vel remanet tempore vindemiae.* Debent autem baccae vel grana ſeparatim decidere, ſi פרט eſſe debent, ſecundum hanc regulam שני גרגרין פרט שלשה אינה *duo grana racematio ſunt, ſed non tria.* Si quis caniſtrum ſupponeret ad recipienda decidua grana, ille eſt גוזל *defraudans pauperes. Peah* 7. 3.

Omnes vuae, quibus non eſt כתף nec נטף (vid. Buxtorf. Lexic.) ad racemationem pertinent. Si in tota vinea ſolummodo tales vuae reperirentur, imo vinea tam paucas produxiſſet, vt iam vindemiata eſſe videretur, Akiba illam totam pauperibus attribuit. Si quis vineam ſuam ſanctificauerit, vt fructus eius in templi vſum cedant, antequam ſcire potuerit, an illo anno paruulas tantum vuas, quae ad racemationem pertinent, producturus ſit, tunc vinea illa pauperibus non datur, at ſi illam ſanctificat, poſtquam viderit illam racemos tantum aliquos habere; pauperibus relinquitur. *Peah* vbi ſupra v. 4. 5. et vlt.

* RAHAB. De qua vid. *Abarban.* in Prophet. prior. in indice. *Rabboth* fol. 279. col. 3. med.

RASVRA. Hos radebant in feſto, qui veniunt ex prouincia maritima, (ſi illuc negotii vel mercatu-

rae cauſſa ſe contulerant) qui veniunt ex captiuitate, aut ex carcere dimittuntur. Qui excommunicatus erat, ſed per ſapientem ſolutus eſt; Naſiraeus etiam poſtquam votum ſuum exequutus eſt. *Moed Katon* cap. 3. 1.

Summus ſacerdos radebatur raſura illa, quae לוליינית κοχλιάδης vocatur. *Nedar.* fol. 51. 1. *Sanhed.* fol. 22. 2. aeſtimabatur illa pulcherrima, et ita ſe habebat, vt caput pili vnius pertingeret ad radicem pili alterius.

De raſura vid. *Coma.*

Iudaei non debent raſuram admittere a gentibus. *Auoda Sara* cap. 2. miſchn. 2. Raſi dicuntur Iudaeis monachi imprimis, omnesque Chriſtianorum ſacerdotes. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 58. De raſura capitis licita et illicita. *Rabboth* fol. 236. col. 4. ante med.

ריקה *Raca* eſt vox contemnentis ſummo contemptu, et apud Hebraeos vſitatiſſima.

Tanchum. fol. 5. col. 2. *Rediit quidam ad poenitentiam: Dixit ei vxor* ריקה *Raca, ſi ſtatutum eſt poenitentiam agere, ipſum, quo te accingis, cingulum non erit tuum.*

Idem fol. 18. col. 4. *Dixit Ethnicus Iſraelitae, paratum tibi apud me eſt eſculentum appoſitiſſimum. Quale nam eſt illud? inquit Iudaeus, reſpondit alter, caro ſuilla, ad quod Iudaeus* ריקה *Raca, etiam de mundis apud vos non eſt comedendum.*

Midraſch Tillim in Pſalm. CXXXVII. *Nupta eſt regis filia ſordido cuidam nebuloni; imperat ille, vt ſibi adſtaret vt ſeruula. Cui illa, Raca, ego ſum filia Regis.* Vid. idem fol. 38. col. 4.

Bab. Berachot fol. 32. 2. Religioſus quidam in via orans ſalutatus a duce non reſalutauit, expectauit ille donec orationem finiiſſet, deinde ei dixit, ריקה *Raca*, ſcriptum eſt in lege veſtra, etc.

REFVGII vrbes. vid. *Aſylum.*

* REPTILIA. Dubius fuit Moſes circa reptilia, donec Deus ea ſubiecerit oculis eius. *Tanch.* fol. 47. col.

2. poſt

2. poſt init. Reptilia omnia ſunt venenata; *Edzard. Aued, Sar. cap.* 2. p. 93.

REPVDIVM. Vix copioſius vllum caput doctrinae Talmudicae tractatur ac illud de repudio. In omnibus autem praecipua ipſorum ſollicitudo eſt, vt legitimam formam et modum determinent repudii, de iuſta cauſſa parum anxii.

Gloriantur ſibi ſolis datum eſſe hoc priuilegium, repudiare vxores. *Hieroſ. Kidduſchin* fol. 58. 3. *Malach.* II. *per totum capitulum Deus vocatur Dominus exercituum, vocatur autem Deus Iſraelis, quando inquit* כי שנא שלח *ſi odio habes, dimitte illam, vt innoteſceret, Deum nomen ſuum repudiis non ſubſcripſiſſe, niſi ſolum inter Iſraelitas. Quaſi dicat, Iſraelitis conceſſi vxorum dimiſſiones, non conceſſi gentilibus. Dicit Rabbi Chaia Rabba, nationibus mundi non conceduntur repudia.*

De cauſſis repudii varie loquuntur, ſunt qui grauiores requirunt, alii vero etiam ob leuiores id fieri poſſe credunt. Qui grauiores poſtulant, locum Deut. XXIIII. de cauſſa ſolum adulterii interpretantur. *Gittin* c. 9. v. vlt. *Qui diſciplinam Schammaeanam ſequuntur dicunt* לא יגרש אדם את אשתו אלא אם כן מצא בה דבר ערוה: *Non expellet homo vxorem ſuam; niſi inuenerit in ea rem nuditatis* (i. e. adulterium.)

Gemara ibid. *Illinc de re propoſita edoceris, quod ſi non inuenerit in vxore turpitudinem, non licet dimittere.*

Maimon. in *Hal. Giruſchin* cap. 10. 21. id quod dictum, reſtringit ad vxorem primam. *Non expellit homo vxorem ſuam primam, niſi inueniat in ea* ערות דבר *rem aliquam turpem* ואין ראוי למהר לשלח אשתו ראשונה אבל שניה אם שנא ישלחנה: *Neque decet, vt feſtinet, et praecipitanter dimittat vxorem ſuam primam, ſed ſecundam, ſi oderit eam, dimittere poteſt.* Ita etiam Gittin vbi ſupra. *R. Elieſer dicit de dimiſſione vxoris primae, vel ipſum altare fundit lacrymas.* Hanc Gloſſam ſumunt ex Mal. II, 15. *Ne quis perfide agat in vxorem iuuentutis ſuae.*

Digitized by Google

Illorum vero, qui ob quamuis ferme cauſſam vxorem repudiare licitum eſſe exiſtimarunt, ingentem faciunt numerum.

Abarbanel ex loco Deuteronomii duas generales repudii cauſſas elicit. 1. eſt ערות דבר *turpitudo*, ſiue ea conſiſtat in ſcortatione et adulterio ipſo, ſiue in aliis, pudicitiam mulierum parum decentibus. 2. eſt חלוף המזגים *temperamenti et naturae diuerſitas*, ex qua ordinarie odia, diſplicentiae, nauſeae oriuntur.

Maiorem licentiam permittunt ſequentes. *Maimon.* vbi ante. *Vxorem non bene moratam, et quae non modeſta ſit, vt decet filiam Iſraeliticam, praeceptum eſt, vt dimittas.* Idem habet Gittin vbi ſupra.

Si quis vxorem odio habeat, (ſi non ſit prima) *eam dimittat. Maimon.* R. Salomoh in locum Malach. *vxorem dimittere praecipitur, ſi in oculis mariti gratiam non aſſequatur.*

Gittin cap. 9. et comment. R. Solom. et R. Niſſin, Hillelis ſectatores dicunt, אפילו הקדיחה תבשילו *expellere eam etiam poteſt, ſi edulium duntaxat ipſi aduſſerit.* Hi ſubtilius duo iſta verba ערות דבר examinantes, voluerunt diuiſim eſſe exponenda, vt ſenſus illorum ſit ac ſi dictum eſſet או ערוה או דבר *aut turpitudinem aliquam, aut rem aliam foedam.*

Gemara in Gittin l. c. docet, cauſſas repudii eſſe poſſe, ſi vxor in platea neuerit, aut fila duxerit, ſicque nuda brachia oſtentarit, ופרומה משני צדדיה *aut aperto pectore inceſſerit*, aut lauerit cum viris in eodem lauacro, vel in loco, vbi viri lauare ſolent, aut ſi luſerint cum iuuenibus.

In libro Kol Bo כל בו fol. 88. col. 3. 4. Quid eſt ערות דבר? Veluti ſi transgrediatur legem Moſis: Ex. gr. Si praebeat marito cibum, qui non eſt decimatus; ſi menſtruis laborans miniſtrauerit ei. Si non abſcindat particulam de maſſa, ex qua panem faciunt: ſi votum faciat et id non obſeruet: ſi transgrediatur leges verecundiae, et honeſtatis, mulierum Iudaicarum; vel

vti

Digitized by Google

vti ſi detecto capite exeat in plateam, ſi fuco faciem ſuam pingat, ſi cum iuuenibus ludat.

Gloſſ. in *Ammude Golah. Si fuerit exigens* המשמשת *debitum coniugale a marito ſuo voce clara, ita vt eius vicinae eam de hac re loquentem audire potuerint, aut ſi maledixerit ſocero ſuo, praeſente marito ſuo.*

Sic Maimon. cit. tract. recenſet, ſufficientem repudii cauſſam eſſe, ſi ſit מורדת *rebellis* marito ſuo, officium coniugale ipſi deneget, ipſum faſtidiat, vel irritet. Si ſponſa, quae completo tempore, quo nuptiae celebrandae ſunt, refragatur; repudiari poteſt. Sic ſi vxor ſe ſuſpectam reddidit de *re aliqua vehementer foeda* מכוער ביותר vt ſi ſola fuerit in cubiculo, et viſus fuerit vir egredi, eoque egreſſo, illa ſtatim viſa fuerit de lecto ſurgere etc. De indifferenti dimiſſione feſtiuus eſt R. Akiba in v. vlt. c. 9. Gittin. *Si quis videat mulierem vxore formoſiorem, vxorem dimittere licet; quia dictum eſt, ſi gratiam non aſſequatur in oculis eius.*

In his caſibus liberum eſt marito vxorem repudiare vel non repudiare, at ſi vxor deprehenſa fuerit corpus ſuum proſtituere, vel a marito vel a teſtibus fide dignis, tum nolens volens cogitur, etiam Iudicis authoritate interueniente, ipſam repudiare, ſic tamen, vt ipſi dare teneatur dotem propter nuptias, quam tamen admitteret vxor ſi propria eius confeſſio accederet. *Maimon.* in Hal. אישות cap. 24. 16. 17.

Lepidae ſunt iſtae hiſtoriolae, quas de repudiantibus vxores quauis de cauſſa legimus. Afferamus duas: Prima extat in *Baua Metzia* fol. 101. 2. *Mercator quidam aduehebat nauem repletam doliis vini, in locum quendam, et non inueniebat cellam in quam ea reponeret. Alloquitur mulierem quandam, quae habebat cellam, vt eam ſibi pro vino ſuo elocaret. Illa recuſat. Ipſe vt rebus ſuis conſuleret, deſponſat iſtam mulierem: mulier deſponſata concedit ipſi locum pro vino: Ipſe nacto loco ſtatim domum abiit, et ſcribit libellum repudii, eumque ad ipſam mittit: Mulier offenſa conducit baiulos, et vinum eius iterum curat e cella extrahi, et in plateam reponi* etc.

 Altera

Altera extat in *Gittin* fol. 34. 1. *R. Gidol Ben Reilai, mittebat ſine vlla cauſſa libellum repudii vxori ſuae; cum vero ipſa nollet ſtatim acceptare, ſed iuberet latorem craſtino die redire. R. Gidol poenitentia ductus, Deo gratias egit, quod non acceptaſſet libellum.*

Pro talibus, quibus repudiare vxores in deliciis fuit, factus eſt ille Canon, qui legitur in *Iebbam.* fol. 52. et quo permittitur ſponſo, vt ſi ita libuerit ante nuptias libellum repudii ſcribendum curet, vt illum deinde ſtatim tradere queat, vbi ipſi placuerit repudium facere. Verba ſic ſonant; *Si quis ſcribae dixerit, ſcribe libellum repudii ſponſae meae* לכשא כנסנה אגרשנה *quo eam poſtquam duxero dimittam*, הרי. זה גט *talis libellus eſt legitimus.*

Recenſebimus nunc quaedam alia defectus naturales praecipue ſpectantia, quae occaſionem vel marito vel vxori repudiandi dare poſſunt.

Si quis מומר *Apoſtata* et Haereticus factus eſt cogitur maritus vxori libellum repudii dare, tunc enim vt mortuus conſideratur. *Akedath Iscback* fol. 252. col. 3. *Abarbanel Comment.* in *Deut.* f. 383. col. 1. *Schulchan Aruch* p. 4. ad Num. 154. §. 1.

Ob haec vitia vxor virum libellum repudii ſibi dandi coram iudice, ſi velit, cogere poteſt. Foetor oris: Foetor narium: Impotentia: ſi mutato mundo et honeſto opificio immundum tractare coeperit, veluti ſi lucri cauſſa converrat fimum, ſi fiat coriarius, metallarius. Si accideret, vt maritus eſſet מוכרה שיחין *malignis vlceribus laborans*, aut alio contagioſo et inſanabili morbo eſſet affectus, ipſos etiam inuitos ſeparant.

Omnia vitia naturalia quae prophanum et illegitimum reddunt ſacerdotem, prophanam quoque reddunt mulierem, et praeter illa adhuc ſequentia. Foetidus ſudor, foetor oris, cicatrix ex morſu canis, verrucca in fronte; ſi decem annis cum marito habitarit, et ille nullos ex ea liberos ſuſceperit. Si ter abortiuerit הוחוקה לנפלים inepta judicatur ad liberos in lucem edendos. vid. *Maimon.* Hal. אישות cap. 15. et 12.

Libel-

Libellus repudii apud Iudaeos vocatur ספר כריתות et ספר תירוכין, et גט, et גט פטורין et אגרת שבוקין. Vxor dimitti non potuit, niſi dato libello repudii: *vocatur ergo* (inquit Baal Turim in *Deut.* XXIV. ספר כריתות) *libellus abſciſſionis, eo quod nihil aliud ſit, quod eam a marito exſcindat.*

Vxor non dimittebatur niſi libenter volente marito; reluctante enim non erat repudium: at velit, nolit vxor, repudianda eſt, ſi velit maritus. *Maimon.* in *Giruſchin* cap. I.

Libellus repudii duodecim lineis debet conſcriptus eſſe, nec pluribus nec paucioribus. *Raſchba* in *Tikkun Get.* Rationem huius numeri duplicem habent. 1 *Quia talis eſt valor numericus litterarum in voce* גט. 2. *Quia illo linearum numero ſeparantur libri legis;* quatuor enim lineae intercedunt inter librum Geneſeos et librum Exodi, et totidem inter Exodi librum et Leuiticum, et inter Leuiticum et librum Numerorum. At quatuor inter librum Numerorum et Deuteronomii non reputantur, eo quod liber iſte ſit tantum repetitio legis. Vid. R. *Mardochai* in cap. I. in *tractatum Gittin.*

Exemplar libelli repudiatorii habes apud *Alpheſium Maimonidem* in *Giruſchin* f. 273. Alpheſii verba ſic latine reddidit Cl. Lightfootus.

LIBELLVS REPVDII.

Die hebdomadis N. Menſis N. anni a condito mundo N. computo, quo numerare conſueuimus in prouincia N. Ego N. filius N. quocunque nomine vocitor, de ciuitate N. cum ſummo animi conſenſu, atque absque vlla coactione vrgente, repudiaui, dimiſi atque expuli te, te, inquam, N. filiam N. quocunque nomine vociteris, de ciuitate N. ita vt libera et de iure tuo ſis, nuptum iri cuicunque placuerit, et nemo te reprimat, ab hodierno die vſque in perpetuum. Libera es ergo cuiuis homini; atque hic eſto

Digitized by Google

tibi a me libellus repudii, litterae diuortii, et ſchedula expulſionis, ſecundum legem Moſis atque Iſraelis.

Ruben fil. Iacobi teſtis.

Elieſer fil. Gilead teſtis.

Libellus hic, ſigillo mariti roboratus et ſubſcriptione teſtium, in manus vxoris tradendus erat, aut ab ipſo marito, aut ab aliquo in hoc munus deputato. De ſubſcriptione nota illud, quod extat in *Gittin* fol. 36. 1. ſcilicet, Rabbinos quosdam in libellis diuortii non ſemper nomina ſua expreſſe ſcripſiſſe, cum illos ſubſignabant: ſed certa quaedam ſigna habuiſſe, quae apponerent, veluti vnus appingebat piſcem, alter ramum dactyli. Et deinde litteris ſignificabant, qualia ſigna haberent, illis, quorum hoc ſcire intererat.

Libellus repudii vxori tradendus non erat, niſi duobus praeſentibus, qui libellum perlegerent: et antequam libellus in manus vxoris daretur et etiam poſt, cumque dabatur, maritus, ſi praeſens erat, ſic inquiebat: *Ecce, hic eſt tibi libellus repudii.*

Vxori dimiſſae licuit, ſi viſum eſſet, libellum hunc ad Synedrium adducere, et rogare, vt in rei memoriam inter Archiua conſcriberetur. Si deinde alicui denuo nubere vellet, id facere ipſi licuit, modo maritus clauſula aliqua in libello repudii ipſi obicem non poſuerit.

Plurimi fuerunt, quibus ſatis graue erat ſuas vxores dimittere, ita vt a Synedrio aliquando verberibus ad illam dimiſſionem adigi debuerint. De hoc ſonat *Maimonidis* locus in cap. 2. *Giruſchin.* מי שהדין נותן שכופין אותו לגרש את אשתו ולא רצה לגרש בית דין של ישראל בכל מקום ובכל זמן מכין אותו עד שיאמר רוצה אני *illum, de quo Senatus decreuit, quod debeat dimittere vxorem, ſi illud facere renuerit, omni tempore et loco ad illud faciendum verberibus adigunt.*

Superſunt plurima alia, quibus recenſendis breuitatis cauſſa ſuperſedemus, adeat qui volet Maimonidis tracta-

Digitized by Google

tractatum modo citatum, in quo ad nauſeam vſque circa hanc materiam curioſus eſt.

Notat.Cl, Caſtellus in rad. טהר, quod ille, qui apud Arabes vxorem repudiare volebat, illam ſic alloqueretur עלי אנת כטהר אמי *abi*, *nam tu mihi es vt dorſum matris meae*.

Hebraeorum mens eſt, repudium vxorum ex iure naturali ab ipſis rerum primordiis licitum fuiſſe, et proinde nec inſolitum Patriarchis. Sic enim inquiunt בני נוח אין להן קדושין אין להן גרושין; *Noachidis* (ſic indigitant eos, qui partim ante, partim poſt legem Moſis eiusdem legi non ſubfuerunt) *nec ſunt nuptiae*, ſcil. ſolennes, *nec diuortia*, qualia interueniente iudicii ſententia apud Hebraeos in vſu erant: שניהם מגרשין זה את זה; *ſed alteruter coniugium pro lubitu coniugium ſoluit*. Vide *Gemaram Hieroſ.* ad *Sanbed.* cap. 7. et *Maimon.* in *Halac. Melacim* cap, 9. Sic apud Romanos olim et Graecos tam mulier quam vir alter alteri dicere potuit, *vt res ſuas ſibi haberet:* Si vir vxorem dimiſiſſet, diſceſſio illa vocabatur ἀποπομπὴ, ſi mulier viro vale dixiſſet, ἀπόλειψις. Vid, *Scaliger. Animad. Euſeb*, num, 2015.

Diſtinguunt Iudaei inter libellum repudii פשוט et מקושר. *Baba Bathra* cap. 10. miſchn. 1. Quomodo teſtes ſubſcribere debeant libellis repudii. *ibid.* ſeq. Varia de libellis repudii. *ibid.* Repudiatam num Iudaeis repetere licuerit. *Wagenſeil.* Sota p. 883. Repudiatam ſacerdoti ducere non licet. *ibid.* p. 562. Repudii libellus quomodo ſcribatur. *ibid.* p. 376. Repudii libelli a maritis bello impeditis dati. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 153. col. 4. Libellus repudii vxorem defuncti a iure Leuiri liberat. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 139.

RESVRRECTIO. De illa vide *Sanbed.* fol. 90. 2. fol. 92. 1. Cl. *Cocceium* in *Sanbed.* 317. Cl. *Buxt. Coſri* 73.

Digitized by Google

73. *Amamae* Antib. Biblic. 967. *Buxt. Synag. Iud.* cap. 31. *Cl. Pocockii Portam Moſis.* n. 180.

Sadducaei *λέγουσιν μὴ εἶναι ἀνάστασιν.* *Sic Tanchum.* fol. 3. 1. *Sadducaei negant dicuntque, deficit nubes, atque abit; ſic deſcendens in ſepulchrum non redit.*

Argumentationes pro reſurrectione mortuorum ſunt variae, illae, quae propius accedunt ad argumentationem Chriſti Matth. XXII. ſunt ſequentes.

Init. cap. Chelek in Bab. Sanhed. dixit R. Elieſer Ben Rabbi Ioſe: Hac in re ego falſitatis incuſaui ſcribas Samaritanorum, qui dicunt, reſurrectionem mortuorum non probandam eſſe e lege: Dixi illis vos falſificatis legem veſtram (vos legem veſtram falſe interpretamini.) nec quicquam reportatis in manibus veſtris, nam dicitis, reſurrectio mortuorum non eſt e lege, cum dicat, *excidendo excidetur anima iſta, iniquitas eius ſuper eam.* *Num.* XV, 31. *Excidendo excidetur*, nempe ab hoc mundo, *iniquitas eius ſuper eam:* quando? nonne in mundo futuro?

Chriſtus dicit *οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς θεὸς νεκρῶν.* Confer R. *Tanchum.* fol. 13. 3. *Deus ſanctus benedictus nomen ſuum iuſtis non adiungit dum viuunt, ſed tantum poſt mortem eorum,* (poſtquam eos dereliquit malus affectus) *Reperitur quidem, nomen ſuum adiunxiſſe Iſaaco cum viueret,* (Gen. ſcil. 28, 13.) *ſed reſpiciebatur puluis eius, ac ſi collectus ſuper altare. R. Berachia dixit, a quo caecus factus eſt, fuit ſicut mortuus.*

Item *Hieroſ. Berach.* fol. 5. 4. *Iuſti etiam in morte dicuntur viui, et impii etiam in vita dicuntur mortui, hoc probant ex eo quod dicitur, et dixit ei, haec eſt terra, de qua iuraui Abrahamo, Iſaaco et Iacobo,* לאמור *quid ſibi vult vox* לאמור? *Dicit ei, abi et dic patribus, quodcunque promiſi vobis, praeſtiti filiis veſtris.*

In *Zohar* in *Gen.* 206. et 324. item *Bereſchit Rabba* f. 28. pro reſurrectione argumentantur ex eo, *quia* חרוד רקפ *os ſpinae dorſi eſt incorruptibile.* Illud argumentum pluribus exſtat in *Medraſch Cohelet* fol. 114. 3. *Adrianus, cuius oſſa conterantur, et nomen deleatur, interrogauit R. Ioſuam*

Ioſuam Ben Chanania: vnde homo reuiuiſcit tempore futuro? Reſpondit ille, a Luz in ſpina dorſi. Dicit ille, demonſtra hoc mihi. Accepit ille Luz oſſiculum de ſpina dorſi et indidit aquae, et non fuit humiditate aquae emollitum: Indidit igni et non fuit aduſtum; ſubiecit molae, et non fuit contritum; poſitum in incude percuſſit malleo, ſciſſa eſt incus, et ruptus malleus. Sit tibi, o Iudae Luz, origo et ſemen reſurrectionis tuae; noſtrum eſt Chriſtus qui ſe ipſum ſuſcitauit a mortuis et factus eſt nobis primitiae dormientium.

Reſurrectionem nullam fore credunt niſi in terra Iſraelis, vid. *Aegyptus.* Qui extra illam moriuntur, debent per infimos terrae meatus in terram Canaan reuolui.

Hieroſ. Kilaim cap. vlt. *An Rabbini, qui moriuntur in captiuitate, pereunt? Dixit Rabb Simai, Deus perforat ipſis terram, et illi deuoluuntur inſtar doliorum vini, poſtquam in terram peruenerunt, ſpiritus ipſorum redit ad ipſos.* Vid. etiam *Ketubbot* fol. 111. 1. R. *Salomoh* Gen. 47, 29. ad verba, *ne ſepelias me in Aegypto. Kimchi* ad *Ezech.* 37, 12. *Tanchum* princip. ſect. ויחי יעקוב.

Zohar col. 206. *Non dat Deus mortuis animas niſi in terra Iſraelis*, q. d. *Ezech.* 37, 13. Cum aperuero ſepulchra etc.

Sanhed. fol. 91. 1. ווי לכון חייביא דאמר יחזן מיתי לא חייין: *vae vobis improbi,* (Sadducaei) *qui dicitis, mortuos non reuicturos: Cum illi, qui antea non vixerunt, facti ſunt viui, an non illi, qui vixerunt, multo magis*

Fouent quidam vt *Bechai* paras. זאת הברכ' fol. 227. col. 3. *Caphtor* fol. 51. 2. in *Comment.* μετεμψύχωσιν, et dicunt, animam hominis etiam in auem migrare poſſe. Probabile tamen eſt, illorum authorum mentem fuiſſe ἀλληγορίζειν, et aliquid ad terrendum peccatorem effingere.

Menaſſe ben Iſrael de Reſurrect. Mortuor. Libri IIII. in quibus potiſſimum Sadducaeos refutat. *Theod. Daſſovii* תחיית המתים. Originem huius Sadducaeo-

caeorum ſententiae vid. apud Men, ben Iſrael *ibid.* p. 41. Non ſit particeps vitae aeternae, qui dixerit non eſt reſurrectio mortuorum ex Lege. *Sanhed.* Cap. 10. miſchn. 1. *Tanchum* fol. 21. col. 2. init. Quod omnes in genere quaerunt tam docti, quam indocti, eſt, quomodo reſuſcitandi ſint mortui, nudi an veſtiti? et an reſuſcitandi ſint iisdem, in quibus mortui ſunt, corporibus, cum omni ornatu, et pulchritudine, et priſtina corporis figura, vel tantum eiusmodi veſtimentis, quae corpus tegunt, et an diuites ac pauperes futuri ſint, cum aduenerit Meſſias, et an temporibus iſtis homines ſint debiles et fortes. *Maimon* ad Sanhed. l. c. Mortuorum reſurrectio eſt vnum e fundamentis Legis Moſis magiſtri noſtri, et qui hoc non credit, ei nullius religionis Iudaicae pars eſt. Verum reſurrectio iuſtis tantum competit, ſicuti dicitur in Bereſchit Rabba, pluuiarum potentia pro piis et impiis eſt, ſed reſurrectio mortuorum pro iuſtis tantum eſt. *ibid.* Roris beneficio mortui reuiuiſcent. *Wagenſeil* Sota. p. 956. In reſurrectione homines iisdem, quibus ſepulti ſunt, veſtibus reſurgent. *Tanch.* fol. 54. col. 1. poſt init. *Rabboth.* fol. 87. col. 1. poſt init. fol. 322. col. 3. ante fin. et col. 4. init. Idem numero corpus reſurget. *ibid.* fol. 311. col. 2. ante fin. Quid reſpondendum ſit iis, qui reſurrectionem negant. *Tanch.* fol. 62. col. 4. circ. fin. De reuolutione corporum per infimos terrae meatus. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 22. not. n. *Rabboth.* fol. 87. col. 4. poſt med.

✱ REVS. Quamdiu reus innocentiam ſuam probare poteſt, reſtauratur cauſſa. *Sanhedr.* Cap. 3. miſchn. 8. Cap. 5. miſchn. 4. Cap. 6. miſchn. 1. Reus mortis, antequam ad mortem duceretur, debebat confiteri. *ibid.* miſchn. 2. Omnes, qui mortis rei ſunt, ſi permiſceantur, iſto afficiuntur ſuppliciorum genere, quod leuius eſt. *Sanhedr.* Cap. 9. miſchn. 3.

REX.

Digitized by Google

REX. Tria praecepta data ſunt Iſraelitis, tempore ingreſſus ipſorum in terram Canaam למנות להם מלך *vt conſtituerent ſibi Regem.* (Deut. 17, 15.) *Vt exciderent ſemen Amaleki*, et vt aedificarent בית הבחירה *domum Sanctuarii.* Si itaque electio Regis ordinata fuit, quare Deo diſplicuit cum Iſraelitae a Samuele Regem petebant? לפי ששלאו בתרעומת ולא שאלו לקיים המצוה אלא מפני שקצו בשמואל הנביא: *quia regem concupiuerunt per querelas et ſeditioſas voces, non vti legis praeceptum peragerent, ſed quia ipſis diſplicebat vates Samuel.*

אין מעמידין מלך בתחלה *non conſtituebant regem ab initio* niſi ex ſententia Synedrii magni, et ex ore Prophetae, ſicuti Ioſua, quem praefecit Moſes Senatusque eius. Et ſecuti Saul et Dauid, qui per Samuelem et Senatum eius electi fuerunt.

Non eligunt regem ex peregrinis, etiam poſt plurimorum ſeculorum decurſum עד שתהיה אמו מישראל *niſi mater ipſius Iudaea ſit.* Nec hoc ſolum circa regnum obſeruatur, ſed etiam circa omnia reliqua munia, quae in Iſraele ſunt obeunda.

Ad regnum non eligunt foeminam, quia dicitur, *ſtatuito ſuper te regem*, non reginam. Regem non faciunt Lanium, Tonſorem, Balneatorem, Textorem ſeu Coriarium, non quia tales per ſe ad regnum omnino inepti ſunt, ſed quoniam ob vilitatem horum opificiorum a populo perpetuo ſannis exciperentur. Qui per vnicum diem vni ex his opificiis adhaeſerit, iam ineptus eſt ad regnum.

Poſtquam rex electus eſt vngitur oleo המשחה *vnctionis*, ſi ſcilicet ex familia Dauidis fuerit, alias ſimpliciter adhibent שמן אפרסמון *oleum Balſaminum.* Vid. *Oleum.*

Quando vngunt reges ex familia Dauidis אין מושחין אותן אלא על המעין *non vngunt niſi apud fontem.* [Cuius ritus aliam non inuenio probabilem rationem, quam vt ille locus Regi nouo aliquod bonum omen

prae-

Digitized by Google

praeberet, et ſubditi hanc ſpem de illo conciperent, quod ſicuti fons et riuulus prata aruaque, quae alluit et irrigat, prouentu laeta reddit, ita fore, vt Rex ſuo prudenti regimine regnum ſtabiliret, illos omnes varia felicitate beatos redderet. Hoc videntur Talmudici voluiſſe in Cerituth cap. 5. תנו רבנן אין מושחין את המלכים אלא על המעין כדי שתמשך מלכותן שנא׳ והורדתם אותו גיחון וגו׳ *Tradunt Magiſtri noſtri reges non vngi niſi iuxta fontem, vt extrahatur* (diu firmum ſit) *regnum ipſorum; prout dicitur* 1. Reg. I, 33. deducatis eum ad Gichon.]

Non vngitur Rex qui filius regis eſt, niſi forte orta ſit diſſenſio aut bellum, tunc vngunt ipſum ad omnem controuerſiam tollendam, ita vnctus fuit Salomoh propter Adoniam; Ioas propter Athaliam, Iehoachas propter Iehoiakim.

Rex, qui unctus eſt, regnum cum poſteris ſuis perpetuo poſſidet, quia regnum haereditarium eſt. Si Rex mortuus filium reliquit minorennem, regnum ipſi cuſtodiunt, donec maturam aetatem attigerit, ita fecit Iechoiada Ioaſo. Ille, qui in diuiſione haereditatis praecederet, praecedit quoque in haereditate regni: ita praecedit maior natu minorennem. Ita Dauid, poſtquam vnctus fuit, corona regni dignus cum omnibus liberis ſuis maſculis fuit: nemo autem regno dignus eſt niſi ſit probus. Et quamuis regno nemo dignus ſit niſi probus, regnum tamen nunquam aufertur a ſemine Dauidis ſecundum dictum *Pſalm.* 89, 31. et 110. *Solium tuum erit ſtabile in aeternum.* Si accideret, vt aliquis alius quam ex familia Dauidis Rex fieret, vel a Propheta aliquo ex aliqua alia tribu conſtitueretur, ceſſaret quidem regnum ipſorum, vt in Hieroboamo apparet; ſed id non perpetuo ſed tantum ad tempus fit. *Maim. Hal. Melachim.* cap. 1.

כבוד גדול נוהגין במלך *Regem magno afficiunt honore,* et ponunt terrorem et reuerentiam eius in corda omnium. Regis equo non inſident (vid. Caput 2 *Sanhed.*) ſolium eius non occupant, nec vtuntur ipſius ſceptro, aut corona

rona aut alio vaſe vtenſilium eius. Nam illo mortuo haec omnia comburuntur.

Famulitio autem eius vt et Gynecaeo, aut aliis ancillantibus, nemo vtitur niſi Rex, qui ſuccedit; hac ratione Abiſag licita fuit Salomoni, et prohibita Adoniae. Regis vxor vero nunquam ab alio duci poteſt, etiam non licet Regi viduam aliam ducere, aut repudiatam Regis praecedentis.

Prohibitum eſt Regem videre cum nudus eſt, aut cum raditur, aut in balneo eſt, aut a ſudore abſtergitur. Haec enim omnia Regis Maieſtatem diminuunt, et reuerentiam in aſpicientibus tollunt.

Regi calceus non extrahitur, nec ille praeſtat ius leviri, et quamuis Rex id facere vellet אין שומעין לו *ipſum tamen non audiunt:* שהמלך שמחל על כבודו אין כבודו מחול. *Et quamuis Rex de honore ſuo remiſiſſet remiſſus tamen non eſt.*

Rege mortuo, vidua eius, quia leuiro nubere non poteſt, perpetuo in ſuo conclaui ſedet. Si aliquis ex familia regia fato fungitur, Rex extra portam palatii non egreditur. Cum ipſi exhibetur epulum funerale omnis populus humi recumbit, ille vero in lecto accumbit. Si rex in templo Iſraelis atrium ingreditur et eſt ex familia Dauidis, ibi ſedere poteſt: quia nullis aliis Regibus quam illis ex ſtirpe Dauidis ſeſſio in atrio licita eſt.

Rex ſingulis diebus tondetur, ornatque ſeipſum et induitur pulchris veſtimentis. In palatio ſuo ſedet in ſolio regni, caput corona redimitum habens. Omnes deinde coram ipſo comparent quando ipſi placet; ſtantes coram illo, et ad terram ſe incuruantes. At Sacerdos magnus ad Regem non venit, niſi voluerit, nec coram Rege ſtat, ſed Rex ſtat coram ipſo, ſicuti dicitur *Numer.* 27. 1. *Coram Eleaſaro Sacerdote ſtabit.* Interim tamen etiam praeceptum eſt ſummo Sacerdoti honorare Regem, et ipſum dum ad ſe venit ſedendum inuitare; et coram ipſo ſtare. Stat autem Rex praecipue coram

 ſummo

ſummo Sacerdote, quando Vrim et Thummin conſulitur.

Praeceptum eſt Regi honore excipere doctores legis, quare ſi ad ipſum accedunt Senatores Synedrii et Sapientes ex Iſraelitis, coram ipſis aſſurgit et ad latus ſuum aſſidere iubet; ita fecit Aſa, Rex Iehudae (in *Sanhed.* id dicitur de Ioſaphat) diſcipulum ſapientis enim e ſolio ſuo aſſurgens exoſculatus eſt, et ipſum dominum et Rabbi vocauit.

Talem humanitatem autem Rex ſolum adhibet remotis teſtibus et בצנעא *in occulto*, nam בפרהסיא *publice* coram nemine aſſurgit, neminem tenere aut molliter alloquitur: vt timor eius in omnium corde ſit.

Sicuti ſcriptura vult, vt Rex maximo honore afficiatur, ita vice verſa vult, vt cor Regis humile ſit; ſit et erga omnes gratioſus et miſericors, propendeat ſemper ad manſuetudinem; nam (vt notat R. Leui Gerſom) יאדאל אינן באופן שישפוט להם מלך לפי מה שירצה כמו הענין במלכי הגוים *Iſraelitarum conditio non eſt, vt rex aliquis eos iudicet pro ſua voluntate, vt faciunt imperatores gentium, qui conſtituunt populis ſuas leges prout libuerit.* Vid. *Maimon* vbi ſupra cap. 2.

Rex debet legem deſcribere, quamuis anteceſſor eius codicem ipſi reliquiſſet, et illam corrigere ex authentico codice conſeruato in ſanctuario; illum librum legis ſemper ſecum habere in bello et in pace, nec vllo tempore illum ſeponere niſi in illis locis, in quibus in lege ſtudere prohibitum eſt, qualia ſunt balnea, ſecreta.

Rex vltra octodecim vxores, ſiue ſint concubinae, ſiue vxores rite ductae, non habeat. (Vid. *Gemaram Sanhed. Cohen Gadol.* Sanhed. cap. 2. miſch. 4.) Equos vltra quos currus eius requirunt non multiplicet; imo prohibitum eſt אפילו סוס אחר להיות רץ פנוי לפניו vt vllum habeat equum, qui (pompae gratia) vacuus ante ipſum currat: vt mos eſt caeterorum Regum: ſi vnum ſuperaddit, vapulat, (de iure, nam de facto quis verbera inflixiſſet?)

Argen-

Argentum, vltra quod neceſſarii requirunt vſus, ne multiplicet, collectum in theſauro templi deponat: vt inde depromatur, cum vſus feret. Prohibetur autem multiplicatio argenti praecipue reſpectu propriorum theſaurorum, in quibus Reges gloriari ſolent.

Rex non debet eſſe vinolentus, et bibere more inebriantium: nec ſe amoribus nimium dare, aut ita deperire aliquam ex ſuis vxoribus, vt ſemper apud ipſam reperiatur כשאר הטפשים vt alii fatui in vſu habent.

Reges ex familia Dauidis iudicant et iudicantur, de ipſis etiam teſtimonium dicitur. Sed de Regibus Iſraelis, qui non ex ſtirpe Dauidis ſunt, decreuerunt ſapientes, ne iudicentur, aut teſtimonium de ipſis dicatur מפני שלבן גס בהם *quia cor ipſorum elatum eſt*, et ab illis ſcandalum et damnum legi oriri poſſet. (cauſſa decreti huius reperitur in *Sanhed. Cohen Gadol* cap. 2. vbi Rex Iannaeus in ius vocatus Synedrio non debitam reuerentium exhibuit.)

Rex interficere poteſt illos, qui ipſi rebelles ſunt, aut qui ipſum contempſerunt, ſed ſupplicium nullum adhibere poteſt, praeter gladii ſupplicium. Poteſt etiam ſcutica percutere ob honorem ſuum, ſed non publicare opes, ne audiat raptor. Deo tamen magis obediendum eſt quam Regi, ſi aliquid contra legem eius praeciperet. דברי הרב ודברי העבד ודברי הרב קודמין *Habemus verba domini et ſerui, ſed domini verba ſemper praecedunt.*

Homicidas abſque demonſtratione et proceſſu praevio interficere poteſt. Poteſt plures vna die (quod Synedrio non licuit, vid. *Sanhed.* cap. 14.) et patibulo ſuſpendere, ſuſpenſosque relinquere per plures dies להטיל אימה ולשבר יד רשעי העולם *ad terrorem incutiendum et frangendum manum improborum mundi. Maimon Hal. Melach.* cap. 3.

Poteſtatem habet rex tributum imponendi, telonia ordinandi, ad ſuam et bellorum neceſſitates. Poteſt legere vndiquaque ex terra Iſraelitica viros fortes in militiam ſuam. Ita ad opera ſua adhibere poteſt omnes

 opifi-

Altera extat in *Gittin* fol. 34. 1. *R. Gidol Ben Reilai, mittebat ſine vlla cauſſa libellum repudii vxori ſuae; cum vero ipſa nollet ſtatim acceptare, ſed iuberet latorem craſtino die redire. R. Gidol poenitentia ductus, Deo gratias egit, quod non acceptaſſet libellum.*

Pro talibus, quibus repudiare vxores in deliciis fuit, factus eſt ille Canon, qui legitur in *Iebham.* fol. 52. et quo permittitur ſponſo, vt ſi ita libuerit ante nuptias libellum repudii ſcribendum curet, vt illum deinde ſtatim tradere queat, vbi ipſi placuerit repudium facere. Verba ſic ſonant; *Si quis ſcribae dixerit, ſcribe libellum repudii ſponſae meae* לכשא כנסנה אגרשנה *quae eam poſtquam duxero dimittam,* הרי. וה גט *talis libellus eſt legitimus.*

Recenſebimus nunc quaedam alia defectus naturales praecipue ſpectantia, quae occaſionem vel marito vel vxori repudiandi dare poſſunt.

Si quis מומר *Apoſtata* et Haereticus factus eſt cogitur maritus vxori libellum repudii dare, tunc enim vt mortuus conſideratur. *Akedath Iſchack* fol. 252. col. 3. *Abarbanel Comment.* in *Deut.* f. 383. col. 1. *Schulchan Aruch* p. 4. ad Num. 154. §. 1.

Ob haec vitia vxor virum libellum repudii ſibi dandi coram iudice, ſi velit, cogere poteſt. Foetor oris: Foetor narium: Impotentia: ſi mutato mundo et honeſto opificio immundum tractare coeperit, veluti ſi lucri cauſſa converrat fimum, ſi fiat coriarius, metallarius. Si accideret, vt maritus eſſet מוכרה שיחין *malignis vlceribus laborans*, aut alio contagioſo et inſanabili morbo eſſet affectus, ipſos etiam inuitos ſeparant.

Omnia vitia naturalia quae prophanum et illegitimum reddunt ſacerdotem, prophanam quoque reddunt mulierem, et praeter illa adhuc ſequentia. Foetidus ſudor, foetor oris, cicatrix ex morſu canis, verrucca in fronte; ſi decem annis cum marito habitarit, et ille nullos ex ea liberos ſuſceperit. Si ter abortiuerit הוחזקה לנפלים inepta iudicatur ad liberos in lucem edendos, vid. *Maimon.* Hal. אישות cap. 15. et 12.

Libel-

Digitized by Google

Libellus repudii apud Iudaeos vocatur ספר כריתות et ספר תירוכין, et גט, et גט פטורין et אגרת שבוקין. Vxor dimitti non potuit, niſi dato libello repudii; *vocatur ergo* (inquit Baal Turim in *Deut.* XXIV. ספר כריתות) *libellus abſciſſionis, eo quod nihil aliud ſit, quod eam a marito exſcindat.*

Vxor non dimittebatur niſi libenter volente marito; reluctante enim non erat repudium: at velit, nolit vxor, repudianda eſt, ſi velit maritus. *Maimon.* in *Giruſchin* cap. I.

Libellus repudii duodecim lineis debet conſcriptus eſſe, nec pluribus nec paucioribus. *Raſchba* in *Tikkun Get.* Rationem huius numeri duplicem habent. 1 *Quia talis eſt valor numericus litterarum in voce* גט. 2. *Quia illo linearum numero ſeparantur libri legis;* quatuor enim lineae intercedunt inter librum Geneſeos et librum Exodi, et totidem inter Exodi librum et Leuiticum, et inter Leuiticum et librum Numerorum. At quatuor inter librum Numerorum et Deuteronomii non reputantur, eo quod liber iſte ſit tantum repetitio legis. Vid. R. *Mardochai* in cap. I, in *tractatum Gittin.*

Exemplar libelli repudiatorii habes apud *Alpheſium Maimonidem* in *Giruſchin* f. 273. Alpheſii verba ſic latine reddidit Cl. Lightfootus.

LIBELLVS REPVDII.

Die hebdomadis N. Menſis N. anni a condito mundo N. computo, quo numerare conſueuimus in prouincia N. Ego N. filius N. quocunque nomine vocitor, de ciuitate N. cum ſummo animi conſenſu, atque abſque vlla coactione vrgente, repudiaui, dimiſi atque expuli te, te, inquam, N. filiam N. quocunque nomine vociteris, de ciuitate N. ita vt libera et de iure tuo ſis, nuptum iri cuicunque placuerit, et nemo te reprimat, ab hodierno die vſque in perpetuum. Libera es ergo cuiuis homini; atque hic eſto

Digitized by Google

tibi a me libellus repudii, litterae diuortii, et ſchedula expulſionis, ſecundum legem Moſis atque Iſraelis.

Ruben fil. Iacobi teſtis.

Elieſer fil. Gilead teſtis.

Libellus hic, ſigillo mariti roboratus et ſubſcriptione teſtium, in manus vxoris tradendus erat, aut ab ipſo marito, aut ab aliquo in hoc munus deputato. De ſubſcriptione nota illud, quod extat in *Gittin* fol. 36. 1. ſcilicet, Rabbinos quosdam in libellis diuortii non ſemper nomina ſua expreſſe ſcripſiſſe, cum illos ſubſignabant: ſed certa quaedam ſigna habuiſſe, quae apponerent, veluti vnus appingebat piſcem, alter ramum dactyli. Et deinde litteris ſignificabant, qualia ſigna haberent, illis, quorum hoc ſcire intererat.

Libellus repudii vxori tradendus non erat, niſi duobus praeſentibus, qui libellum perlegerent: et antequam libellus in manus vxoris daretur et etiam poſt, cumque dabatur, maritus, ſi praeſens erat, ſic inquiebat: *Ecce, hic eſt tibi libellus repudii.*

Vxori dimiſſae licuit, ſi viſum eſſet, libellum hunc ad Synedrium adducere, et rogare, vt in rei memoriam inter Archiua conſcriberetur. Si deinde alicui denuo nubere vellet, id facere ipſi licuit, modo maritus clauſula aliqua in libello repudii ipſi obicem non poſuerit.

Plurimi fuerunt, quibus ſatis graue erat ſuas vxores dimittere, ita vt a Synedrio aliquando verberibus ad illam dimiſſionem adigi debuerint. De hoc ſonat *Maimonidis* locus in cap. 2. *Giruſchin.* מי שהדין נותן שכופין אותו לגרש את אשתו ולא רצה לגרש בית דין של ישראל בכל מקום ובכל זמן מכין אותו עד שיאמר רוצה אני *illum, de quo Senatus decreuit, quod debeat dimittere uxorem, ſi illud facere renuerit, omni tempore et loco ad illud faciendum verberibus adigunt.*

Superſunt plurima alia, quibus recenſendis breuitatis cauſſa ſuperſedemus, adeat qui volet Maimonidis

tracta-

Digitized by Google

tractatum modo citatum, in quo ad nauſeam vſque circa hanc materiam curioſus eſt.

Notat.Cl, Caſtellus in rad. טהר, quod ille, qui apud Arabes vxorem repudiare volebat, illam ſic alloqueretur עלי אנת כטהר אמי *abi, non tu mihi es vt dorſum matris meae.*

Hebraeorum mens eſt, repudium vxorum ex iure naturali ab ipſis rerum primordiis licitum fuiſſe, et proinde nec inſolitum Patriarchis. Sic enim inquiunt בני נוח אין להן קדושין אין להן גרושין *Noachidis* (ſic indigitant eos, qui partim ante, partim poſt legem Moſis eiusdem legi non ſubfuerunt) *nec ſunt nuptiae*, ſcil. ſolennes, *nec diuortia*, qualia interueniente iudicii ſententia apud Hebraeos in vſu erant: שניהם מגרשין זה את זה *ſed alteruter coniugium pro lubitu coniugium ſoluit.* Vide *Gemaram Hieroſ.* ad *Sanhed.* cap. 7. et *Maimon.* in *Halac. Melacim* cap. 9. Sic apud Romanos olim et Graecos tam mulier quam vir alter alteri dicere potuit, *vt res ſuas ſibi haberet:* Si vir vxorem dimiſiſſet, diſceſſio illa vocabatur *ἀποπομπὴ*, ſi mulier viro vale dixiſſet, *ἀπόλειψις.* Vid, *Scaliger. Animad. Euſeb*, num, 2015.

Diſtinguunt Iudaei inter libellum repudii פשוט et מקושר. *Baba Bathra* cap. 10. miſchn. 1. Quomodo teſtes ſubſcribere debeant libellis repudii. *ibid.* ſeq. Varia de libellis repudii, *ibid.* Repudiatam num Iudaeis repetere licuerit. *Wagenſeil.* Sota p. 383. Repudiatam ſacerdoti ducere non licet. *ibid.* p. 562. Repudii libellus quomodo ſcribatur. *ibid.* p. 376. Repudii libelli a maritis bello impeditis dati. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 158. col. 4. Libellus repudii vxorem defuncti a iure Leuiri liberat. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 139.

RESVRRECTIO. De illa vide *Sanhed.* fol. 90. 2. fol. 92. 1. Cl. *Cocceium* in *Sanhed.* 317. Cl. *Buxt. Coſri* 73.

Digitized by Google

73. *Amamae* Antib. Biblic. 967. *Buxt. Synag. Iud.* cap. 31. *Cl. Pocockii Portam Moſis.* n. 180.

Sadducaei *λέγουσιν μὴ εἶναι ἀνάστασιν.* *Sic Tanchum.* fol. 3. 1. *Sadducaei negans dicuntque, deficit nubes, atque abit; ſic deſcendens in ſepulchrum non redit.*

Argumentationes pro reſurrectione mortuorum ſunt variae, illae, quae propius accedunt ad argumentationem Chriſti Matth. XXII. ſunt ſequentes.

Init. cap. Chelek in Bab. Sanhed. dixit R. Elieſer Ben Rabbi Ioſe: Hac in re ego falſitatis incuſaui ſcribas Samaritanorum, qui dicunt, reſurrectionem mortuorum non probandam eſſe e lege: Dixi illis vos falſificatis legem veſtram (vos legem veſtram falſe interpretamini.) nec quicquam reportatis in manibus veſtris, nam dicitis, reſurrectio mortuorum non eſt e lege, cum dicat, *excidendo excidetur anima iſta, iniquitas eius ſuper eam. Num.* XV, 31. *Excidendo excidetur*, nempe ab hoc mundo, *iniquitas eius ſuper eam:* quando? nonne in mundo futuro?

Chriſtus dicit *οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς θεὸς νεκρῶν.* Confer R. *Tanchum.* fol. 13. 3. *Deus ſanctus benedictus nomen ſuum iuſtis non adiungit dum viuunt, ſed tantum poſt mortem eorum,* (poſtquam eos dereliquit malus affectus) *Reperitur quidem, nomen ſuum adiunxiſſe Iſaaco cum viueret,* (Gen. ſcil. 28, 13.) *ſed reſpiciebatur puluis eius, ac ſi collectus ſuper altare. R. Berachia dixit, a quo caecus factus eſt, fuit ſicut mortuus.*

Item *Hieroſ. Berach.* fol. 5. 4. *Iuſti etiam in morte dicuntur viui, et impii etiam in vita dicuntur mortui, hoc probant ex eo quod dicitur, et dixit ei, haec eſt terra, de qua iuraui Abrahamo, Iſaaco et Iacobo,* לאמור *quid ſibi vult vox* לאמור? *Dicit ei, abi et dic patribus, quodcunque promiſi vobis, praeſtiti filiis veſtris.*

In *Zohar* in *Gen.* 206. et 324. item *Bereſchit Rabba* f. 28. pro reſurrectione arguinentantur ex eo, *quia* חרוד רקב *os ſpinae dorſi eſt incorruptibile.* Illud argumentum pluribus exſtat in *Medraſch Cohelet* fol. 114. 3. *Adrianus, cuius oſſa conterantur, et nomen deleatur, interrogauit R.*

Ioſuam

Ioſuam Ben Chanania: vnde homo reuiuiſcit tempore futuro? Reſpondit ille, a Luz in ſpina dorſi. Dixit ille, demonſtra hoc mihi. Accepit ille Luz oſſiculum de ſpina dorſi et indidit aquae, et non fuit humiditate aquae emollitum: Indidit igni et non fuit aduſtum; ſubiecit molae, et non fuit contritum; poſitum in incude percuſſit malleo, ſciſſa eſt incus, et ruptus malleus. Sit tibi, o Iudae Luz, origo et ſemen reſurrectionis tuae; noſtrum eſt Chriſtus qui ſe ipſum ſuſcitauit a mortuis et factus eſt nobis primitiae dormientium.

Reſurrectionem nullam fore credunt niſi in terra Iſraelis, vid. *Aegyptus*. Qui extra illam moriuntur, debent per infimos terrae meatus in terram Canaan reuolui.

Hieroſ. Kilaim cap. vlt. *An Rabbini, qui moriuntur in captiuitate, pereunt? Dixit Rabb Simai, Deus perforat ipſis terram, et illi deuoluuntur inſtar doliorum vini, poſtquam in terram peruenerunt, ſpiritus ipſorum redit ad ipſos.* Vid. etiam *Ketubbot* fol. 111. 1. R. *Salomoh* Gen. 47, 29. ad verba, *ne ſepelias me in Aegypto. Kimchi* ad *Ezech.* 37, 12. *Tanchum* princip. ſect. ויחי יעקב.

Zohar col. 206. *Non dat Deus mortuis animas niſi in terra Iſraelis*, q. d. *Ezech.* 37, 13. Cum aperuero ſepulchra etc.

Sanhed. fol. 91. 1. ווי לכון חייביא דאמר יתון מיתי לא חיין: *vae vobis improbi*, (Sadducaei) *qui dicitis, mortuos non reuicturos: Cum illi, qui antea non vixerunt, facti ſunt viui, an non illi, qui vixerunt, multo magis*

Fouent quidam vt *Bechai* paras. זאת הברכ' fol. 227. col. 3. *Caphtor* fol. 51. 2. in *Comment.* μετεμψύχωσιν, et dicunt, animam hominis etiam in auem migrare poſſe. Probabile tamen eſt, illorum authorum mentem fuiſſe ἀλληγορίζειν, et aliquid ad terrendum peccatorem effingere.

Menaſſe ben Iſrael de Reſurrect. Mortuor. Libri IIII. in quibus potiſſimum Sadducaeos refutat. *Theod. Daſſovii* תחיית במתים. Originem huius Sadducaeo-

ćaeorum ſententiae vid. apud Men, ben Iſrael *ibid.* p. 41. Non ſit particeps vitae aeternae, qui dixerit non eſt reſurrectio mortuorum ex Lege. *Sanhed.* Cap. 10. miſchn. 1. *Tanchum* fol. 21. col. 2. init. Quod omnes in genere quaerunt tam docti, quam indocti, eſt, quomodo reſuſcitandi ſint mortui, nudi an veſtiti? et an reſuſcitandi ſint iisdem, in quibus mortui ſunt, corporibus, cum omni ornatu, et pulchritudine, et priſtina corporis figura, vel tantum eiusmodi veſtimentis, quae corpus tegunt, et an diuites ac pauperes futuri ſint, cum aduenerit Meſſias, et an temporibus iſtis homines ſint debiles et fortes. *Maimon* ad Sanhed. l. c. Mortuorum reſurrectio eſt vnum e fundamentis Legis Moſis magiſtri noſtri, et qui hoc non credit, ei nullius religionis Iudaicae pars eſt. Verum reſurrectio iuſtis tantum competit, ſicuti dicitur in Bereſchit Rabba, pluuiarum potentia pro piis et impiis eſt, ſed reſurrectio mortuorum pro iuſtis tantum eſt. *ibid.* Roris beneficio mortui reuiuiſcent. *Wagenſeil* Sota. p. 956. In reſurrectione homines iisdem, quibus ſepulti ſunt, veſtibus reſurgent. *Tanch.* fol. 54. col. 1. poſt init. *Rabboth.* fol. 87. col. 1. poſt init. fol. 322. col. 3. ante fin. et col. 4. init. Idem numero corpus reſurget. *ibid.* fol. 311. col. 2. ante fin. Quid reſpondendum ſit iis, qui reſurrectionem negant. *Tanch.* fol. 62. col. 4. circ. fin. De reuolutione corporum per infimos terrae meatus. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 22. not. n. *Rabboth.* fol. 87. col. 4. poſt med.

* REVS. Quamdiu reus innocentiam ſuam probare poteſt, reſtauratur cauſſa. *Sanhedr.* Cap. 3. miſchn. 8. Cap. 5. miſchn. 4. Cap. 6. miſchn. 1. Reus mortis, antequam ad mortem duceretur, debebat confiteri. *ibid.* miſchn. 2. Omnes, qui mortis rei ſunt, ſi permiſceantur, iſto afficiuntur ſuppliciorum genere, quod leuius eſt. *Sanhedr.* Cap. 9. miſchn. 3.

REX.

REX. Tria praecepta data ſunt Iſraelitis, tempore ingreſſus ipſorum in terram Canaam למנות להם מלך *vt conſtituerent ſibi Regem.* (Deut. 17, 15.) *Vt exciderent ſemen Amaleki*, et vt aedificarent בית הבחירה *domum Sanctuarii.* Si itaque electio Regis ordinata fuit, quare Deo diſplicuit cum Iſraelitae a Samuele Regem petebant? לפי ששלאו בתרעומת ולא שאלו לקיים המצוה אלא מפני שקצו בשמואל הנביא: *quia regem concupiuerunt per querelas et ſeditioſas voces, non uti legis praeceptum peragerent, ſed quia ipſis diſplicebat vates Samuel.*

אין מעמידין מלך בתחלה *non conſtituebant regem ab initio* niſi ex ſententia Synedrii magni, et ex ore Prophetae, ſicuti Ioſua, quem praefecit Moſes Senatusque eius. Et ſecuti Saul et Dauid, qui per Samuelem et Senatum eius electi fuerunt.

Non eligunt regem ex peregrinis, etiam poſt plurimorum ſeculorum decurſum עד שתהיה אמו מישראל *niſi mater ipſius Iudaea ſit.* Nec hoc ſolum circa regnum obſeruatur, ſed etiam circa omnia reliqua munia, quae in Iſraele ſunt obeunda.

Ad regnum non eligunt foeminam, quia dicitur, *ſtatuito ſuper te regem*, non reginam. Regem non faciunt Lanium, Tonſorem, Balneatorem, Textorem aut Coriarium, non quia tales per ſe ad regnum omnino inepti ſunt, ſed quoniam ob vilitatem horum opificiorum a populo perpetuo ſannis exciperentur. Qui per vnicum diem vni ex his opificiis adhaeſerit, iam ineptus eſt ad regnum.

Poſtquam rex electus eſt vngitur oleo המשחה *vnctionis*, ſi ſcilicet ex familia Dauidis fuerit, alias ſimpliciter adhibent שמן אפרסמון *oleum Balſaminum.* Vid. *Oleum.*

Quando vngunt reges ex familia Dauidis אין מושחין אותן אלא על המעין *non vngunt niſi apud fontem.* [Cuius ritus aliam non inuenio probabilem rationem, quam vt ille locus Regi nouo aliquod bonum omen

prae-

Digitized by Google

praeberet, et ſubditi hanc ſpem de illo conciperent, quod ſicuti fons et riuulus prata aruaque, quae alluit et irrigat, prouentu laeta reddit, ita fore, vt Rex ſuo prudenti regimine regnum ſtabiliret, illos omnes varia felicitate beatos redderet. Hoc videntur Talmudici voluiſſe in Cerituth cap. 5. תנו רבנן אין מושחין את המלכים אלא על המעיין כדי שתמשך מלכותן שנא והורדתם אותו גיחון וגו׳ *Tradunt Magiſtri noſtri reges non vngi niſi iuxta fontem, vt extrahatur* (diu firmum ſit) *regnum ipſorum; prout dicitur* 1. Reg. I, 33. deducatis eum ad Gichon.]

Non vngitur Rex qui filius regis eſt, niſi forte orta ſit diſſenſio aut bellum, tunc vngunt ipſum ad omnem controuerſiam tollendam, ita vnctus fuit Salomoh propter Adoniam; Ioas propter Athaliam, Iehoachas propter Iehoiakim.

Rex, qui unctus eſt, regnum cum poſteris ſuis perpetuo poſſidet, quia regnum haereditarium eſt. Si Rex mortuus filium reliquit minorennem, regnum ipſi cuſtodiunt, donec maturam aetatem attigerit, ita fecit Iechoiada Ioaſo. Ille, qui in diuiſione haereditatis praecederet, praecedit quoque in haereditate regni: ita praecedit maior natu minorennem. Ita Dauid, poſtquam vnctus fuit, corona regni dignus cum omnibus liberis ſuis maſculis fuit: nemo autem regno dignus eſt niſi ſit probus. Et quamuis regno nemo dignus ſit niſi probus, regnum tamen nunquam aufertur a ſemine Dauidis ſecundum dictum *Pſalm.* 89, 31. et 110. *Solium tuum erit ſtabile in aeternum.* Si accideret, vt aliquis alius quam ex familia Dauidis Rex fieret, vel a Propheta aliquo ex aliqua alia tribu conſtitueretur, ceſſaret quidem regnum ipſorum, vt in Hieroboamo apparet; ſed id non perpetuo ſed tantum ad tempus fit. *Maim. Hal. Melachim.* cap. 1.

כבוד גדול נוהגין במלך *Regem magno afficiunt honore,* et ponunt terrorem et reuerentiam eius in corda omnium. Regis equo non inſident (vid. Caput 2 *Sanhed.*) ſolium eius non occupant, nec vtuntur ipſius ſceptro, aut corona

rona aut alio vaſe vtenſilium eius. Nam illo mortuo haec omnia comburuntur.

Famulitio autem eius vt et Gynecaeo, aut aliis ancillantibus, nemo vtitur niſi Rex, qui ſuccedit; hac ratione Abiſag licita fuit Salomoni, et prohibita Adoniae. Regis vxor vero nunquam ab alio duci poteſt, etiam non licet Regi viduam aliam ducere, aut repudiatam Regis praecedentis.

Prohibitum eſt Regem videre cum nudus eſt, aut cum raditur, aut in balneo eſt, aut a ſudore abſtergitur. Haec enim omnia Regis Maieſtatem diminuunt, et reuerentiam in aſpicientibus tollunt.

Regi calceus non extrahitur, nec ille praeſtat ius leviri, et quamuis Rex id facere vellet אין שומעין לו *ipſum tamen non audiunt:* שהמלך שמחל על כבודו אין כבודו מחול *Et quamuis Rex de honore ſuo remiſiſſet remiſſus tamen non eſt.*

Rege mortuo, vidua eius, quia leuiro nubere non poteſt, perpetuo in ſuo conclaui ſedet. Si aliquis ex familia regia fato fungitur, Rex extra portam palatii non egreditur. Cum ipſi exhibetur epulum funerale omnis populus humi recumbit, ille vero in lecto accumbit. Si rex in templo Iſraelis atrium ingreditur et eſt ex familia Dauidis, ibi ſedere poteſt: quia nullis aliis Regibus quam illis ex ſtirpe Dauidis ſeſſio in atrio licita eſt.

Rex ſingulis diebus tondetur, ornatque ſeipſum et induitur pulchris veſtimentis. In palatio ſuo ſedet in ſolio regni, caput corona redimitum habens. Omnes deinde coram ipſo comparent quando ipſi placet; ſtantes coram illo, et ad terram ſe incuruantes. At Sacerdos magnus ad Regem non venit, niſi voluerit, nec coram Rege ſtat, ſed Rex ſtat coram ipſo, ſicuti dicitur *Numer.* 27. 1. *Coram Eleaſaro Sacerdote ſtabit.* Interim tamen etiam praeceptum eſt ſummo Sacerdoti honorare Regem, et ipſum dum ad ſe venit ſedendum inuitare; et coram ipſo ſtare. Stat autem Rex praecipue coram

Digitized by Google

ſummo Sacerdote, quando Vrim et Thummin conſulitur.

Praeceptum eſt Regi honore excipere doctores legis, quare ſi ad ipſum accedunt Senatores Synedrii et Sapientes ex Iſraelitis, coram ipſis aſſurgit et ad latus ſuum aſſidere iubet; ita fecit Aſa, Rex Iehudae (in *Sanhed.* id dicitur de Ioſaphat) diſcipulum ſapientis enim e ſolio ſuo aſſurgens exoſculatus eſt, et ipſum dominum et Rabbi vocauit.

Talem humanitatem autem Rex ſolum adhibet remotis teſtibus et בצנעא *in occulto*, nam בפרהסיא *publice* coram nemine aſſurgit, neminem tenere aut molliter alloquitur: vt timor eius in omnium corde ſit.

Sicuti ſcriptura vult, vt Rex maximo honore afficiatur, ita vice verſa vult, vt cor Regis humile ſit; ſit et erga omnes gratioſus et miſericors, propendeat ſemper ad manſuetudinem; nam (vt notat R. Leui Gerſom) יאראל אינן באופן שישפוט להם מלך לפי מה שירצה כמו הענין במלכי הגוים *Iſraelitarum conditio non eſt, vt rex aliquis eos iudicet pro ſua voluntate, vt faciunt imperatores gentium, qui conſtituunt populis ſuas leges prout libuerit.* Vid. *Maimon* vbi ſupra cap. 2.

Rex debet legem deſcribere, quamuis anteceſſor eius codicem ipſi reliquiſſet, et illam corrigere ex authentico codice conſeruato in ſanctuario; illum librum legis ſemper ſecum habere in bello et in pace, nec vllo tempore illum ſeponere niſi in illis locis, in quibus in lege ſtudere prohibitum eſt, qualia ſunt balnea, ſecreta.

Rex vltra octodecim vxores, ſiue ſint concubinae, ſiue vxores rite ductae, non habeat. (Vid. *Gemaram Sanhed. Cohen Gadol.* Sanhed. cap. 2. miſch. 4.) Equos vltra quos currus eius requirunt non multiplicet; imo prohibitum eſt אפילו סוס אחד להיות רץ פנוי לפניו vt vllum habeat equum, qui (pompae gratia) vacuus ante ipſum currat: vt mos eſt caeterorum Regum: ſi vnum ſuperaddit, vapulat, (de iure, nam de facto quis verbera inflixiſſet?)

Argen-

Digitized by Google

Argentum, vltra quod neceſſarii requirunt vſus, ne multiplicet, collectum in theſauro templi deponat: vt inde depromatur, cum vſus feret. Prohibetur autem multiplicatio argenti praecipue reſpectu propriorum theſaurorum, in quibus Reges gloriari ſolent.

Rex non debet eſſe vinolentus, et bibere more inebriantium: nec ſe amoribus nimium dare, aut ita deperire aliquam ex ſuis vxoribus, vt ſemper apud ipſam reperiatur כשאר הטפשים vt alii fatui in vſu habent.

Reges ex familia Dauidis iudicant et iudicantur, de ipſis etiam teſtimonium dicitur. Sed de Regibus Iſraelis, qui non ex ſtirpe Dauidis ſunt, decreuerunt ſapientes, ne iudicentur, aut teſtimonium de ipſis dicatur מפני שלבן גס בהם *quia cor ipſorum elatum eſt*, et ab illis ſcandalum et damnum legi oriri poſſet. (cauſſa decreti huius reperitur in *Sanhed. Cohen Gadol* cap. 2. vbi Rex Iannaeus in ius vocatus Synedrio non debitam reuerentium exhibuit.)

Rex interficere poteſt illos, qui ipſi rebelles ſunt, aut qui ipſum contempſerunt, ſed ſupplicium nullum adhibere poteſt, praeter gladii ſupplicium. Poteſt etiam ſcutica percutere ob honorem ſuum, ſed non publicare opes, ne audiat raptor. Deo tamen magis obediendum eſt quam Regi, ſi aliquid contra legem eius praeciperet. דברי הרב ודברי העבד ודברו חרב קודמין *Habemus verba domini et ſerui, ſed domini verba ſemper praecedunt.*

Homicidas abſque demonſtratione et proceſſu praeuio interficere poteſt. Poteſt plures vna die (quod Synedrio non licuit, vid. *Sanhed.* cap. 14.) et patibulo ſuſpendere, ſuſpenſoſque relinquere per plures dies להטיל אימה ולשבר יד רשעי העולם *ad terrorem incutiendum et frangendum manum improborum mundi. Maimon Hal. Melach.* cap. 3.

Poteſtatem habet rex tributum imponendi, telonia ordinandi, ad ſuam et bellorum neceſſitates. Poteſt legere vndiquaque ex terra Iſraelitica viros fortes in militiam ſuam. Ita ad opera ſua adhibere poteſt omnes

Digitized by Google

ſummo Sacerdote, quando Vrim et Thummin conſulitur.

Praeceptum eſt Regi honore excipere doctores legis, quare ſi ad ipſum accedunt Senatores Synedrii et Sapientes ex Iſraelitis, coram ipſis aſſurgit et ad latus ſuum aſſidere iubet; ita fecit Aſa, Rex Iehudae (in *Sanhed.* id dicitur de Ioſaphat) diſcipulum ſapientis enim e ſolio ſuo aſſurgens exoſculatus eſt, et ipſum dominum et Rabbi vocauit.

Talem humanitatem autem Rex ſolum adhibet remotis teſtibus et בצנעא *in occulto*, nam בפרהסיא *publice* coram nemine aſſurgit, neminem tenere aut molliter alloquitur: vt timor eius in omnium corde ſit.

Sicuti ſcriptura vult, vt Rex maximo honore afficiatur, ita vice verſa vult, vt cor Regis humile ſit; ſit et erga omnes gratioſus et miſericors, propendeat ſemper ad manſuetudinem; nam (vt notat R. Leui Gerſom) יאראל אינן באופן שישפוט להם מלך לפי מה שירצה כמו הענין במלכי הגוים *Iſraelitarum conditio non eſt, vt rex aliquis eos iudicet pro ſua voluntate, vt faciunt imperatores gentium, qui conſtituunt populis ſuas leges prout libuerit.* Vid. *Maimon* vbi ſupra cap. 2.

Rex debet legem deſcribere, quamuis anteceſſor eius codicem ipſi reliquiſſet, et illam corrigere ex authentico codice conſeruato in ſanctuario; illum librum legis ſemper ſecum habere in bello et in pace, nec vllo tempore illum ſeponere niſi in illis locis, in quibus in lege ſtudere prohibitum eſt, qualia ſunt balnea, ſecreta.

Rex vltra octodecim vxores, ſiue ſint concubinae, ſiue vxores rite ductae, non habeat. (Vid. *Gemaram Sanhed.* *Cohen Gadol.* Sanhed. cap. 2. miſch. 4.) Equos vltra quos currus eius requirunt non multiplicet; imo prohibitum eſt אפילו סוס אחד להיות רץ פנוי לפניו vt vllum habeat equum, qui (pompae gratia) vacuus ante ipſum currat: vt mos eſt caeterorum Regum: ſi vnum ſuperaddit, vapulat, (de iure, nam de facto quis verbera inflixiſſet?)

Argen-

Digitized by Google

Argentum, vltra quod neceſſarii requirunt vſus, ne multiplicet, collectum in theſauro templi deponat: vt inde depromatur, cum vſus feret. Prohibetur autem multiplicatio argenti praecipue reſpectu propriorum theſaurorum, in quibus Reges gloriari ſolent.

Rex non debet eſſe vinolentus, et bibere more inebriantium: nec ſe amoribus nimium dare, aut ita deperire aliquam ex ſuis vxoribus, vt ſemper apud ipſam reperiatur כשאר הטפשים vt alii fatui in vſu habent.

Reges ex familia Dauidis iudicant et iudicantur, de ipſis etiam teſtimonium dicitur. Sed de Regibus Iſraelis, qui non ex ſtirpe Dauidis ſunt, decreuerunt ſapientes, ne iudicentur, aut teſtimonium de ipſis dicatur מפני שלבן גס בהם *quia cor ipſorum elatum eſt*, et ab illis ſcandalum et damnum legi oriri poſſet. (cauſſa decreti huius reperitur in *Sanhed. Cohen Gadol* cap. 2. vbi Rex Iannaeus in ius vocatus Synedrio non debitam reuerentium exhibuit.)

Rex interficere poteſt illos, qui ipſi rebelles ſunt, aut qui ipſum contempſerunt, ſed ſupplicium nullum adhibere poteſt, praeter gladii ſupplicium. Poteſt etiam ſcutica percutere ob honorem ſuum, ſed non publicare opes, ne audiat raptor. Deo tamen magis obediendum eſt quam Regi, ſi aliquid contra legem eius praeciperet. דברי הרב ודברי העבד ודברי הרב קודמין; *Habemus verba domini et ſerui, ſed domini verba ſemper praecedunt.*

Homicidas abſque demonſtratione et proceſſu praeuio interficere poteſt. Poteſt plures vna die (quod Synedrio non licuit, vid. *Sanhed.* cap. 14.) et patibulo ſuſpendere, ſuſpenſoſque relinquere per plures dies להטיל אימה ולשבר יד רשעי העולם *ad terrorem incutiendum et frangendum manum improborũm mundi. Maimon Hal. Melach.* cap. 3.

Poteſtatem habet rex tributum imponendi, telonia ordinandi, ad ſuam et bellorum neceſſitates. Poteſt legere vndiquaque ex terra Iſraelitica viros fortes in militiam ſuam. Ita ad opera ſua adhibere poteſt omnes

Digitized by Google

opifices, ſeruos et ancillas; at dando ipſis mercedem promeritam.

Vxores ducit Rex litteris dotalibus et ſponſalibus, pellices vero absque illis; et per ſolam cohabitationem. Illas pellices ſi libuerit in coquas et famulas iterum ordinare poterit. Si in bellum egreſſus ſit Rex, vicina praedia in ſuum vſum conuertere poterit, ſi aliunde non ſuppetat victus.

Decimas habet Rex ex ſeminibus et arboribus, iumentisque, et de omnibus terris, quas ſubigunt Iſraelitae; tollit partem vnam e tredecim. Qui a Rege occiduntur, bona ipſorum veniunt in ipſius fiſcum. Si quae regna ſubiugantur, regni illius theſauri et ſupellex Regi accedunt in ſolidum, caeteri vero praedas bonorum mobilium quas praedantur diuidunt: ipſe dimidiam partem primo ſumit, altera deinde pars inter Duces ſuos et populum tum praeſentem, cum caſtra et ſarcinas cuſtodientem aequaliter diſtribuitur. Ex regione ipſa poteſt ſeruis ſuis diſtribuere et ſibi reſeruare ſicuti bonum ipſi viſum fuerit: Modo omnia opera eius tendant ad res rite componendas. שאין ממליכין תחילה אלא לעשות משפט ומלחמה *nam Rex ab initio non in alium finem conſtitutus eſt, niſi vt faciat iudicium et gerat bellum. Maimon.* cit. tract. c. 4.

De bellis Regis vid. *Bella.* Rex Meſſias, qui venturus eſt, reſtituet regnum domus Dauidis in integrum ad dignitatem priſtinam. Maim. vbi ſupra cap. 9.

In vſu erat apud reges plantare arbores, ſub quibus ambulando poſſent vmbram captare. *Gloſſ.* in *Erubbin* fol. 25. 2. ad verba אברנקא חוי ליה.

Si eſſent omnia maria atramentum, et omnes iunci calami, et coelum pelles, et omnes homines ſcribae, non ſufficerent deſcribere profunditatem cordis poteſtatis regiae. *Schabbat.* f. 11.

Rex ſimilis eſt veſtimento, quod ſi breuiores fimbrias habeat, turpitudinem hominis eo induti reuelabit, cum in publicum prodierit; ſi vero longiores, in illis intercipiuntur pedes eius, vt ad lapſum impellatur; poſtquam

quam autem ceciderit, quis ipſum ſubleuabit? Cl. *Caſtell.* cit. in לבש.

Memorabilis eſt ille ritus, quo rex in ſolenni panegyri in lege legere debebat. Ceremoniam integram apponemus. Praeceperat Moſes lectionem Regis *Deut.* XIII. 10. 11. circumſtantiae loci, temporis, perſonae ita referuntur in Sotah cap. 7. R. *Salom.* in Deut. 31. *Maimon* in *Chagigah.* per. 1. Qui legere debebat Rex erat; locus in quo lectio fieri debebat, erat atrium mulierum, vt eo mulieres et infantes ſe conferre poſſent, et lectioni intereſſe, nam in atrium Iſraelis ipſis venire non licuit. Paratum erat ibi בימה של עץ *ſuggeſtum ligneum,* quod Rex aſcendebat, et in illo conſidebat. Miniſter congregationis חזן הכנסת ſumebat librum legis, et illum tradebat לראש הכנסת *capiti congregationis.* Ille Praeſul librum deferebat ad סגן ſummi Sacerdotis *vicarium.* Vicarius ad ſummum Sacerdotem, qui illum Regi porrigebat. Rex ſurgens illum recipiebat, et ſtans fundebat preces, ſicuti in vſu habent illi, qui ſe ad lectionem accingunt. Si ſedens legere voluiſſet, id ipſi licebat, magis honorificum tamen ipſi erat, ſi ſtans legeret: ſicuti fecit Rex Agrippa.

Lectionem incipiebat ab init. Deut. ad verſ. 10. cap. 6. Deinde a verſu 13. cap. vndecimi ad v. 22. eiusdem capitis legebat. Inde iterum pergebat ad v. 22. cap. 14. et legebat vsque ad verſum 2. cap. 29. Sufficere enim exiſtimarunt, ſi praecipue illas legeret periochas, quae maxime ad obſeruationem legis ipſum exſtimulare poſſent. Memoratur loco *Sotae* citato de Rege Agrippa, ipſius oculos ſtillaſſe lacrymas, cum illum verſum legiſſet Deut. XVII. 15. *Non poteris tibi praeficere virum extraneum, qui non frater tuus ſit.* Sibi enim conſcius erat, quod non ex ſtirpe Iudaica eſſet: populus tamen ipſum conſolari voluit, triplici blanda allocutione, dicendo אל תירא אגריפס אחינו אתה *Ne timeas, Agrippa, frater noſter es.*

Haec regis lectio vocatur פרשה המלך debebat neceſſario in lingua Hebraea fieri. Vid. *Haphtarot.*

Cuncta, quae ad regem ſpectabant, et iura et officia vberius in peculiari libello *de Iure Regis Ebr.* recenſet *Schickardus*, de quo argumento edidit ſingularem etiam librum *Wandalinus*, qui 1 Sam. VIII. non facta, ſed iura regum recenſeri probare conatur.

RHINOCORVRA. vid. *Interpretes*

ROMA. החשובה של אדום היא רומי *Roma eſt vrbs praſtantiſſima regni Edom.* R. *Salom.* Num. 24, 19. (Qui locus tamen in editione Baſil. vt et plurimi alii, neſcio quo zelo, omiſſus fuit: optarem ego vt libros integros ac non caſtratos reliquiſſent.)

Quicquid Prophetae dixerunt de vaſtatione Edom in vltimis diebus, id de Roma intellexerunt. *Kimchi* in *Obadiam* c. I. Ieſai. XXXIV. 1. in prima edit. Venet. quae omnium laudatiſſima.

Seruator egreſſurus eſt ex Roma metropoli et vaſtaturus eſt eam. *Bechai ad Hakkemach* cap. vlt. lit. 3. *In vaſtatione Romae illico erit redemptio noſtra. Zeror Hamor* ſect. *Schophetim.* Sunt plurima alia in ſcriptis Hebraeorum, quae abunde malignum ipſorum in Romam affectum teſtantur.

De orgine Romae loquitur *Sanhed.* edit. Venet. fol. 21. 2. *Ea hora, qua Salomoh duxit filiam Pharaonis, deſcendit Gabriel, et fixit calamum in mare, qui aſcendere fecit caenum, et in eo aedificata eſt ciuitas magna, quae eſt Roma.*

Item *Hieroſ.* ע״ז cap. 1. *Die, quo erexit Ieroboam duos vitulos, venerunt Remus et Romulus, et aedificarunt duo tuguria Romae.* Vid. *Schabbat* fol. 56. 2. *Medraſch Rabba* Cant. fol. 9. 3. vbi dicitur locum illum, in quo duo illi fratres ſua tuguriola aedificarunt, vocari רומי בבלון *Rom Babylon.* Conſule etiam *Medraſch* Pſal. X.

De origine Romae ex Iudaeorum ſententia. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 71. De Roma eiusque ſitu plurima

plurima notatu digna apud *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 95. ſeq. Roma κατ' ἐξοχὴν πόλις dicta. *Idem* ad Hecataeum p. 100. De Romanorum imperio et Iudaeorum in illud odio. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. in indice. Romanorum in bellis feritas. *Wagenſeil.* Sota p. 847. Romanorum imperium quare ferro et teſtae aſſimiletur in viſione Danielis. *Tanch.* fol. 31. col. 4. init.

✱ ROS. Beneficio roris mortui reuiuiſcent. *Wagenſeil.* Sota p. 956. Roris differentiae. *ibid.* p. 955.

✱ RVBEN an inceſtum commiſerit. *ibid.* p. 118. *En Iſrael* part. I. p. 47. col. 1. fin.

✱ RVTH. Varia ad hiſtoriam Ruth pertinentia. *ibid.* p. 56. col. 1. poſt init. *Tanch.* fol. 56. col. 4. circ. med. tot. Quamdiu Ruth vixerit? *Rabboth* fol. 279. col. 4. init.

S.

SABBATHVM quando principium ſumſerit, vid. *Coſri* fol. 88. Quae beneficia obſeruatio illius nobis afferat, exponuntur in *En Iſrael* 73. 1. *Baal Hatturim* Exod. XXXV, 3. Abrahamum Sabbathum non obſervaſſe dicit *Bereſchit Ketanna* Gen. II, 3. Patres in deſerto illum quoque non obſeruarunt. *Siphre* num. 9. 5. Gentiles ad Sabbathum obſeruandum non obligantur. *Sanhed.* fol. 58. 2.

Veſpera Sabbathum praecedente ſi quis conſpecta ſtella vna laborare pergit, liber eſt a reatu, ſi vero conſpectis duabus, laborem continuet, reatum contrahit: ſi expectat donec conſpiciantur tres, tunc plane peccat. *Hieroſ. Berachoth* fol. 2. col. 2.

Nemo veſpera Sabbathum antecedente ante ſacrificium veſpertinum coram tonſore ſedeat, aut balneum ingrediatur, donec preces peregerit. Tria dicenda

Digitized by Google

ſunt vnicuique in veſpera Sabbathi domui ſuae, poſtquam tenebrae obortae ſunt: *Decimaſtisne? Paraſtisne mixtionem ciborum? Accendite lucernam.*

In Sabbatho non licet canalem frigidae calidae immittere. Non ſubiicere licet vas lucernae ad oleum excipiendum. Camelus cum capiſtro, camelus foemina cum annulo, aſinus Lydius cum freno, equus cum catena, alia animalia cum ſuis retinaculis egredi poſſunt.

Mulier exire non poteſt in Sabbatho cum taeniis laneis et lineis, neque cum frontalibus aut genarum ornamentis, niſi aſſuta fuerint: neque cum corona, neque cum acu perforata, neque cum annulo, in quo eſt ſigillum: Exire tamen poteſt ſecundum ſapientes cum globulo balſami, cum filis comae, cum pipere et grano ſalis in ore, modo non indiderit primum in Sabbatho. Dentem vero ſiue aureum ſiue alius materiae ori impoſitum Sabbatho ferre ſapientes vetant.

Viro in Sabbatho egredi non licet cum ſoleis clauis plenis, neque cum lorica, neque caſſide, neque cum gladio, aut arcu, aut ſcuto, aut lancea, mutilus exit cum fulcro ſuo, filii cum corrigiis alligatis, filii regum cum tintinabulis. *Maſſecet Schabbath* cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Regulam generalem de Sabbatho hanc definierunt Rabbini: *Quicunque obliuiſcitur fundamenti Sabbathi, et facit opera multa in Sabbathis multis, non eſt reus niſi peccati vnius, quicunque vero ſciens fundamentum Sabbathi multa opera in Sabbathis multis fecerit, reus eſt de vnoquoque Sabbatho.*

Opera, per quae reus fit homo lapidationis atque exciſionis, ſi ex praeſumptione ea faciat, ſacrificii autem pro peccato ſi ex ignorantia מהן אבות ומהן תולדות *ſunt vel primitiua vel deriuatiua.* (Maim. Schabbath cap. 8.) Ex *primitiuis* enumerantur triginta nouem, ex quibus ſunt, arare, ſerere, metere, manipulos colligare, triturare, cribrare, commolere, pinſere etc. tondere oues, lanam fingere etc. *Deriuatiua* vel ſpecies iſtorum generum ſunt ea, quae eiusdem cum iis ſunt claſſis

et

Digitized by Google

et ſimilitudinis. Ex. gr. Foſſio eſt eiusdem generis cum aratione; olerum in fruſtula diſſectio eiusdem claſſis cum commolitione; et ſpicarum auulſio eiusdem rationis cum meſſione. Hinc *Maimon.* l. m. c. *Metens Sabbatho vel tantillum reus eſt* ותולש תולדות קוצר *et vellere ſpicas eſt ſpecies meſſionis:* (patet hinc ratio, cur *Matth.* XII, 2 cauſſam diſcipulorum tam ardenter agat Saluator, agebatur enim de capite.)

Prolixi ſunt admodum in recenſione caſuum, quae in Sabbatho licent vel non licent; pauca ſolum adhuc notabimus. In Sabbatho non licet viris vxores ducere aut foeminis nubere. *Maimon.* Hal. אישות c. 10. 14. Sani Medicinam ne adhibento Sabbatho. (Confer Matth. XII, 10.) Qui aeger eſt lumbis, ne oleo vel aceto locum affectum vngat: aſt oleo licet, modo non roſaceo etc. Dolens dentibus acetum ne obſorbeat, iterum exſputurus: at abſorbere licet, modo deglutiat. Gutture dolens oleo ne gargarizet; at oleum deglutire licet, vnde ſi ſanetur, bene eſt. Ne maſtichen quis maſticet, aut dentes aromatibus confricet in medelam; ſi vero hoc faciat ad ſuaueolentiam oris, permittitur. Vinum oculo dolenti non indunt. Fomentationes, aut olea, loco affecto non applicant. *Maimon.* in *Schabb.* c. 21.

Qui duas litteras ſcribit, ſiue dextra ſiue ſiniſtra ſua, ſiue de nomine vno, ſiue de nominibus duobus, reus eſt violati Sabbathi. Qui venatus fuerit auem in auiarium magnum abigendo, et capream in domum, reus eſt. Omnes ſcripturas ſanctas eripiunt die Sabbathi ab incendio, ſiue in illis legant ſiue non; ſi gentilis accenderit lucernam, poteſt eius lumine Iſraelita vti, vt etiam gradibus, quos ſibi fecit, aut ad aquandum, aut ad deſcendendum.

Non obſtetricantur beſtiae die Sabbathi, adiuuant tamen. At foeminae obſtetricantur in Sabbatho, et obſtetrici licet vmbilicum ligare, et venam abſcindere: omnia quoque facere licet in Sabbatho, quae ad circumciſionem pertinent. Operarii in Sabbatho con-

Digitized by Google

ducendi non ſunt. Mortuo omnia neceſſaria fieri poſſunt. *Schabbath* a cap. 11, ad 23.

Innuit D. N. I. *Matth.* XII, 11. ipſos in Sabbatho etiam animalia, ſi in foueas incidiſſent, extrahere in vſu habuiſſe. De illo caſu ſic loquuntur *Hieroſ.* in *Iom tobh* fol. 62. *Si beſtia atque eius foetus incidant in foueam die feſto; R. Lazar dicit, priorem eleuet, eo fine vt occidat, et occidat, alteri autem pabulum miniſtret ne moriatur. R. Ioſua dicit, eleuet vtramque* etc.

Maimon. in *Schabbath* cap. 25. *Si beſtia incidat in foveam, aut in ſtagnum aquarum, alimenta ei poſſeſſor in iſthoc loco miniſtret, ſi poſſit: ſin minus, pannos et ſtramenta afferat, et beſtiam ſuffulciat; vnde, ſi poſſit aſcendere, aſcendat.*

Sed videtur inſuper hanc ipſorum praxin non parum ponderis ex hoc Canone habuiſſe. חוס על נכסיהן של ישראל *tenere admodum curandum eſt de bonis et facultatibus Iſraelitarum.* Hieroſ. vbi modo.

§. Circumciſio et Sabbathum fuerunt ante legem. *Midraſch Tillim* fol. 15. Redempti ſunt Iſraelitae ex Aegypto, ob obſeruatam illic circumciſionem et Sabbathum. *Baal Hatturim* Exod. I. Fuit Sabbathum iam ab initio mundi. R. *Salomoh* Eſai. LVIII, 14. Adamus creatus eſt veſpere Sabbathi, vt illico ſubiret praeceptum. *Bab. Sanhed.* fol. 38. 1. Nihil intereſt inter diem feſtum et Sabbathum אלא אוכל נפש בלבד *niſi quod in eo pro cibo ſint carnes animalium.* Nihil intereſt inter Sabbathum et diem expiationis, niſi quod contemptus illius ab hominibus vindicetur, huius vero בידי שמים *per manum Dei.*

Traditio eſt שאין שבות אסור במקדש *in ſanctuario nullas prohibitiones reſpectu Sabbathi eſſe*, ſi itaque accideret, vt feſti Paſchatis primus dies, in quo agnus mactabatur, incideret in Sabbathum, nulla Sabbathi conſideratione habita omnes Paſchatis requiſita fecerunt. De hac permiſſione in Sabbatho neceſſitates templi faciendi, loquitur Chriſtus Matth. XII, 5.

§. Con-

Digitized by Google

§. Concluſum eſt a Iudaeis Sabbathum coena vel conuiuio. In quo candelam adhibuerunt (ſicuti etiam faciunt ad ingreſſum Sabbathi) et vinum et aromata, et formulam benedictionis ſuper poculo vini, et deinde ſuper candela, et deinde ſuper aromatibus. *Si Sabbathum exit cum eſt in medio conuiuii ſui*, (*Pater familias vel Rabbinus*) *finem imponit commeſtioni, manus lauat, et ſuper poculo vini gratias agit pro victu, et poſtea ſuper poculo illo formula orationis vtitur in ſeparationem Sabbathi a die communi* etc. *Maimon. Hal, Schabbath* c. 29.

Proprii limites Sabbathi erant a ſole occidente ad ſolem occidentem: hinc nemo aliquod opus die Sabbathum antecedente inchoare debet, niſi illud perficere queat מבעוד יום *dum adhuc eſt dies*, i. e. (vt ipſi explicant) עם השמש *dum adhuc ſol non occidit. Schabbath* cap. 1. Idem vult *Hieroſ. Schevijt* fol. 33. 1. *Veſpere Sabbathi permittitur opere incumbere, vſque dum ſol occidat.* Sed ſicuti poſt occaſum ſolis nullus labor fieri debuit, Sabbatho ingrediente, ita quoque nullus fieri debebat Sabbatho egrediente, niſi iam ſol occidiſſet. Non autem opera facere licuit ſtatim poſt occaſum ſolis, ſed ſolum poſtquam illud tempus praeteriiſſet, quod vocant בין השמשו' et quod proprie ſignificat *inter ſoles*, phraſeologia deducta a duplici שקיעות *occaſu ſolis.* De illo tempore ſic diſputant in *Hieroſ. Berachoth* fol. 2. 2. *Quid eſt* בין השמשות*? dicit Rabbi Tanchuma; eſt inſtar guttae ſanguinis cadentis in aciem gladii, quae ſe diuidit vtrimque. Quid eſt* בין השמשות*? Eſt ab eo tempore, quo occidit ſol, vſque dum ambulet quis ad dimidium milliaris. R. Ioſe dicit, eſt ſicut ictus oculi.* Clarius, quid בין השמשות ſit et quando opera incipere liceat, definit *Maimon.* in Schabbath c. 5. *Ab eo tempore, quo occidit ſol, vſque dum appareant tres ſtellae medianae, vocatur* בין שמשות *inter ſoles; et dubium eſt num tempus illud ſit de die, an de nocte. Vtrumque de eo vbique iudicant* להחמיר *ad grauandum officium. Intra illud tempus ergo non accendunt lucernam Sabbathicam: et quicunque ſeruile aliquod opus fecerit veſpera Sabbathi aut exitu Sabbathi,*

Digitized by Google

bathi, *tenetur ad ſacrificium pro peccato.* Haec eo diligentius notanda ſunt, quo maiorem lucem foeneran-tur loca Matth. VIII, 16. obtulerunt daemoniacos et alios aegrotos Chriſto ὀψίας δὲ γενομένης ſiue vt Marcus dicit ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος: obſeruare enim voluerunt Canones de Sabbatho.

§. In *Schabbath* fol. 118. 1. ſic inquiunt, *qui ter conuiuatur Sabbatho*, *liberabitur a tribus miſeriis*, *a doloribus Meſſiae*, *a iudicio Gehennae*, *a bello Gog et Magog.* Facile itaque ipſis erat ſatisfactione culinaria ex opere operato haec beneficia acquirere. Illas luxurias etiam approbant *Kimchi* in *Eſai.* LVIII, 13. et *Maimon.* in *Schabbath* cap. 30. cuius haec ſunt verba: *Probibitum eſt ieiunare Sabbatho: At vero e contra tenentur homines cibo et potu ſe oblectare: lautitius enim conuiuandum eſt Sabbatho quam diebus aliis; ſummeque eſt laudandus*, *qui parat in iſtum diem dapes maxime opiparas. Omnes*, *etiam ipſi pauperes*, *qui Eleemoſyna victitant*, *ter in Sabbatho comedere debent.* Quantum ab illis dapibus diſtabant diſcipulorum Chriſti ſpicae aridae! et tamen non caruerunt inuidia.

§. Feſtiuum eſt illud, quod Cl. *Caſtellus* cit. in בשר ſex dies ſeptimanae conſtituunt tria paria coniugalia: Sabbathum autem eſt ſolitarium et viduatum, vnde Deus ipſi addixit Iſraelitas quaſi coniugem, vt eum precibus, cantionibus, concionibusque honorent, ipſique adhaereant toti, vt vxor marito.

§. Quouſque extenſi fuerint limites Sabbathici itineris neminem latet; obſeruatu autem dignum eſt, in vſu fuiſſe ſpatium illud vndiquaque extra vrbes metiri, vt certos ſtatuere poſſent terminos: quos praeterea certis ſignis notabant, ne dubii haeſitarent.

De menſura bis mille cubitorum has habes regulas *Maimon.* in *Schabb.* cap. 28. *Ciuitatem*, *quae longa eſt*, *vel quadrata; ſi ei ſunt quatuor anguli iuſti*, *ſinunt eſſe vt eſt*, *et metiuntur bis mille cubitos ab vnoquoque eius latere. Si ſit rotunda*, *formant ei quadraturam et a lateribus iſtius quadraturae metiuntur. Idem faciunt ſi ſit triangularis. Menſurae*

ſurationem autem illam non faciunt niſi funiculo quinquaginta cubitorum eoque lineo.

De ſignis limitum ſonat Canon in *Beza* fol. 36. 2. *Nullis vehuntur animalibus* (Sabbatho aut die feſto) *ne ſcilicet exeant vltra limites.* Gloſſ. *Quia qui pedibus non ambulat* אין רואה את סימני תחומי *non videt ſigna limitum.* Diſcipuli a Chriſto miſſi reperierunt τὸν πῶλον δεδεμένον ἐπὶ τῶ ἀμφόδε, in loco ſcilicet vbi ſe mutuo contingebant via Sabbathica ab vrbe protenſa et via communis inde reus ducens, et vbi ſtatum erat ſignum itineris Sabbathici ab vrbe. Si rectius quid habes candide imperti.

§. Quid ſit Sabbathum δευτερο-πρῶτον tot ſententiae ferme ſunt quot capita. Paucis hoc tene. Manipulus primitialis offerri debuit, ad ſupplicandum Deo, vt benediceret nouis frugibus, et vt venia impetraretur ad falcem in ſegetes immittendam; oblatio illius fiebat ſecundo die hebdomadae paſchalis Leu. XIII, 10. 11. qui dies fuit *Sabbathicus*, Exod. XII, 16. Sicuti autem ab initio meſſis oblatio fiebat manipuli, ita poſt peractam meſſem hordaceam, poſt numeratas ſeptem ab illa die oblationis manipuli hebdomadas, in gratiarum actionem offerebantur panes primitiales. Leuit. XXIII, 15. 16. 17. Ad computationem autem illarum hebdomadum et temporis interlabentis inter oblationem manipuli et oblationem panum, non alio calculo vſi ſunt, niſi vt per Sabbatha numerum ſeptimanarum deſignarent hoc modo: *Hoc eſt* Σάββατον δευτερο-πρῶτον *Sabbathum a ſecunda die Paſchatis primum.* Hoc eſt δευτερο-δεύτερον *a ſecunda iſta die ſecundum.* Occurrit tamen etiam mentio computationis illius temporis per dies. *Iuchaſin* fol. 36. 1. *Mortui ſunt plurimi ſapientum diſcipuli quindecim diebus ante Pentecoſten, hoc eſt triginta tribus a manipulo.* Sub finem Midraſch Samuelis ſic concluditur: *Finitum eſt hoc opus die triceſimo tertio a manipulo.*

Duae ſunt eductiones Sabbathi, quae pro quatuor habentur. de *Iuram.* cap. 1. miſchn. 1. Sabbathum qua-

Digitized by Google

quacunque re honorandum. *Rabboth* fol. 10. col. 2. ante fin. *Tanch.* fol. 1. col. 2. med. Quaenam opera in Sabbatho ſint licita. *ibid.* circ. fin. Gloria Sabbathi multo maior eſt, quam feſti ieiuniorum ab hominibus inſtituti. *ibid.* col. 3. poſt med. Diſputatio orta eſt inter Turnum Ruffum et R. Akibam, vtrum ille dies, quem Iudaei pro Sabbatho colunt, ſit vere Sabbathum. Id quod tribus argumentis ipſi demonſtrauit R. Akibas. 1. deſumptum erat a fluuio סמבטיון (de quo vid. infra *noſter auctor* in *Sabbathion*) qui per omnes dies ſeptimanae fluit, ſed Sabbatho quieſcit. Alterum a Pythonico, qui in Sabbatho nunquam aſcendit. (3) a Turni Ruffi patris ſepulchro, quod per totam ſeptimanam fumigabat, et non niſi in Sabbatho quieſcebat. *ſupra in R. Akiba.* Chriſtiani non debent Iudaeis ſeruire in Sabbatho. *Wolf.* Bibl. hebr. part. II. p. 1107. Ieiunare licet Sabbatho ob ſomnia infauſta. *Wagenſeil.* Sota p. 1126. De Sabbatho rebusque in eo licitis vid. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. in indice. Karraeorum et Rabbanitarum diſſenſus de igne in Sabbatho alendo. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 148. In veſpere Sabbathi pulchre ornare ſe ſolebat R. Iehuda, fil. Elai. *Ets Iſrael* part. I. p. 42. col. 1. poſt init. De Ioſepho ſabbathicola, eiusque praemio, quod lacte tranſigeret Sabbathum. *ibid.* p. 58. col. 1. poſt med. Sabbatho contra gentiles vrbes defendere licet. *Cramerus* ad cod. Succa p. 106. Sabbatho 39. opera ſunt prohibita. *ibid.* p. 280. Si cui nati ſunt duo filii, alter in veſpera Sabbathi, alter in Sabbatho, et ſi quis oblitus circumcidat eum, qui in veſpera Sabbathi natus eſt in Sabbatho, aut vice verſa, an peccetur. *Tanch.* fol. 7. col. 4. init. An foemina cum corona aurea prodire poſſit in Sabbatho. *Tanch.* fol. 12. col. 3. p. med. Num oleo combuſtionis lucernam accendere liceat in Sabbatho. *ibid.* fol. 63. col. 2. fin. Tres ante Sabbathum dies nauigare haud licet, ſi iter inſtet longum.

ibid.

Digitized by Google

ibid. fol. 65. col. 3. poſt init. Propter inſequentes latrones, inſtansque vitae periculum profanari poteſt Sabbathum. *ibid.* fol. 76. col. 1. poſt init. *Rabboth* fol. 232. col. 1. init. Praeceptum de Sabbatho prae reliquis ſeruandum. *ibid.* fol. 116. col. 3. poſt init. Aduerſus dolores dentium remedia adhibere in Sabbatho licet. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 53. In Sabbatho oculos ſputo inungere non licet. *Tanch.* fol. 3. col. 4. med. Quando ſanare liceat in Sabbatho. *ibid.* fol. 6. col. 3. poſt init. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 90. ſeq. Circumciſio pellit Sabbathum. *Tanch.* fol. 6. col. 3. poſt init. An emplaſtrum imponendum ſit vulneri in Sabbatho. *ibid.* fol. 26. col. 4. init. An ſanare liceat in Sabbatho eum, cui os dolet. *ibid.* fol. 27. col. 4. med. Num librum legis tempore incendii eripere ex flamma liceat in Sabbatho. *ibid.* fol. 28. col. 2. med. Qui ſcribit duas litteras בהעלם אחת בשבת reus eſt violati Sabbathi. *ibid.* fol. 37. col. 2. circ. fin. Sabbatho ſua debetur reuerentia, quod exemplo Turni Ruffi probatur. *ibid.* ſeq. Num propter infantem ſex, ſeptem, octo etc. menſium profanandum ſit Sabbathum. *ibid.* fol. 59. col. 4. poſt init. Quare Ioſua in expugnanda Ierechunte profanauerit Sabbathum. *ibid.* fol. 63. col. 1. poſt init. Lex de Sabbatho tempore Ioſephi patriarchae nondum fuit data. *ibid*, col. 2. init. Quot vicibus buccina clangant in veſpera Sabbathi. *ibid.* fol. 75. col. 3. poſt init. Sabbathum tribus vel quatuor prandiis eſt tranſigendum. *Edzard.* Berachoth p. 192. *En Iſrael* part. I. p. 57. col. 1. poſt med. ſeq. Mos antiquiſſimus eſt Iudaeis in Sabbatho genio indulgendi. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 24. not. De itinere Sabbathi *Sam. Petitus* obſeruationum lib. III. cap. 3. *Tanch.* fol. 58. col. 4. init. Multa de Sabbatho vid. in *I. G. Stuck* Antiqu. conuiu. lib. 1. cap. 23. et 33. it. Index rerum Theol. ad Decenn. I. *Act. Erudit.*

SABBA-

Digitized by Google

SABBATHION Talmudicis סבבטיון, fluuius, qui omnibus ſiccatur Sabbathis. *Sanhedr.* fol. 65. 2. *Quaeſiuit Turnus Ruffus ab Akiba:* Quis probaret, quod hic dies eſſet Sabbathum? (forte enim aliquis alius dies Sabbath. eſſe poſſet.) Reſpondit R. Akiba נהר סבטיון יוכיח *fluuius Sabbathicus probabit.* Gloſſ. *Iſte fluuius eſt ſaxoſus: qui omnibus diebus ſeptimanae fluit et labitur, ac Sabbatho intermittit et quieſcit.*

Ioſephus de bello lib. 7. 6. 13. contrarium ſcribit, et dicit, illum Sabbathicum vocari, *quia fluuius ille quamvis aquis ſatis abundans, nec ſegniter labens, totus a fontibus deficiens ſiccum per ſex dies exhibet locum. Deinde vero quaſi nulla mutatione facta ſeptimo die ſimilis exoritur.*

Situm eius Ioſephus loco citato collocat *inter Arcaeas et Raphanaeas regni Agrippae ciuitates.* Plin. *Nat. Hiſt.* lib. 31. c. 2. ipſum in Iudaea collocauit, quando inquit: *In Iudaea riuus Sabbathis omnibus ſiccatur.*

De hoc fluuio conſule Cl. *Buxtorf.* in rad. *Fulleri miſcel.* I. c. 9. *Fagium Deut.* XXXI. *Galatinum* XI. c. 9. *Ionathan* Exod. XXXIIII, 10. Bereſchit R. ſect. 11. et 73. Schalſchelet Hakkabala p. 36. *Iuchaſin.* 155. *Beniamin* itin. 205.

✱ SACCVS. De ſacco luctus indicio vid. *Rabboth.* fol. 346. col. 3. med.

SACERDOTES הובדלו לעבודת דקרבנות *ordinati et electi fuerunt ad officia ſacrificiorum facienda.* Proinde ſinguli ipſis debitum honorem exhibere debent, et ipſis omnibus reliquis praeferre. *Maimon. Hal. Kele Hamikd.* conf. *Abarb.* Praefat. Leuit. fol. 226. col. 1.

Recepta eſt opinio ordines Sacerdotum primo a Moſe conſtitutos eſſe, ipſumque quatuor ſumſiſſe ex filiis *Eleaſaris* et quatuor ex proſapia *Ithamaris.* Samuelem Prophetam deinde addidiſſe adhuc octo, ita vt ipſius tempore 16. ordines fuerint: Tandem Dauidem adhuc octo hunc numerum auxiſſe, et ita 24. ordines

Digitized by Google

dines feciſſe. Sunt qui Moſi attribuunt 16. ordines, et conſtitutioni Dauidis et Samuelis ſolum octo; ſed tanti non eſt, vt huic computationi immoremur, modo in eo ſit conſenſus 24. Sacerdotum ordines fuiſſe. Vid. *Hieroſ. Taanith* c. 4. *Maimon. Kele Hammikd.* c. 4. *Kimchi* in I. *Chron.* XXIIII. R. *Salomoh ibid.*

Videndum autem primo tempus ingreſſus ipſorum in Sacerdotium et ordines; deinde ordines ipſos inſpiciemus.

Tempus fixum et conſtitutum ordines ingrediendi erat cum 30. annos attigiſſent; Num. IIII, 3. (Sic Chriſtus anno 30. ſuum ſacerdotale munus incepit.) Legimus quidem Num. VIII, 25. quod iam ab anno 25. cultui intereſſe coeperint, ſed tunc nondum vt ſacerdotes, ſed vt ſacerdotio initiati et nouitii (vt in Papiſmo loquuntur) conſiderabantur: poterant aliqua officia facere, ſed non omnia, poterant (vt notat Aben Eſra Num. VIII.) excubias facere circa tabernaculum, ſed non arcam ferre. Ita Dauid tandem permiſit, vt iam anno vigeſimo ad initiationem accederent 1 Chron. XXIII, 24. 27. Et quoniam illo tempore iuuenes pubeſcere et producere barbam incipiunt, hos nouitios Talmudici vocant פרחי כהונה *pubem ſacerdotalem*, vt in *Ioma* cap. 1. *Si ſummus Sacerdos dormire geſtiebat, iuuenes ſacerdotales coram ipſo digitis percutiebant.* Gloſſa: פרחי כהונה *ſunt iuuenes quibus barba eſfloreſcere incipit.* Vid. etiam *Tamid* cap. 1. vbi dicuntur dormire in pauimento *Beth Moked.* et a Gloſſa deſcribuntur quod ſint שהגיעו לעבודה *illi qui non ita pridem ad cultum acceſſerint:* ſiue qui non ita pridem ſacerdotii candidati facti erant. Initiatio Samuelis dum adhuc puerulus erat, fuit caſus extraordinarius. *Kimchi* in 1 Sam. II.

Videtur h. l. auctor confundere tempus ſacerdotum, cum tempore Leuitarum, qui erat 30. annus. De tempore autem ſacerdotum vid. *Maimon.* de vaſ. Templ. cap. 5. §. 15.

Modus inaugurationis et admiſſionis ipſorum ad omnes partes cultus talis erat. Synedrium magnum ſingulis diebus ſedens in conclaue Gazit iudicabat de ſacerdotibus qui ad legitimam aetatem pertigerant, an ex legitima orti eſſent proſapia, et ita an admittendi ad cultum eſſent, nec ne. (De ſacerdotum matribus legitimis vid. *Kidduſchin* cap. 4. 5. Generalem de illis hunc habuerunt Canonem. *Ne inquiratur vlterius, ſi pater eius conſcriptus fuit in catalogo Ieſchanae Zipporienſis;* ille Ieſchana enim accuratam Genealogiam conſcripſerat.) Inquiſitio deinde facta eſt, an vllo laborarent vitio; vitia autem numero erant 140. (vid. *Maimon.* in *Biat Mikdaſch* c. 8.) Si aliquis perfecte non poterat probare ſe ex ſtirpe ſacerdotali natum eſſe, induebatur veſtimento nigro, et obuoluebatur velo nigro, et ita pullatus dimittebatur, nec vnquam reuerti poterat. Si vero ſufficienter probaſſet legitimum ſuum ortum, et tamen aliquo laboraret vitio, relegabatur ad conclaue lignorum, et ad ligna a vermibus purganda adhibebatur. (vid. *Conclauia.*) Ille vero qui et bene natus et recte conſtitutus erat, ſiue vitio carebat, induebatur veſtimentis albis et velo albo, matriculae ſacerdotum inſcribebatur, et ad cultum cum reliquis faciendum amandabatur. *Middoth* cap. 5. *Maimon.* vbi ſup. c. 6. §. 11. Ad hunc ritum alluditur Apocal. III, 5. *Qui vicerit, amicietur veſtimentis albis.*

De viginti quatuor ἐφημερίαις in Babel ſolummodo quatuor ex captiuitate reduces factae ſunt, ſcilicet ordo *Ieddaiae*, *Harim*, *Paſchur*, *Immer.* Ex illis deinde ſorte iacta iterum 24. conſtituerunt, *Ieddaia ex vrna 5. ſumebat, et vnam pro ſe;* ſic fecerunt et *Harim* et *Paſchur* et *Immer*. vid. *Toſiphta* ad *Taanith* cap. 4. *Talm. Bab. ibid.* Notandum autem illos ſortibus illis inſcripſiſſe nomina capitum 24. ordinum, vt ſcirent quales ordines vnaquaeque ex his familiis reſiduis explere deberet. Hinc ratio patet, cur Zacharias dicatur eſſe ex ordine *Abiae* Luc. I, 5. Licet illa familia iam defiiſſet;

quia

Digitized by Google

quia ſcilicet ἐφημερία illa reſpondens ordini priſco Abiae, ſemper antiquum nomen obtinuit.

Vnusquisque ordo ſacerdotalis ita erat diuiſus, vt dimidia ad minimum pars eius perpetuo Hieroſolymis habitauerit, vel circa eam, vt aliqui ſaltem certo parati eſſent, tempore officii ipſorum appropinquante; reliqua vero pars ἐφημερίας diſperſa erat vndiquaque per omnes tractus Iudaeae; magna autem multitudo ipſorum reſidebat Ierichunte (vid. ſ. l.) ex quibus plurimi accedere debebant, cum tempus cultus ordinis ipſorum adeſſet; qui non adhibebantur ad ipſum altaris cultum מתקינים לאחיהם *curabant pro fratribus ſuis cultui vacantibus victualia*, et quae ipſis opus erant. Sacerdotes vero illi qui neque Hieroſolymis nec Ierichunte degebant, et qui tamen illius ordinis, qui tunc in officio erat, membra erant, cum Leuitis et viris ſtationariis (de quibus vid. ſ. l.) Synagogas ingrediebantur, ieiunabant, orabant et lectioni legis incumbebant, Deumque ſupplicabant vt cultus qui tunc in fratrum ſuorum manibus erat, ipſi gratus atque acceptus eſſet. *Taanith* cap. 3.

Ordines hi ſacerdotum etiam in ſemet ipſis aliquos gradus honorum habuerunt. Totus ordo habebat *caput* ſiue *praeſulem* qui vocatur ראש המשמר et qui repraeſentabat perſonam illam a qua ordo nomen ſumſerat. Erant illi praeſides membra Synedrii, et in Nouo Teſtamento ἀρχιερεῖς vocantur. Sicuti deinde ordo plurimas comprehendit familias, ita quoque illae familiae ita diuiſae erant, vt vnaquaeque diebus ſibi conſtitutis cultui vacaret; ita autem ordinis diuiſio ſe habuit, vt recenſet *Hieroſ. Taanith* cap. 4. fol. 68. et *Toſiphta*. *Ordo ille qui quinque familias paternas habuit, tres familias cultui vacantes habuit per tres dies et duas per quatuor. In ordine illo qui habuit ſex familias paternas, vna cultum fecit per duos dies, et quinque per quinque dies. In ordine qui habebat ſeptem familias vnaquaeque per ſuum diem officium faciebat. In ordine qui octo habebat familias ſex miniſtrabant per 6. dies, et duae per diem vnum. Qui no-*

Digitized by Google

vem, per 5. *miniſtrabant dies*, *et* 4. *per dies duos.* Quivis itaque ordo ſolum per vnam miniſtrabat ſeptimanam, cultum incipiebat in Sabbatho, et Sabbatho inſequente finiebat; vid. 2 Reg. XI, 7. 2 Chron. XXIII, 4. Ille qui familiae miniſtranti praeerat vocatur ראש בית אב *caput familiae paternae.* vid. אב in A. De aliis honoribus et officiis ſacerdotum vid. אמרכלין in A. et *officiarii.*

Viri ordinis miniſterio vacantis poterant bibere vinum noctu ſed non interdiu, ſi enim accideret, vt cultus diei grauior eſſet quam vt familia paterna illi ſuſtinendo par eſſet, ad illam iuuandam ſe accingere debebant, quod facere non poſſent, ſi vinum bibiſſent: qui enim circa cultum occupati erant, ipſis vinum degustare non licuit. *Toſipht. Hieroſ.* vbi ſupra. vid. *Maim.* Biat Hammikd. cap. 1. §. 6.

§. De munditia et puritate ſacerdotum vid. *Immundities* et *Lotio.* Dabantur tamen certi caſus in quibus ſacerdotibus licuit, licet immundis, cultum facere. *Maimon.* in *Biat Mikdaſch* cap. 4. *Si tempus oblationis alicuius ſacrificii aduenerit diſpenſans de Sabbatho*, (ſi ſcilicet in illud inciderit,) *et de immunditia*, *ſed ſolum ſi congregatio aut ſacerdotes aut vaſa miniſterii impura facta ſunt*, *propter aliquem mortuum*, *alias ſacerdotibus alia immunditia affectis ad cultum accedere non licet.*

§. De cultu ſacerdotum quibus ritibus peragebatur quotidie vid. *Cultum quotidianum.* Erat aliquis, qui ſacerdotes ſingulis horis matutinis excitabat: vocatur ille in *Tamid.* c. 3. 8. גביני הכרוז *Geuini praeco.* Sic autem clamabat: עמדו הכוהנים על עבודתכם ולוים בדוכניכם *ſurgite ſacerdotes ad cultum veſtrum et vos Levitae ad loca veſtra.* De benedictione ſacerdotum vid. *Benedictiones.* De ea ſic loquitur cap. 8. *Sota.* *Benedictio ſacerdotum debet fieri in lingua ſancta. Quomodo autem fit? In prouinciis ipſam dicunt vt tres benedictiones, in ſanctuario vero vt vnam. In ſanctuario dicunt nomen* (Iehouah) *vt ſcribitur, in prouinciis vero per cognomina eius: In prouinciis ſacerdotes manus ſuas ad humeros tol-*

lunt;

Digitized by Google

lunt; ſed in ſanctuario ſupra capita ſua, excepto ſummo ſacerdote, qui manus ſuas vltra laminam non eleuat.

§. Sacerdotibus incubuit Liturgia, in illa ſingulis diebus deſtinatos Pſalmos cantarunt; Primo die habebant Pſalm. XXIIII. Secundo Pſalm. XXXXVIII. Tertio Pſalm. LXXXII. Quarto Pſalm. LXXXXIIII. Quinto Pſalm. LXXXI. Sexto Pſalm. LXXXXIII. Septimo Pſalm. LXXXXII. ab ipſo Adamo contextum, *Tamid.* f. 97. 2. *Kimchi in praefat. Pſalm.*

§. בית דין של כהנים *Senatus ſacerdotum* cuius mentio fit in *Ketubb*- cap. 1. conſtabat ex ſuperioris ordinis ſacerdotibus, quales ראשי, ראשי משמר בית אב Immarcalin etc. De hoc ſenatu intelligendus eſt locus *Maimon.* in מחוסרי כפרה cap. 1. עד שיכלו אין בית דין של כהנים עומדין משם *non recedit illinc ſenatus ſacerdotum* etc. De loco huius ſenatus. vid. *Conclaue* Βα-*λευτῶν.*

§. De ſacerdotum luctu, quomodo et a quibus mortuis immundi fiant, tractat *Maimon. Hal.* אבל c. 2. et 3.

§. Colligamus nunc ea quae de ſacerdotum diſtinctionibus teneri debent. Sacerdotes illi qui ex ſtirpe quidem ſacerdotali erant orti, ſed educatione ſcholaſtica carebant, vocarunt כהני עם הארץ *ſacerdotes plebeios.* Et quoniam tales vt plurimum pauperes erant, permiſſum eſt ipſis, reliquis pauperum priuilegiis frui, qualia ſunt *ſpicilegium*, *racematio* etc. vid. *Hieroſ. Trumoth.* fol. 44. 1. Tali ſacerdoti plebeio non dabatur Trumah ſiue oblatio, quia incertum erat an comeſturus eſſet in munditia vel immunditia; *Sanhed.* fol. 90. ſicuti enim indoctus erat, ita preſupponebatur omnes puritatis regulas obſeruare non poſſe.

Erant deinde ſacerdotes, qui vocabantur כהנים הדיוטות *ſacerdotes Idiotae*, ſiue priuati, qui quamuis docti erant, ita tamen nominabantur, quamdiu ordinis inferioris ſacerdotes manebant.

Ordinis ſuperioris id eſt honorificentioris erant ראשי המשמר *Praeſides ἐφημερίων*, ראשי בית אב *capita familiarum*, quae vna die cultui vacabant; ממוני במקדש *vario-*

variorum officiorum praefecti in templo; Sacerdos unctus ad bellum הסגן *Vicarius ſummi Pontificis; et Summus Pontifex.* De tribus prioribus iam quaedam dicta, de poſterioribus paucis agendum.

§. Summum Sacerdotium ordinarie obtinere debuit primogenitus, vt elicit *Raſchi* in 1 *Chron.* XXIV. 1, ad verba *Nadab et Abihu moriebantur* etc. Ante datam legem etiam primogenitus familiae Sacerdos eſſe debuit, hinc *Chaldaeus Gen.* XLIX. 3. introducit Iacobum Rubeni primogenituram, ſacerdotium et regnum tribuentem. Hinc etiam Simeon iuſtus nihil obtinere potuit, cum primogenitum ſuum Schimaei excluſo Onia ad Sacerdotium promouere voluit *Juch.* fol. 15.

Haec ſucceſſionis neceſſitas fecit, vt aliquando ad Sacerdotium promouerentur illi qui plane indocti erant. Vid. *Joma* c. 1. vbi plura dicuntur quae praeſupponunt, plurimos Summos Sacerdotes non חכמים ſed עם הארץ *plebeios et indoctos* fuiſſe, quaedam dedimus de *Expiationis die.* Nota etiam Maimonidis dictum in *Talm. Thorah* cap. 3. quando ſic loquitur תלמיד חכם חשוב ממ׳ג עם הארץ *Diſcipulus ſapientis quamuis ſpurius ſit, tamen praeferendus eſt Summo Sacerdoti indocto.*

Summi Sacerdotis initiatio fiebat per Synedrium magnum, quod ante Ioſiae tempora, cum oleum vnctionis nondum abſconditum erat, ipſum per octo dies oleo illo vngebat, illique Sacerdotes vocantur כהנים משוחי בשמן המשחה *vncti oleo vnctionis.* De modo vngendi vid. ſ. l. Poſtquam autem oleum vnctionis defecit, Saderdos ſummus initiabatur, induendo per octo dies eius veſtes; qui ita iniatus erat, vocabatur מרובה בגדים vid. Maim. in *Kele Hammikd.* c. 4. §. 12. it cap. 1. §. 8. Qui ita initiatus erat, Summus Sacerdos erat omni vita ſua. *Ioſeph Antiq.* lib. 15. cap. 3. Sed tandem fraus et pecunia nihil ſtabile hic reliquerunt V. *Gem.* in *Ioma.* et *Ioſeph.* De frequenti enim mutatione in Pontificatu, nota loca ſequentia.

Ioma fol. 9. 1. *In templo ſecundo quod tantum ſtetit 420. annis, miniſtrarunt plures quam trecenti Pontifices.* De his

bis 420 annis deme 40 annos quibus miniſtrauit Simeon Iuſtus, et 80 quibus miniſtrauit Iochanan, et 10. quibus Iſmael fil. Pabbi, et vt dicitur 11. quibus Eleaſar. Ben Harſum, et tum computa, et quisque Pontifex non compleuit annum ſuum. Forſan Gemariſtae cum Summis Pontificibus etiam ipſorum vicarios complectuntur. Sed audiatur locus alius.

Vaiikra Rabba fol. 189. 1. *In templo primo quoniam in eo miniſtrarunt in veritate, miniſtrarunt tantum octodecim pontifices, pater et filius et nepos ſucceſſiue. At ſub templo ſecundo, cum Pontificatum pecunia obtinerent (ſunt etiam qui dicunt, quod alter alterum incantationibus interimeret) miniſtrarunt octoginta Pontifices, ſunt qui dicunt 81. alii 82. alii 84. Inter eos miniſtrauit Simeon Iuſtus per 40. annos. At cum Pontificatum emerunt nummis, abbreuiati ſunt anni eorum.* Hiſtoria eſt de quodam qui miſit per filium *ſuum duos modios argenti* (ad emendum Pontificatum) *atque modii ipſi erant argentei. Erat etiam alius qui miſit per filium ſuum duos modios auri, atque ipſi modii erant aurei.* Si res ita ſe habuit, vt tam frequenter Summum Sacerdotium alium poſſeſſorem nanciſceretur; verba Iohannis XVIII 13. ὃς ἦν ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, intelligenda ſunt de tempore quo Caiphas S. Sacerdotium obtinuerat, ipſum ſcil. non anno praecedente ſed iſto ad illum honorem perueniſſe: et certe quantum ex temporis illius conſtitutione elicere licet, anno ſequenti forſan illo caruit. Vid. Antiq. lib. 18. cap. 6. Anna enim ſocer eius non fuit Sacerdos Summus, vt infra patebit.

Quoad Qualitates requiſitas in Summo Sacerdote, vt legitimus eſſet, aliquas recenſet *Maimon* in *in Kele Hammikdaſch* cap. 5. *Summus Sacerdos, inquit, debet omnes reliquos Sacerdotes ſuperare* בנוי בכח בעושר *pulchritudine, robore, et diuitiis; item Sapientia et externo aſpectu. Si pecunias non habet, omnes reliqui Sacerdotes ex ſuo aliquid conferre debent, donec inter ipſos ſit ditiſſimus. Debet Summus Sacerdos decus conſeruare* לא יקל בעצמו עם

 שאר

שאר העם *cum aliis nimium familiariter non gerere; non nudus videri in balneo.* conf. *Voiſin* Pug. fid. p. 16.

Pergit *Maimon.* In conuiuia publica ſe conferre non debet, adeſt tamen epulo funerali, in quo totus populus humi accumbit, ipſo vero ſedet in ſolio. (vid. *Sanhed.* c. 2.) Si quis ipſi propinquus mortuus eſt, poſt feretrum non incedit, niſi ita vt illis qui feretrum ſuccollant tectis, aliqua porticu ipſe detectus ſit: iſtis retectis tegatur. Cum funere vltra portas vrbis non procedit. Cum alios conſolatur, vicarius eius ipſum medium facit inter ſe et populum. Quando ipſe conſolationem accipit; dicit populus, אנו כפרתך *Nos tibi piaculo!* Ille vero ipſis reſpondet, *benedicti ſitis coelitus.* Ob mortuum non debet veſtimenta lacerare inſtar reliquorum ſacerdotum: et ſi lacerat, fiſſuram faciet in parte inferiori verſus pedes. Caput ſuum detegere non debet, quamuis non eſſet tempus ingrediendi in ſanctuarium. (De modo ipſum radendi vid. *Raſura.*) Habet in Sanctuario domum quam vocant לשכת כהן גדול *Conclave Sacerdotis Summi,* in illa habitare debet interdiu, noctu vero poteſt ſe conferre in propriam domum, quae extra Hieroſolymam eſſe non debet. Summus Sacerdos iudicat et iudicatur, teſtimonium dicit, ac de ipſo dicitur; Calceo ſe exuit, aliique id faciunt ob vxorem eius. Si quid Summus Sacerdos commiſerit, quod vapulationem mereatur, a Synedrio magno vapulat, et deinde priſtinae ſuae dignitati reſtituitur. (vid. *Maimon.* in *Kele Mikdaſch* cap. 4. §. 22.) Virginem in vxorem ſumere debet; duas vxores ſimul ipſi habere non licet; Cum in Sanctuarium ingreditur ad ſe incuruandum, tres ipſum comitantur, vnus a dextra, alter a ſiniſtra, tertius a tergo eius: ipſo egreſſo deinde etiam reliqui ingrediuntur Sacerdotes. Summus Sacerdos nullum officium per ſortem aggreditur, ſed offert ex ſacrificiis quae vult, adolet thymiama, quando ipſi lubet. Non tamen ipſi permittitur aliquam partem cultus facere antequam annum vigeſimum attigerit. Hactenus *Maim.*

Haec

Digitized by Google

Haec omnia confuſe hic proponuntur. vid. ipſe *Maimon.* l. c. et Miſchn. *Sanhed.* Cap. 2. miſchn. 1.

Nihil diſcriminis erat quoad executionem officii Sacerdotalis inter ſummum Pontificem et reliquos ſacerdotes niſi in his duobus. 1. *in ſciſcitatione per Vrim et Thumim.* 2. *in praeſtando officio diei expiationis.* Euaneſcente ſpiritu propheti(ae). (quod factum eſt in exceſſu prophetarum poſteriorum Haggaei, Malachiae etc.) etiam euanuerat ſciſcitatio per vrim et Thumim, et proinde nihil ipſis ſupererat tempore Chriſti praeter cultum diei expiationis. Praecipua pars cultus diei expiationis erat, ferre ſanguinem in Sanctum Sanctorum: at cum ſummus noſter Pontifex per proprium ſanguinem ſanctiſſimum introiuiſſet, quod tum reliquum Pontifici?

Sed adhuc nihil diximus de eius veſtimentis. Sacerdos magnus in octo veſtibus miniſtrabat, Sacerdos vero vulgaris in quatuor: בכתונת *in tunica*, מכנסים *femoralibus*, מצנפת *cidari*, ואבנט in *cingulo.* Et haec erant veſtimenta Sacerdotis vulgaris. Summus Sacerdos inſuper habebat חשן *Pectorale*, אפוד *Amiculum*, מעיל *pallium*, ציץ et laminam. Vid. *Ioma* cap. 7. *Vaiikra Rabba* ſect. 10.

Notandum autem, haec verba miſchnae intelligenda eſſe de miniſteriis in Sanctuario peractis; nam cum Sanctum Sanctorum intrauerit Sacerdos magnus, quatuor tantum veſtibus vſus eſt, quae a Talmudicis *albae* appellantur. (R. Leui in *Paraſch* תצוה *Maimon* Kele Hammikd. cap. 8. §. 3. et 5.) illasque finito feſto expiationis depoſuit, nec vnquam denuo in iisdem miniſtrauit. octo autem illae veſtes quibus ſummus Sacerdos ordinarie ſacris interfuit, vocantur *aureae*. Si quis ſiue Sacerdos magnus ſiue gregarius, plures vel pauciores veſtes quam lex imperat, induiſſet, ſi emplaſtrum vulneri impoſitum inter carnem eius et veſtes abſcondiſſet, ſi veſtes fuiſſent ſordidae et laceratae,

miniſterium eius irritum fuiſſet. *Gemara Zevachim* cap. 2.

De veſtibus recenſitis obſeruandum כתונת *tunicam* Sacerdotalem indumentum lineum fuiſſe, totius corporis velamen. Latini vulgo Camiſiam vocant et Graeci *χιτών*. Plautus in Trinummo כתונת Hebraeorum expreſſit, quando infit. *Tunica propior pallio eſt.* Quod formam attinet, fuit illa manicata, ſtrictimque corpori adhaeſit, Talaris inſuper erat in longum porrecta, vt totum corpus operiret. *Ioſeph* lib. 3. 8. *Antiq. Iudaic.*

מכנסים *Femoralia* lineae braccae erant, quibus femora et pudenda Sacerdotes velabant. Superne circa cor conſtringebantur, vt videtur ex *Ionath* ad Ezech. XLIV. 18. vel circa ilia vt *Ioſeph.* Antiq. Iud. lib. 3. 8. totum enim ſpatium ab axillis ad coxendicem huic rei liberum fuit. Loca vero quibus copioſus ſudor excurrit, qualia ſunt axillae et imus venter, prohibita erant, ne ſacrae veſtes inde attracto ſudore inquinarentur. Kimchi ad Ezech. XLIV. 18.

מצנפת *Tiara* vt quidam contendunt non ſolum Summo Sacerdoti, ſed etiam cuiuis Sacerdoti gregario competebat Erat autem faſcia linea quae multis contorta voluminibus caput cinxit, et in occipitio redimiculo conſtricta fuit, in arcuatam galeae formam flectebatur vnde ipſam Graeci nonnulli *τιάραν κορυβαντίαν* appellant: quia Corybantes inter Sacrificia ſaltantes ita velati erant. Vid. *Strabonem* lib. 10. *Geograph.*

אבנט Baltheus erat, quo tunicas ci[illegible]bant Sacerdotes, vt magis agiles et expediti eſſent. Latus erat quatuor digitis, et variis floribus figuriſque inſtar operis plumarii acupictus. Contextura caua erat, vt ſerpentis exuuium, aut marſupium longius putares. *Ioſeph.* A. I. lib. 3. 8.

חשן in ſacra ſcriptura vocatur חשן משפט *pectorale iudicii;* quia per ipſum Sacerdos magnus diuinum reſponſum accepit, et iudicium de rebus ſalutem Reipublicae ſpectantibus edidit. Ornamentum erat pretioſiſſimum, lucu-

Digitized by Google

luculentiſſimum, collo appenſum, et ad pectus vsque pendulum, vt obſeruat R. *Salomoh* ad Exod. XXVIII. 4. Ad eundem fere modum triumphantes et pueri praetextati Romanorum bullas aureas collo appenſas ad pectus geſtabant, *Macrob. Saturn.* lib. 1. c. 6. Ornamenta illa dicta ſunt bullae a Graeco *βȣλὴ quia ad cor ſedem humani conſilii propendebant*, vt inquit Feſtus, ob eandem forſan rationem Graeci חשן *λόγιον rationale* vocarunt.

אפד Helleniſtis ἐπωμὶς dicitur, hinc Latinorum *ſuperhumerale*; melius ἡμιφόριον quam ὠμοφόριον appellatur, quia veſtis erat breuis et quaſi dimidiatum pallium non abſimile ſago militari, niſi quod ex variis coloribus, intermixto auro, contexebatur, et quod ipſi circa medium pectus erat lacuna, ſpatium pectoralis. Vid. Ioſeph vbi ſupra.

מעיל *Pallium*, veſtis erat exterior, vt כתונת interior. Erat referente Ioſepho veſtis oblonga et talaris, quae ad maiorem Summi Sacerdotis honorem adhibebatur. *Maimon. Kele Hammikd.* cap. 8. §. 2. Pallio huic appenſa erant mala Punica et tintinnabula, vt eius ſonus audiretur, cum adiret ſanctuarium. Cum hoc pallio Sanctum Sanctorum non ingreſſus eſt, ſed tantum cum veſtimentis lineis; quod notandum, lapſus eſt enim in hoc caſu Hieronymus ad *Fabiolam*.

ציץ *Lamina* duos digitos lata erat, frontemque ad aures vsque cinxit. R. *Salomoh* in Exod. XXVIII. 36. idcirco Exod. XXXIX. 30. *Corona ſancta* dicitur. Eiusmodi laminas Latini *corrollaria* vocarunt. Vid. *Plin.* lib. 21. cap. 2. de coronis ſacrificulorum gentilium loquitur *Tertullianus* lib. 15. *Ipſae fores, ipſae hoſtiae et areae, ipſi Miniſtri et Sacerdotes Gentilium coronantur.* Lamina haec ad tiaram pontificiam vitta hyacintina aſtringebatur *Exod.* XXVIII. 37. vnde a quibusdam διάδημα dicitur; ita enim Graece vittae ſonant.

§. Illi qui Summo Sacerdoti in die expiationis ſubſtituebatur vocatur סגן *Ioma* c. 1. Si accidiſſet, vt Pontifex aliqua immunditie commaculatus fuiſſet, ille סגן ipſius obiuit vices.

סגן

סגן etiam nominatur qui Candidatus erat Summi Sacerdotii, ita R. Salomoh in *Num.* XIX. Eleaſarum filium Aaronis סגן vocat, et notant *Iuchaſin* fol. 57. et *Aruch* in tad. כי לא היה ממונה לכהונה גדולה עד שנעשה סגן *illum non fuiſſe rite ad Pontificatum promotum, qui prius non erat Sagan.* Prouidebatur enim ita, vt in *Saganatu* experientiam in legibus et ritibus acquireret candidatus, vt deinde ad Pontificatum eo aptior eſſet. Pecuniae vis tantum hunc ordinem etiam perturbauit.

Ille Sagan vocatur ſaepius הממונה *Praefectus* cultus, vt in *Ioma* cap. 3. 1. אמר להם הממונה *dixit ipſis praefectus.* Gloſſ. ממונה הוא סגן *Praefectus eſt Sagan.* Item *Sanhed.* fol. 19. 1. סגן היינו ממונה *Sagan eſt praefectus.* Appellatur etiam סגן הכהנים *Sagan Sacerdotum* in *Ioma* fol. 8. 2. *Schekalim* cap. 3. et 6. 1. *Chald. Ierem.* LII. 24. Rationem dat *Maimon* in *Kele Mikd.* cap. 4. *Quia omnes Sacerdotes illi vt Pontificis vicario ſubiecti erant.*

Frequentiſſima eſt mentio R. Ananiae סגן הכהנים *Sagan Sacerdotum.* vid. loc. m. cit. periit in obſidione vrbis cum Rabban Simeone *Iuchaſin* fol. 57. An ille fuerit Annas ſocer Caiphae. vel Iudex Pauli Actor. XXIII. diiudicet lector. Lucas cap. III. Annam ſummum Pontificem nominat, non quod reuera ſummus Pontifex fuiſſet vt Caipha, ſed quia erat סגן הכהנים *Sacerdotum praefectus* et primus a Caipha. Hinc etiam Saluator noſter prius ad Annam deducitur quam ad Caipham, partim quia Caiphae erat Socer, partim vero quia grandaeuior erat, maioris experientiae et ſcientiae, qualibus vicariis indocti et imperiti illorum temporum Sacerdotes ad expedienda negotia opus habebant; Erat ipſe Caiphas non omnium mortalium doctiſſimus, et qui proinde conſilio Annae dirigebatur.

§. De modo quo ſummus Sacerdos ſolenniter in die expiationis adminiſtrauerit, vid. *Expiationis feſtum.* Retinenda eſt hic methodus qua publice in illo die legerit in lege. Sicuti illam referunt *Ioma* cap. 7. et *Sota* cap. 7. *Pontifex legebat vel in veſtibus byſſinis vel in ſtola alba; ordo autem talis erat. Miniſter publicus deprom-*

ſit

Digitized by Google

ſit librum legis, et tradidit illum archi-ſynagogo; Caput Synagogae tradebat illum ſummi ſacerdotis vicario, ille vero ſummo ſacerdoti, qui ſtabat et accipiebat et legebat; legebat autem ſect. מות אחרי *Lev.* XVI. *et voluebat librum legis* (non enim poſſumus dicere *claudebat*, quia libri ipſorum non erant vt noſtri,) *et illum ad ſuum pectus collocans dicebat, plus, quam id quod legi vobis, eſt hic.* בחומש הפקודי *in Pentateucho Numerorum* (ſectionem ſcilicet Num. XXIX. 27. *memoriter recitabat. Poſtea benedicebat octo benedictionibus, ſuper lege et ſuper miniſterio, ſuper confeſſione, remiſſione, peccatorum, ſanctuario, Iſraele, Sacerdotibus, et ſuper oratione reliqua.*

§. Summi ſacerdotis mors ſiue fuerit oleo vnctionis ſiue veſtimentis initiatus, homicidas in aſylis exſultantes liberauit. Vid *Aſyla.*

§. De Sacerdote qui eſt משוח מלחמה *vnctus in bellum* vid. ap. *Bellum.*

Sacerdotes ſunt legati Dei. *Iom Tobb ad Ioma* Cap. 1. miſchn. 5. De ſacerdotibus eorumque officiis et veſtitu. *Iſingii* Exercitt. in Pentat. p. 121. Quicunque filiam Sacerdotis ſtuprabat, ſtrangulabatur. *Sanhed.* Cap. 11. miſchn. 1. Sacerdoti cur repudiatam ducere non liceat. *Wagenſeil* Sota p. 443. Quibus Sacerdotibus nefas ſit, ſeſe mortuis polluere. *ibid.* p. 445. Sacerdotum filiae quando oblationibus veſci prohibentur *ibid.* p. 444. Sacerdotes legis diuinae ignari non poſſunt diſtinguere inter ſanctum et profanum, inter mundum et immundum. *Tanch.* fol. 31. col. 1. poſt init. Quot ſacerdotes ſummi fuerunt in templo primo et ſecundo. *Rabboth.* fol. 154. col. 2. poſt init. De variis requiſitis ſacerdotis. *Abarb.* Praefat. Lev. fol. 226. col. 1. med. Nullus ſacerdos admittebatur ad ſacrificandum, niſi prius decimam partem Ephae de ſuo attuliſſet, et ipſe ſacrificaſſet. *Maim.* de Vaſ. Templ. cap. 5. §. 16. *Rabboth.* fol. 181. col. 3. fin. De variis ſacerdotum vitiis ineptos

eos

Digitized by Google

eos facientibus. *Maimon* Biat Hammikd. Cap. 6. 7. 8. tot. Sacerdotes vitio laborantes templum ingredi non debebant. *ibid.* Cap. 6. §. 1. ſeq. Quaenam vitia ineptum reddant ſacerdotem ad cultum perficiendum *ibid.* §. 3. Sacerdotes vitio laborantes benedictionem ſacerdotalem perficere nequeunt. *Tanch.* fol. 61. col. 2. fin. De Ephemeriis ſacerdotum. Cramerus ad Cod. Succa. p. 492 et 497. De Ephemeria Bilga. *ibid.* p. 514. De ſacerdotum excubiis vid. ſub tit. *Leuitae.* Inter viginti quatuor ἐφημερίας ſtatio Ioiaribae prima eſt, et Ioiadae ſecunda. *Bava Kama* cap. 9. miſchn. 12. et *Maim. Bart.* et *l' Empereur* ad h. l. De ſacerdotum ἐφημερίας, quae ſingulis hebdomadibus aſcendebant Hyroſolymas ad peragendum miniſterium. *Maimon* de vaſ. Templi Cap. 4. §. 3. ſeq. In diebus feſtis omnes ſacerdotes, licet nondum ἐφημερία eorum veniſſet, cultum obire, poterant. *ibid.* §. 4. Quilibet ſacerdos, ſi ipſe ſacrificium pro ſe offerre deberet, ipſe ſacrificium peragere poterat, nec obligatus erat, vtt traderet ſacerdotibus illius hebdomadis ἐφημερίας habentibus, niſi forte ſenio confectus eſſet, aut vitium aliquod haberet. *ibid.* §. 7. Sacerdotes non debent obire munia Levitatum, nec Leuitae ſacerdotum. *ibid.* Cap. 3. §. 9. ſeq. *Rabboth.* fol. 181. col. 4. poſt init. De variis Sacerdotum ordinibus, alteriusque prae altero praeferentia vid. *Maim.* de vaſ. templ. Cap. 4. §. 16. ſeq. Sacerdotes vino grauati templum ingredi non debebant. *Maimon* Biat Hammikd. cap. 1. §. 1. ſeq. Sacerdotes comam nutrientes templum ingredi prohibebantur. *ibid.* §. 8. Iidem laceratis veſtibus miniſterium peragere non debebant. *ibid.* §. 14. Octodecim genera ſacerdotum ſunt, qui cultum perficere non poſſunt. *ibid.* Cap. 9. §. 15. Sacerdos gregarius miniſterium perficiens ſi audiret, aliquem ex ſuis eſſe mortuum, miniſterium continuare non debebat, bene autem ſacerdos ſum-

mus.

Digitized by Google

mus. *ibid.* cap. 2. §. 6. Si quis ſacerdos in immunditia ſua ſacra perfecerit, iuuenes ſacerdotum extra atrium eum protrahebant, eiusque cerebrum fuſtibus elidebant. *Sanhed.* cap. 9. miſchn. 6. De donis ſ. portionibus ad ſacerdotes pertinentibus. *Tanch.* fol. 60. col. 2. poſt init. Quandoquidem ſacerdotes continuo inſiſtebant pauimento, multamque edebant carnem, nec veſtimenta habebant tempore cultus niſi vnicum induſium, dolore viſcerum affigebantur, et propterea praefectum habuerunt, qui aegrotantes curaret, ſeque ad eos conſeruandos vnice applicaret. *Maimon* de Vaſ. Templ. cap. 7. §. 14. Quinam ſacerdotes dicuntur lugentes, et quomodo per luctum ad cultum perficiendum reddantur inepti. *Maimon.* de Ingreſſu templ. cap. 2. §. 5. ſeq. Quamdiu lugendum ſit ſacerdotibus. *Idem.* Biat Hammikd. cap. 2. §. 10. Si ſummus ſacerdos moreretur, aut quidam ex Praefectis Sacerdotum, ſuccedebat ipſi filius eius aut haeres excepto ſacerdotis in bellum vncti filio. *Idem* de Vaſ. Temp. cap. 4. §. 20. ſeq. Sagan Summi Pontificis vicarius habebat etiam ſubuicarios קתיקולין *ibid.* §. 17. Sacerdos ſummus aequiparatur a Iudaeis vniuerſo Iſraelitico populo. *Aben Eſr.* Leuit. IV. 13. קדושת העם היתה מתיחסת לקדושת הכהנים וקדושת הכהנים מקדשת את העם. *Abarban.* Praef. Leu. fol. 226. col. 1. med. Nunquam duo Sacerdotes ſummi ſimul fiebant. *Maimon.* de Vaſ. Templi cap. 4. §. 15. Sacerdos ſummus non niſi a Synedrio LXXI. virorum poterat iudicari. *Sanhedr.* Cap. 1. miſchn. 5. Idem quinque in rebus eminebat ſupra reliquos Sacerdotes. *Tanch.* fol. 54. col. 2. poſt init. *Rabbóth.* fol. 159. col. 4. ante med. Erat typus Chriſti. *Petr. Zornii* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 4. Nunquam comam alere debebat. *Maim.* Biat Ham. mikd. Cap. 1. §. 10. In luctu verſans, etiamſi miniſterium perficere poterat, non tamen edere debe-

debebat de Sanctis. *Idem* de Ingreſſu Templi Cap. 2. §. 8. it. Miſchn. *Horaioth.* Cap. 8. miſchn. 5. Ille veſtes lacerabat inferius, gregarius vero ſacerdos ſuperius. *ibid.* Pontifex quomodo olim benedictionem peregerit. *Wagenſeil.* Sota. p. 674. Pontifici ſoli num apud Iudaeos prohibitum fuerit viduam ducere. *ibid.* p. 555, Summum Sacerdotium ex ordinatione diuina competebat Elezari et eiusdem poſteris: ſed quia hi nimium negligentes fuerunt, in reprehendendis Iſraelitarum peccatis ac flagitiis, id circo iuſto Dei iudicio ſummus Pontificatus tempore Samſonis, demortuo Hozi, e ſtirpe Eleazaris oriundo, translatus eſt ad ſtirpem Itamar, e qua primus Sacerdos fuit Heli: cuius poſteri illud etiam obtinuerunt vsque ad tempora Salomonis, vbi ad Eleazaris familiam rurſus rediit.. *Voiſin* Pug. fid. p. 16. 17. De differentia Sacerdotis ſummi, qui oleo fuerat vnctus, et Sacerdotis S. qui veſtibus tantum erat inauguratus.*Maimon.* Vaſ. Temp. Cap. 4. §. 14. Miſchn. *Horaioth* Cap. 3. miſchn. 4. De Sacerdote vncto in doctrina errante. *ibid.* Cap. 2. tot. it. Cap. 3. Sacerdos S. vngebatur in forma crucis. *Edzard.* Avod. Sara Cap. 2. p. 231. Idem miniſterium ſacrum obire haud poterat, niſi rite eſſet initiatus. *Rabboth.* fol. 181. col. 3. fin. Non eadem fuit dignitas ſummorum Pontificum ſtante templo ſecundo, quae fuerat ſtante primo. *Zornius* Hiſtor. Hecataei Abderitae. p. 15. Summos ſacerdotes fuiſſe ſubiectos ſenatui Iudaico contra Baronium defendit Basnage. *Act. Erudit.* Anno 1692. p. 158. Decet ſummum Sacerdotem arguere populum peccatorum, quae committit, at nemo eſt, qui arguat ſummum Pontificem, niſi ipſe. *Voiſin* Pug. fid. p. 55. b. fin. Si Sacerdos ſummus ipſe deberet pro ſe offerre ſacrificium aliquod et verſaretur in luctu, poterat illud dare, cuicunque ſacerdoti ipſi liberet. *Maimon* de Vaſ. Tem. Cap. 4. §. 10. De modo,

que

quo Sacerdos ſummus ſacrificaret, ſi vellet. *ibid.* Cap. 5. §. 13. Si ſacerdos quidam, qui nunquam ſacris fuerat operatus, crearetur Pontifex, quomodo ſacris eſſet initiandus. *ibid.* §. 17. Propter dignitatem illorum (ſacerdotum) placuit (Deo) vt diſtinguerentur a reliquo populo per veſtimenta ſua. *Abarb.* Praef. Leu. fol. 226. col. 1. med. De Praefecto veſtium ſacerdotalium, qui illarum conficiendarum curam habere debebat, et peculiare in ſanctuario conclaue habebat. *Maim.* de Vaſ. Templ. Cap. 7. §. 20. Praeter quatuor illas veſtes albas in die expiationis ſacerdos ſummus duas adhuc habebat alias veſtes, quarum vnam mane, alteram veſperi induebat. *ibid.* cap. 8. §. 3. Veſtes Sacerdotis S. erant ex Heterogeneis. *Edzard.* Avod. Sar. Cap. 2. p. 457. De veſtibus Sacerdotis S. et gregariorum qualem habuerint vſum vid. *Rabboth.* fol. 143. col. 3. fin ſeq. fol. 265. col. 2. poſt med. Quo ordine Sacerdos S. et gregarii veſtimenta induerint. *Maimon.* de Vaſ. Templ. Cap. 10 §. 1. ſeq. Si Sacerdos S. cum paucioribus quam octo veſtibus; aut gregarius cum paucioribus quam quatuor veſtibus ſacris operaretur, ſacrificium erat illegitimum, et ipſe reus erat mortis. *ibid.* §. 4. Si plures induiſſent veſtes quam debebant, aut ſacerdos gegrarius Summi Sacerdotis veſtes induiſſet, ſacrificium erat illegitimum, et ipſi rei erant mortis *ibid.* §. 5. Veſtes alias easque minores induebant ſacerdotes, quando remouebant cinerem ab altari. *Maim.* Tamid. Cap. 2. §. 10. Sacerdotales veſtes nouae eſſe debebant, elegantes ſicut veſtes magnatum: ſi vero eſſent maculatae, aut laceratae, aut longae nimis, aut nimium etiam breues; miniſterium in iis peractum erat illegitimum. *Maimon.* de Vaſ. Templ. Cap. 8. §. 4. Nulla veſtis ex veſtibus ſacerdotalibus ſordida facta, dealbebatur aut lauabatur, ſed reponebatur in ellychnorum vſum, veſtes autem Sa-

Digitized by Google

cerdotis Summi inueteratae recondebantur. *ibid.* §. 5. Veſtes Sacerdotales non emebantur niſi pecunia eccleſiae, quod ſi autem priuatus quidam vouiſſet veſtem ſacerdotalem, tunc tradebat eccleſiae, et tunc legitima erat. *ibid.* §. 7. Nonaginta et ſex capſulae ſuerunt in templo, vbi veſtes reponebantur, quatuor pro vnaquaque curia. *ibid.* §. 8. Sacerdos ſummus noctu, et cum ex ſanctuario egrederetur, reponebat veſtes aureas in ſuo conclaui. *ibid.* §. 10. Sacerdotales veſtes erant conceſſae ſacerdotibus etiam in ſuum vſum. Itaque quo die ſacris operabatur eorum aliquis, iis licebat eum eſſe veſtibus indutum praeter ſacrificandi tempus, excepto balteo. *ibid.* §. 11. Omnes veſtes ſacerdotales erant textae, non acufactae *ibid.* §. 19. Eae non debebant lacerari *ibid.* cap. 9. §. 3. Inter corpus et veſtes ſacerdotum nihil debebat eſſe intermedium, ne pediculus quidem. *ibid.* cap. 10. §. 6. ſeq. De forma tunicae tam Sacerdotis ſummi, quam ſacerdotis gregarii. *ibid.* cap. 8. §. 16. 17. Ex veteratis ſacerdotum gregariorum tunicis fecerunt ellychnia ad candelabrum. *ibid.* §. 6. Ex femoralibus ſacerdotum gregariorum et balteis veteratis fecerunt ellychnia, quae in templo accendebantur in laetitia domus hauſtionis. *ibid.* *Cramerus* ad Cod. Succa p. 441. De forma fermoralium tam ſacerdotis ſummi quam gregarii *ibid.* §. 19. it. *Iom Tobb.* ad tit. Ioma. Cap. 7. miſchn. 5. De differentia מצנפת ſacerdotis ſummi et reliquorum ſacerdotum *Maim.* l. c. cap. 8. §. 1. De pectorali. *ibid.* cap. 9. §. 6. ſeq. Quomodo nomina Iſraelitarum inſcripta fuerint pectorali, deque gemmis illius. *Rabboth* fol. 126. col. 1. med. De Ephod. *Maim.* l. c. cap. 9. §. 9. ſeq. Quando in ſcriptis Prophetarum mentio fit nonnunquam Ephodi linei, tunc non intelligitur tale Ephod, quale Sacerdotes S. habuerunt. *ibid.* c. 10. §. 13. Ephod quomodo tribuum Iſraeliticarum

carum nomina continuerit. *Wagenſeil.* Sota p. 759. et 767. Pectoralis S. Pontificis apud Iudaeos forma. *ibid.* p. 766. De pectoralis ſtructura, lapidibusque eius pretioſis ſingulis. *Wolf.* Bibl. hebr. part. III. p. 640. vbi peculiaris ea de re liber R. Iſaſchar Behr affertur. De pallio. *Maimon.* de vaſ. templ. cap. 9. §. 3. ſeqq. Veſtes Pontificis M. vſu tritae in templo aſſeruabantur. *Cramerus* ad Cod. Succa p. 443. Veſtes Pontificis albae vnica vice indutae, poſt fuerunt ſepoſitae. *ibid.* p. 443. De Lamina. *ibid.* p. 11. ſeq. *Wagenſeil.* Sota p. 673. *En Iſrael* part. I. p. 50. col. 1. init. *Maimon.* de vaſ. templ. cap. 9. §. 1. 2. Capilli ſummi ſacerdotis prominebant inter laminam et cidarim. *ibid.* cap. 10. §. 3. Lamina ſacerdotem ſacrificantem immundumque factum טומאת חהום expiare poterat. *Maimon.* Biat Hammikd. cap. 4. §. 6. Lamina expiabat immunditiem. *Idem* Peſule Hammikd. cap. 1. §. 34. An Pontifex M. perpetuum habuerit Sagan. vid. *Baſnage* Exercitt. Eccleſ. et *Act. Erudit.* Anno 1692. p. 159. De vicario ſummi ſacerdotis סגן dicto *Maimon.* de vaſ. templ. cap. 4. §. 16. Sacerdos ſummus cum intraret templum adoraturus vicarius audito pedum eius ſtrepitu debebat eleuare velum. *ibid.* cap. 5. §. 11. Cum ſacrificaturus ſacerdos ſummus perueniſſet ad mediam ſcalam, Sagan debebat dextram eius apprehendere, eumque ad faſtigium vſque deducere. *ibid.* cap. 5. §. 13. Sacerdotis ſ. ornatus typice adumbrabat mundum. *Fabricii* Bibl. graec. lib. 4. c. 14. p. 456. De ſacerdotibus ſacrorumque miniſtris. *Sam. Petit.* Comment. ad. leg. Attic. lib. 1. tit. 2. tot. De *vncto belli* ſeu ſacerdote Ebraeorum caſtrenſi duas diſſertationes edidit *Theodor. Renaldus Tatius* Regiomonti MDCCXXIII.

SACRIFICIA et oblationes, erant vel rerum animatarum vel inanimatarum. Creaturae *animatae*

Digitized by Google

quae offerebantur, erant numero 5. *iuuenci*, *oues*, *capri*, *turtures*, *columbae*. Inanimatae erant, *primitiae frugum*, *flores*, *vinum*, *oleum*, *thus* et *ſal*.

Sacrificia rerum animatarum iterum diſtinguuntur in קדשי הקדשים *ſacrificia ſanctiſſima* et קדשי קלים *ſacrificia minoris valoris*. Sacrificia ſanctiſſima erant עולות *holocauſta*, חטאות *ſacrificia pro peccato*, אשמות *ſacrificia pro reatu* שלמים *ſacrificia euchariſtica* ſiue pacifica totius coetus. (Vid. *Maimon.* in מעש' קרבנות cap. 1. §. 17.) Sacrificia minoris aeſtimationis erant *particularium et priuatorum oblationes euchariſticae*, *agni paſchales*, *primogenitorum animalium oblationes*, *et decimae*.

De quibusdam Sacrificiis dicitur, quod ſint זבחי חובה *ſacrificia debita*, de aliis vero quod ſint זבחי נדב' *ſacrificia voluntaria* Nunc de ſingulis in ſpecie.

De עולות *ſacrificiis aſcenſus* ſiue *holocauſtis*.

Diſputatur inter Hebraeorum magiſtros, quaenam holocauſtorum ordinationis fuerit occaſio, et quomodo debita facta ſint. Tandem autem ita definiunt, *holocauſta* inſtituta eſſe vel ad expiationem malarum cogitationum cordis, ſicuti *ſacrificia pro peccato* erant pro malis actionibus: vel ad expiationem peccati commiſſi contra aliquod praeceptum affirmatiuum, ſicuti reliqua erant ad expianda peccata negatiua. Sic *Aben Eſra* in Leu. I. *animal illud quod affertur ad expiationem illius, quod nobis in cor aſcendit vocatur* עולה; *ſicuti oblationem pro peccato patrato vocamus* חטאת *et* אשם. Et Akiba in *Toſipht*. *Menachoth* cap. 10. Item *Ionathan* et Gloſſ. hebr. in ipſum ad *Leuit*. VI, 9.

Holocauſta fieri poterant ex omnibus quinque ſpeciebus animalium viuentium. Oblatio autem eorum fiebat hunc in modum.

Sacrificium holocauſti allaturus de iuuencis, poterat vitulum accipere qui octo dies et ſupra agebat. Idem poterat facere reſpectu agnorum et haedorum. Sed ſemper, in hunc vſum ſegregare maſculum. *Maimon.*

Corba-

Corbanoth cap. 1. §. 8. quoniam enim nulla oblatio excellentior erat holocauſto, merito ad illam adhibebatur, quod inter animantia excellentiſſimum. *Aben Eſra* vbi ſupra.

§. 1. *Vitulum electum debebat in atrium afferre:* Expreſſa enim extat lex Leu. I, 3. *Vt oblationem ſuam quiuis afferat coram Domino.* Phraſi autem illa *coram Domino*, intelligitur ſpatium templi a porta Nikanoris intus verſum, (*Hieroſ. Sota* c. 1.) Et certe hoc tam ſtricte obſeruari debuit, vt ipſae mulieres, quae alias in atrium Iſraelis venire non poterant, in illud tamen ingredi cogerentur, ſi ſacrificium holocauſti offerre intendebant. Vid. *Toſipht.* in *Erachin* cap. 2.

§. 2. *Manum ſuam capiti holocauſti imponere debebat.* Leu. I, 4. *Maimon.* in *Corbanoth.* cap. 3. §. 6. *Omnibus ſacrificiis quae priuatus aliquis de animalibus offert, ſiue ſint oblationes debitae ſiue voluntariae, manus imponenda eſt, dum adhuc viuit animal, exceptis oblationibus primogenitorum, decimatorum, et agni paſchalis.* Hac manuum impoſitione transmittebat in animal ſua peccata, et morte eius inſtanti confitebatur ſe morte dignum eſſe. Quae omnia Chriſtum vt figurae ſpectabant. §. Circa hanc manuum impoſitiones ſequentes traditiones habent patres Miſchnici et Maim. α) *Debebat illa fieri in atrio*, et ſi manus animali impoſuiſſet antequam in atrium perueniſſet, illam ibi repetere debebat. β) In ſacrificiis priuatorum nemo poterat *per vicarium manus imponere;* in publicis ſacrificiis id fieri poterat per *viros ſtationarios* de quibus infra.

Quae auctor hic habet de impoſitione manuum, mactatione, excoriatione etc. non pertinent ad עלה tantum, ſed ad omnia ſacrificiorum genera, adeoque ea tanquam generalia praemittere debuiſſet.

γ) *Si diuerſi conuenerunt, vt pro omnibus ſacrificium vnum offeratur*, (ſicuti etiam id fieri poterat docente *Maimon.* in *Corbanoth* cap. 3. et R. Salomoh in *Leu.* I.) *vnuſ-*

Digitized by Google

quiſque vnus poſt alterum victimae manus imponere debuerunt. δ) Diſputatur inter Doctores an ſolum vna vel ambae manus imponendae eſſent, et hoc et illud ſuos habet aſſertores, omnes autem in hoc conſentiunt, quod manus imponendae ſint omnibus viribus. *Ionathan* qui vult, vt vna ſolum imponatur manus, ſic inſit: *Manum ſuam dextram imponere debet omni intenſione virium.* Idem dicit *Maimon.* quamuis ambas intelligat. ε) Vbi manus imponebatur, erat ordinario in loco mactationis (ſiue vt vocant *annulorum*, ab infixis ibi annulis ad alligationem ſacrificiorum deſtinatis:) qua occaſione Iſraelita ingredi poterat atrium ſacerdotum; cum alias hoc ipſi prohibitum eſſet. ς) Modus impoſitionis manuum hic erat. Victima ita collocabatur, vt offerens facie orientem verſus conuerſa, manus ſuas intra animalis cornua ponere poſſet: Deinde illis poſitis confitebatur ſua peccata, quae vel contra affirmatiua vel negatiua praecepta commiſerat, ſi ſcilicet ſacrificium eius holocauſtum eſſe debebat. Confeſſio talis erat: *Peccaui, peruerſe egi, rebellis fui, et hoc et illud commiſi; ſed poenitens ad te conuertor, ſit hoc mea expiatio.* Statim autem ac confeſſio haec abſoluta erat, victima mactabatur.

§. 3. Sacrificii mactatio proprie ad ſacerdotes pertinuit, interim tamen propter locum *Leu.* XV. *Et ille mactare debet iuuencum coram Domino, filii Aaronis vero ſpargent ſanguinem* etc. permiſſum fuit, vt etiam alii mactarent, et ſufficiebat ſacerdotibus, ſi ipſorum officium in excipiendo ſanguine inciperet. Hoc notarunt *Maimon. in Biat Mikdaſch* cap. 9. §. 6. et in *Corbanoth* cap. 5. in his verbis שחיטת הקדשים כשירה בזרים אפי' קדשי הקדשים *mactatio ſacrificiorum legitima erat facta ab aliis quam ſacerdotibus, licet fuerint ſacrificia ſanctiſſima, vel perſonae priuatae vel publicae alicuius congregationis.* Vid. etiam R. *Salomoh* in *Leuit.* I.

§. 4. *Excoriatio victimae* ſecundum Maimonidem etiam ab alio quam a ſacerdote fieri poterat, item diſſectio eius, et lignorum ad altare delatio. In mactatione

ne agnorum paſchalium ad quam ob ingentem numerum ſacerdotes non ſufficiebant, praecipue in vſu erat alios adhibere. De loco excoriationis loquitur *Middoth.* cap. 3. §. 5. *Ad ſeptentrionem altaris erant annulorum ſex ordines* (non erant proprie integri annuli, ſed potius annulorum dimidiata ſegmenta) *quorum ſinguli continebant quatuor.* בית המטבחים *locus mactationis erat ad ſeptentrionem altaris, atque in eo octo columnae humiles, quibus erant impoſita quadrata e cedro ligna: bis vero vnci ferrei ita infixi erant, vt ligna ſingula haberent ordines eorum tres, e quibus ſacrificia ſuſpendebant, ac pelle nudabant ad menſas marmoreas, quae inter columnas erant.* Si non plures victimae erant, quam quod illi vnci capere poterant, omnes in illis ſuſpendebant; at notat *Maimon.* quod in Paſchate, in quo ingens multitudo agnorum erat, ſumſerint baculos ibi in hunc finem paratos, illosque humeris imponentes, agnum ad excoriandum ſuſpenderint; aut ſi Paſcha incidiſſet in Sabbathum, ipſos loco baculorum manus ſibi inuicem humeris impoſuiſſe, in illisque agnum ſuſpendiſſe, quia tunc ipſis ad obſeruationem Sabbathi non ita licitum erat baculos ferre. Vellera et pelles *ſacrificiorum ſanctiſſimorum* cedebant ſacerdotibus, qui illas condiebant ſingulis diebus, et in fine ſeptimanae diuidebant inter ſe inuicem. Reliquorum vero ſacrificiorum pelles erant, vel reliquis officiariis, vel illis qui ſacrificauerant propriae.

§. 5. *Sanguinis ſparſio* debebat fieri antequam ſacrificium excoriaretur, ſecundum Canonem אין מפשיטין אותן עד שיזרק הדם *victimas non denudant pelle, donec ſanguis ſparſus fuerit*, quia Leu. I, 5. 6. Sanguinis ſparſio detractioni pellis praeponitur. De ſpargendo ſanguine in altari obſerua ſeq. א. *Sanguis ſpargendus excipi debebat vaſculo ad cultum deſtinato*, non autem aliquo, quod ad ipſum pertinebat offerentem. Vaſcula illa vocant כלי שרת vid. *Zevachin* c. 5. per tot. cap. ב. *Sequentes ſanguinem excipere non poterant*; 1. Ille qui non erat ſacerdos. 2. Sacerdos qui erat אונן i. e. cui

illo die ex familiaribus eius aliquis morte defunctus erat. 3. Qui immundus erat et מבול יום illo die ad ſe purificandum lauare debebat. 4. Qui maiori et longiori impuritate laborabat, quam vt lotione adhuc illo die mundus fieri potuiſſet. 5. Ille qui non indutus erat omnibus illis veſtimentis, quae habere debebat. 6. Ille qui incircumciſus erat. 7. Ille qui immundus erat. 8. Ille qui non ſtabat in pauimento ſoli templi, ſed ſuper aliquo ligno, aut ſtrato, aut pede ſui proximi. 9. Ille qui ſiniſtra ſanguinem excipiebat; quamuis in hoc caſu inter doctores non ſit vniuerſalis conſenſus. vid. *Zevachin* cap. 2. et Gloſſ. in Miſchn. 3. In altaris medio erat linea rubra, quae baſin et extremitatem eius aequalibus ſpatiis diuidebat. *Quorundam ſacrificiorum ſanguis prope illam lineam erat ſpargendus, aliorum vero ſupra illam.* Si hoc accurate non obſeruabatur, aſperſio illegitima erat. *Zevachin ibid.*

ו. Aſperſio ſanguinis ſacrificiorum ſanctiſſimorum (excepto ſacrificio pro peccato,) ſimilis erat, nec diſcrepantiam habebat. *Maimon.* in *Corbanoth* cap. 5. ſic autem fiebat. Sacerdos ille qui ſanguinem exceperat, illum ad altare ferebat, et *infra lineam rubram illam ſpargebat* במין גם *inſtar* Γ *Graecorum.* Id eſt ſtabat primo a parte altaris orientali prope angulum eius orientalem, et ſanguinem ita effundebat, vt pars eius aſpergeret latus vergens verſus orientem, altera vero pars latus ſeptentrionale; ſecundo ſtabat a parte occidentali et adhibebat iterum diligentiam vt vno ictu latera aſpergeret: qua ratione in modum Γ ſanguis ſpargebatur, quod denotarunt Graecorum Gamma: interim illo modo quoque ſatisfactum eſt legi praecipienti Leu. I, 5. et III, 8. vt altare circum circa aſpergeretur. Ictus vel vices illas expellendi ſanguinem vocant מתנות *dationem.* Quaedam ſacrificia, vt illa de quibus nunc nobis ſermo רמן שתי מתנות שהן ארבע *opus habebant duabus ſolum dationibus, quae tamen aeſtimabantur vt quatuor;* alia vero opus habebant ictibus quatuor, pro numero

qua-

quatuor altaris angulorum. Vid. *Zevachin* fol. 53. in Gem. et cap. 5. in Miſchna. *Maimon.* in *Corbanoth* c. 5.

De aſperſione ſanguinis in Paſchate vid. ſ. l. De illa quae fiebat in ſacrificio pro peccato mox dicendum.

§. 6. Iam referendus ritus, agnum mactatum, vel qualecunque animal fuerit, diſſecandi, ſicuti reſpectu ſacrificii iugiter offerendi illum tradit *Maſſechet Tamid* c. 4. Agni, qui mactari debuit, pedes ligabantur, anteriores cum poſterioribus; ligatus illum in modum, ita diſponebatur, vt facies eius orientem reſpiceret; qui ipſum mactaturus erat ſtabat a parte orientali, facie in occidentem verſa. Mactato et iugulato agno excipiebatur ſanguis et ſpargebatur; deinde vncis ipſum ſuſpendentes excoriabant. Perrexit ſacerdos in excoriatione donec peruentum ad pectus; poſtquam eo vſque proceſſum, abſcidit caput, et dedit illi cui ſorte contigit illud ad altare deferre. Deinde abſcindebat crura eique dabat, cuius erat illa deferre; quo facto ipſum excoriare pergebat, donec tota pellis detracta. Cordis exſectio ſequebatur, illud aperiens purgabat ſanguine. Poſtea exſcindebat armos et ſacerdoti exhibebat, pedem dextrum cum teſticulis ſumebat, et ſeparato adipe, illum imponebat tabulae mactatoriae. Viſcera extrahebat et alicui lauanda tradebat, qui illa primo accurate purgabat in *conclaui lauantium*, deinde obiter ſuper tabulas marmoreas. Sumpto cultro diuidebat pulmones et iecur, nondum autem plane tollebat. Tandem pectus exſecabat, et per ſpinam dorſi deſcendens vnumquodque ſeparans illis dabat, qui ordinati erant ad ſacrificium ad altare deferendum, vt notauimus ap. *Cultum*.

§. 7. Sacerdotes illi cum ſuis fruſtis in manibus ad gradum altaris accedebant, ibique ea deponebant et ſale condiebant. *Maimon*, in *Corban*. cap. 6. ad hoc obligabantur expreſſo praecepto Leu. II, 13. *cum omnibus tuis ſacrificiis ſal offerre debes.* Hinc *Maimon.* in *Iſſure* מזבח cap. 5. §. 11. אין דבר שקרב למזבח בלא מלח חוץ מיין הנסכין והדם והעצים *nihil in altari offerebatur,*

quod non ſalitum erat, excepto vino libaminis, ſanguine aſperſionis, et lignis pro ignis conſeruatione. In tribus autem locis vtebantur ſale בלשכת המלח *in conclaui ſalis ad pelles ſaliendas; in gradu altaris ad ſaliendas partes ſacrificii, et in ſummitate altaris condiebant ſale flores oleum et thus,* ומנחות *oblationes, quae comburebantur, et oblationes auium. Sal illud non poterat a priuato offerri, ſicuti nec ligna; ſed ſumebatur de ſale* של הצבור *quod commune erat in templo et ad totam congregationem pertinebat.* Ad hunc ſaliendi ritum reſpiciens Saluator: Marc. IX, 49. dicit, *omnis homo igne ſalietur*. i. e. quiuis qui vera Dei victima eſt, condictur ſale gratiae ad incorruptionem gloriae: ignem autem adhibet, quia in verſu praecedenti alluſerat ad ignem perpetuum in valle *Hinnom*, quo abſumebantur cadauera. Quaſi innueret, cadauera igne ſalita a corruptione ſunt immunia, ſed quamuis impii ſalientur igne inextinguibili, vermis ipſorum non morietur. De ſacrificiorum ſalitione vide ſis *Menachoth* fol. 21, 2.

Partes ſacrificii ſalitas ab ordininatis in eum finem ſacerdotibus, deferebant ad ſummitatem altaris, vbi primo neruum contrahentem in cineres proiiciebant, deinde omnes reliquas partes incompte et incondite, vt proiectione illa partium aſperſionem ſanguinis aliquo modo imitarentur. Sed partes ita disiectas ſecunda diligentia in illum redigebant ordinem, qui ad formam agni maxime accedebat. v. g. caput primum diſponebant, addebant humeros et partes anteriores, et ſic de caeteris. Diſpoſitus illum in modum agnus igni committebatur.

De ſacrificio holocauſti adde quae in D. apud *ſuper* דורין poſuimus.

De חטאות ſacrificio pro peccato.

§. De illo vid. *Leu* IIII, 2. 13. 22. 27. In quibus locis generaliter definitur, *ſacrificia pro peccato* offerenda eſſe, pro peccatis ſiue omiſſionis ſiue commiſſionis, modo

do ex ignorantia patrata ſint. Hebraei vero definiunt illa adducenda eſſe pro peccatis ex ignorantia commiſſis contra praeceptum negatiuum, cuius neglecti conſcius merebatur excidium. Sic R. *Salomoh* in Leu. IV. אין חטאת באה אלא על שזדונו וכרת ושגגתו חטאת *ſacrificium pro peccato non offerebatur propter peccatum conſcie et ex petulantia commiſſum contra praeceptum negatiuum, et quod inducebat in reatum excidii, ſed pro peccato ex ignorantia commiſſo.* Kerithuth. cap. I. כל אלו חייבין על זדונם כרת ועל שגגתן חטאת *omnia illa* (peccata quae numero 36. ibi recenſentur) *ſi petulanter commiſſa ſunt, reatum excidii attrahunt, ex ignorantia vero commiſſa requirunt ſacrificium pro peccato.* Idem dicit *Maimon:* in שגגות cap. I. Et *Aben Eſra* in Leu. I. niſi quod in hoc ab aliis diſſentiat, quod exiſtimet, *ſacrificium pro peccato afferri propter peccatum commiſſum contra tale praeceptum negatiuum, quod petulanti neglectione meretur excidium vel vapulationem;* addit ille excidio vapulationem, quod alii non faciunt, plurimis enim peccatis debebatur vapulatio, quibus non debebatur כרת *excidium.* Et *Maimon.* l. cit. ſolum 43. peccata recenſet pro quibus ſacrificium חטאת afferendum, cum tamen praeceptorum negatiuorum numerus in genere fuerit 365. *Maim. praef.* ad *Iad Chaſaka.* Quod diximus clarum fiet allatis his duobus exemplis. *Praeceptum negatiuum eſt de violatione Sabbathi* (Maimon. in Schabbath cap. I.) Si itaque aliquis eſſet, qui petulanter Sabbathum violaſſet, reus erat excidii: ſi Sabbathum violaſſet praeſentibus teſtibus, lapidabatur; ſi autem ex ignorantia Sabbathum violaſſet, afferebat ſacrificium pro peccato, poſtquam lapſum ſe commiſiſſe meminerat. *Praeceptum negatiuum eſt*, ne vllus immundus in ſanctuarium ingrediatur. Si quis petulanter ſe ingerat in ſanctuarium, cum immundus eſt, et praeſentibus teſtibus id fiat, *ἔνοχος* fit flagellationis מרדות *rebellionis* (v. ſ. l.) ſi nemine praeſente חייב לכרת *reus fit excidii.* Si ex ignorantia ingreditur, affert ſacrificium pro peccato.

Aben

quod non ſalitum erat, excepto vino libaminis, ſanguine aſperſionis, et lignis pro ignis conſeruatione. In tribus autem locis vtebantur ſale בלשכת המלח *in conclaui ſalis ad pelles ſaliendas; in gradu altaris ad ſaliendas partes ſacrificii, et in ſummitate altaris condiebant ſale flores oleum et thus,* ומנחות *oblationes, quae comburebantur, et oblationes auium. Sal illud non poterat a priuato offerri, ſicuti nec ligna; ſed ſumebatur de ſale* של הצבור *quod commune erat in templo et ad totam congregationem pertinebat.* Ad hunc ſaliendi ritum reſpiciens Saluator: Marc. IX, 49. dicit. *omnis homo igne ſalietur.* i. e. quiuis qui vera Dei victima eſt, condietur ſale gratiae ad incorruptionem gloriae: ignem autem adhibet, quia in verſu praecedenti alluſerat ad ignem perpetuum in valle *Hinnom*, quo abſumebantur cadauera. Quaſi innueret, cadauera igne ſalita a corruptione ſunt immunia, ſed quamuis impii ſalientur igne inextinguibili, vermis ipſorum non morietur. De ſacrificiorum ſalitione vide ſis *Menachoth* fol. 21, 2.

Partes ſacrificii ſalitas ab ordininatis in eum finem ſacerdotibus, deferebant ad ſummitatem altaris, vbi primo neruum contrahentem in cineres proiiciebant, deinde omnes reliquas partes incompte et incondite, vt proiectione illa partium aſperſionem ſanguinis aliquo modo imitarentur. Sed partes ita diſiectas ſecunda diligentia in illum redigebant ordinem, qui ad formam agni maxime accedebat. v. g. caput primum diſponebant, addebant humeros et partes anteriores, et ſic de caeteris. Diſpoſitus illum in modum agnus igni committebatur.

De ſacrificio holocauſti adde quae in D. apud *Dupes* דורון poſuimus.

De חטאת ſacrificio pro peccato.

§. De illo vid. *Leu* IIII, 2. 13. 22. 27. In quibus locis generaliter definitur, *ſacrificia pro peccato* offerenda eſſe, pro peccatis ſiue omiſſionis ſiue commiſſionis, modo

do ex ignorantia patrata ſint. Hebraei vero definiunt illa adducenda eſſe pro peccatis ex ignorantia commiſſis contra praeceptum negatiuum, cuius neglecti conſcius merebatur excidium. Sic R. *Salomoh* in Leu. IV. אין חטאת באה אלא על שזדונו כרת ושגגתו חטאת *ſacrificium pro peccato non offerebatur propter peccatum conſcie et ex petulantia commiſſum contra praeceptum negatiuum, et quod inducebat in reatum excidii, ſed pro peccato ex ignorantia commiſſo.* Kerithuth. cap. 1, כל אלו חייבין על זדונם כרת ועל שגגתן חטאת *omnia illa* (peccata quae numero 36. ibi recenſentur) *ſi petulanter commiſſa ſunt, reatum excidii attrahunt, ex ignorantia vero commiſſa requirunt ſacrificium pro peccato.* Idem dicit *Maimon:* in שגגות cap. 1. Et *Aben Eſra* in Leu. I. niſi quod in hoc ab aliis diſſentiat, quod exiſtimet, *ſacrificium pro peccato afferri propter peccatum commiſſum contra tale praeceptum negatiuum, quod petulanti neglectione meretur excidium vel vapulationem;* addit ille excidio vapulationem, quod alii non faciunt, plurimis enim peccatis debebatur vapulatio, quibus non debebatur כרת *excidium.* Et *Maimon.* l. cit. ſolum 43. peccata recenſet pro quibus ſacrificium חטאת afferendum, cum tamen praeceptorum negatiuorum numerus in genere fuerit 365. *Maim. praeſ.* ad *Iad Chaſaka.* Quod diximus clarum fiet allatis his duobus exemplis. *Praeceptum negatiuum eſt de violatione Sabbathi* (Maimon. in Schabbath cap. 1.) Si itaque aliquis eſſet, qui petulanter Sabbathum violaſſet, reus erat excidii: ſi Sabbathum violaſſet praeſentibus teſtibus, lapidabatur; ſi autem ex ignorantia Sabbathum violaſſet, afferebat ſacrificium pro peccato, poſtquam lapſum ſe commiſiſſe meminerat. *Praeceptum negatiuum eſt*, ne vllus immundus in ſanctuarium ingrediatur. Si quis petulanter ſe ingerat in ſanctuarium, cum immundus eſt, et praeſentibus teſtibus id fiat, ἔνοχος fit flagellationis מרדות *rebellionis* (v. C. l.) ſi nemine praeſente חייב לכרת *reus fit excidii.* Si ex ignorantia ingreditur, affert ſacrificium pro peccato.

Aben

Aben Eſra ſine dubio de his poſterioribus peccatis loquitur, ſed non debebat excludere priora.

§. Sacrificia pro peccato diſtinguuntur in *ſacrificia totius congregationis*, et *in ſacrificia priuatorum:* Sacrificia totius congregationis offerebantur aliquando in nomine Synedrii, quod tamen populum integrum ſimul etiam repraeſentabat, aliquando vero ſimpliciter in nomine *congregationis*. Synedrium illa afferebat ſacrificia, ſi per inaduertentiam male circa aliquam legis partem determinaſſet; vocant illa ſacrificia העלם דבר *iuuencos pro re ignota oblatos*. Oblationum pro tota congregatione mentio fit. *Leu.* XVI, 15. *Leu.* IV, 13. De hac acceptione nominis קהל *congregationis* vid. R. *Salomoh* in Leu. IV. *Maimon.* in *Schegagah* cap. 12. *Targum Ionath.* in Leu. IV. Sanguis horum ſacrificiorum congregationis allatus fuit in ſanctum ſanctorum, illoque digitis ſepties coram velo aſpergebat ſacerdos: aliquid deinde affundebat cornibus altaris, reſiduum vero ad baſin altaris. Aliquid de adipe in altari comburebat; ſed vellus et caro, inteſtina, lingua, conſumebantur in campo extra ſanctuarium. Chriſtus factus eſt חטאת *peccatum* pro nobis, id eſt ſacrificium pro peccato; et ſicuti ſacrificia in die expiationis, vt et agnus, qui quotidie offerebatur, erant oblationes pro tota congregatione, ita Chriſtus, qui eſt *agnus Dei* Ioh. I. factus eſt expiatio pro omni ſuo populo. Sacrificiorum in die expiationis carnes cur extra caſtra combuſtae fuerunt, niſi ad ſignificandum Chriſtum a gentilibus et propter gentiles mori debere, qui חיצונים οἱ ἔξω reſpectu Iudaeorum nominantur? Hebr. XIII, 11. 12.

Sacrificia pro peccato *perſonarum priuatarum* erant 1) Iuuencus quem pro ſe offerebat ſummus ſacerdos in die expiationis Leu. XVI, 6. 2) Iuuencus quem ſummus pontifex offerebat pro peccato ab ipſo ex ignorantia commiſſo. Ille iuuencus vocatur פר הבא על כל המצוות *iuuencus qui ob omnia praecepta offertur. Maimon.* in *Schegagah cap.* 12. Secundum Aben Eſram *Leu.* IV. talem oblationem pro peccato ſummus ſacer-

dos

dos ſemel in anno faciebat: vt alii pudorem ſua peccata confitenti abiicerent, vt notat *Baal Hatturim* in Leu. IV. 3) De duobus aliis ſacrificiis pro peccato vid. *Leu.* IV, 22. v. 23. 25. et cap. IV, v. 27.

§. De his ſacrificiis porro ſequentia obſeruanda.

1. Locum et modum ſacrificia pro peccato afferendi, mactandi, eundem fuiſſe cum illo, quo offerebantur holocauſta.

2. פרים נשרפים *iuuencorum combuſtorum* ושעירים הנשרפים *et hircorum combuſtorum* (pro congregatione) דמן טעון הזייה *ſanguis opus habet ſparſione* in ſancto ante velum ad altare aureum. *Zevachin* cap. 5.

3. Sanguinem qui in ſanctum non delatus fuit ex parte cornibus altaris fuiſſe illinitum, ex parte vero ad baſin altaris effuſum: ſanguinem digito illiniebat cornibus ſacerdos, incipiens a cornu quod inter orientem et meridiem erat. Vid. *Maimon.* vbi ſupra v. 5. *Talm.* in *Zevachin* c. 5.

4. Hircos et iuuencos, qui extra caſtra comburebantur, fuiſſe diſſectos in fruſta et in igne diſpoſitos holocauſtorum inſtar. *Maimon.* vbi ſupra cap. 1.

5. Illorum ſacrificiorum carnes, quae non extra caſtra fuere abſumptae, debebant a ſacerdotibus comedi. Leu. VI, 25. 26. Hinc dictum Hoſeae IV, 8. *Peccatum populi comedunt.* Id eſt ſacrificia pro peccato populi mei comedunt, non tam ex deuotione, quam vt ventres oppleant.

De אשם *ſacrificiis pro reatu.*

§. Sacrificia pro *peccato* et pro *reatu* in multis conueniebant. Sicuti enim *ſacrificia* pro peccato offerebantur, ſi aliquis contra praeceptum negatiuum ex ignorantia peccaſſet, ita et ſacrificia pro reatu. Sicuti illa relationem vel reſpectum habebant ad periculum excidii, ita et iſta. Eſt tamen aliqua differentia, vt ex ſequentibus patebit.

§. Sa-

Digitized by Google

§. Sacrificia pro *reatu* diſtinguuntur in אשם תלוי *ſuſpenſa vel dubia* et אשם ודאי *certo debita*. Cur אשם תלוי ſacrificium aliquod pro reatu ſuſpenſum nominetur, videre poteris ex *Maimon.* in *Corbanoth* cap. 9. Gloſſa in Miſchnaioth dicit hanc nomenclationis rationem eſſe לפי שתולה ומגין עליו מן היסורים *quia ſacrificium pro reatu reum ſuſpendit et liberat a poena.* Sed meliorem rationem exhibet *Kerithuth*.cap. 1.ſect. 2. poſtquam enim recenſuit 36. transgreſſiones, quae excidium merentur, ita concludit. כל אלו חייבין זדונם כרת על שגגתן חטאת ועל לא הודע שלהם אשם תלוי: *omnes illi ſi petulanter peccauerint, incurrunt poenam excidii: ſi ex ignorantia afferre debent ſacrificium pro peccato, ſi vero dubitant, an peccauerint nec ne, afferent ſacrificium pro reatu.* Vult Miſchna quod ſi quis neſciat an certo peccauerit, nec ne, et tamen aliqua apparentia adſit, quod peccare potuerit, vt ſacrificium pro reatu dubitans afferat: hoc dilucidare poteſt hiſtoria quam lector de Baba Ben Butah in *Kerithuth.* c. 6. ſect. 3. reperiet: et poſitione horum duorum exemplorum.

Kerithuth. cap.3.et *Toſtpht. in Kerithuth.* cap. 2. אמרו לו אכל חלב מביא חטאת עד אומר אכל ועד אומר לא אכל מביא אשם תלוי: id eſt per paraphraſin. Licitum erat ipſis comedere adipem ſed non inteſtinorum, debebat enim ille comburi, poſito ita caſu vt aliquis credens ſe comedere adipem qui licitus erat, comediſſet illicitum, et deinde iſte teſtimonio adſtantium certus de ſuo errore factus fuiſſet, incubuit ipſi offerre *ſacrificium pro peccato.* Si vero ipſemet dubitaret ſine vllo ſigno euidente, aut teſtibus ſibi inuicem contradicentibus, an reuera comediſſet nec ne, afferre debuit אשם תלוי *ſacrificium pro reatu ſuſpenſionis vel dubitationis.*

Gloſſa in *Miſchnaioth* vbi ante et *Toſiphta* vbi modo. Si aliquis intendens concumbere cum vxore ſua, rem habuiſſet cum ſua ſorore in eodem lecto dormiente, ſi ſciens id fecerit, incurrit reatum excidii, ſi ex ignorantia, debet afferre ſacrificium pro peccato; ſi dubitat an non forſan hoc ipſi acciderit, neque tamen plenarie

Digitized by Google

narie de facto certus ſit, offerre debet אשם תלוי *ſacrificium pro reatu dubio.*

§. אשם ודאי *certi reatus oblatio* nominatur, quia lex determinauit, quae ſacrificia, quomodo, et a quibus pro reatu offerenda ſint. Ea ſequentia erant, vt recenſetur a *Toſipht.* vbi ſupra, *Zevachin* cap. 5. et *Maimon.* in שגגה c. 9.

1. אשם גזילות Sacrificium pro reatu rei furto ſurreptae, aut iniuſte detentae Leu. VI, 2. 3. 6.

2. אשם מעילות Sacrificium pro reatu ſacrilegii Leu. V, 16.

3. אשם שפחה חרופה Sacrificium pro reatu circa ancillam deſpectam de qua Leu. XIX, 20.

4. אשם נזיר Sacrificium pro reatu Naſiraeorum. Num. VI, 12.

5. אשם מצורע Sacrificium pro reatu leproſorum. Leu. XIV, 12.

§. Diſpoſitio horum ſacrificiorum quando offerebantur, erat ſimilis oblationi ſacrificiorum pro peccato. Mactabantur, excoriabantur, et inteſtina eximebantur, lauabantur, ſaliebantur, et comburebantur, carnesque ipſorum comedebantur a ſacerdotibus. Aliquod tantum diſcrimen erat in ſparſione ſanguinis ipſorum: ſicuti enim ſanguis ſacrificiorum pro peccato illiniebatur ex parte cornibus altaris, ita horum ſanguis inſtar Gamma lateribus altaris aſpergebatur, ſicuti ſupra innuimus. Illorum ſanguis ſpargebatur ſupra lineam rubram altaris, horum infra. Item differebant in eo quod non omnia ſacrificia reatus numerabantur inter קדשי הקדשים *ſacrificia ſanctiſſima*, ſicuti ſacrificia pro peccato; oblatio enim Naziraeorum numerabatur inter קדשים קלים *ſancta leuiora.*

De illa ſacrificiorum ſanctiſſimorum comeſtione a ſacerdotibus nota, quod a Iudaeis vocetur אכילה לפנים מן הקלעים *comeſtio intra vela*, alluſione facta ad tabernaculum, quod velis ab aliis caſtris diſtinctum erat. Sicuti enim intra illa vela erant caſtra domini, ita in templo ſpatium internum a porta Nikanoris caſtra domini

Digitized by Google

mini vocabatur, et in illo, vt in ſanctiore loco omnia ſacrificia ſanctiora comedi debebant. vid. Num. XVIII, 10. Dauid Kimchi ad Ezech. XLII, 13. commentatur, *fuiſſe quaedam conclauia, quae in ipſum atrium ſacerdotum ſe extendebant, in quibus ſacerdotes, ſuas* חרומות *res ſanctas comedebant.* Sed praeterquam quod a nullis aliis haec conclauia deſignata fuerint, non opus eſt, vt illa comeſtio plane ad ſacerdotum atrium conſtringatur; ſecundum praeceptum Dei ſufficit, ſi illa in Iſraelis atrio facta fuerit: et ſi loca illa deſignanda ſunt, probabile eſt ſacerdotes aeſtiuis temporibus ſub porticu in libero aere, hybernis temporibus vero vel in conclauibus *Gazith*, *Moked* aut *Nitſots* ſua ſancta comediſſe, באלים על חצות non comedebant omni tempore illas carnes, ſed verſus veſperam. Poſt mediam noctem illas edere amplius non potuerunt. Quod autem ſub veſperam ad eſum ſolum ſe accinxerint ſacerdotes, apparet ex primo verſu, qui in Codice Miſchnico legitur: מאימתי קרין אח שמע בערביח משעה שהכהנים נכנסי' לאכול בחרומתן *quando phylacteria veſperi recitanda ſunt? Ab eo tempore, quo ſacerdotes ingrediuntur ad trumam ſuam comedendam.* At an ſacerdotes nihil prandere ſoliti ſint, definire non poſſumus.

De שלמים *ſacrificiis pacificis.*

§. Ita nominantur, quod ſicuti holocauſta, ſacrificia pro peccato et reatu offerebantur ſub reſpectu alicuius commiſſi peccati, vel dubitationis, ita ſacrificia pacifica offerebantur, vel ad ſolutionem voti, vel ad gratiarum actionem teſtandam, vel denique ad Deum propitium reddendum, quod non male hebr. להשלים exprimit. R. *Salomoh* in Leu. III. hanc nomenclationis rationem habet: *quia ſacrificia illa dabant pacem mundo, pacem altari, pacem ſacerdotibus, pacem offerentibus:*

§. Inter ſacrificia pacifica referuntur etiam illa, quae gentiles afferebant: de illis ſic *Maimon.* in *Corbanoth* cap. 3. §. 2. *A gentilibus et ethnicis non recipiunt niſi ſolum*

illa

illa quae holocauſta fieri poſſent. Illius generis autem recipiunt oblationem auium, etiamſi ille ethnicus idololatra eſſet. Non autem recipiunt ab ipſis ſacrificia pacifica, nec libamina, nec ſacrificia pro reatu aut peccato, nec ſacrificia holocauſti, niſi voluntarie ea attulerint, et in modum voti. Si Ethnicus afferat ſacrificia pacifica, illa offerri debent in modum holocauſtorum, quia animus Ethnici eſt verſus coelum. A Iudaeo Apoſtata nullum recipiunt ſacrificium.

Ad quae nota 1. quod non potuerint Ethnicorum ſacrificia offerri, niſi eſſent לבהם לשמים *corda ipſorum aliqua deuotione calentia.* 2. quod non potuerint ſacrificia ipſorum venire ſub nomine ſacrificii pro peccato, aut reatus, quia non ſub iisdem erant legibus cum Iudaeis. 3. quod non potuerint offerre panem, partim ob expreſſum Dei mandatum, partim vero quia panis non poterat holocauſtum fieri, quae in ſacrificio gentiiis erat conditio requiſita. 4. quod oblationes Ethnici, ſub altera harum duarum ſacrificii pacifici notionum, venire debuerint, vt vel offerrentur ex libera voluntate, vel ex conſequentia alicuius voti. 5. Gentilis oblatio veniens ſub nomine ſacrificii pacifici debuit tamen holocauſtum fieri; quia carnes ſacrificii pacifici debebant comedi à ſacerdotibus; at cum Ethnicus ſacrificat, ſtudet ſolum Deum pacificare, non autem cogitat de ſacerdotibus. Si vero eueniret, vt amans vnum vel alterum Iſraelitam ipſorum gratia ſacrificium afferret Ethnicus, et ſacerdotes et Iſraelitae carnes comedere poſſent; vt loco citato notauit eruditiſſimus noſter Maimonides.

§. Sacrificia pacifica Iſraelitarum erant vel *totius congregationis*, vel *perſonae alicuius priuatae.* Prioris ſpeciei erant duo agni, qui vna ſemel in anno offerebantur, ſcilicet in Pentecoſte Lev. XXIII. 19. in illorum oblatione verſabantur vt in ſacrificiis pro peccato. Ex ſacrificiis Euchariſticis ſolummodo hoc numerabatur inter קדשי הקדשים *Sacrificia ſanctiſſima. Maimon* in *Corbanoth* cap. 1. et cap. 9. *Zebhachin* cap. 5. R. *Salomoh* Lev. XXIII. 20.

Sacrificia perſonarum priuatarum Euchariſtica triplicia erant

1. *Sacrificia, quae abſque pane offerebantur;* tales erant oblationes, quas offerebant in tribus ſollemnibus feſtis ad gaudium teſtandum.

2. *Sacrificia pacifica, quae cum pane offerebantur*: illorum fit mentio Lev. VII. poterant fieri ex iuuencis, ex agnis et hircis Lev. III. et fiebant vel ex occaſione voti, vel gratiarum actionis, vel merae et liberae deuotionis: ſi aliquis ſaluus ex nauigatione periculoſa euaſiſſet כל נס שנעשה לו *ſi non absque inſigni aliquo miraculo* liberatus fuiſſet ex aliqua anguſtia, talem oblationem afferre debebat. Vid. R. *Salomoh* et *Aben Eſram* in Lev. VII.

Haec ſacrificia perſonarum priuatarum mactari poterant in quauis atrii Iſraelis parte, (vid. *Zeuachim* cap. 5. ſect. 7.) vt plurimum caedebantur in latere meridionali. Sanguis ipſorum ſpargebatur in modum ſanguinis holocauſtorum, ſcilicet שתי מתנות שהן ארבע inſtar Gamma Γ. Pectus et armus dexter ſacrificii pacifici pertinebat ad ſacerdotem offerentem, vocabanturque Rabbinice מורם. Pectus debebat agitari coram Domino: ritus autem ille talis erat. Offerens debebat ingredi atrium ſacerdotum: ibi ſacerdos manui offerentis adipem cum pectore et armo dextro imponebat, item renes et omentum iecoris, et ſi ad gratias agendas mactatum eſſet ſacrificium, maſſam panis. Deinde ſacerdos manum ſuam infra manum offerentis ponens, illam cum rebus impoſitis huc illuc, ſed praecipue orientem verſus agitabat. Hac agitatione facta inteſtina aſpergebat ſale et in altari concremabat. Agitatum vero pectus et armum et panem pro ſua parte ſumebat ſacerdos, reliqua offerens. Licitum autem erat offerenti partem ſuam ſacrificii allati comedere, in quacunque parte Hieroſolymae ipſi lubuerit, ita intelligendum hoc axioma נאכלין בכל העיר *poterant* (partes ſacrificiorum) *comedi* (non in quauis vrbe) ſed *in quauis parte vrbis:* erat enim hoc vnum ex Hieroſolymae priuilegiis, quod קדשים קלים *ſacrificia minus ſancta*, in nulla alia vrbe quam in illa comedi poterant. *Kelim.* c. 1. ſect. 8. hinc intelliges, quid ſibi velit locus in *Bab. Berachot.* fol.

Digitized by Google

fol. 49. 2. *Si quis poſt ſacrificium peractum domum reuertitur et egreſſus Hieroſolyma recordatus fuerit ſe adhuc apud ſe habere aliquam partem de carne ſacra; ſi iam vltra Zuphim progreſſus ſit, qui erat locus, ex quo vrbs et templum conſpici poterant, carnem illam comburat, in illo loco vbi eſt; ſi non vltra Zuphim redeat et comburat in templo.* Sed ad rem regredimur. Offerentes ſuas partes in aliquo angulo atrii mulierum coquebant. vid. 2. *Chron.* XXXV. 13. cum tabernaculum adhuc in Schiloh erat, in illo etiam fiebat coctio ſacrificiorum. Hinc filiorum Eli fraudes, qui cum pectore et armo, quae ſacerdotibus cedebant, non contenti, vncinulis ex olla ſurripiebant, quae extrahere poterant.

Sacrificium pacificum perſonarum priuatarum, quod offerebatur in gratiarum actionem, eodem die quo offerebatur comedi debuit, at ſi oblatum fuiſſet ex voluntaria deuotione poterat die craſtino comedi. *Leuit.* VII. 15. 16. Et ſacerdotum et offerentium familiae ad illorum ſacrificiorum eſum admittebantur, mulieres, infantes, ſerui. etc. Sacerdos ſuam partem poterat in vrbe comedere, et offerens in templo, et vice verſa.

3. *Sacrificium pacificum perſonae priuatae* etiam erat איל נזיר *aries Nazirnei*, de cuius oblatione vid. *Num.* VI, 17. pectus et armus cum inteſtinis et aliqua portione panis etiam agitabantur, et exceptis inteſtinis, quae in altari comburebantur, cedebant ſacerdoti. Naziraeus vero reliquam partem carnis habebat, quam ollae immittebat in conclaui Naziraeorum, de quod vid. ſi lubet.

De Sacrificiis Euchariſticis, quae in feſtis offerebantur, vid. *Feſta*, item *Paſcha*.

De Auium oblatione.

§. Hactenus loquuti ſumus de oblatione iuuencorum, arietum, hoedorum, agnorum etc. nunc etiam aliquid de auium oblatione dicendum. Cur Deus illarum oblationes inſtituerit vid. *Aues*. Ex omnibus auium ſpeciebus a Deo ſolum turtures et columbae fuerunt electae, quae vocantur Talmudice קינים *nidi*, expreſ-

 ſum

Digitized by Google

ſum de illis tractatum habet *Miſna.* Ordinarie vendebantur in templo Ioh. II. 14. vt et monte olиueto ſub duobus immenſae magnitudinis cedris, vid. *Talm. Hieroſ. Taanith* fol. 69. 1. Columbae praecipue a mulieribus (non enim ſolis) offerebantur, quia ob impuritates, fluxus, puerperia, abortus, tam frequenter oblationes offerre debebant, vt ſumptus ipſarum in immenſum creuiſſet, ſi ex aliis animantibus ſacrificia afferre debuiſſent. Audiatur in hunc finem *Keritbut* cap. 1. אישה שיש עליה ספק חמש לידות וספק חמש זיבות *mulier quae in dubio eſt*, (confer quae ſupra apud ſacrificium de reatu de אשם תלוי diximus, ad illa ſacrificia enim haec auium proprie pertinent) *de quinque partubus et quinque fluxibus vnum ſolum tenetur offerre ſacrificium, et de illo comedere poteſt. Si vero de quinque partubus et quinque fluxibus certa eſt, tenetur ad vnum ſacrificium* והשאר חובה עליה *et reliqua debet. Hiſtoria eſt*; שעמדו קינים בירושלם בדינרי זהב *ſemel Hieróſolymis columbas proſtitiſſe, ſed non niſi pro denario aureo. Iurauit Rabban Simeon Ben Gamaliel,* המעון הזה *Per templum hoc! Hac nocte non requieſcam, donec vaeneant denario argenteo; Intrauit Synedrium et conſtituit, vt mulier, quae certa erat de quinque partubus et quinque fluxibus, vnum ſolum afferret ſacrificium, de illo comederet, et quoad reliqua, ſoluta eſſet. Et columbae iterum denario argenteo vendebantur*: quia non erant quae illas emerent. Hoc etiam exſtat in *Iuchaſin* fol. 68.

§. Oblationis auium ritum deſcribit *Zeuachim* cap. 6. *Si pro holocauſto afferebantur*, ſacerdos aſcendens gradus altaris, et per circuitum ibat, ad angulum perueniebat, qui inter orientem et meridiem erat, ibique ipſorum praeſcindebat capita, aperiebat, ſanguinem ipſorum ad latus altaris effundebat, ſaliebat capita in loco vbi aperta, et ea in ignem proiiciebat; eximebat inteſtina et in cumulum cinerum proiiciebat; auium ipſa corpuſcula ſale aſpergebat, et igni immittebat. Si aues allatae fuiſſent *ad ſacrificium pro peccato*, capita abſcindebat, ſanguinem ad latus altaris ſpar-

ſpargebat ex parte, ex parte vero effundebat ad baſim altaris, vbi canales ad deglutiendum ſanguinem erant; deinde aues ſibi reſeruabat ſacerdos, et in cibum adhibebat. Differentia itaque in aſperſione ſanguinis auium et reliquorum ſacrificiorum, notante tract. *Kinnim* c. 1. haec erat: Sanguis animalium in holocauſtis ſpargebatur infra lineam rubram altaris, in ſacrificiis pro peccatis ſupra lineam. Sanguis auium vero, ſi in holocauſtum offerebantur, ſpargebatur ſuperius, ſi in ſacrificium pro peccato, inferius.

De Oblatione מנחה et נסך libamine.

§. Duodecim ſpecies מנחה erant, tres ex parte *totius congregationis*, et nouem ex parte *perſonarum priuatarum*. Maimon in *Corbanoth* cap. 2. *Menachot*. 6.

Menachot, quae a tota congregatione offerebantur, erant 1. *Duodecim illi panes propoſitionis*, qui coram Domino ſingulis Sabbathis ponebantur. *Exod*. XXV. 3. *Leuit*. XXIV. 5. 6. et cedebant in vſum ſacerdotum poſtquam remoti erant. 2. *Omer primitiarum meſſis*. *Leuit*. XXIII. 9. nempe manipulus ille deſumtus ex hordeo, quia inter fruges frumenti omnium primo maturum eſt. Reliquae autem Menachot deſumebantur ex tritico, vnica ſolum adhuc excepta. Faſciculus hic agitabatur coram Domino, huc illuc, ſurſum deorſum, pars comedebatur, et pars offerebatur. Agitatio huc illuc fiebat (notante R. *Salom*. in Leuit. XXIII.) ad actionem gratiarum, quod Deus cohibuit malignos ventos, agitatio vero ſurſum et deorſum, quod ſegetes cuſtodiuit a malignis roribus.

Potius haec agitatio facta eſt in typum crucis Chriſti. vid. *Michlol Iophi*. Exod. XXIX.

3. *Duo panes agitationis* oblati in feſto Pentecoſtes. Lev. XXIII. 17.

Menachot, quae a perſonis priuatis offerebantur, ſequentes erant.

1. חביתין *ſartagines*, quae quotidie a ſummo ſacerdote offerebantur.

2. מנחת חנוך *Mincha ſiue oblatio initiationis*, quam manu ſua afferebat quiuis ſacerdos in primo ſuo ingreſſu ad officium ſacerdotale.

3. מנחת חוטא *oblatio peccatoris*; quando enim aliquis, qui ſacrificium pro peccato afferre debebat, tam pauper erat, vt illud praeſtare non poſſet, ſolum ad talem Mincham offerendam tenebatur. Miſna enim loquitur de מנחת חוטא של הכהנים *Mincha pro paupercùlo peccante inter ſacerdotes;* quod ſatis arguit, non omnes fuiſſe Croeſos inter ſacerdotes.

4. מנחת קנאות *oblatio propter vxorem ſuſpectam* ob adulterium (vid. Aquas amaras) Numer. V, 15. Illa erat ex farina hordeacea.

5. מנחת סולת *oblatio ſimilae vel puriſſimae farinae*, haec non cocta erat. Quae in templo offerri debuit erat מכמס et מזוניחה, ſecunda ab illis et iſta, quae ex valle Ephraim venit. *Menachot* c. 8. *Aruch* in מכנס.

6. מנחת המחבת *oblatio cocta in patella*. (poële)

7. מנחת המרחשת *oblatio frixa in ſartagine* (Gall. *dans une poële a frire*)

8. מנחת מאפה בתנור *oblatio cocta in furno*.

9. רקיקין *placentae tenues et contortae*.

In Talmudicis ſaepe etiam mentio fit מנחת גויים *oblationis gentilis*, מנחת נשים *oblationis mulierum*, מנחת נסכים *oblationis farinaceae factae cum libamine*. Sed re ipſa cum recenſitis conueniunt, quamuis nomine diſcrepent.

§. Circa confectionem et adornationem horum *Menachot* ſequentia ſunt obſeruanda.

1. Nullam Mincham minus decima parte Ephae (eines Maaßes) tritici habere debuiſſe, nec minus Logo olei, id eſt, non infra tredecim vncias. Decima illa pars Ephae vocatur עומר *Exod.* XVI. 36. *Maimon* in *Corbanoth*. c. 13.

2. Si Mincha ex quatuor illis ſpeciebus erat, quae coqui debebant, ordinarie ex decima parte Ephae decem

cem placentas conficiebant, et ſic ſi plus quam decima pars Ephae offerebatur, ex vnaquaque decem pinſebant placentas. Mincha ſola ſummi ſacerdotis diſtribuebatur in duodecim placentas, quae poſtquam coctae erant frangebantur in duo fruſta, vt mane duodecim fruſta poſſent offerri, et veſperi duodecim. *Maimon* vbi modo.

3. יש טענות שמן ולבונה שמן ולא לבונה *quaedam Menachot requirebant et oleum et thus, quaedam requirebant oleum, ſed non thus, quaedam thus, ſed non oleum, quaedam nec thus nec oleum.* Illa, quae ſimul oleum et thus requirebant, erant Mincha ſimilae, quae non coquebatur: quatuor illae Menachot quae coquebantur; Mincha ſummi ſacerdotis; Mincha initiationis ſacerdotum; Omer primitiarum; Mincha gentilis; Mincha mulieris. Mincha quae coniunctum habebat נסך *libamen*, requirebat oleum, ſed non thus. Panes propoſitionis requirebant thus, ſed non oleum. Oblationes vero pauperis peccantis et mulieris ob adulterium ſuſpectae nec oleum nec thus habebant. vid. tract. *Menachot* cap. 5. ſect. 3.

4. כל המנחות הנעשות בכלי טענות שלש מתנות שמן *omnes oblationes frumentariae ſiue Menachot, quae conficiuntur in vaſe, opus habent triplici olei affuſione.* Verbi gratia, ſi offerenda מנחת הסולת *puriſſimae farinae oblatio*, primo oleum in vas infunditur, deinde immittitur ipſamet farina, et farinae denuo affundunt oleum, oleumque cum farina commiſcent. Hoc facto farinam ita praeparatam ponunt in כלי השרת *vaſe illo miniſterii*, in quo ad altare deferri debebat oblatio, iterumque affundebatur oleum; et tandem addebatur quoque thus. Similiter, *ſi offerenda aliqua Mincha, quae in patella coqui debebat*, patellae primo immittebant oleum, deinde farinam, et ſupra farinam iterum oleum, poſtquam autem haec commixta et cocta erant, placentis iterum oleum et deinde thus imponebatur. הקיקין משיחה כיצד מושחין כמין כי *Quomodo vero ungunt liba contorta ac tenuia? ungunt ea in modum χ. Graecorum;* vel vt *To-*

ſaphta dicit inſtar Kappa Graecorum, vt oleum huc et illuc fuerit diſperſum. Vid. *Menachot* cap. 6. v. 3.

§. Quaedam Menachot integrae fuerunt in altari combuſtae, nec ſacerdos vllam partem pro ſe habebat; De quibusdam vero ſolummodo plenam volam manus ſacerdos comburebat, reliqua pars ipſi cedebat. Prioris generis erant *Mincha ſacerdotum vulgarium*, et *Mincha ſacerdotis ſummi vncti*, item *Mincha quae offerebatur cum libamine*. Poſterioris generis vero *Mincha ſimilae*, *Menachot illae quatuor*, *quae coquebantur*; *Mincha gentilis*, *Mincha mulieris*, *Omer primitiarum*; *oblatio pauperis peccantis*, et *oblatio Sotae ſiue mulieris ſuſpectae*. Ex oblatione duorum panum, et panum propoſitionis nihil cedebat altari, ſed omnia pertinebant ad ſacerdotes, vid. *Menachot*. cap. 6. v. 1. 2.

§. Modus offerendi has oblationes Menachot hic erat. Poſtquam Mincha poſita erat in vaſe miniſterii, ſanctificabatur in eo, oleum affundebatur, imponebaturque thus. Deinde illud deferebatur ad cornu altaris, quod inter orientem et meridiem erat, et ſtabat ſacerdos a parte cornu meridionali. Poſito autem thure a ſacerdote in aliqua parte vaſculi collectim, ſumebat ex illa parte, vbi non ſparſum erat, quantum vola manus capere poterat, et illud ponebat in medio alius vaſculi miniſterii, deinde etiam colligebat thus et illud ſepoſitae maſſae imponebat, tandem illam ad ſuperficiem altaris deferebat, ſale condiebat, et igni immittebat; reſiduum autem comedebatur a ſacerdotibus, vid. *Toſaphta Menachot* c. 1.

§. Quod נסך *libamen* attinet, ſacrificium quotidianum ſemper illud coniunctum habebat. Vid. *Cultus* etc. illud etiam habebant alia ſacrificia *Num.* 15. Illud autem nihil aliud quam certa vini quantitas, quae variabatur pro ratione ſacrificiorum, vt ibi videri poteſt. Vinum libaminis, docente R. *Salomoh* in Num 15. nunquam miſcebatur, nec aliquid de eo affundebatur igni vt fiebat in Mincha, ſed effundebatur ad baſin altaris, et cum eius effuſione Muſica incipiebat.

§. Man

6. Mane et veſperi cum ſacrificio iugi offerebatur *Mincha*, interim tamen ſolum tempus ſacrificii veſpertini vocatur κατ' ἐξοχὴν מנחה *Mincha*. vid. 1 Reg. XVIII, 29. certa ratio illius appellationis non patet. Forſan eſt idcirco, quia perſonarum priuatarum oblationes vt plurimum tempore veſpertino fiebant, vel quia ſuffitus adolebatur veſperi vna cum Mincha, quod aliter erat mane.

De primitiis, Paſchate, et decimis vid. ſuo loco.

De publicis legatis ad offerenda ſacrificia vid. *ſtationarii viri.*

Addemus quaedam generalia de ſacrificiis. Quaeritur quomodo proceſſum, ſi aliquis ſacrificia, quae debebat, ex obſtinatione afferre noluerit? Reſp. qui relligioſi erant in hoc peccatum non incidebant, poena enim excidii ipſos ſatis vrgebat ad ſolutionem ſacrificiorum, quoad reliquos vero reſpondet R. *Salomoh* in *Leuit*, I, 4. *Traditio eſt, quod* כופין אותו *cogant ipſum nolentem volentem. At Lex* (loco cit.) *dicit, quod ſponte debeat afferre ſacrificium? Reſp. cogunt ipſum tamdiu, donec dicat, ego voluntarie afferam.*

Quaer. an qui peccauerat ſtatim obligatus fuerit ad immediatam ſacrificii oblationem; an debuerit degens in remotiore aliqua prouincia, relinquere omnia ſua negotia et confeſtim Hieroſolymam aduolare ad explandum ſuum reatum? Reſp. Ex loco *Deut.* XII, 5. 6. eliciunt, quod ſuffecerit ſi oblationem ſuam attulerit primo in ſequente feſto magno, qualia fuerunt Paſcha, Pentecoſte, Scenopegia. *Maimon. in praefat. ad Iad Chaſaka. Hoc vnum ex* 248. *praeceptis affirmantis eſt:* להביא כל הקרבנות שיש על האדם בחוב או בנדב ברגל ראשון שפגע בו *quod vnusquisque debeat afferre illa ſacrificia, ad quae vel voto vel reatu obligatur, in feſto proximo ſequente. Bab. Sanhed.* fol. 11. 1. *Puerperae, ſeminiſluae et ſeminiflui, columbas ſuas reſeruarunt vſquedum aſcenderent ad feſtum.* Item *Hieroſ. Roſch Haſchana* f. 56. 2. *Oblationes, quae ſacratae ſunt ante feſtum, offerantur in feſto, nam*

 dictum

Digitized by Google

dictum eſt, haec facietis in ſolemnitatibus veſtris. Vid. etiam *Baal Hatturim* in Deut. XII.

Quaer. Quomodo Chriſtus Matth. V, v. 24. dicere et praecipere poterit, vt munus ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου relinqueretur, et offerens ad reconciliandum fratrem ſe conferret? Reſp. 1. Fatendum, hoc in muneribus ad altare oblatis in tali cauſſa omnino inſolitum fuiſſe libamen poſt oblatum ſacrificium, *quia ſacrificium offerre licuit hodie v. g. ac differre libamen abhinc viginti diebus. Toſaphta* ad *Carbanoth* cap. 5. Poterat etiam ſacrificium ipſum differri, imo plane reiici poſtquam iam ad altare allatum vel adductum erat, ſi ſcilicet vel labes in victima, vel immunditia in offerente reperta. Sed de hoc caſu ſilent paginae Talmudicae. 2. Intentio Chriſti eſt docere, quod Deus fruſtra colatur absque vera charitate in fratrem, eadem mens eſt Gemariſtis in *Bab. Ioma* fol. 87. 1. Si itaque moram in allato ſacrificio fecerunt ob quaedam minutiora, qualia aut offerentis immunditia, aut victimae aliquod vitium erat, cur non ſimilem curioſitatem in placando fratre, absque cuius reconciliatione oblatio Deo non poterat grata eſſe, adhiberent, quod tacite ipſis exprobrauit Chriſtus. Innuit itaque, ſatius eſſe relinquere ſacrificium extra morem apud altare, et ad fratrem reconciliandum currere, quam ſtricta obſeruatione paternorum rituum, absque reconciliatione fratris, ad ſacrificandum accedere. Praeſupponit inſuper Chriſtus illud, quod de reiectione ſacrificiorum in proximum feſtum ſupra diximus. Si enim perſonarum priuatarum ſacrificia non fuiſſent in feſto oblata, quomodo Chriſtus dixiſſet, *relinquat ſacrificium coram altari et abeat ad reconciliandum ſibi fratrem:* poterat ille frater longiſſime abeſſe; at in feſto non longe ab altari remotus erat quiuis frater in quem quis peccauerat. Obligatur enim quiuis maſculus ad feſtum aſcendere. vid. *Comparitio.*

Quare doctrina de ſacrificiis nobis hodie ſit tam obſcura, rationem exponit *Abarban.* Praef. in Leuit.

fol.

fol. 226. col. 1. fin. ſcil. quia cultus Leuiticus non amplius inter Iudaeos obſeruatur. זבח הוא קרבן נקרב על המזבח ſacrificium eſt oblatio, quae offertur in altari. *ibid.* De ſacrificiis etiam meretur *Smibertus* et *Outramus*, qui peculiares de illis libros conſignarunt in 8vo. Cur nulla animalia ante ſeptimum diem offerri debuerint. *Tanch.* fol. 55. col. 2. poſt init. *Abarbanel* duplicem rationem aſſignat, quare קרבן ita appellatur. (1) מצד היותו נקרב על המזבח eo, quod offerebatur in altari. (2) מפני שהמעשה ההוא יעשה קרבה בין הבעלים המקריבי' אותו ובין האלהים׃ *quia opus illud magnam propinquitatem faceret inter eos, qui offerent* קרבן *et inter Deum. Praef. Leu.* fol. 226. col. 2. Quare Deus haec praeciſe et non alia animalia materiam ſacrificiorum eſſe voluerit, quatuor rationibus exponit *Abarbanel* l. c. *Tanch.* fol. 54. col. 4. fin. ſequ. *Rabboth* fol. 226. col. 3. poſt med. et fol. 230. col. 3. med. De variis animalium vitiis, quae cum homine habent communia, et ob quae ad ſacrificandum fiunt inepta. *Maimon.* Biat Hammikd. cap. 7. tot. De variis animalium vitiis, quae ipſis tantum ſunt peculiaria. *Idem* Iſſure Misbeach. cap. 2. tot. De auium vitiis, ob quae ad offerendum ineptae fiunt. *ibid.* cap. 3. tot. De comeſtione ſacrificiorum. *Idem* Corbanoth cap. 10. tot. et cap. 11. tot. Quomodo partes ſacrificiorum ſacerdotibus cedentes partitae fuerint inter eos, et quibusnam diſtributae. *ibid.* cap. 10. §. 12. ſeq. Quanti ſacrificia et oblationes aeſtiment Iudaei, id patet ex eo, quod *Iarchi* ad Pſ. XXXXVIII. 9. annotat על ידי הקרבנות טובה באה לכל העולם. Vox זבח et קרבן non ſunt ſynonyma, nec de vna re poſſunt adhiberi. Nam קרבן latius aliquando eſt זבח, cum omne זבח poſſit dici קרבן, non vero contra omne קרבן appellari זבח. *Abarb.* Praef. Leu. f. 226. col. 2. init. vbi haec latius diducit. Sacrificia maioris aeſtimationis erant, quae

de

Digitized by Google

de iuuenco, ouibus et capris, minoris vero, quae de turturibus et columbis offerebantur, vnde etiam, quando pro toto coetu ſacrificium offerri debebat, nunquam adhibebantur turtures aut columbae, aut Mincha ſpontaneum, ſed ſemper vel iuuencus, vel caper, vel ouis. *ibid.* קדשים quae מום aliquod acceperant, debebant redimi. *Maimon.* Iſſure Misbeach cap. 1. §. 10. Omnia animalia פסולי המוקדשים ſi redemta eſſent, poterant in foro cuiuis vendi, excepto primogenito et decimato. *ibid.* §. 12. Animalia, quae aut hominem occiderant, aut מומין acceperant, non debebant offerri. *ibid.* cap. 2. §. 9. ſeq. De loco et tempore ſacrificia offerendi. *Maimon.* Corbanoth cap. 18. tot. et cap. 19. tot. Cur bos inter animalia, quae offeruntur, praecipuum ſit. *Tanch.* fol. 55. col. 1. ante fin. Sacrificia ſiue totius coetus ſiue priuatorum quatuor erant generum; אשם· שלמים· עולה׳ חטאת׳ *Maimon.* Corbanoth cap. 1. §. 2. De ſacrificiis totius coetus et priuatorum, variisque eorum differentiis. *ibid.* ſeq. Omnia ſacrificia totius coetus ex maſculis offerri debebant. *ibid.* §. 15. Si inter res adolendas veniſſet aut fermentum aut mel aut aliud quippiam, aut adoleretur etiam, quod adoleri non debebat, ſacrificium erat illegitimum. *Idem* in Iſſure Misbeach cap. 5. §. 2. ſeq. De legitima aetate animalium offerendorum ſ. in holocauſtum ſ. חטאת etc. *Idem* in Corbanoth c. 1. §. 11. Membra quae in altari comburebantur ſ. ex עולות ſ. חטאות etc. vocabantur אימורים, et quaenam hoc nomine veniant. *ibid.* §. 18. Quod ſi animal offerendum praegnans eſſet, etiamſi embryo compleuiſſet menſes ſuos et viueret, tamen adeps eius non adolebatur vna cum adipe matris, ſed embryo reputabatur ſicut membrum aliquod matris. *ibid.* §. 19. Sacrificia etiam illegitima facta, ſi ſemel altare attigerant, debebant in eo comburi. *Idem* in Peſule Hammikd. cap. 3. §. 1. ſeq.

1. ſeq. Nullum ſacrificium debet offerri ante ſacrificium iuge matutinum, nec vllum mactari debet poſt ſacrificium iuge inter duas veſperas excepto Paſchate. *Idem* in Tamid. cap. 1. §. 3. Quot et qualia Iſraelitarum fuerint ſacrificia. *Iſingii* exercit. in Pentateuchum. p. 133. ſeq. Sacrificia omnia fuerunt typus Chriſti. *Cramerus* ad Succa p. 571.

Sacrificia ſuperaddita.

De ſacrificiis ſuperadditis in nouiluniis. *ibid.* cap. 7. §. 1. In Paſchate. *ibid.* §. 3. In feſto die Pentecoſtes. *ibid.* cap. 8. tot. In primo die menſis Tiſri. *ibid.* cap. 9. tot. In feſto expiationis. *ibid.* cap. 10. §. 1. In feſto tabernaculorum. *ibid.* §. 3. De ſacrificiis addititiis. *Cramerus* ad Succa p. 487. De ſacrificio iugi. *ibid.* cap. 1. tot. Si quis ex ſacerdotibus dimidiam partem ſacrificii iugis ſumſerit, et poſtea mortuus fuiſſet aut immundatus, quid tunc faciendum. *ibid.* c. 3. §. 20.

De *Holocauſtis.*

Abarbanel holocauſti hanc dat definitionem העולה הוא קרבן נשרף כלו ע״ג המזבח בין שיהיה משל צבור בין משל יחיד. *holocauſtum eſt oblatio, quae tota in altari comburebatur, ſiue pro toto coetu, ſiue etiam pro vnica offerebatur perſona.* Praef. Leu. fol. 226. col. 3. et 4. Cur holocauſtum dicatur עולה. *Tanch.* fol. 43. col. 4. circ. med. it. fol. 44. col. 4. circ. fin. it. fol. 45. col. 3. poſt init. Quibus in caſibus offerri debuerit עולה. *ibid.* Propter holocauſta Zion et Ieruſalem aedificabitur. *ibid.* Holocauſtum non poteſt offerri ad expiandum furtum. *ibid.* fin. אין העולה אלא מזכר הבקר או מזכרי הצאן והעני והיה העולם גם כן מן התורים ומן בני היונה ואין הפרש באלה שיהיו זכר או נקבה: *holocauſtum non fiebat niſi de maſculo bouis, aut maſculo agni et hoedorum. Sed quoniam holocau-*

ſtum

ſtum etiam de turturibus et columbis fiebat, iſta differentia inter maſculum et faemellam non obſeruabatur. *Abarb.* Praef. Leu. fol. 226. col. 4. Omnia holocauſta totius coetus debebant offerri vel ex agnis vel ex boue, non autem ex capris. *Maimon.* Corbanoth cap. 1. §. 15. Legitimam animalium, quae in holocauſtum offerri debebant, aetatem ſatis prolixe exponit *Abarb.* Praef. Leu. fol. 226. col. 4. vbi inter alia notat, quod כבש vel כשב in ſcriptura vſurpetur de agno vel hoedo nondum annuo: איל et אילים de maſculis ouium aut hoedorum nondum bimulis: פר et פרים de iuuenco tertium annum nondum attingente: עגל de vitulo vnius anni, qui poſt exactum annum dicatur שעיר עזים, quam in rem citat *ibid.* Tract. *Para.* Pro quibusnam peccatis holocauſtum fuerit oblatum. *Tanch.* fol. 6. col. 1. med. De tempore, quo ſacrificia debebant mactari, excoriari, ſanguines eorum ſpargi, membra et inteſtina adoleri etc. *Maimon.* Corban. cap. 4. tot. Aues non opus habebant impoſitione manuum. *ibid.* cap. 3. §. 7. In ſacrificiis pacificis nulla edita fuit confeſſio. *ibid.* §. 15. Si ſacrificia pacifica mactarentur, antequam aperirentur ianuae templi, פסול fiebant. *ibid.* cap. 5. §. 5. De inſtrumentis, quibus mactatio peragebatur, et modo excipiendi ſanguinem. *ibid.* cap. 4. §. 7. ſeq. Locus mactationis et exceptionis ſanguinis non fuit idem in omnibus ſacrificiis. *ibid.* c. 5. §. 1. ſeq. Qui vel maxime inepti erant ad cultum perficiendum, poterant tamen mactationem perficere. *Idem* in Peſule Hammikd. cap. 1. §. 1. In omnibus ſacrificiis neceſſum eſt, vt is, qui mactat aut ſacrificium peragit, cogitationes ſuas directas habeat ad nomen ſacrificii et nomen dominorum. *ibid.* §. 3. *Idem* Corbanoth cap. 4. §. 10. De variis caſibus conſcientiae in ſpecie circa mactationem holocauſtorum. *Idem* Peſule Hammikd. cap. 3. §. 1. ſeq. it. cap. 1. §. 1. ſeq. De

variis

Digitized by Google

variis caſibus conſcientiae circa exceptionem ſanguinis. *ibid.* §. 19. ſeq. אין לבעלים ממנה כלום ולא לכהנים גם כן חלק ממנה לאכלה כי כולה בשרפה זולתי העור שלה שהוא לכהן המקריב אותה: *Nihil eius nec ad perſonam offerentem, nec ad ſacerdotes redundabat in eſum, ſed totum comburebatur, excepta pelle, quae cedebat ſacerdoti offerenti. Abarb.* Praef. Leu. p. 226. col. 4. init. Adolitio membrorum poſt excoriationem fiebat. *Maimon.* Corban. cap. 5. §. 18. Membra vniuscuiusque ſacrificii peculiariter adoleri debebant. *Idem* Tamid. 10. §. 16. De modo quo ſanguinem excipiebant. *Idem* Corban. cap. 4. §. 8. De modo ſpargendi ſanguinem. *Petr. Zorn.* opuſc. ſac. part. 2. p. 297. De variis caſibus conſcientiae circa ſanguinis ſparſionem. *Maimon.* Peſule Hammikd. cap. 1. §. 30. ſeq. cap. 2. §. 1. ſeq. De modo ſpargendi ſanguinem. *Idem* Corban. cap. 5. §. 6. De ritu agnum mactatum diſſecandi. *ibid.* cap. 6. §. 5. ſeq. Quotnam ſacerdotes ad fruſta deferenda adhibiti ſint. *ibid.* §. 10.

De ſacrificiis pro peccato.

Abarbanel diſtinguit ſacrificia pro peccato in ea, quae vel tota comburebantur, ſicut holocauſtum, vel quorum partes tantum aliquae v. g. adeps inteſtinorum, renes vna cum ipſorum adipe, reticulum hepatis etc. comburebantur. *Abarb.* Praef. Leu. fol. 226. col. 4. Sacrificia pro peccato poterant offerri ex quinque illis animalium ſpeciebus, ſ. maſculi eſſent, ſ. faemellae, ſ. magna, ſ. parua, ſecus ac in עולה. *Maimon.* Corban. cap. 1. §. 9. Omnia ſacrificia totius coetus ex maſculis debebant offerri, ſic et ſacrificia pro peccato totius coetus non niſi ex capro et boue offerenda, non autem ex agnis. *ibid.* §. 15. Omnia ſacrificia pro peccato priuati ex faemellis offerri debebant, excepto חטאת נשיא quod fuit capra, et חטאת כהן

ſtum etiam de turturibus et columbis fiebat, iſta differentia inter maſculum et faemellam non obſeruabatur. *Abarb.* Praef. Leu. fol. 226. col. 4. Omnia holocauſta totius coetus debebant offerri vel ex agnis vel ex boue, non autem ex capris. *Maimon.* Corbanoth cap. 1. §. 15. Legitimam animalium, quae in holocauſtum offerri debebant, aetatem ſatis prolixe exponit *Abarb.* Praef. Leu. fol. 226. col. 4. vbi inter alia notat, quod כבש vel כשב in ſcriptura vſurpetur de agno vel hoedo nondum annuo: איל et אילים de maſculis ouium aut hoedorum nondum bimulis: פר et פרים de iuuenco tertium annum nondum attingente: עגל de vitulo vnius anni, qui poſt exactum annum dicatur שעיר עזים, quam in rem citat *ibid.* Tract. *Para.* Pro quibusnam peccatis holocauſtum fuerit oblatum. *Tanch.* fol. 6. col. 1. med. De tempore, quo ſacrificia debebant mactari, excoriari, ſanguines eorum ſpargi, membra et inteſtina adoleri etc. *Maimon.* Corban. cap. 4. tot. Aues non opus habebant impoſitione manuum. *ibid.* cap. 3. §. 7. In ſacrificiis pacificis nulla edita fuit confeſſio. *ibid.* §. 15. Si ſacrificia pacifica mactarentur, antequam aperirentur ianuae templi, פסול fiebant. *ibid.* cap. 5. §. 5. De inſtrumentis, quibus mactatio peragebatur, et modo excipiendi ſanguinem. *ibid.* cap. 4. §. 7. ſeq. Locus mactationis et exceptionis ſanguinis non fuit idem in omnibus ſacrificiis. *ibid.* c. 5. §. 1. ſeq. Qui vel maxime inepti erant ad cultum perficiendum, poterant tamen mactationem perficere. *Idem* in Peſule Hammikd. cap. 1. §. 1. In omnibus ſacrificiis neceſſum eſt, vt is, qui mactat aut ſacrificium peragit, cogitationes ſuas directas habeat ad nomen ſacrificii et nomen dominorum. *ibid.* §. 3. *Idem* Corbanoth cap. 4. §. 10. De variis caſibus conſcientiae in ſpecie circa mactationem holocauſtorum. *Idem* Peſule Hammikd. cap. 3. §. 1. ſeq. it. cap. 1. §. 1. ſeq. De

variis

variis caſibus conſcientiae circa exceptionem ſanguinis. *ibid.* §. 19. ſeq. אין לבעלים ממנה כלום ולם לכהנים גם כן חלק ממנה לאכלה. כי כולה בשרפה וולתי העור שלה שהוא לכהן המקריב אנחה: *Nihil eius nec ad perſonam offerentem, nec ad ſacerdotes redundabat in eſum, ſed totum comburebatur, excepta pelle, quae cedebat ſacerdoti offerenti. Abarb.* Praef. Leu. p. 226. col. 4. init. Adolitio membrorum poſt excoriationem fiebat. *Maimon.* Corban. cap. 5. §. 18. Membra vniuscuiusque ſacrificii peculiariter adoleri debebant. *Idem* Tamid. 10. §. 16. De modo quo ſanguinem excipiebant. *Idem* Corban. cap. 4. §. 8. De modo ſpargendi ſanguinem. *Petr. Zorn.* opuſc. ſac. part. 2. p. 297. De variis caſibus conſcientiae circa ſanguinis ſparſionem. *Maimon.* Peſule Hammikd. cap. 1. §. 30. ſeq. cap. 2. §. 1. ſeq. De modo ſpargendi ſanguinem. *Idem* Corban. cap. 5. §. 6. De ritu agnum mactatum diſſecandi. *ibid.* cap. 6. §. 5. ſeq. Quotnam ſacerdotes ad fruſta deferenda adhibiti ſint. *ibid.* §. 10.

De ſacrificiis pro peccato.

Abarbanel diſtinguit ſacrificia pro peccato in ea, quae vel tota comburebantur, ſicut holocauſtum, vel quorum partes tantum aliquae v. g. adeps inteſtinorum, renes vna cum ipſorum adipe, reticulum hepatis etc. comburebantur. *Abarb.* Praef. Leu. fol. 226. col. 4. Sacrificia pro peccato poterant offerri ex quinque illis animalium ſpeciebus, ſ. maſculi eſſent, ſ. faemellae, ſ. magna, ſ. parua, ſecus ac in עולה. *Maimon.* Corban. cap. 1. §. 9. Omnia ſacrificia totius coetus ex maſculis debebant offerri, ſic et ſacrificia pro peccato totius coetus non niſi ex capro et boue offerenda, non autem ex agnis. *ibid.* §. 15. Omnia ſacrificia pro peccato priuati ex faemellis offerri debebant, excepto חטאת נשיא quod fuit capra, et חטאת כהן

כהן משיח, quod fuit פר, et iſto פר, quem obtulit ſacerdos ſummus in feſto expiationum. *ibid.* Sacrificia pro peccato et pro reatu mactabantur ad latus altaris ſeptentrionalis. *Iarchi* Pſ. XXXXVIII, 3. ad verba משוש כל הארץ. De ritu ſacrificia pro peccato offerendi. *Maimon.* Corban. cap. 7. tot. De modo ſpargendi ſanguinem in ſacrificio pro peccato. *ibid.* cap. 5. §. 7. ſeq. חומר בחטאת הבהמה משאר קדשי הקדשים; nam ſi quis de ſanguine eius aliquid accepiſſet in veſtibus, debebat lauare veſtes. *ibid.* cap. 7. tot. Omnia ſacrificia pro peccato totius coctus debebant comedi, exceptis quibusdam, quae vid. *ibid.* cap. 1. §. 16. Vas teſtaceum, in quo coquebatur ſacrificium pro peccato, frangi debebat in atrio, aeneum vero lauari debebat. *ibid.* cap. 8. §. 11. ſeq.

De ſacrificiis pro reatu.

Sacrificia pro reatu non poterant offerri, niſi ex agnis maſculis tantum. *ibid.* cap. 1. §. 16. De modo offerendi ſacrificia pro reatu. *ibid.* cap. 9. §. 1. ſeq. Sacrificium pro reatu leproſorum differebat ratione acceptionis ſanguinis a reliquis ſacrificiis pro reatu. *ibid.* §. 2. De comeſtione ſacrificiorum. *ibid.* cap. 10. tot.

De ſacrificiis pacificis.

Sacrificia שלמים cur ita dicantur. *Tanch.* fol. 44. col. 1. circ. fin. שלמים poterant offerri ex agnis et capris, ſeu maſculae eſſent, ſeu foeminae, ſiue magnae, ſiue paruae, nunquam autem auis offerebatur in שלמים. *Maimon.* Corban. cap. 1. §. 11. De praeſtantia ſacrificiorum pacificorum. *Tanch.* fol. 10. col. 1. circ. fin. fol. 44. col. 2. poſt med. Sacrificium תודה nunquam ceſſabit in gente Iſraelitica. *ibid.* fol. 55. col. 2. poſt med. Typus prohibiti pacificorum eſus in die tertio. *Edzard.* Auod. Ser.

cap.

Digitized by Google

cap. 2. p. 472. Sacrificia gentilium non habebant libamina adiuncta. *Maimon.* Corban. cap. 3. §. 5. De modo offerendi ſacrificia pacifica totius coetus. *ibid.* cap. 9. §. 4. De panibus, qui ſimul cum ſacrificio pacifico offerebantur. *ibid.* §. 17. ſeq. De modo offerendi ſacrificia pacifica perſonarum priuatarum. *ibid.* §. 6. Si duo ſimul offerrent ſacrificium pacificum, vnus tantum debebat agitare illud. *ibid.* §. 15. Si mulier offerret ſacrificium pacificum, illa non agitabat illud, ſed ſacerdos. *ibid.* §. 16. De comeſtione ſacrificiorum pacificorum. *ibid.* cap. 10. §. 4. ſeq.

De auium oblatione.

Nunquam inter ſacrificia altaris aeſtiua, erat holocauſtum auis, quia in ſacrificiis publicis aues locum non habebant. *Maimon.* de vaſ. templ. cap. 7. §. 13. Quare ex omnibus auium ſpeciebus Deus turtures et columbas tantum elegerit, rationem exponit *Rambam* לפי שהתורים לא יזדווגו אלא לבת זוגם והיונים לא עזבו זוגם *quia ſcil. turtures non niſi cum ſuo compare ſe coniungunt, et quia columbae comparem ſuum non deſerunt.* *Abarb.* Praef. Leu. fol. 226. col. 3. med. vbi etiam aliam rationem ſuppeditat. Oblatio auium non poteſt dici זבח ſed קרבן quia ad omne זבח requiritur mactatio teſte *Abarbanele. ibid.* col. 2. De auium vitiis, ob quae ad offerendum ineptae fierent. *Maimon.* Iſſure Misbeach. cap. 3. tot. Aues ſunt ſacrificia pauperum. *Rabboth* fol. 137. col. 2. poſt med. De praefecto auium, quae vendebantur in templo. *Maimon.* de vaſ. templ. cap. 7. §. 7. Aues non opus habebant impoſitione manuum. *Idem* Corban. cap. 3. §. 7. Oblationis auium ritum ſi pro holocauſto offerrentur. *ibid.* c. 6. §. 20. De modo, quo capita auium praeſcinderentur in holocauſtis. *ibid.* §. 23. Oblationis auium ritum ſi in ſacrificium

pro peccato offerrentur. *ibid.* cap. 7. tot. De modo, quo capita auium praeſcinderentur, ſi in ſacrificium pro peccato offerrentur. *ibid.* §. 6. ſeq. Quare ingluuies auium auferenda. *Rabboth* fol. 137. col. 2. poſt init. De aue vngue ſecta, inque ſacrificium oblata peculiarem diſſert. edidit *Theod. Daſſouius* Witteb. 1697.

De *oblatione* מנחה, et נסך *libamine.*

Mincha inter oblationes infimae erat ſpeciei. *Abarb.* Praef. Leu. p. 226. col. 3 fin. Quare Deus ad materiam munerum elegerit ſimilam, oleum, thus et vinum. *ibid.* Omnia Menachoth erant ex farina triticea, excepto Minchath Sota et Omer, quae erant ex hordeo. *Maimon.* Corban. cap. 12. §. 2. Nullum Mincha in altari oblatum, minus erat decem placentis. *ibid.* §. 5. Omnia Menachoth in altari oblata debebant appropinquari verſus occidentem, non autem ſtatim agitari, excepto Minchath Sota, et Omer, quae et appropinquari et agitari debebant. *ibid.* §. 6. Omnia Menachoth in altari oblata, debebant adiunctum habere oleum et thus. *ibid.* §. 7. etc. Cuncta Menachoth in altari oblata, pugillabantur, et adolebat ſacerdos totum pugillum ſuper altari, et reliquum comedebatur a ſacerdotibus, excepto Mincha oblato a maſculis ſacerdotum, quod non pugillabatur, ſed adolebatur totum. *ibid.* §. 9. מקדשין מנחה בכלי שעל גבי קרקע וקומצין מכלי שעל גבי הקרקע, ואין מקדשין הקומץ בכלי שעל גבי קרקע: *ibid.* §. 13. Omnia Minchoth, quae offerebantur in altari, infermentata erant. *ibid.* §. 14. *Tanch.* fol. 42. col. 1. ante med. it. fol. 74. col. 4. poſt init. החיטים של מנחה אין לוחתין אותן שמא יחמיצו׃ *Maimon.* Corban. cap. 12. §. 20. Omnia Menachoth cocta depſebantur aqua tepida. *ibid.* §. 21. Quo in loco Menachoth toſta fuerint et praeparata. *ibid.* §. 22

De

De confectione Menachoth. *ibid.* cap. 13. tot. De duobus panibus agitationis in feſto Pentecoſtes oblatis. *Idem* Tamid. cap. 8. tot. De ſartaginibus ſacerdotis ſummi, quae quotidie offerebantur. *ibid.* cap. 3. §. 18. Quomodo מחבת et מרחשת differant. *Idem* Corban. cap. 13. §. 7. De Minchath Neſachim. *ibid.* cap. 2. §. 1. Si vel maxime Minchoth Neſachim inter ſe confunderentur, tamen legitimae erant. *Idem* Tamid. cap. 10. §. 17. De confectione Minchath Haſſolet. *Idem* Corban. cap. 13. §. 5. De confectione Minchath המחבת והמרחשת *ibid.* §. 6. De confectione Minchath מאפה תנור *ibid.* §. 8. De modo conficiendi mincham ſummi ſacerdotis. *ibid.* §. 1. ſeq. De modo quo menſurare ſoleant Menachoth. *ibid.* cap. 12. §. 8. De modo vngendi Menachoth. *ibid.* cap. 13. §. 9. De modo coquendi *ibid.* §. 10. De modo in partes frangendi placentas. *ibid.* De modo afferendi et offerendi. *ibid.* §. 12. De modo pugillandi. §. 13. Non poteſt priuatus afferre Mincham in vno vaſe excedentem ſexaginta עשרון. *ibid.* cap. 17. §. 6. De Menachoth ante עומר et שתי הלחם non offerendis. *Idem* Iſſure Misbeach cap. 5. §. 9. it. Tamid. cap. 7. §. 17. De Menachoth פסול factis et redimendis. *Idem* Iſſure Misbeach. cap. 6. §. 3. De Menachoth, quae per votum offerebantur. *Idem* Corban. cap. 17. tot.

De praefecto libaminum, eiusque officio. *Idem* de vaſ. templ. cap. 7. §. 10. ſeq. Reliquiae libaminum quaenam ſint. *ibid.* §. 13. Vinum et ſimilago, quae offerebatur vna cum ſacrificiis, vocabantur נסכים. *Idem* Corban. cap. 2. §. 1. Cum quibusnam ſacrificiis libamina fuerint coniuncta. *ibid.* cap. 2. §. 2. ſeq. Quantum vini et ſimilaginis ad נסכים fuerit requiſitum. *ibid.* §. 4. ſeq. אין מביאין נסכים אלא מן החולין *ibid.* §. 13. De נסכים ante עומר non offerendis. *Idem* Iſſure Misbeach. cap. 5. §. 9. Libamina debebant eſſe pura atque

perfecta. *ibid.* cap. 6. §. 1. De libaminibus נסכי factis et comburendis. *ibid.* §. 5. Quomodo menſurare ſoleant נסכים. *Idem* Corban. cap. 2. §. 8. Poterat quis ſacrificium ſuum hodie offerre, libamentum autem ſuum poſt decem demum dies. §. 12. Libamina vitiata, etiamſi iam attigerant altare, non debebant in eo manere. *Idem* Peſule Hammikd. cap. 3. §. 14. Libamina quae offerebantur cum ſacrificio, non diſi die offerebantur. *Idem* Corban. cap. 4. §. 5. Libamina offerens quomodo ad altare eat. *ibid.* cap. 7. §. vlt. Nunquam confundebantur libamina, ſed libamina vniuscuiusque ſpeciei peculiariter offerebantur. *Idem* Tamid. cap. 10. §. 15. De optimi vini vſu in libaminibus veterum. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum. p. 174.

De modo, quo ſacerdos ſummus, ſi vellet, ſacrificaret. *Maimon.* de vaſ. Templ. cap. 5. §. 13. Sacrificium in immunditia oblatum, non comeditur, ſed adolenda adolent, reliquum vero, quod comedi debebat, comburitur. *Idem* Biat Hammikd. cap. 4. §. 11. De ſacrificiis in immunditia oblatis. *ibid.* §. 12. De ſacrificiis ad offerendum inidoneis. *Idem* Iſſure Misbeach tot. De poenis illorum, qui ſacrificia בעלי מום Deo conſecrant, aut mactant, aut ſanguines ex illis ſpargunt. *ibid.* cap. 1. tot. Omnia ſactificia a die ſeptimo, quo conſecrata erant, et porro debebant offerri. *ibid.* cap. 3. § 8. Duo qui offerre volebant ſacrificium aut holocauſtum, communi nomine offerre debebant. *Idem* Corban. cap. 3. §. 1. De quibusnam perſonis ſacrificia non accipiantur. *ibid.* §. 4. Nullius omnino ſacrificium offerri poterat, niſi ille, qui obtulerat, interfuiſſet, vnde in ſacrificiis pro vniuerſa eccleſia, cum omnes coetus adeſſe haud poſſent, publici praeſto erant legati. *Idem* de vaſ. templ. cap. 6. §. 1. De ſacrificiis lignorum. *ibid.* §. 9. De ſacrificiis ad aeſtiuandum altare adductis.

Digitized by Google

ctis. *ibid.* cap. 7. §. 13. Sacrificia a gentilibus adducta, etiam fuiſſe oblata. *Idem* Iſſure Misbeach c. 3. §. 15. Fermentum et mel non debebant offerri. *ibid.* cap. 5. §. 1. ſeq. Omnia ſacrificia non niſi in die offerebantur. *Idem* Corban. cap. 4. §. 1. De ſacrificiis ſponte et per votum oblatis, *ibid.* cap. 14. 15. 16. tot. Quaenam intercedat differentia inter ſacrificium ſpontaneum et per votum oblatum. *ibid.* cap. 14. §. 4. ſeq. Sacrificia ſponte et per votum offerenda, quando offerri debeant. *ibid.* §. 13. Sacrificiorum loco hodie ſunt preces. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 409. not. Sacrificia ceſſare debuerunt tempore Meſſiae. *Edzard.* Berach. p. 190. ſeq. Sacrificia in deſerto non fuerunt oblata. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 108. Sacrificia quilibet pro modulo bonorum ſuorum offerre poterat. *Rabboth* fol. 142. col. 1. poſt init. Poſſunt etiamnum hodie ſacrificia offerri, etiamſi non ſit templum. *Maimon.* Corban. cap. 18. §. 15. *Tanch.* fol. 45. med. prolixe. Quamdiu ſacrificia fuerunt in mundo, pax fuit in mundo, ex quo vero deſtructa eſt aedes ſacrificiorum, nullus tranſit dies ſine maledictione. *ibid.* fol. 10. col. 1. circ. fin. Victimas immolandi vetus mos. *Wagenſeil.* Sota p. 935. Sacrificia Deo quotidie offerenda. *Tanch.* fol. 35. col. 2. circ. med. Quare non offerantur ſacrificia ex piſcibus. *ibid.* fol. 43. col. 1. poſt med. Sacrificiorum inſtar hodie ſunt preces ſtationariae. *ibid.* fol. 45. col. 4. ante med. Ex quo tabernaculum fuit exſtructum, nullo alio in loco ſacrificia offerre licuit. *ibid.* fol. 52. col. 2. init. Sacrificiorum inſtar hodie eſt ſtudium legis. *ibid.* fol. 52. col. 2. poſt init. Quamdiu tabernaculum non fuit erectum, etiam animalia בהמית (*forte leg.* בבכורות) ſacrificare licuit, idque factum per primogenitos. *ibid.* circ. fin. Quare Elias ſacrificauerit in excelſis. *ibid.* fol. 63. col. 1. init. Quare Gideon ſacrificauerit in excelſis. *ibid.* poſt init. Nihil Deo

gratius eſt, quam Sacrificia, *ibid*, fol, 74, col. 4, poſt init, Sacrificium iuge matutinum expiabat peccata diurna, *ibid*. fol, 75, col. 1, circ, med, Sacrificia intra atrium oblata viua eccleſiae membra repraeſentarunt, *Edzard*. Avod Sara cap. 2, p. 467, De ſacrificiis leuioribus et grauioribus, *Edzard* Berachoth, p, 253, *Iaquetorus* in Diſſertations ſur le Meſſie Diſſ, 1, Cap, 2, arbitratur; ſacrificia ratione, ſenſibus et phantaſia corrupta, introducta eſſe, Wittenb. A. und N. 1701, Febr p. 57, In *Clementis* hiſtoria Petri p. 45, docetur, ſacrificia per ſe eſſe mala. *ibid*. 1702. p. 185,

* SACRILEGIVM, Si quis ſacrilegium committat, zelotae occidunt ipſum. *Sanhed*. cap. 9, miſchn. 6, *Ioſephus* Lib. 12. antiq. c, 13, Polybium reprehendit, quod Antiochum Epiphanem ob ſacrilegii conatum periiſſe dicat, cum ſacrilegium voluiſſe, non videatur res digna ſupplicio, niſi voluntas iſta perficiatur: quod tamen maxime in Ioſepho reprehenditur, vid, *Iſing*. Proleg. ad edit. Ioſeph. Colon. fol, 1, col, 1. poſt fol. e, 4, Sacrilegi et proditores morte multabantur Athenienſium lege, neque intra Atticae fines ſepeliebantur, bonaque eorum publicabantur, *Sam*, *Petit*. Comment, Leg, Att, Lib, 8, tit, 4, p. 561,

SADDVCAEI, Ipſorum haereſis de nullo futuro ſeculo iam Eſrae tempore fuit; quod patet, quia ab illo et conſeſſu eius decretum factum eſt, vt ad coronidem omnium orationum diceretur מן העולם עד עולם, Ad innuendum, duplicem eſſe mundum, et ad extirpandam e corde opinionem negantium reſurrectionem mortuorum. Vid. *Berachoth* fol, 54. et Gloſſ,

Eſrae tempore, hunc errorem fouentes ſimpliciter מינים *haereticos* vocarunt, vt ex loc. modo cit, videtur, ſed poſtquam Zadock et Baithos Antigoni Sochaei (qui poſt mortem Simeonis Iuſti Synedrii praeſes fuit;) diſcipuli, hoc dogma pro κριτηρίῳ Sectae audacitur vſurpaſſent, vocabantur Sadducaei, De cauſſa ipſorum defectionis vid, *Pirke Aveth* cap. 1, R, *Nathan* cap. 5,

Semp

Semel Synedrium ex meris Sadducaeis conflatum erat. Vid. *Synedrium.*

In rubrica et ratione faciendi cultum in die expiationis hoc ſemel mutauerant, quod licet thymiama ſecundum *Lev.* XVI. 12. 13. intra velum adoleri deberet, illi ἀδιάφορον iudicauerint, vel intra vel extra adoleri, imo adhibuerint ſuffitum extra. Hinc illae adiurationes Legatorum Synedrii ad Pontificem maximum in *Ioma* c. 1. vid. *Expiationis diem.*

Sadducaei dicti ita ſunt a Sadocho Antigoni Sochaei diſcipulo. *Voiſin* Pug. fid. p. 12. b. et Menaſſe ben Iſrael de Reſurr. mort. p. 42. et p. 41. conf. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 817. Dicuntur etiam alias Karraei et Baiethoſaei a Baiethoſo, Antigoni diſcipulo, qui omnem traditionem reiecerunt. *Voiſin* Pug. fid. p. 12. 6. Sadducaei negant vitam aeternam. *Tanchum.* fol. 1. col. 4. init. Fuerunt Anthropomorphitae. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 21. olim in Synedrium adſciti. *ibid.* p. 33. Sadducaeorum doctrina de poenis falſorum teſtium *Maccoth.* Cap. 1. miſchn. 6. confer: de Sadducaeis haereticis *Hotting.* Theſaur. phil. p. 34. 37. *Eiusd.* compendium Theolog. Iud. p. 2. 5. 6. Vberius hanc materiam expoſuit *Joh. Druſius* in commentar. de ſectis Iudaicis. Lib. III. p. 120. ſeqq. Plura vid. in *Act. Erudit.* Anno. 1685. p. 6. Ann. 1683. p. 317. Ann. 1687. p. 631.

SADTA Vid. *Ben Sadta.* in B.

SALAMANDRA eſt reptile laterti figura, ex igne generatum. *Ionath. Levit.* XI. 30. *Cholin.* fol. 127. 1. *Schemoth Rabba* ſect. 15. *Tanchuma* fol. 16. 2. *Chagiga* fol. 27. *Sanhedr.* fol. 63. 2. Ezechias a matre ſua ſanguine ſalamandrae inunctus fuit, ita vt, cum Achaz eum traduceret per ignem, comburi non potuerit. *Ial-*

Digitized by Google

kut Pſalm. 2. Reg. XXI. 6. vid. Cl. *Buxtorf.* in Rad. *Fuller Miſcell.* VI. 9. *Bochard. de animal.* l. 4. 4.

SAL adhibebatur in ſacrificiis. vid. *Sacrificia.* Duae celebres ſalinae fuerunt in Iudaeà, vna Sodomae, et altera Iſtarocki. Hinc tam frequens mentio illorum locorum ſalis, מלח סדומית *Salis Sodomici*, quod ad ſuffitum conficiendum requierebatur, et מלח אסתרוקנית *Salis Iſtarokini.* vid. *Bava Bathra* fol. 20. 2.

Salis cuiusdam מלח סלקונטירין dicti mentio fit *Avoda Sara.* Cap. 2. miſchn. 6. conf. *Edzard.* Avod. Sar. Cap. 2. p. 123 et 547. De ſalitione et Muria. *ibid.* p. 111. et 458. De ſale praeſtantiſſimo Palaeſtinae. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum p. 74. Aegyptios a ſale abſtinuiſſe, teſtis eſt Herodotus, *Plutarchus* quoque lib. 5. Sympoſ. probl. 10. Aegyptiorum ſacerdotes cum ſint caſtiſſimi, ſale in vniuerſum abſtinuiſſe teſtatur, adeo vt pane quoque inſulſo veſci fuerint ſoliti. Eius cauſſae afferuntur, vel quod ob calorem ſal ad rem Veneream incitet, et ad generandum haud parum facere credatur, cum ipſi ſeſe caſtitati dicauerint; vel quod ſit condimentum iucundiſſimum. De ſalis diuinitate atquae praeſtantia, vid. ibid. plura, et Sympoſ. lib. 3. probl. 4. *Joh. Guil. Stuck.* antiquit. conuiu. lib. 3. cap. 5. De figuris ſalium. *Act. Erudit.* Anno 1689. p. 235. De ſalſamentis et ſalſamentariis. *Caſaub.* Comment. Theophr. Charact. cap. 5. p. 162 et p. 169.

✱ SALTATIONES. De ſaltationibus Iudaeorum. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 452. Multa de veterum ſaltationibus recenſet *Stuckius* loco mox citat. lib. 3. cap. 21. conf. *Act. Erudit.* Ann. 1683. p. 238.

✱ SALOMO. De Salomone Rege. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. 1. p. 1046. it. *Abarb.* in Prophet. prior. in indi-

Digitized by Google

indice, Salomo Rex incepit regnare natus ann. 12. et anno 4. regni ſui coepit aedificare templum, qui fuit annus 2928. a creatione mundi. *Voiſin.* Pug. fid. p. 18. a. Solium eius ab Alexandro Magno translatum eſt in Aegyptum. vid. *Alexander.* Salomo duriter habitus fuit a matre Bathſeba *Tanch.* fol. 19. col. 1. med. Salomonis menſa omnibus deliciis abundauit. *ibid.* fol. 27. col. 4. poſt init. *Rabboth.* fol. 315. col. 2. ante med. Num futurae vitae factus ſit particeps. *Tanch.* fol. 49. col. 4. init. Quanta illius fuerit ſapientia. *ibid.* fol. 69. col. 3. med. *Rabboth.* fol. 223. col. 4. ante med. Quot parabolas ſcripſerit Salomo. *Tanch.* l. c. col. 4. med. *Abarb.* in Prophet. prior. in indice. Fabula de Salomone inferente arcam in templum. *En Iſrael.* part. 1. p. 41. col. 2. poſt init. *Rabboth.* fol. 210. col. 3. poſt init. fol. 216. col. 2. poſt med. fol. 192. col. 2. poſt init. Salomonis idololatria quomodo excuſetur a Iudaeis. *En Iſrael.* part. 1. p. 48. col. 1. fin. Quomodo vxores eius ſeduxerint ipſum ad idololatriam. *ibid.* col. 2. med. *Rabboth.* fol. 193. col. 3. tot. De ſolio Salomonis. *ibid.* fol. 241. col. 4. poſt init. fol. 204. col. 3. poſt med. it fol. 252. col. 4. poſt med. fol. 339. col. 3. tot. varia Salomonis nomina. *ibid.* fol. 194. col. 1. med. fol. 310. col. 4. poſt init. Quare Lemuel dictus. *ibid.* fol. 193. col. 4. init. Davidis et Salomonis comparatio. *ibid.* fol. 251. col. 1. init. Diuitiae Salomonis. *ibid.* fol. 315. col. 2. med. Vectus eſt ſuper aquila. *ibid.* p. 316. col. 3. ante fin. De Salomone varia. *ibid.* fol. 144. col. 4. circ. med. fol. 251. col. 1. et 2. tot. it. col. 3. et 4. tot. ſeqq.

* SALVTATIO. Salutare quis debet alterum et reſalutare, etiam in ipſa lectione Kriſchmae. *Berachoth.* cap. 2. miſchn. 1. ibi et Interpr. De ſalutationibus frequenter vſitatis. *Tanch.* fol. 73. col. 4. fin. fol. 83. col. 1. med. Salutatus non reſalutans praedo eſt. *Edzard.* Berachoth. p. 60.

SAMARITANI in Iudaeos odio plus quam Vatiniano flagrabant, hinc videtur ipſos expreſſe in dia-

lecto ſua, tam varia deflexione et immutatione vſos eſſe, ne plane eandem cum Iudaeis linguam habere exiſtimarentur.

Legem Moſaicam quidem per Doſithaei miniſterium amplexi ſunt, ſed cum ingenti, in vocabulorum ſcriptione, mutatione. Vide textum Samaritanum ad Deut. XI. 30. Hinc exprobratio R. Elieſeris in *Hieroſ. Sota.* fol. 21. 3. *Bab. Sota* fol. 33. 2. *Dixi ego* (inquit R. Elieſer) *ſcribis Samaritanorum, vos falſificaſtis legem veſtram, absque vllo inde vobis adueniente commodo. Nam in lege veſtra ſcripſiſtis* אצל אלוני מורה שכם *iuxta querceta Moreh, quae eſt Sichem.* (Sichem enim ſuperadditum eſt.)

Ab Idololatris non multum differebant Samaritani, cum neſcirent quid adorarent. *Iohan.* 4. 22. De templo ipſorum vid. *Gerizim.* De idolis et ſimulachris abſconditis ſub hoc monte vid. *Epiphanium* I. contra haeret. 9. de illis etiam ſermo eſt *Hieroſ. Avoda Sara*, fol. 44. 4. vbi in idololatriae ipſorum conuitium ſic inquiunt. *R. Iſmael Ben R. Ioſi adiit Neapolin* (i. e. Sichem.) *Acceſſerunt ad eum Samaritae: quibus ſic ille, video ego, quod vos non adoratis hunc montem, ſed idola, quae ſub eo. Nam ſcribitur: Abſcondit Iacobus Deos alienos ſub luco, qui iuxta Sichem.*

Hinc Iudaei Samaritanos, quamuis illi non plane Ethnici fuerint, ſaltem non maioris aeſtimarunt, ac ſi integri et abſoluti Ethnici eſſent. *Hieroſ. Schekalim* fol. 46. 2. *Negat R. Simeon, Samaritanum ethnicum eſſe, affirmat id R. Iehuda cum aliis. Schekalim* cap. I. v. 5. *Si Cuthaei afferrent hemiſiclos, aut columbas puerperarum, ab illis eas non reciperent.* אין אונין אמן אחר כותי המברך *poſt Samaritanum orantem non dicunt Amen.* Adag. deſumptum ex *Berachoth* cap. 8. v. 8. vbi tamen hoc non abſolute, ſed ſolum reſpectu benedictionis Iſraelitae intelligitur, ad illam Amen dicendum absque precum conſideratione, ſed non ita reſpectu Samaritani.) *Hieroſ. Peſachim* fol. 27. 2. *Si Cuthaei Azyma ſua faciunt cum Iſraelitis, credendi ſunt de exterminatione fermenti, alias*

Digitized by Google

ſias non. Cum Cuthaei diffuſi erant in villis ſatis bene praecepta obſeruabant, nunc vero ſuſpecti ſunt. Hieroſ. Avod. Sara, vbi ſupra. Samaritani Caeſarienſes interrogarunt Rabbi Abhu, Patres veſtri συγχρῶνται patribus noſtris, vos igitur, quare non etiam cum nobis conuerſamini? Reſp. Patres veſtri non corruperunt opera ſua (religioſius munditiem obſeruabant) vos autem corrupiſtis. Vid. etiam *Tanchuma* ſect. וישב et *vaiikra Rabba*, 291. 1.

Ita regio Samaritana pro conditione gentis, nec mere Ethnica erat, nec vere Iſraelitica. Non aeſtimabatur Iſraelitica; quia hemiſiclos ab ipſis non recipiebant, nec vtebantur ipſorum cibis, ſi acetum aut vinum ipſorum commixta fuiſſent. (Avod. Sara. vbi ſupr.) nec comedebant cum illis, ſecundum illud לא יאכל אדם מישראל פת כותי *ne comedat quiſpiam bucellam, Samaritani*, (cui eſt benedicendum,) Non poterat Samarita Iſraeliticus proſelytus fieri, ſecundum excommunicationem, quam in ipſos vibrarunt viri כנסת הגדולה *Conſeſſus magni*, tempore Eſrae. *Tanchum.* fol. 17. 4. Quamvis Akiba in *Hieroſ. Schekal.* fol 64. 2. ipſos in numerum *verorum proſelytorum* in poſterioribus temporibus retulerit. At nec mere Ethnica erat, nam ארץ כותיים טהורה ומקוותיה ומדורותיה ושביליה טהורין *Terra Samaritica reputata eſt munda, collectiones aquarum eius mundae, atque habitationes mundae, et ſemitae mundae.* Quod curioſitas magiſtrorum de terra mere Ethnica nunquam dixerit. Vid. *Avod. Sara.* vbi ſupra.

Quando Euangeliſta Ioh. VI. 9. dicit οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις, non vult, *ipſos nullum commercium cum ipſis habere*, Iudaei enim mercaturam non abnuerunt cum quibusuis gentibus; nec intelligit, *Iudaeos non vti Samaritanis*; nam in Gloſſ. in *Kidduſchin* fol. 76. 1. et *Hieroſ. Ievammoth* fol. 9. 1. dicitur *Samaritam farinam ſuam depſere poſſe in domo Iſraelitae, et Iſraelitam Cuthaeum circumcidere poſſe*, quae praeſupponunt, quod cum Cuthaeis aliquis vſus fuerit. Sed probabiliter hoc intelligit Iohannes, quod *Iudaei non vtantur*

tur Samaritanis, ita vt iis deuinciantur ob aliquod beneficium, quod noluerint ipſis obligari, quod ab illis nihil accipiant gratis, aut petant mutuo, ſicuti illis, reſpectu aliarum gentium ſecundum Avoda Sara c. 1. v. 1. licitum fuit.

De litteris quas Samaritani non habent vid. *Itiner. Beniamini* p. 66. An characteribus Samaritanis exaratum fuerit Vetus Teſtamentum V. Cl. *Buxtorf.* et *Leusd.* de litteris Hebraeorum.

Samaritanis Iudaei erant infenſiſſimi. *Wagenſeil.* Sota. p. 515. *Petr. Zorn* ad Haccatacum p. 20. Inter Samaritanos et Iudaeos iam in Eſrae aetate interceſſerunt odia. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part II. p. 66. not. Samaritanus num licite peragat circumciſionem *Edzard* Avod Sar. Cap. 2. p. 90. De libro Ioſuae Samaritanorum. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 23. Samaritani vnde Cuthaei *dicti* ibid. p. 36. De illorum origine. *ibid.* p. 79. De eorum fatis ſub Alexandro M. *Petr. Zorn.* ad Hecat. p. 185. De Samaritanis vid. *Abarb.* in Proph. prior. in indice. Epiſtolae Samaritanae Sichemitarum ad Iobum Ludolfum, cum eiusdem Latina verſione et annotationibus. Accedit verſio Latina perſimilium litterarum a Sichemitis haud ita pridem ad Anglos miſſarum. Cizae 1688. vid. *Act. Erudit.* Ann. 1688. p. 378. Chriſtophori Cellarii Collectanea hiſtoriae Samaritanae, quibus praeter res Geographicas tam Politia huius gentis, quam religio et res litteraria explicantur. *ibid.* p. 380.

✱ SAMVEL. De Samuele Propheta. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. 1. p. 1084. *Abarb.* in Proph. prior in Indice. De Samuele eiusque Patre Manoach. *Rabboth.* fol. 194. col. 3. init. Quamdiu Samuel iudex fuerit. *ibid.* fol. 176. col. 2. ante med. Filii Samuelis non peccarunt. *En Iſrael* Part. 1. p. 47. col. 2 poſt med. Hiſtoria Samuelis a Pythoniſſa producti explicata. *ibid.* p. 63. col. 2. poſt med. *Tanchum.* fol.

fol. 53. col. 4. poſt med. ſeqq. De precibus ſuper ſepulchrum Samuelis prophetae recitari ſolitis. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1255.

SANCTVM. De ſancto ſanctorum vid. *Templum.* In ſanctitate locorum, numerant vndecim gradus, in *Kelim* cap. 1. *Maimon* in Beth Habbechira cap. 1. it. *Rabboth.* fol. 183. col. 4. init.

1. ארץ ישראל מקודשת מכל הארצות *Terra Iſraelitica ſanctior eſt omnibus terris aliis.* De eius priuilegiis vid. *Iſraelitica terra*

2. עיירות המוקפות חומה מקודשות ממנה *vrbes muris cinctae ſanctiores erant quam reliquae partes terrae.* Nam α. in illis leproſi non tolerabantur, ſed extra muros dimittebantur, quae dimiſſio vocatur שלוח *Siloah. Maimon* in *Biath Mikdaſch* cap. 3. (hinc forſan a tali loco ad quem miſeri illi homines amandabantur, nomen fonti Siloae.) β. Cadauer demortui extra muros elatum non iterum in ciuitatem reportari poterat מסבבין בתוכה עד מה שירצו יצאה אין מחזירין אותו *Poterant mortuum per vrbem circumducere, quantum lubuerit, at ſemel elatum extra muros reducere non potuerunt.* Vid. *Kelim.* c. 1. γ. intra vallum nulla demortuis permittebatur ſepultura; intra Hieroſolymam exceptis ſepulchris Regum ex familia Dauidis et Prophetiſſae Huldae, nulla erant ſepulcha. Vid. R. *Nathan* in *Avoth.* cap. 34.

3. לפנים מן החומה מקודש מהם *intra* (Hieroſolymae) *muros locus ſanctior erat, quam in omnibus reliquis vrbibus.* Poterant enim Hieroſolymae comedere *ſancta leuiora* (vid. ſacrificia.) Item decimas ſecundas, quas in nulla alia ciuitate comedere poterant. Ita etiam quamdiu Hieroſolyma ſtetit, in nullo alio loco quam in illa Paſcha comedere ipſis licuit. Vid. Comment. Maym. in *Kelim* cap. 1.

4. הר הבית מקודש ממנו *mons templi* (atrium gentium, quamuis aliquando etiam latius ſumatur) *erat ſanctior reliquis vrbis Hieroſolymitanae partibus.* Seminiflui enim et ſeminifluae, puerperae et menſtruatae poterant

terant per Hieroſolymam ire, in illa degere: At in montem templi ipſis venire non licuit, *quia omnia illa immunda aeſtimabantur, quibus vel inſiſtebant, vel inſidebant. Maimon*, vbi ſupra. Imo citius permiſiſſent mortuum in montem templi inferri, quam vt aliquis tali immunditia commaculatus ingrederetur. Sic dicunt Moſen Ioſephi oſſa ſecum cum ipſo tentorio deportaſſe absque crimine, quia illud ad vindicationem honoris illius viri magni cinerum fiebat.

5. החיל מקֻדש ממנו *Antemurale* (vid. Atrium) *erat ſanctius monte templi.* In illud enim qui ob mortuum immundus erat, ingredi non potuit; vti nec alienigena, qui non eſſet factus proſelytus, hinc ille tumultus contra Paulum Act. XXI. crediderunt enim Paulum Trophimum, quem cum ipſo in vrbe viderant, intra חיל duxiſſe, cum in atrio mulierum cum quatuor aliis, oblationem ſuam pro Naziraeatu exſolueret.

6. עזרת נשים מקודש ממנו *Atrium mulieris ſanctius erat antemurali*; quia nullus טבול יום in illud ingredi potuit: i. e. quia nemo in illud ſe conferre potuit, ſi tali immunditia immundus factus fuiſſet, qu e opus habebat lotione adhuc illo die quo illam contraxerat; quamuis enim talis ſe lauiſſet, non tamen ipſi fuit integrum in atrium mulierum ingredi, quando luceret ſol.

7. עזרת ישראל מקודשת ממנה *atrium Iſraelis erat ſanctius atrio mulierum.* In illud non licuit introire τοῖς מחוסרי כפרה i. e. illis qui re ipſa quidem ablutionibus et aliis purificationibus ſe mundauerant, ſed nondum attulerant ſacrificia debita pro reatu: aut qui ab immunditie ſua liberati, nondum tamen in genere conſuctas cerimonias tranſegerant, quales Maimon in *Mechuſſare Cappara* c. 1. dicit eſſe *leproſos*, qui a ſacerdote aliquo aut alia ratione purgabantur, *mulieres menſtruatas et puerperas*. Mulieres in hoc atrium venire non poterant. *Ioſeph* de *bello* 5. c. 14. Excipe, niſi ſacrificium attulerint. *Toſiphta* in *Erachin* cap. 2.

8. עזרת

8. עזרת כהנים מקודשת ממנה *atrium ſacerdotum ſanctius erat atrio Iſraelis*, quia in illud Iſraelita non poterat ingredi, niſi in his tribus occaſionibus; aut ad imponendum manus animali ſacrificando, aut ad illud excoriandum poſtquam mactatum erat, aut ad agitanda fruſta coram Domino ſacrificii diſſecti.

9. בין האולם ולמזבח מקודש ממנה *ſpatium inter altare et Pronaon erat ſanctius reliqua parte atrii ſacerdotum*. Eo enim nullus venire poterat ſacerdos qui aliquo laboraret vitio, aut caput non pileo vel velo tectum haberet, id quod nec in aliis partibus templi ſacerdotibus licitum fuit, ſed praecipue cautio adhibenda in illo loco.

10. ההיכל מקודש ממנו *ſanctum ſanctius erat illo loco*. Nemo enim illuc accedere potuit niſi lotis manibus et pedibus; at per atria illis ambulare absque hac rigida obſeruatione licuit, modo non aliquid quod ad cultum pertinet, attingerent.

11. קדש הקדשים מקודש מהם *ſanctum ſanctorum haec omnia ſanctitate ſuperat*. Ratio, שאין נכנס לשם אלא כהן גדול ביום הכפורים בשעת העבודה *quia illud nemo ingrediebatur, niſi ſummus ſacerdos, in die expiationis, ea hora qua cultus templi peragebatur*.

Si quis petulanter ſe in templum in ſua immunditia intruſerit, ſi nemo adſuerit, incurrit poenam כרת *excidii*. Vid. כרת ſi aliquis affuerit et teſtis ſit illius petulantiae, percutitur מלקות et מכות מרדות (vid. *flagellatio*.) ſi ignorantia illud fecerit, afferre debet ſacrificium pro peccato. Vid. *Maimon* in *Biat Mikdaſch*. cap. 4.

§. Quem Rabbini intelligant per ſanctum fatuum Vid. Cl *Buxtorf*. Lex. Talm. pag. 799. Quomodo Iudaei ſanctis probroſa dent nomina, vid. apud eundem pag. 1088. De ſanctorum invocatione quaedam habemus apud *Lipman* in *Nizzachon* fol. 16.

SANGVIS ſacrificiorum partim ſpargebatur ad altaris latera, partim vero ad baſin altaris per deſtinatos in

hunc finem canales. Vid. *ſacrificia*. *Maimon* in *More Neuochim* III. 46. refert, Deum ſanguinis eſum prohibuiſſe propter Zabaeos, qui ſaguine veſcebantur, vt poſſent communicationem habere cum Diabolo, vel Daemonibus, quorum cibum ſanguinem eſſe crediderunt.

Sanguis quomodo operiendus. *Wagenſeili* ſota. p. 391. Sanguis auium et ferarum, quae comeſturae cedunt, tegendus eſt. *ibid.* et p. 1118. P. Iurieu obſeruation von Apoſtoliſchen Verbot des Bluteſſens. vid. Wittenb: A. u. N. 1705. p. 55. Diſquiſitio Theologica de ſanguine corporis Chriſti poſt reſurrectionem ad epiſtolam 146. S. Auguſtini, Autore Theologo Pariſienſi, Metropolitanae Senonenſis eccleſiae Decano. Paris. 1681. vid. *Act. Erudit.* Ann. 1682. p. 331.

SANDALIA, inter ipſa et calceos ſatis euidens faciunt diſcrimen: proferamus loca.

Ievammoth c. 12. v. 1. *Extractio calcei* (de qua Deut. XXV. 9.) *ſi fiat* במנעל *calceo, legitima et recta eſt;* בסנדל *ſi fiat ſandalio et ei adſit calx, legitima eſt, ſin minus, non recta.*

Hieroſ. Ievam. fol. 2. 1. *Dicit R. Ioſi, Profectus ſum Niſibin, vidique illic ſeniorem quendam, dixique ei, Num bene noſti R. Iudam, num vnquam eum diſcalceantem vidiſti, in quonam diſcalcerit, calceo an Sandalio? Reſpondit ille, numnam o Rabbi ſunt ſandalia hic apud nos?* Et paulo infra; *vtplurimum hic vſitatum eſt extrahere ſandalium contra communem tamen traditionem.*

Gloſſ. in *Ievammoth* fol. 1. *Calceus* מנעל של עור רך *erat e corio molliori.* סנדל של עור קשה *ſandalium vero e corio duriori.*

His adde, quod quaedam ſandalia ita confecta fuerint, vt ex vtraque parte indui potuerint. Vid. *Schabbath.* fol. 60. 1. Erant quaedam ſandalia, quorum ſolea e ligno erat, ſuperior e corio, atque hae clauis compaginatae. *Gloſſa* in loc. modo cit. Erant

etiam

etiam ſandalia quaedam e iuncis confecta, aut e cortice palmarum. *Iona* fol. 78. 2.

In *Kelim* cap. 9. fit mentio calcei עמיקני *Imkani* vel vallenſis. Chriſtus diſcipulis ſuis *Matth.* X. v. 10. interdicit cum dunicis etiam ὑποδήματα *calceos*, non ſandalia. Scopus enim eſt ipſis prohibere veſtitum delicatiorem, ad quem pertinebant calcei, non certe ſandalia, vtpote quae ſaepius ligneas habebant. De *Calceo* aliquid in C. diximus.

De ſandaligerulis Ebraeorum, praeſide. C. C. Gu. Vollando, diſſertationem habuit *G. A. Plathnerus*. Witteb. 1712.

✱ SAPIENTES. vid. *Rabbini.* Eſt ſapientia quaedam dominis ſuis noxia, quaedam proficua. *Tanch.* fol. 29. col. 4. circ. med. Sapientiam non largitur Deus, niſi homini ſapienti. *ibid.* fol. 38. col. 1. circ. med. De ſapientum ſucceſſione apud Iudaeos ex Hieroſolymi ſententia. vid. *Sam. Petitus.* Obſeruat. Lib. III. cap. 3. Sapiens maior eſt rege. *Rabboth* fol. 181. col. 2. med. Sapientia praeſtat omnibus diuitiis. *ibid.* fol. 136. col. 2. poſt init.

✱ SARA. Qui Saram vocat Sarai, is peccat contra praeceptum affirmatiuum, quemadmodum nec Abraham Abram, et Iſrael Iacob vocandi ſunt. *Hieroſ. Berac.* p. 3. col. 4. Sara fuit formoſiſſima faemina, cui nulla hodie ſimilis datur. *Tanchum.* fol. 5. col. 3. init. Quomodo ab Abrahamo arcae fuerit incluſa, ne viderent eam Aegyptii. *ibid.* poſt init. Illa adulterii fuit ſuſpecta, et varia de illa fabuloſa. *ibid.* fol. 10. col. 1. fin. ſeq. De tentorio Sarae. *Rabboth.* fol. 54. col. 4. poſt init.

SARON erat vallis, cuius fundus tenerrimus erat, hinc quoque de עול השרוני *aratro ſaronitico* dicitur, quod tantae magnitudinis porcam fecerit, quantum

ſocorum aratra vix in tribus faciebant: quod obſeru. ad explicationem loci *Kelaim* c. 2. v. 6.

De Sarone vid. *L' Empereur* ad Baba Kama. cap. 10. miſchn. 9. nr. (3) it. *Petr. Zorn* ad Hecat. p. 71. Saron vrbs. *Wagenſeil* Sota. p. 864.

✱ SARTOR. Si ſartor ex filo tantum fecit reſiduum, vt eo conſuere queat, vel e panno quadratum trium digitorum ſegmen, iſta reſtituere tenetur patrifamilias. *Baba Kama* cap. 10. miſchn. 10. Exempla ſartorum admodum diuitum, qui fuerunt Hieroſolymis. *Rabboth* fol. 292. col. 3. ante med.

✱ SAVL. Hiſtoria Saulis et Pythoniſſae explicata. *Tanch.* fol. 53. col. 4. poſt med. ſeq. Ob quinque peccatorum genera occiſus eſt Saul. *ibid.* fol. 54. col. 1. ante fin. Saul fuit ſaluatus. *Edzard. Berach.* p. 141. Saul quomodo fuerit ſepultus. *Rabboth* fol. 185. col. 2. ante fin.

✱ SCHECHINA. Non habitat in loco, vbi eſt ydolum. *Tanch.* fol. 11. col. 4. fin. Ingentis documentum amoris eſt, quod Schechina habitauerit inter Iſraeitas. *ibid.* fol. 35. col. 2. poſt init. fol. 31. col. 4. poſt med. fol. 32. col. 1. circ. med. Quomodo Schechina malitia hominum irritata a terris fuerit auocata. *ibid.* fol. 40. col. 2. fin. ſeq. fol. 62. col. 2. circ. med. *Rabboth* fol. 205. col. 3. circ. fin. fol. 18. col. 4. med. fol. 268. col. 4. init. Schechina in altera vita nunquam recedet. *Tanch.* fol. 41. col. 2. fin. Si probi ſunt Iſraelitae, Schechina permanet inter eos. *ibid.* fol. 57. col. 2. poſt init. Schechina ſuper quos habitet. *Ex Iſrael* part. I. p. 54. col. 1. init. Etiam in captiuitate fuit cum Iſraelitis. *Rabboth* fol. 184. col. 1. poſt med. Quando primum deſcenderit in terras. *ibid.* fol. 203. col. 1. med. Praeſens eſt Iſraelitis, etiamſi templum ſit vaſtatum. *ibid.* fol. 97. col. 2. De Schechina plura reperies. *ibid.* fol. 290. col. 3. med. col. 4. init. et fin. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 27. ſeq. *Petr.*

Zorn.

Digitized by Google

Zorn. opuſc. ſac. tom. I. p. 778. *I. A. Danzii* programmata nonnulla in feſtum diem Pentecoſt.

SCHEDA מזוזא *Meſuſa*, eſt ſcheda membranacea, quam affigunt poſtibus ianuarum. De illa diſputatur in tract. *Menachoth* c. 3. fol. 33. 2. apud Maimonidem in *Halac Tephillin* c. 1. c. 5. c. 6. vid. *Synag. Iud. Buxtorf.* pag. m. 583.

Faeminae etiam obligantur de Meſuſa. *Miſchn. Berachoth* cap. 3. miſchn. 3. Meſuſa res pretioſa. *Rabboth* fol. 32. col. 2. ante fin.

SCHEMAIA שמעיה et Abthalion אבטליון floruerunt anno mundi 3722. Schemaia fuit princeps ſenatus, alter vero ſecundus ab ipſo. Non erant Iudaei nati, ſed גרי צדק *proſelytae iuſtitiae*, ex Sancheribi nepotibus, ita tamen, vt mulierem Iſraelitidam matrem habuerint כדי שיוכלו לדון *vt idonei ad iudicandum eſſent*. Nam apud *Rambam* in *Sanhed.* expreſſe definitur, neminem inter Iſraelitas iudicis munus adminiſtrare poſſe, niſi mater eius ab Iſraele oriunda eſſet.

Ornauit *Iuchaſin* p. 17. Schemaiam et Abthalionem hoc elogio, quod fuerint ſapientes maximi ומעשיהם כבני אהרן *et quod opera ipſorum fuerint vt opera filiorum Aaron* (licet ex ſemine eius non eſſent) *quodque Hillelem et Schammaeum praeceptores habuerint.*

שכחה *eſt manipulus, cuius obliuiſcuntur meſſores*, Deut. XXIIII, 19. Manipulus relictus *Schekecha* eſſe non poteſt, ſi quis pilei inſtar manipulat, aut לכרסאות *ex parte caulium* in terram ponit, aut לחררה *inſtar placentae* colligit, ſed manipuli in agro relicti tum demum שכחה fiunt, quando meſſis in horreum defertur et re ipſa deleta et ſepoſita eſt, ſecundum hanc generalem regulam in *Peah* c. 8. כל העומר למקום שהוא גמר מלאכה יש לו שכחה *manipulus fit Schekecha, poſtquam meſſis depoſita in locum, in quem vltimo recondi ſolet.*

Manipulus qui relinquitur, prope נפה *clauſtrum*, prope aceruum frumenti, prope gregem aut vaſa, ſecundum Schammaeanos non eſt שכחה. Manipulus ראש השורה *qui ſerici caput eſt*, non poteſt eſſe *Schekecha*, quia proximus ipſius ſignum eſt; vt nec ille, quem quis humeris ſublatum in vrbem ferre vult, et deinde illius obliuiſcitur. *Peah* c. 6.

Manipuli שכחה haec eſt generalis regula כל שהוא בבל חשוב שכחה ושאינו חשוב אינו שכחה: *Omnis ille* (manipulus) *qui in tali loco relinquitur, vt ad eum venire non poſſint* (a ſerie manipulorum) *niſi reuertendo*, (et ita transgredi debeant praeceptum diuinum, quod dicit בל חשוב) *eſt Schekecha. Peah* vbi ſupra.

Duo manipuli ſunt שכחה ſed non tres; duo oliuarum et ſiliquarum ציבורי aceruuli ſunt שכחה ſed non tres. Seges etiam poteſt fieri שכחה, ſi dominus eius illius obliuiſcitur, ſi ſcilicet minus quam duo ſata aut habeat, aut ferre poſſit. Ex faſciculis pabuli, quod ex luxuriante ſemente demeſſum eſt, et manipulis allii et ceparum, quales ſunt caepae illae, quae לפחות et לוף vocantur, non fit *Schekecha* ſecundum R. Iehudam. Ille qui noctu metit et manipulat, aut qui coecus eſt, ſi intenderit tollere הגס, ea quae protuberant non fiunt שכחה, *Peah* c. 6.

De rebus in agris relictis Hebraeorum veterum peculiarem diſſertationem edidit *Theodor. Daſſouius*, Viteb. 1696.

SCHIBBOLETH. De eo ſic *Kimchi* in cap. 12. Iud. Sicuti eos tentarunt hoc vocabulo, ita ipſos quoque probarunt pronuntiatione omnium vocabulorum, in quibus *Schin* שין reperitur, Ephraimitae vero omnia protulerant per *Sin*. Scriptura autem ſolum vnius vocis meminit, לפי שהיה שבולת הנהר במקום שהיו עוברים בני אפרים *quia Schibboleth erat nomen illius fluminis, quod tranſire debebant Ephraimitae*. Quod autem in pronuntiatione illius vocis balbutierint, אולי היה אויר ארצם גורם להם זה *certe exclamare*

mate ipſorum regionis arceſſendum; ſic videmus Gallos שין vt plurimum efferre in modum תיו רפה *tau lenis.*

✱ SCHOLA. Quare in ſcholis primum incipiunt legere librum ויקרא? *Tanch.* fol. 45. col. 3. circ. fin. Scholae publicae Dei beneficium. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 257. Achas clauſit omnes ſynagogas et ſcholas Iudaeorum. *Rabboth* fol. 143. col. 3. ante fin. fol. 38. col. 2. poſt med. fol. 278. col. 3. circ. med. fol. 338. col. 2. poſt med. Duarum ſcholarum Semi et Eberi mentio ſit *Rabboth* fol. 56. col. 3. poſt init. et fol. 57. col. 1. fin. De Ebraeorum ſcholis *Altingius* libellum conſcripſit, et *Ioh. H. Maius* peculiarem edidit ſciagraphiam ſcholarum propheticarum in ſelect. exercit. philol. et exeget. tom. I. conf. *Pachrii* et *noſtram* diſſ. de hac materia. *Obſeruat. Hallenſ.* tom. I. obſ. 2. 3. 10. 11. 12. 13. 19. *Sam. Petit.* Comment. Leg. Attic. tit. 7. p. 295—298.

SCORTATIO. In quocunque loco iuuenis ſcortationem זנות, ibi peſtis venit et occidit bonos et malos. *Bereſch. Rabba* ſect. 26. R. *Salomo* Gen. VI, 13: כל המזנה אשתו מזנה עליו *quicunque ſcortatur, vxor eius quoque ſcortatur poſt ipſum. Succa* in fin. Nam במה שהוא עוסק היא עסוקה *quod vir agit, eodem vxor eſt occupata. Sota* fol. 10. 1. In illos competit hoc Hebr. prouerb. איהו בקרי ואתתיה בבוציני *ipſe cucurbitis et vxor eius cucumeribus delectatur.*

Quam graue peccatum ſit ſcortatio. *Tanch.* fol. 8. col. 2. p. med. *Rabboth* fol. 156. col. 3. ante med. De ſtupro apud Athenienſes. *Sam. Petit.* comm. Leg. Att. lib. 6. p. 445. 446. 447. 470.

SCRIBERE. Haec poſſunt ſcribi in feſto. Vxoris ſponſalia, libellus repudii, Apochae דיתיקי מתנה *διαθήκαι Teſtamenta.* פרוזבולין *debiti perpetui ſyngrapha.* אגרות שום *litterae poſitionales* (ſiue conceſſionis,) litterae alimoniae (quibus a ſynedrio vxori ma

riti decoctoris, et filiis ſuis, vſusfructus fundi attribuitur,) inſtrumenta extractionis calcei: Litterae המאירן *recuſationis*, litterae declarationum (protocollum hodie vocamus, hebr. שטרי בירורין) decretalia ſenatus, ושטרי הרשות *et mandata magiſtratus*.

In feſto autem ſcribere non licet ſyngrapham debiti. Si autem non fidat creditor, aut ſcriba non habet quod edat, ſcribere licet. Nec licet libros, phylacteriá, aut poſtium ſchedas ſcribere, nec corrigere vel vnam litteram, ne quidem in exemplari Bibliorum, quod ordinarie in templo conſeruabatur. *Moed Katon* cap. 3. v. 3. 4. De contractuum ſcriptione vid. *Contractus*.

Illos ſcribas, qui agrorum aedium, hominum ſummam notabant, vt inde tributum Regi legitime conferretur, vocabant אנקולמוס *Baua Bathra* fol. 68. 2. Quaſi a *calamis*.

סופר Γραμματεὺς generalius quemlibet doctum denotat, et opponitur בור עַם *rudi*. *Bab. Berach.* fol. 45. 2. Sic סופרי כותיים *Bab. Sota* fol. 33. 2. i. e. *Docti inter Samaritanos*. Specialius denotat *ſcribas phylacteriorum legis, et amanuenſes quoslibet*, de quibus vid. *Maſſec. Sopherim*. Singulari etiam ratione ita vocantur *Patres conſtitutionum, ſeniores ſynedrii;* ſi illi e Leuitica proſapia orti non eſſent, vocabantur *ſcribae populi*, illi vero, qui ex illa erant, nominabantur *ſcribae Cleri*. Vid. *Hieroſ. Berachoth* fol. 3. c. 2. *vbi verba ſunt conſtitutiones ſynedrii*.

Filius Kamzar nouit artem ſcribendi nomen יהוה vno ductu, quam communicare cum aliis noluit, et hinc inter impios refertur. *Ioma* cap. 3. miſch. 11. et *Iom Tobb* et *Bart*. ad h. l. Qui ſcribit duas litteras בהעלם אחד בשבת, reus eſt violati Sabbathi. *Tanch.* fol. 37. col. 2. circ. fin. De cura Iudaeorum in deſcribendo Pentateucho Moſaico. vid. *Wolf*. Bibl. hebr. part. I. p. 254. not. De ſcriptione ſcripturae ſtigmatis. *Maccoth* cap. 3. miſchn. 6. Grauius peccatur circa verba ſcribarum, quam circa

circa verba legis. *Sanhed.* cap. 11. miſchn. 3. De ſcribis סופרים dictis. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 12. not. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 239.

SCYTHOPOLIS vid. *Bethſchean.*

✱ SEBORAEI. Doctores fuerunt Talmudici, ſic appellati, quod ipſarum doctrina tantum opinionibus et diſputationibus in vtramque partem diſputabat. *Voiſin.* Pug. fid. p. 62. a. *Buxt.* Lex. Talmud. p. 1428. Poſt *Miſchnicos* ſiue תנאים floruiſſe *Amoraeos*, et hos ſecutos eſſe *Seboraeos*, cum Opiniſtis ſiue ſcepticis comparandos, teſtatur *Wolf.* Bibl. hebr. part. II. p. 914.

שמיר *Schamir* eſt vermiculus inſtar grani hordacei, cuius virtute et tactu pararunt, diuiſerunt, et dedolarunt lapides ad aedificium templi deſtinatos, nullum enim adhibuerunt ferrum. R. *Salomoh* Ieſai. LVI. *Kimchi* 1 Reg. VI, 7. Quidam dicunt, hunc vermem Salomonem ab Aſmedaeo diabolorum principe impetraſſe, *Gittin* fol. 68. 1. Alii vero aquilam illum ad Salomonem aſportaſſe: vt *Kimchi*, vbi ſupra. Creatus fuit *Schamir* cum decem aliis rebus veſpera Sabbathi ſub crepuſculum. *Pirke Auoth* cap. 5. משחרב בית המקדש בטל בשל השמיר *a quo deuaſtatum fuit ſanctuarium ceſſauit vermis Schamir.* Sota c. vlt.

De hoc verme vid. Cl. *Bochard.* de *Animal.*

De vermiculo Schamir et quem vſum praeſtet. *Wagenſeil.* Sota p. 1071. *Abarb.* in prophet. prior. fol. 216. col. 4. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. in indice.

✱ SECTAE. De ſectis doctorum tum Miſchnicorum tum Germanicorum. *Voiſin.* Pug. fid. p. 61. ſeq. De ſecta tum Sadducaeorum tum Baytoſaeorum ſ. Eſſaeorum eiusque origine. Menaſſe Ben Iſrael p. 41. 42. De ſectis Iudaeorum in genere et in ſpecie. *Wolf.* Bibl. hebr. part. II. p. 815. ſeq. Iudaei ſectas diuerſiſſimas ſaepe confundunt. *Idem* not. ad Mardoch. p. 22. De ſpecia-

Digitized by Google

ſpecialibus quibusdam ſectis Iudaeorum, alias ignotis, *ibid.* p. 24.

SECTIONES Biblicae, quas legunt in Synagogis. vid. הפטרות in H. et *Lectiones.*

Sectiones Biblicas expoſuit *Laurent. Fabricius* in libello de partitionibus codicis hebraei, qui extat etiam in Th. Crenii theſauro libror. philolog. et hiſtor.

SEDVCTOR המסית is eſt הדיוט *laicus*, ſeducens alium laicum his verbis יש יראה במקום פלוני *eſt Deus in illo loco, cui talis cibus talis potus praebetur, a quo talia bona vel mala expectari poſſunt.* Ex omnibus, qui morti adiudicantur in lege, nullae inſidiae collocantur hoc excepto; nam ſi ad binos ſic loquutus ſit, illique teſtimonium de eo dixerint, in iudicium vocatus lapidatur, ſi vero ad vnum quempiam dixerit, ſocios habeo, qui idem volunt, et deinde cautus ſit, neque coram pluribus talia dicat, teſtes poſt parietem abſconduntur; tum qui ab ipſo ad idololatriam inuitatus fuit, iubet eum repetere in ſecreto, quod ei dixerat. Is ſi repetat, ille dicet, *quomodo relinquemus Deum noſtrum, vt colamus ligna et lapides?* Si poeniteat illum, bene eſt. At ſi dixerit, *hoc tenemur facere, hoc decet nos.* Teſtes occultati poſt parietem, abductum ad iudices lapidibus caedunt. *Sanhedrin* cap. 7. §. 10.

De ſeductoribus ciuitatis ad idololatriam vid. *Sanhed.* cap. 10. miſchn. 4.

SEMENTIS vid. *Agriculturam.*

Initium meſſis hordeaceae erat a medio menſis Niſan *Leu.* XXIII, 10 *Baua Mezzia* fol. 106. 2. *Dimidium Tiſri, totus Marcheſvan, et dimidium Cisleu,* eſt זרע *ſementis. Dimidium Cisleu, totus Thebbet, et dimidium Schebath* eſt חורף *hiems. Dimidium Schebath, totus Adar, et dimidium Niſan eſt* קור *bruma. Dimidium Niſan, totus Iiar, et dimidium Siuan eſt* קציר. *Dimidium Siuan,*

totus

Digitized by Google

totus Tammus, *et dimidium* אב, *eſt* קייץ *aeſtas. Dimidium Abb*, *totus Elul*, *et dimidium Tiſri eſt* חום *aeſtus*.

Seminarunt triticum et ſpeltam a *Tiſri* et *Marcheſvan*; Targ. in Eccleſ. XI, 2. *Da portionem bonam ſeminis agro tuo in Tiſri*, *et ne cohibearis a ſeminando etiam in Cisleu*.

Seminarunt hordeum in Schebath et Adar.

Gloſſ. in *Roſch Haſchana* fol. 16. 1. ורעא אפלא *ſemen ſerotinum* (vel abſconditum et ſub terra latens) *eſt triticum et ſpelta*, *qua non cito matureſcunt*, *ſeruntur in Marcheſvan*. ורעא חרפא *ſemen praecox eſt hordeum*, *quod cito matureſcit*, *ſeritur in Schebath et Adar*.

Menachoth fol. 85. 1. *Serunt* 70. *dies ante Paſcha*.

Aliquando et frequenter, ſatis ſatio hordei fuit poſt medium menſis Marcheſvan. vid. *Primitias*.

Seminandi duplicem rationem habuerunt, aliquando manu ſemen ſparſerunt, quam ſeminationem (venia verbo) vocant מפולת יד; aliquando vero indiderunt ſemen plauſtro vndiquaque foraminibus oppleto, et bobus ſuper agrum aratro verſum illud plauſtrum trahentes ſemen foraminibus percolabant. Hunc modum appellant מפולת שוורים *ſeminationem factam a bobus*. *Bava Metzia* fol. 105. in *Gemar.* et *Gloſſ.* vid. quae apud *Agriculturam* diximus.

Nulla meſſis ante Omer primitiarum facienda, *Maimon.* Tamid. cap. 7. §. 13.

✱ SEMVS. De Semo, filio Noachi, vid. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I, p. 1083. Semum, ſunt qui putent, fuiſſe Melchiſedekum. *I. H. Hottinger.* in Smegm. orient. p. 256. Sem fuit pater fidelium. *ibid.* ſepeliuit Adamum. *ibid.* p. 257. *Mors eius*, p. 258. Eius poſteri vniverſam terram inhabitarunt. p. 259.

✱ SENACHERIB. De eo plurima notatu digna vid. in *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 379. ſeq.

SENES. Si dixerint tibi ſenes סתור *deſtrue*, iuniores vero בנה *aedifica*, deſtrue et ne aedifices; quia

 deſtru-

Digitized by Google

deſtructio ſenum aedificatio eſt, et aedificatio iuuenum deſtructio. *Plantau. Flor.* 273.

זקן ממרא *ſenior refragator*, qui edicto ſenatus parere renuit, et ex proprio cerebro traditiones ſibi fabricare vult, primo adducitur ad illud ſynedrium, quod ſedebat ad aſcenſum montis ſanctuarii; tum ſic agebat ſenior, ego hunc ſenſum ex ſacra pagina deprompſi, ſocii mei iſtum. Si iudices, quid in illa cauſſa tenendum eſſet, traditione accepiſſent, hoc illis communicabant: ſin minus, alteri ſynedrio, et ab illo ad magnum pergebant. Reuerſus in vrbem ſuam, ſi tradat doceatque ſicut didicit (aut exiſtimat) liber eſt. Si autem id etiam facere praeceperit, reus fit. Non occiditur a iudicibus ciuitatis ſuae, non a ſynedrio, quod Iafne eſt, ſed ad magnum ſynedrium Hieroſol. adducitur, atque ibi in cuſtodia aſſeruatur vſque ad feſtum, in illoque interficitur. R. Iehuda ait, non dilatant iudicium eius, ſed ipſum quam primum interficiunt et litteris publicant; N. N. ob hoc aut illud a ſenatu ſupplicio affectus fuit. *Sanhed.* c. 10. 2. 4.

Bertramus de *Rep. Hebr.* cap. 5. exiſtimat, Iudaeos in Aegypto poſſediſſe aliquam politiam, quia dicitur Moſen adiiſſe הזקנים *ſeniores:* et illud probare vult ex Iarchio, qui illos vocat מיוחדים לישיבה *quorum munus fuit habere conſeſſum;* ſed conſiliarii etiam conſeſſum habent, non ſolum iudices. Ita vt hinc iurisdictio forenſis concludi non poſſit. Nec aliud Aben Eſra.

Sam. Hill in libro de Presbyteratu lib. II. ſeniorum hiſtoriam ab ipſis rerum primordiis pertexit, vſque ad reipublicae Iudaicae finem. *Act. Erudit.* Ann. 1692. p. 306. Senex Iudaeis quis? *Wagenſeil.* Sota. p. 573. Honore afficiendi ſenes. *ibid.* p. 1011. Seniores cur honoratos velit Deus. *Tanch.* fol. 30. col. 2. poſt med. fol. 64. col. 3. poſt med. ſeq. Intra quot cubitos conſiſtere homo debeat in conſpectu ſenis. *ibid.* it. *Rabboth* fol. 216. col. 4. med. Quomodo Moſes elegerit LXX. ſeniores. *ibid.*

Digitized by Google

ibid. fol. 217. col. 1. ante med. *Tanch.* fol. 64. col. 4. circ. med. Senectutis incommoda. *En Iſrael* part. I. p. 62. col. 2. med. ſeq. Inter ſeniores Iſraelitarum numerandi quoque ſunt iudices, qui rexerunt Iſraelitas mortuo Ioſua. *Abarban.* praefat. libri Nachalath Aboth. Olim homines vixerunt centum vel ducentos annos, et non facti ſunt ſenes, donec per miraculum Abraham factus eſt primus, qui conſenuit. *Tanch.* fol. 9. col. 2. poſt med. Hoc, quod Abraham primus factus ſit ſenex, confirmatur in *Rabboth* fol. 58. col. 3. fin. Ob quatuor res ſenectus obuenit homini. *Tanch.* fol. 9. col. 2. circ. fin. Senectus eſt donum Dei. *ibid.* col. 4. p. med. Seniores fulcra ſemper fuerunt Iſraelis. *ibid.* fol. 21. col. 1. circ. med. *prolixe.* Seniores ſunt quaſi alae Iſraelitarum. *Tanch.* fol. 48. col. 1. poſt init. *Rabboth* fol. 144. col. 1. med. Senioribus magnus a Deo honos eſt habitus. *ibid.* l. c. it. fol. 100. col. 3. med. *Tanch.* fol. 48. col. 1. poſt init. An LXX. ſeniores in Aegypto iam fuerint. *ibid.* fol. 64. col. 4. fin. ſeq. fol. 65. col. 2. poſt init. Illi LXX. ſenes, qui in Aegypto fuerant, a populo rebelli ſunt occiſi. *ibid.* col. 1. circ. med.

✱ SERVBABEL. Cur ita fuerit dictus. *Tanch.* fol. 11. col. 2. circ. fin.

SERVI. Seruus eſt vel Iſraelita vel Cananaeus.
Seruus Iſraelita duplici modo ſeruus fit, vel quia vendidit ipſum ſynedrium, vel quia vendidit ſeipſum. Synedrium Iſraelitas in ſeruos vendit, quando furtum commiſerunt, nec ſurreptum iterum per retributionem reſtituere valent; ſeruos autem tales non niſi Iſraelitis vendunt, non autem gentilibus. Venduntur autem pro argento, aut pro aequiualente, aut ſimplici inſtrumento venditionis. Talis ſeruus anno ſeptimo appropinquante iterum fit בן חורין *liber.* Synedrium propter

propter nullum aliud facinus quam propter furtum ſervos facit.

Circa ſeruos ſtatuitur in *Gem.* ad *Gittin*, c. 4. et *Maim.* Hal. עבדים cap. 9. Seruitutem בגוף *in corpore*, id eſt perſonae inhaerentem ſiue perſonalem non eſſe ex iure naturae, ſed iure hebraico: et naturali iure ſeruum domino non eſſe acquiſitum niſi למעשה ידיו *quoad miniſterium et operam eius*. Quae diſtinctio ab aliis Iureconſultis non eſt recepta.

Ille qui ſeipſum in ſeruum vendit, ob nullam aliam rationem id facere poteſt, niſi ita ſit pauper, vt neque ſe nutrire neque ſuſtentare poſſit. Iſraelita non debet ſe vendere בפרהסיא ולא בסמטא *palam, aut in ſemita*, vt alii faciunt. Non debet gentili ſe vendere, ſi vero id fecerit, cogit ſynedrium cognatos, vt eum redimant; ſi non redimitur, ante iubilaeum e ſeruitute egredi non poterit. Qui ſeipſum vendidit, non poteſt ancillam Cananiticam in vxorem ducere. At dominus, qui ſeruum e ſynedrio emit, ipſi ancillam Cananiticam dare tenetur. Filia ſtatim ac pubuit (pubertatis ſigna vid. apud *Pubertas*) a patre amplius diuendi non poteſt.

Seruus Cananiticus poteſt acquiri aut liber fieri בכסף *argento*, בשטר *litteris*, (vt quando dominus eius ipſi ſcribit גט השחרור. *libellum libertatis*, cuius ſumma eſt הרי את לעצמך *ecce iam tui iuris es*, vel אין לי עסק בך *nihil mihi eſt tecum*) בראשי אברים *decurtatione membrorum*, quando dominus eius ipſi aliquod membrum praeſcidit, aut ita percuſſit, vt membra eius inſigne damnum paſſa ſint, tunc enim ſui iuris fit, et ſi ipſi placuerit ſe alii domino addicere poterit, בחליפין *permutatione* (durch einen Tauſch.) His addunt במשיכה *tractione*, vt beſtias publici iuris noſtras trahendo facimus. vid. *Maimon. Hal.* עבדי c. 1. 2. 3. 4. 5.

Quidam erant ſerui, qui vocantur עבדי מלוג, *ſerui vſuarii*, nam ipſorum opera et officio dominus quidem vti poterat, ipſi vero illos diuendere non licuit, aut alienare. *Ieuamoth* fol. 66. 1.

Alii

Alii vocantur עברי צאן ברזל, quia maritus eos ſic ſuſcipiebat, vt ſi morerentur, ipſe teneretur certa pecuniae ſumma, in litteris matrimonialibus deſignata, eos redimere, eamque vxori pro iis ſoluere, ita vt illi tanquam ferrum vxori integri manerent. *Baua Kama* fol. 89. 1. Cl. *Coccei Sanhed.* fol. 96.

Qui ſeruos olim vendebant, cogebantur emptori dare ſponſionem, quod eos non furati eſſent. Sub eiusmodi ſponſionibus emit Potiphar Ioſephum ab Iſmaelitis. *Ionath.* Gen. XXXVIIII, 1. *Bereſch. Rabba* ſect. 86. ordinarium pretium ſerui erat ל׳סלעין *triginta Selaim* argenti puri. *Maimon.* in נזקי ממון cap. 11. Chriſtus a Iuda pretio itaque ſerui fuit diuenditus. Seruus, quem dominus haeredem conſtituit, liber fit, ſi dominus nullum fundum ſibi reſeruauerit, alias non liber fit. *Peah* 3. 8.

רציעה של עבר *perforatio auris ſerui*, fit coram triumviratu, ſubulam dominus ipſe debet per aurem ſerui ad limina ianuae premere. *Maimon.* vbi ſupra cap. 3. Seruus per aurem potius terebrandus quam per aliquam aliam partem corporis, quia aure audiuerat in monte Sinai, ſolum iugum regni coelorum eſſe ſuſcipiendum, et tamen in ſe ſuſcepit iugum carnis et ſanguinis. *Ben Saccai* in *Kidduſchin* fol. 59 4.

De dimiſſione ſeruorum in iubilaeo vid. *Iubilaeum.*

Seruus Regis Rex eſt, adhaere principi et honorabunt te. R. *Salomoh Gen.* XV, 18. Seruus ſacerdotis quem accepit ab Iſraele, non comedet de oblatione Trumae, propter defectum. *Ketubboth* fol. 57. 2. tota enim oblatio propter talem conuiuam maculam contrahere poſſet.

Qui legat ſeruo omnia bona ſua, quomodo is egrediatur in libertatem. *Tanch.* fol. 5. col. 4. poſt init. Serui inepti ſunt ad dicendum teſtimonium. *Wagenſeil.* Sota p. 639. Luctus Iudaeis propter ſeruum illicitus. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 82. Super ſeruum mortuum non debent accipere conſolationem. *Berachoth* cap. 2. miſchn. 7.

SEPVL-

Digitized by Google

SEPVLTVRAM, *Sepulchra.* vid. *Mors* et *Luctus.* *Sepulchreta non erant prope vrbes* לא היו בתי קברות סמוכין לעיר Gloſſa in *Kidduſchin* fol. 80. 2. A ciuitatibus Leuiticis coemeteria diſtabant bis mille cubitis; ab omnibus aliis ciuitatibus ſi non eodem ſpatio, ſaltem non multo minori. Haec autem intelligenda de ſepulchris vulgaribus, nobiliora enim exciſa erant in petra, in propriis praediis non modico ſumptu. Illa ordinarie ita confecta erant, vt in ſpelunca ſepulchrali primo eſſet area, in qua ſtare poterant illi, qui feretrum ſuccollabant, deinde area iſta quatuor cubitis profundior erat ſpeluncae excauatio, et in illa plurimi כוכין *loculi* ad cadauera recipienda. vid. *Luctum. Marci* XVI, 5. *Mulieres introeuntes in monumentum viderunt iuuenem ſedentem a dextris*, ſcil. in ipſa area, illico poſt introitum in ſpeluncam. *Luc.* XXIIII, 3. Mulieres et Petrus ſtant in area, facies inclinant in כוכין *repoſitoria.* Ipſe Petrus *Ioh.* XX, 5. deſcendit ab area in excauationem, vbi ſepulchrorum ordines. Maria *ſtabat ad monumentum foris*, intra ſpeluncam quidem in area, at extra ſpeluncam profundiorem, vbi ipſi loculi diſpoſiti.

De ſepulchrorum diſtantia ab vrbe conſule *Maimon.* in *Hal. Beth Hebechira* c. 7. circa med.

De ſepulchrorum dealbatione fit ſermo in *Schekalim* cap. 1. v. 1. *die* 15. *menſis Adar emendant plateas* מציינין את הקברות *et pingunt ſepulchra*, ſcilicet בסיד ממחוי ושופך *calceque macerata ac infuſa*, vt refert *Maaſer Scheni* cap. 5. 1. Notat etiam *Gloſſa* in *Schekalin* ipſos ſepulchra calce notaſſe ad *formam oſſium.* Finem huius dealbationis eadem docet *Gloſſa*, *vt ſcil.* inquit, *inde omnes agnoſcerent, locum iſtum immundum eſſe, ideoque ab eo eſſe declinandum.*

De ſepulchris Hebraeorum, eorumque ſtructura. *Baba Bathra* cap. 6. miſchn. 8. et *Iom Tobh* ad h. l. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 188. De חבוט הקבר ſ. *percuſſione ſepulchrali Wolf.* Bibl. hebr. part. 1. p. 8. not. c. De peregrinationibus Iudaeorum religio-

religioſis ad ſepulchra ſanctorum. *ibid.* p. 133. not. De epitaphiis Iudaeorum. *ibid.* p. 1102. not. R. Eliezer Liberman ſcripſit peculiarem librum, quo 47. precandi formulae rhytmicae, ſuper ſepulchris Patrum pronuntiandae exhibentur. *ibid.* p. 178. et Part III. p. 112. 1204. Solent in portando feretro ſaepius mutare. *Barten.* ad *Beracbot* cap. 3. miſchn. 1. Lapides feretro nequam hominis Iudaei imponunt. *Wagenſeil.* Sota p. 311. Quicunque feretrum portant, liberi ſunt a Kriſchma et precibus. *Beracbot* cap. 3. miſchn. 1. Quando a ſepulchro reuertuntur, ordines conſtituunt ad conſolandum lugentem. Barten. ad Berach. cap. 3. miſchn. 2. Libros ſacros Iudaei in ſepulchris condunt. *Wagenſeil.* Sota. p. 310. Sepulchra diſtare debebant ab vrbe quinquaginta cubitos. *Baba Batra* cap. 2. miſch. 9. De ſepultura fidelium et cura pro mortuis. *J. H. Hottinger.* Bibliothecar. Quadripart. p. 459.

SERPENS. Quidam ex maligno in Iudaeos affectu ſcripſerunt, ſerpentem eſſe ipſorum vitricum, quia ſcribunt *ſerpentem congreſſum eſſe cum Eua. Ioma* fol. 28. 2.

Serpens aeneus nobilis erat Chriſti typus, vt patet ex Ioh. III, 14. ad illud myſterium tamen caecutiunt Iudaei.

In *Bammidbar Rabba* ſect. 19. opinantur: *Serpentem aeneum non fuiſſe furcae affixum, ſed a Moſe iactatum in aërem, et ſic illic haeſiſſe absque aliquo fulcro.*

Baal Turim in Num. 21. *Moſes poſuit ſerpentem in ſigno, ſicut qui caſtauit filium ſuum, virgam collocat in loco aliquo editiori, vt filius videns reminiſcatur.*

Nachmanides in loc. תסיר נזק במזיק ותרפא חולי במחליא *amouebis nocumentum per illud, quod nocuit, et ſanabis aegritudinem per illud, quod fecit aegros.* Idem habet R. *Becbai et fatentur ambo, quod foret* נס בתוך נס *miraculum intra miraculum.*

De

De ſerpente חבובר vid. Cl. *Buxtorf* L. *Talmud.* p. 706.

De ſerpente tentatore vid. *Eua.*

Serpentes ingenti magnitudine fuerunt in deſerto שור *Tanch.* fol. 26. col. 2. poſt init. Aſpectu ſerpentis deciderunt cuidam capilli, vnde dictus מרוטח ſ. caluus, per omnem vitam. *ibid.* circ. med. Serpens ſeductor quid dixerit primis parentibus. *ibid.* fol. 50. col. 2. poſt init. Serpens ſeductor punitus fuit lepra, nec vnquam ſanabitur. *ibid.* circ. med. De ſerpente aeneo Mediolani adhuc ſuperſtite. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1097. Serpens intra quod tempus pariat. *Rabboth.* fol. 19. col. 3. *Wagenſeil.* Sota p. 155. Quomodo puluerem comedere dicatur. *ibid.* p. 157. Serpentes an pedibus ſint inſtructi. *ibid.* p. 157. et 1103. Serpentis primaeui poena. *ibid.* p. 152. et 154. Oculi ſerpentum cum humanis an conueniant. *ibid.* Si quis preces effundat, et veniat ſerpens eumque mordeat, an ceſſare a precibus debeat. *Tanch.* fol. 21. col. 3. init. Cur ſapientes reges cum ſerpentibus comparent. *ibid.* poſt init. Serpens vinum purum non temperatum appetit. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 79. ſeq. Serpens non metuit ab homine in propinquo dormiente. *ibid.* p. 8. Venenum ſerpentis quotuplex. *ibid.* p. 83. Serpens emblema calumniatoris. *Rabboth.* fol. 223. col. 3. poſt init. fol. 333. col. 2. fin. Serpens ab idololatris colitur. *ibid.* fol. 99. col. 1. ante fin. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 272. conf. I. Guil. *Stuck.* de ſacr. gentil. p. 37. De iis, qui veſcebantur ſerpentibus. *Idem* in Antiqu. conuiu. lib. 2. cap. 9.

* SICHEM eſt locus vindictae aptus. *Tanch.* fol. 13. col. 3. poſt init. Sichem vrbs. *Wagenſeil* Sota p. 66. aſt

66. aſt infortunata. *Abarban.* in Proph. prior. fol. 243. col. 2.

SICLI. Siclus eſt duplex, ſacer vel communis; ſacer eſt 20 obolorum, obolus autem 16 grana hordeacea in pondere valebat, quae per 20 annos multiplicata faciunt 320. grana hordei, ſicli integri pondus. In argento continebat *τετράδραχμον* vel 4 ſuſacos. Communis vero ſolum 10. obolos continebat. Praeter hos ſiclos etiam habebant ſiclos המדינה *Prouinciae* et ſiclos המלך *regios.* De quibus *Maimon* in *Schekalim* ab init. vid. Schalſchelet *Hacabala* parte II. ſub fin. Waſerum et Cl. *Hotting.* de *nummis Hebr.* Cl. *Buxt.* in L. T. p. 1489.

De Hemiſiclorum perſolutione, quam vnusquisque debebat ad cultum templi et eius neceſſitates, ſequentia ex *tract. Schekalim* notauimus.

Ad hemiſiclum perſoluendum omnes Iſraelitae obligabantur אפילו עני הפרנס בצדקה *etiam pauperrimus, qui Eleemoſyna nutritur;* ſi tantum non habet, ab aliis petet, aut veſtimenti venditione acquiret. A perſolutione hemiſicli liberantur faeminae, ſerui, et paruuli, ſi tamen ſponte aliquid attulerint, id ab ipſis recipitur; ſic pater, qui incepit pro paruulo ſuo ſiclum pendere, ſemper pergat vsquedum puer ipſemet pendere poſſit.

Subſiſtente ſanctuario hemiſiclus ſolui debebat extra et intra terram Iſraeliticam, at illo deuaſtato nec in illa nec extra illam amplius ſoluitur.

Prima die Februarii, משמיעין על השקלים *proclamant propter ſiclos*; vt vnusquiſque ſuum paratum habeat. Die decima quinta eiusdem menſis ישבו השולחנין בכל מדינה *per omnes prouincias ad menſas ſedent*, ותובעין בנחת *et placide ab vnoquoque hemiſiclum petunt*, neque vllum ad ſolutionem eius cogunt. At die viceſima quinta eiusdem menſis ſedent ad menſas in ſanctuario, et tunc illos, qui nondum dederunt, ad ſolutionem cogunt, vel pignora ſumendo, vel alia ratione oppigno-

 ran

rando, et obligando. אין משכנין את הכהנים לעולם מפני דרכי שלום *A ſacerdotibus pignora non ſumunt, civilitatis cauſſa, ſed ſiclos ab ipſis petunt donec perſoluerint.* Ab Ethnicis et Gentilibus, quamuis ſiclos afferrent, illos tamen non recipiunt.

In prouincia exactores ſiclorum coram ſe habent duas arcas רחבן מלמטה ופיה צר מלמעלה *quarum baſes largae erant, orificia vero anguſta*, vt ſicli facile indi ſed difficulter eximi potuerint, in vnam pendentes immittebant *ſiclos nouos*, i. e. illos, qui pro illo anno debebantur; in alteram vero *ſiclos veteres*, i. e. illos, qui iam anno praeterito debebantur, ſed nondum perſoluti erant. In ſanctuario habebant tredecim ciſtulas, de quibus vide *Gazophylacion*, vbi etiam vſum ſiclorum notauimus.

Sicli ita in prouincia collecti, per legatos in ſanctuarium mittebantur. יש להם לרצף אותם בדינרי זהב מפני משואי הדרך *Et vt facilius deferri poſſent, mutabantur in denarios aureos.* Miſchna illam ſpeciem monetae aurae vocat דרכונות *Darbonoth.*

Quoniam autem vnusquisque tenebatur ſoluere hemiſiclum, et facile accidere poterat, vt tunc hemiſiclus ipſi non eſſet ad manus, monetam ſuam apud שולחני *menſarium*, trapezitam mutare debuit, et aliquid ipſi pro mutatione dare ואותה התוספת נקראת קולבון *et illud ſuperadditum vocatur Collybum:* et ſecundum R. Meir eſt obolus argenteus, ſecundum ſapientes vero dimidia pars eius. A collybo exempti ſunt ſacerdotes, mulieres et paruuli. Qui affert ſiclum duplum et accipit ſiclos dimidios, tenetur dare duo collyba. Qui permutat per pauperem, per vicinum ſuum, per conciuem ſuum, a collybo liber eſt, ſi vero ipſis mutuo dedit, tenetur. Vid. plura apud *Maimonidem*.

Confer M. Andr. *Bayeri* tract. de ſiclo ſacro et regio. Siclus quid? *Wagenſeil* Sota p. 214. De ſiclis quaedam adfert R. Iſaſchar Behr, in libro de Pectorali et ſuffitu. *Wolf* Bibl. Hebr. Part. III. p. 640.

De

Digitized by Google

De valore ſicli. *Abarban.* in Proph. prior. fol. 221. col. 2. An duplex fuerit ſiclus, profanus et ſacer. *Petr. Zorn.* de fiſco Iud. p. 181. *Rabboth.* fol. 177. col. 4. poſt init. אמר ר' חנניא כל שקלים האמורין בתורה סלעים ושבנביאים ליטרין ושבכתובים קנטרין בר משקלי עפרון דאינון קנטרין וגו' *Tanch.* fol. 7. col. 3. p. init fol. 80. col. 4. init. De hemiſiclorum ad cultum templi perſolutione. *Petr. Zorn.* de fiſco Iud. p. 269. De tempore, quo exigebantur ſicli. *Tanch.* fol. 34. col. 1. circ. fin.

* SIDON. Sidonii erant idololatrae. *Avod. Sara* cap. 3. miſch. 7. Erant liber populus. *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 66. col. 2. fin.

SIGILLVM Dei. vid. *Deus.*

Iſraelitae gerunt ſigillum Dei, et inſcriptum habent membris ſuis nomen שדי *Tanch.* fol. 45. col. 4. poſt med. et fol. 47. col. 1. poſt med. De praefectis ſigillorum in templo, ipſisque ſigillis. *Maimon.* de vaſ. templi. cap. 7. §. 10. ſeq.

SILOAH שילוח fons, ſitus a parte Hieroſolymae occidentali, at non longe ab angulo occidentem et auſtrum reſpiciente. Vid. *Joſeph* de *bello* lib. 5. cap. 13. In tabulis itaque poſt Acram non poſt Sionem hic fons collocandus eſt, alias quomodo intelligeres illud Ioſeph. lib. 6. cap. 38. *Romani cum ſeditioſos* ex vrbe inferiori abegiſſent, totam eam combuſſerunt *μέχρι τοῦ Σιλωᾶ vsque ad Siloamum.*

Vocatur hic fons etiam in ſacra ſcriptura גיחון *Gichon* vid. *Paraphr. Chald.* ad. 1. Reg. I, 33. 38. et *Kimchium* in C. Erat itaque locus vnctionis Regum. Vid. ap. *Regem* et *Hieroſ. Sanh.* fol. 22. 3.

Aquae Siloami exhibuerunt typum regni Dauidici. *Chald.* ad Eſai VIII, 6. *Quia taedet hunc populum regni familiae Dauidicae, quae leniter illum tractat, ſicuti leniter labuntur aquae Siloam.*

Digitized by Google

Ex hoc fonte hauſerunt Phiala aurea tria Log continente aquas in ſolenni laetitia feſti tabernaculorum. vid. *Feſtum Tabern.*

Aquam etiam inde hauſerunt, cum aſpergendus eſſet aliquis immundus admixto cinere. *Parab* cap. 3. v. 2. Sacerdotes etiam largius de ſacris cibis comedentes, de huius fontis aquis biberunt concoctionis ergo. *Auoth R. Nathan* fol. 9. 1.

De Piſcina et fonte Siloah, vid. *Cramerus* ad Cod. Succa in *Indice.*

* SIMEI. De quo vid. *Abarb.* in Prophet. prior. in *Indice.*

SIMON סימון eſt nomen Talmudicis vſitatiſſimum pro שמעון. Notetur locus in *Hieroſ. Schabbath.* fol. 11. 2. ר' א' בעא מר' סימון. *R. Elieſer quaeſiuit de re quadam a R. Simeone, at ille ei non reſpondit. Quaeſiuit a R. Ioſua Ben Leui, atque ille reſpondit. Indignatus eſt R. Eliezer, quod R.* שמעון *Simeon non reſponderet* etc.

Simeones celeberrimi fuerunt ſequentes.

שמעון הצדיק *Simeon iuſtus*, qui floruit A. M. 3448. Hoc nomine inſignitus fuit, διά τε τὸ πρὸς θεὸν εὐσεβὲς καὶ τὸ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους εὔνουν *cum propter eius pietatem erga Deum, tum ob eius beneuolentiam et humilitatem erga ſuos populares. Ioſeph. Antiqu.* lib. 12. c. 2. Quod Eſrae ſucceſſerit, nemo dubitat, ſed quidam dubitaſſent, an ſummus ſacerdos fuiſſet, niſi id aſſeruiſſent *Ioſephus* et *Iuchaſin* p. 13. 2. Succeſſit autem Eſrae in praeſideatu, Iehoſuae vero in ſummo ſacerdotio: Eſras enim ſummi Pontificis munus nunquam obtinuit. Hic Simeon admodum longaeuus fuit: nam omnibus magnae ſynodi membris ſuperſtes fuit, et anno 40 poſt templi reſtaurationem, adhuc Alexandro Magno in

Digitized by Google

in Palaeſtina victrices copias circumagenti occurrere potuit. Hiſtoria extat in *Ioma* fol. 69. 1. Ab ipſo Alexander magnus petiit, vt in ſanctuario aureum ſui monumentum collocaret, ſed ob religionem Simeon id recuſauit, vt tamen Alexandro aliquod μνημόσυνον poneret, promiſit Iudaeos ab illo die incepturos numerum in aera contractuum, et omnes filios illo anno naſcituros, de nomine eius Alexandros appellaturos. Vid. *Vorſtii Zemach Dauid* p. 59. Poſtquam Simeon hic in ſacerdotio quadraginta circiter annos expleuiſſet, dixit, *Ego hoc anno ſum moriturus.* Petierunt ab eo, quem vellet in ſuum locum ſubrogari; reſpondit הני בני כחוניו *ecce, filius meus Onias eſt coram vobis.* Conſtituerunt ergo defuncto Simeone Oniam ſummum Pontificem, ſed inuidit hoc ei Simeon frater eius, et ita incruduit contentio, vt Onias tandem ad montem regium et deinde in Aegyptum fugeret, vbi condidit ſanctuarium recitans illud Prophetae; *in die illo erat altare Domini in medio Aegypti. Iuchaſin* p. 15. *Hieroſ. Ioma* fol. 43. Quomodo poſt mortem Simeonis Iuſti omnia in peius ruerint. vid. *Meſſiam.*

שמעון בן שטח *Simeon Schetah* floruit A. M. 3621. fuit ille virtutis rigidus cuſtos, et iuſtitiae incurruptiſſimus adminiſtrator. *Iuchaſin* p. 15. Coram ipſo rege Iannaeo παῤῥησιάζειν auſus eſt, et illius cauſſa ab ordinaria regula ne latum vnguem deflectere voluit. V. *Sanhed.* in *Cohen Gadol.* Memorabile eſt ipſius factum, quo Aſcalone vno die 80 faeminas veneficas ſuſpendere curauit. *Hieroſ. Sanhed.* fol. 23. 3. *Bab. Sanhed.* fol. 44. 2. in Gl. aedificatio conclauis *Gazith* huic Simeoni tribuitur a pluribus, nos hactenus nullum huius aſſertionis fundamentum reperiimus.

רבן שמעון בנו של הלל *Rabban Simeon filius Hillelis* ad nominis celebritatem peruenit circa annum mundi. 3768. Defuncto patri in principatu ſucceſſit circa annum Chriſti decimum tertium, quia pater eius a Chronologis

tunc mortem oppetiiſſe dicitur. Notat tamen R. Gans in *Zemach Dauid* fol. 36. *neque initium, neque tempus protractionis principatus eius bene notum eſſe*, et veriſimile eſſe ipſum diu non praeſediſſe. Ac ſane Iudaei admodum parce de eo loquuntur, cum alias Hillelis poſteros diligenter ſatis recenſere ſoleant; imo plane ipſum relicturi videntur, niſi ad Genealogiam Hillelis contexendam ipſo opus haberent. Quod fecit, vt quibusdam ſuſpicio inciderit, quaſi ille Chriſtum vlnis excepiſſet, et eius in Chriſtum fides in cauſſa fuiſſet, quare deinde ipſum praeterierint. Addamus ad huius confirmationem, Chronologiae computum non refragari, et apud omnes receptum eſſe, filium eius Rabban Gamalielem Apoſtoli Pauli praeceptorem fuiſſe. Hanc itaque ſententiam ſequi non dubitabimus, donec aliquis nos felicioribus maxillis mandere doceat.

רבן שמעון בן גמליאל *R. Simeon Ben Gamaliel;* poſt Patrem principatum obtinuit, ſed ipſo diu functus non eſt, fuit enim occiſus in Hieroſolymitana clade et devaſtatione, cum aliis nouem itidem Doctiſſimis, quos הרוגי המלכות *ab imperio occiſos* vocant. *Iuchaſ.* fol. 66. 2. *Zemach Dauid.* ad. A. 3810. Boni publici ſedulus fuit promotor, vid. cap. 1. v. 7. tract. כריתות. Ab eius morte aucta in funeralibus epulis ſunt pocula, ita vt loco nouem tredecim deinde ebiberent, quem abuſum Synedrium in Iaſne ſedens correxit. *Hieroſ. Berachot* fol. 6. 1.

De Simeone השלישי *tertio* vid. *Iuchaſin* p. 67. Vbique ferme intelligitur quando in *Miſchn.* traditio סתם *abſolute* ſub nomine R. Simeonis profertur. R. Meir eius vice-praeſes conatus eſt eum aſtu de gradu deiicere, ſed irrito ſucceſſu. *Horaioth* cap. 3.

Simeon iuſtus filius fuit Oniae ſacerdotis ſummi, de quo dicunt, quod Iſraelitis fuerit inſtar ſtellae matutinae, *Voiſin* Pug. fid. p. 12. Dictus etiam alio nomine fuit Ioduas, et de ratione illius appellationis *ibid.* Fuit is vltimus ſynagogae magnae.

Maimon.

Digitized by Google

Maimon. Praefat. in Iad Chaſakah. et *Raym.* Pug. fid. p. 9. *Pokock* Port. Moſ. p. 35. quod tamen a multis non admittitur, niſi ſex octoue generatio-nibus interiectis, autore libri Zemach Dauid teſte. *Voiſin.* Pug. fid. p. 12. De Simeone iuſto mortem ſibi praeſagiente. *Rabboth* fol. 154. col. 2. fin. De Rabban Simeon b. Hillel. *ibid.* p. 13. b. med. De R. Simeon ben Iochai, quomodo is vna cum filio per 12 annos abſconditus fuerit in ſpelunca. *En Iſrael* part. 1. p. 45. col. 2. tot.

✱ SIMSON. Simſonis matri quod nomen fuerit. Wagenſeil Sota. p. 161. Varia de eo vid. *Abarb.* in Prophet. prior. in Indice. *Rabboth.* fol. 189. col. 4. poſt init. fol. 213. col. 1. poſt init. fol. 141. col. 4. poſt. med.

✱ SINAI. Deſertum quinque nominibus inſignitur, nimirum deſertum Sin, deſertum קדמות, deſertum Paran, deſertum Sina, et deſertum Kadeſch, quandoquidem in illo ſanctificati fuerunt filii Iſrael. *Iarch.* Comment. Pſ. XXIX. v. 8. Mons Sinai ex omnibus montibus terrae Iſraeliticae minimus fuit. *Raſchi* Pſ. XLII. v. 6. Iudaei fideiuſſionem pro ſe inuicem in monte Sinai praeſtiterunt. *Wagenſeil.* Sota. p. 803. *Rabboth.* fol. 252. col. 3. ante fin. Sexaginta myriades Angelorum deſcenderunt cum Deo in monte Sinai, cum promulgaret legem, et impoſuerunt coronam vnicuique ex Iſraelitis. *Tanch.* fol. 33. col. 3. circa init. Mons Sinai dilatatus fuit cum Deus promulgaret legem, et quod myriades curruum vna cum Deo deſcenderint. *ibid.* fol. 44. col. 4. med. Mons Sinai ſex nomina eſt ſortitus. *ibid.* fol. 58. col. 3. poſt med. *En Iſrael* part. 1. p. 53. col. 1. fin. *Rabboth.* fol. 171. col. 2. init. fol. 97. col. 4. init. De montis Sinai ſuper Iſraelitas eleuatione, cum ferretur lex. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 7. et 184. *En Iſrael* part. 1. p. 52. col. 1. poſt init. Iſraelitae ad montem Sinai conſtituti, omnes fuerunt inte-

integro corpore. *Rabboth.* fol. 182. col. 3. post med. fol. 206. col. 3. ante fin. fol. 151. col. 1. ante fin. fol. ... col. 3. post init. Mons Sinai dignus prae caeteris habitus, in quo ferretur lex. *ibid.* fol. 91. col. 2. init.

SION. De eius situ Aben Esra ad Psalm. XLVIII. 2. צפון ירושלים מצפון ציון *mons Sion est a latere Hierosolymae septentrionali*, sic enim LXX. Interpr. Ὄρη Σιὼν τὰ πλευρὰ τοῦ βορρᾶ. Iosephus etiam (qui eam non amplius Sionem, sed stilo post captiuitatem Babylonicam vsitato τὴν ἄνω πόλιν καὶ τὴν ἄνω ἀγορὰν nominat) dicit turres *Psephinam*, *Hippicam* fuisse ab Aquilone, de *bello* lib. 5. cap. 12. et cap. 13. et quidem adiunctas Regiae, quae in vrbe superiore, Sione scilicet, erat, vt patet ex lib. 2. de *bello* cap. 39. quando inquit Ioseph: *Cestius venit tandem in vrbem superiorem* (Sionem, *et castra posuit contra aulam regiam.*

Sionem cum templo coniungebat pons. *Ioseph. de bello* lib. 2. cap. 28. Antiq. lib. 14. cap. 8. In Sione etiam erat domus Asmonaeorum et Xystus. *Idem ibid.*

Aben Esra ad Leuit. cap. 1. ad verba על ירך המזבח ita dicit: רבים תעו ואמרו שמגדל ציון היה בתוך ירושלם (i. e. *multi errant, et dicunt, quod turris Zion fuerit in medio Hierosolymae.*) omnis salus prouenit ex Sione, *Rabboth*. fol. 157. col. 2. post init.

שמע recitationem phylacteriorum vid. in *Tephillin*.

בין השמשות Quid sit? vid. *Sabbathum*. Possunt בין השמשות τῶ Demai decimas separare, *Demai* cap. 1. 4.

* SITTIM. Cur ligna Sittim adhibita fuerint tabernaculo. *Tanch.* fol. 32. col. 1. circ. fin.

SODOMA. De eius legitimo situ vid. *Mappas*, A. Sodoma ad Zoarem erant quatuor milliaria. *Hieros. Berach.*

Digitized by Google

Berach. fol. 2. 3. De aetate Sodomae cum periret. *Bab. Schabb.* fol. 10. et 11. 1, *Iuchaſin* fol. 8. 1,

Lacus Sodomiticus diſtabat Hieroſolymis ſtadiis CCC. i, e. circiter XXXVIII. M. Paſſ. *Ioſeph. Antiqu.* lib. 15. 9.

Phraſis Talmudicorum *abdicare aliquid* לים המלח *in mare Sodomiticum*, ſignificat rem aliquam execrationi devotam, et qua nulla ratione vtendum exterminare, an proiectione ipſa in mare ſalſum, vel ſimplici ſepoſitione, ita non patet. Exempla huius locutionis habes in *Hieroſ. Auoda Sara* fol. 39. 2. *Hieroſ. Sota* fol. 19. 1. *Nazir* cap. 4. 4. *Hieroſ. Demai.* fol. 25. 4.

Ex *Geneſ.* XVIIII, 1. *Et ſedebat Loth in porta Sodomae* etc. eliciunt Hebraei, *Lothum ibi ſediſſe, vt Sodomae iudicem*, ſic Iarchius. *Bereſchit Rabba* adhuc alios quinque Sodomae iudices facit קץ שקר *Kaz Schakar*, *Rabb Schakar*, Rabh מסטרין *Miſterin*, *Rabb* גבל *Gabal*, et קלא פנדר *Kola Pindar.*

Viri Sodomae non erunt participes vitae aeternae. *Sanhed.* cap, 10, miſch. 3. An Sodoma pertinuerit ad terram Canaan. *Tanch.* fol. 7. col. 4. init. Pluvia Sodomae hodie adhuc noxia. *Rabboth* fol. 47. col. 1. init. De Sodomitarum flagitiis, et vxore Lothi ibi in ſtatuam ſalis conuerſa. *Hottinger.* in Smegm. orient. p. 317. ſeq.

SOMNIA. vid, *Inſomnia.*

SORS. In officiis templi obeundis quaeuis munera ab initio obibant et diſtribuebant certando curſu, ſed quoniam ſemel vnus alterum de gradu altaris deturbauerat, ita vt crus eius fractum fuerit, et alia vice vnus alterum cultro interfecerat, ſynedrium ordinauit, vt ſorte officia diſtribuerentur, vt ita pacatius vnusquisque ſuum munus capeſſeret. *Bab. Ioma* fol. 23. 1.

Locus, vbi ſortes proiiciebantur, erat conclaue Gazith, ea nimirum eius pars, quae in atrium extendebatur.

In cultu quotidiano ita ſortem peragebant; ſacerdotes in vnum collecti conſentiebant de aliquo numero,

Digitized by Google

integro corpore. *Rabboth*, fol. 182. col. 3. poſt med. fol. 206. col. 3. ante fin. fol. 151. col. 1. ante fin. fol. 266. col. 3. poſt init. Mons Sinai dignus prae caeteris habitus, in quo ferretur lex. *ibid.* fol. 191. col. 2. init.

SION. De eius ſitu Aben Eſra ad Pſalm XLVIII. 2. ציון בצפון ירושלם *mons Sion eſt a latere Hieroſolymae ſeptentrionali*, ſic etiam LXX. Interpr. Ὄρη Σιὼν τὰ πλευρὰ τοῦ βοῤῥᾶ. Ioſephus etiam (qui eam non amplius Sionem, ſed ſtilo poſt captiuitatem Babylonicam vſitato τὴν ἄνω πόλιν καὶ τὴν ἄνω ἀγορὰν nominat) dicit turres *Pſephinum*, *Hippicum* fuiſſe ab Aquilone, de *bello* lib. 5. cap. 12. et cap. 13. et quidem adiunctas Regiae, quae in vrbe ſuperiore, Sione ſcilicet, erat, vt patet ex lib. 2. de *bello* cap. 39. quando inſit Ioſeph: *Ceſtius venit tandem in vrbem ſuperiorem* (Sionem) *et caſtra poſuit contra aulam regiam*.

Sionem cum templo coniungebat pons. *Ioſeph. de bello* lib. 2. cap. 28. Antiq. lib. 14. cap. 8. In Sione etiam erat domus Aſmonaeorum et Xyſtus. *Idem ibid.*

Aben Eſra ad Leuit. cap. 1. ad verba על ירך המזבח ita dicit: רבים תעו ואמרו שמגדל ציון היה בתוך ירושלם (i. e. *multi errant, et dicunt, quod turris Zion fuerit in medio Hieroſolymae.*) omnis ſalus prouenit ex Sione. *Rabboth*. fol. 157. col. 2. poſt init.

שמע recitationem phylacteriorum vid. in *Tephillin*.

בין השמשות Quid ſit? vid. *Sabbathum*. Poſſunt τοῦ בין השמשות Demai decimas ſeparare. *Demai* cap. 1. 4.

* SITTIM. Cur ligna Sittim adhibita fuerint tabernaculo. *Tanch.* fol. 32. col. 1. circ. fin.

SODOMA. De eius legitimo ſitu vid. *Mappas*. A. Sodoma ad Zoarem erant quatuor milliaria. *Hieroſ. Berach.*

Digitized by Google

Berach. fol. 2. 3. De aetate Sodomae cum periret. *Bab, Schabb.* fol. 10. et 11. 1, *Iuchaſin* fol. 8. 1,

Lacus Sodomiticus diſtabat Hieroſolymis ſtadiis CCC. i, e. circiter XXXVIII. M. Paſſ. *Ioſeph. Antiqu.* lib. 15. 9.

Phraſis Talmudicorum *abdicare aliquid* לים המלח *in mare Sodomiticum*, ſignificat rem aliquam execrationi devotam, et qua nulla ratione vtendum exterminare, an proiectione ipſa in mare ſalſum, vel ſimplici ſepoſitione, ita non patet. Exempla huius locutionis habes in *Hieroſ. Auoda Sara* fol. 39. 2. *Hieroſ. Sota* fol. 19. 1. *Nazir* cap. 4. 4. *Hieroſ. Demai.* fol. 25. 4.

Ex *Geneſ.* XVIIII, 1. *Et ſedebat Loth in porta Sodomae* etc. eliciunt Hebraei, *Lothum ibi ſediſſe*, *vt Sodomae iudicem*, ſic Iarchius. *Bereſchit Rabba* adhuc alios quinque Sodomae iudices facit קץ שקר *Kaz Schakar*, *Rabb Schakar*, Rabh מסטרין *Miſterin*, *Rabb* גבל *Gabal*, et קלא פנדר *Kola Pindar*.

Viri Sodomae non erunt participes vitae aeternae. *Sanhed.* cap, 10, miſch. 3. An Sodoma pertinuerit ad terram Canaan. *Tanch.* fol. 7. col. 4. init. Pluvia Sodomae hodie adhuc noxia. *Rabboth* fol. 47. col. 1. init. De Sodomitarum flagitiis, et vxore Lothi ibi in ſtatuam ſalis conuerſa. *Hottinger.* in Smegm. orient. p. 317. ſeq.

SOMNIA, vid, *Inſomnia*.

SORS. In officiis templi obeundis quaeuis munera ab initio obibant et diſtribuebant certando curſu, ſed quoniam ſemel vnus alterum de gradu altaris deturbauerat, ita vt crus eius fractum fuerit, et alia vice vnus alterum cultro interfecerat, ſynedrium ordinauit, vt ſorte officia diſtribuerentur, vt ita pacatius vnusquisque ſuum munus capeſſeret. *Bab, Ioma* fol. 23. 1.

Locus, vbi ſortes proiiciebantur, erat conclaue Gazith, ea nimirum eius pars, quae in atrium extendebatur.

In cultu quotidiano ita ſortem peragebant; ſacerdotes in vnum collecti conſentiebant de aliquo numero,

Digitized by Google

qualiscunque placuerit. Deinde *praeſes cultus* הממונה alicuius ſacerdotis thiaram accipiens dicit, ab hoc incipiam numerare, eleuate digitos; poſtquam ſuſtulerunt digitos ſinguli, quot lubuerit numerat digitos et illi addicit munus, apud quem numerus finitus fuit. *Maimon.* in *Tamid.* cap. 4. tot. vid. *Cultus.*

In die expiationis vero ſummus ſacerdos ſumebat קלפי κάλπιν et ipſi immittebat ſortes aureas a Ben Katin confectas, nam antea ſolum erant מן אשכרוע *Buxina* (Ioma c. 3.) et deinde טרף בקלפי *ſuccuſſando urnam* ſortem eliciebat. Cum ſors proiiciebatur pro duobus hircis, illa duplex erat, vni erat inſcriptum לשם. *Domino* i. e. *hircus ille*, *quem haec ſors diiudicat*, *Deo debet offerri.* Alteri vero inſcriptum erat לעזאזל i. e. *ille hircus emiſſarius erit.* Si ſors שלשם *Domini* ad dexteram ſacerdotis ſummi aſcendiſſet, vicarius eius ipſi dicebat, dexteram in altum tolle, ſi vero ad ſiniſtram aſcendiſſet, dicebat, ſiniſtram tolle. Quo facto ſummus ſacerdos ſortes hircis imponebat, dicens לה' חטאת *Ioma* c. 4. 1.

Falſum eſt, quod ab initio quaeuis munera obierint et diſtribuerint certando curſu, ſed hoc intelligendum tantum eſt de decineratione altaris. vid. *Iom Tobh* ad Cod. *Ioma* cap. 2. miſchn. 1. De modo, quo ſortiebantur. vid. *ibid.* et Bartenor. ad h. l. it. *Cramerus* ad Succa p. 494. De praefecto ſortium. *Maimon.* de vaſ. templ. cap. 7. §. 8. Sorte officia in templo Hieroſolymitano diuiſa fuerunt. *Wagenſeil.* Sota p. 41. Modus ſortiendi in eligendis LXX. ſenioribus. *Tanch.* fol. 64. col. 4. circ. med. *Rabboth* fol. 217. col. 1. ante med. Modus ſortiendi in eligendis Leuitarum primogenitis. *ibid.* fol. 177. col. 4. init. *Tanch.* fol 60. col. 1. poſt init. De ſortibus veterum Hebraeorum. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 175. not. et part. II. p. 130. not. et p. 1213. it. *Abarb.* in Prophet. prior. in indice.

Digitized by Google

ce. Quomodo ſorte diuiſa fuerit terra. *Rabboth* fol. 230. col. 1. poſt init.

✱ SOROR. Sororem num fratres deſpondere poſſint. *Wagenſeil*, Sota p. 452.

SPECTACVLA etiam Iudaeos habuiſſe, ex his locis elici poterit. *Auoda Zarah* fol. 16. In miſchna prohibetur, ne Iudaei cum gentilibus tribunal aut אצריטיא *locum ſtadiorum*, coniuncta opera exſtruant. At Gloſſ. *Stadium* eſt locus ſpectaculorum. Ita ibid. fol. 18. prohibent, ne aliquis illa ſpectacula ingrediatur, in quibus praeſtigiatores ſuas ludicras artes exerunt, quae praeſupponit, ingreſſum aliorum ſpectaculorum fuiſſe permiſſum. Amphitheatrum ſplendidum, quod in *Bab. Succa* fol. 51. 2. vocatur דיופלוסטין habebant Iudaei Alexandriae, quod qui non vidit לא ראה כבודן של ישראל *gloriam Iſraelis nunquam vidit.*

Videtur tamen ludos illos publicos praecipue inſtitutos fuiſſe ab ethnicis et Romanis, poſtquam Iudaeos ſubegerant; et de illis ſonat dictum in *Auod. Sara* p. 18. 2. *Beatus ille vir* אשר לא הלך לטרטיאות ולקרקסיות של גוים *qui non abit in theatra et circos gentilium. Ionathan* in *Deut.* XXVIII, 19. videtur magis abuſum quam vſum theatrorum reprehendere.

De boue in theatro pugnante. *Baba Kama* cap. 4. miſch. 4.

✱ SPECVLA. Speculis faeminarum Iſraeliticarum propagatus eſt populus Iudaicus in Aegypto, et quomodo, vnde et a mulieribus in tabernaculi vſum oblata. *Tanch.* fol. 40. col. 4. poſt init.

SPICILEGIVM vid. לקט.

SPONSVS vid. *Nuptias*.

✱ SPONSOR. Varia de illo leges in *Baba Bathra* cap. 10. miſchn. 7. ſeq.

✱ SPV-

✱ SPVRIVS Iudaeis quis? *Wagenſeil.* Sota p. 563. ſeq. Spurii non viuunt vltra trigeſimum diem. *Rabboth* fol. 187. col. 2. med. fol. 165. col 3. poſt med.

SPVTVM. Nemini licuit in monte templi ſputum eiaculari. *Maim. Hal. Beth Habech.* cap. 7. vid. *Cultus.*

Si cui inter orandum obueniat ſputum exſpuendum, excipiat illud palliolo *Tallet:* ſi illud pulchrius et pretioſius ſit, excipiat illud aut abſtergat velo capitis, quod אפיקרסות et סודר nominatur. *Berachoth* fol. 24. 2.

Saliua quaeuis in vrbe inuenta munda erat, excepta ea, quae in platea ſuperiori reperiebatur. *Schekaſim* cap. 8. v. 1. Ibi enim habitabant alienigenae, qui aeſtimabantur immundi tanquam profluuio laborantes. Hinc patet ſenſus hiſtoriae, quam refert R. *Nathan* in *Auoth* fol 9. 1. *In die expiationis egreſſus eſt Iſrael, Ben Camithi, ſummus ſacerdos, vt cum duce quodam ethnico colloqueretur; inter confabulandum ſparſa eſt ſaliua ab iſtius ducis ore in eius veſtes; vnde pollutus factus, non potuit illius diei miniſterium ſubire, ſed fratri ſuo hanc ſpartam committere debuit.*

Ioh. VIIII, 6. Chriſtum adhibuiſſe ſaliuam legimus, ad viſum coeco reſtituendum, quia illa erat ordinarium pro oculis aegris remedium, vt patet ex *Vaiikra Rabba* fol. 175. 2. et 142. col. 4. poſt med. Nam ibi R. Meir ſimulans morbum oculorum, iubet faeminam pro remedio *ſepties in ipſius oculos ſputare.* Item ex *Maimonide* cap. 21. in *Schabbath.* vbi tradit, illud remedium Sabbatho aegro applicare fuiſſe prohibitum, nec licuiſſe oculos niſi in diebus profeſtis ſaliua illinire, ob reuerentiam Sabbathi, quod medicina profanandum non erat. Sumſit Chriſtus oculos ſanaturus ſaliuam, ſed vt Iudaeis oſtenderet, ſe plana alia vi et facultate ſanare quam vulgo fieret, immiſcuit ſaliuae puluerem terrae, qua nihil magis oculis officit; et fecit ex his tale μίγμα, quod etiam puriſſimum et optimum viſum turbidum reddere et corrumpere potuiſſet, niſi ſummi medici omnipotens manus adfuiſſet, et miraculo

Digitized by Google

raculo haec ita temperauiſſet, vt cocco ſalutatia fuerint.

Conſpuere aliquem erat ſignum contemtus. vid. *Calcei extractio*.

Qui muſſitat ſuper vulnere, addito ſputo, non habebit partem in vita aeterna. *Sanhed.* cap. 10. miſchn. 1. et Maim. et Barten. ad h. l. Non licet in ſabbatho inungere oculos ſputo ieiuno. *Tanch.* fol. 3. col. 4. med. Qui alium conſpuebat, debebat pendere quadringentas drachmas. *Baba Kama* cap. 8. miſchn. 6.

STATIONARII viri. Sicuti ad cultum templi et oblationem ſacrificiorum viginti quatuor ordines tum ſacerdotum, tum Leuitarum erant, ita quoque erant viginti quatuor ordines Iſraelitarum, qui vocantur אנשי מעמד *viri ſtationarii*. Et quamuis ſacra ſcriptura illorum non fecerit mentionem, videntur tamen neceſſario requiſitos fuiſſe ob ſequentes rationes.

I. Nemo poterat ſacrificium offerre niſi ipſemet adeſſet, et oblationi adſtaret ſecundum Canon. in *Taanith.* cap. 4. et *Maimon. Kele Hammikdaſch* cap. 6. אין אפשר שיהיה קרבנו של אדם קרב והוא אינו עומד על גביו *impoſſibile eſt, vt offeratur ſacrificium niſi adſtet offerens.* V. *Sacrificia*.

II. Erant ſacrificia pro integro populo oblata, qualia erant התמידין *ſacrificia ſingulis diebus mane et veſperi offerenda*, *Hieroſ. Peſachim* cap. 3. Quae etiam ex publico theſauro comparabantur. *Schekalim* cap. 4. At quomodo omnes Iſraelitae adeſſe potuiſſent in oblatione publicorum illorum ſacrificiorum? Plane itaque neceſſarium fuit, vt ſicuti ſingulis diebus pro toto populo ſacrificia offerebantur, vt etiam illis ſacrificiis quidam a populo delegati adſtarent; illi itaque erant *viri ſtationarii* in 24. ordines diſtincti, ex populo Iſraelitico lecti a prophetis prioribus, vt notat *Maimon.* vbi ſupra.

Vnus-

Digitized by Google

Vnusquisque ordo habebat ſuum praeſidem, quem Talmudici vocant ראש המעמד *caput ſtationis*.

Sicuti de ſacerdotibus retulimus, quod non omnes Hieroſolymam ſimul aſcenderint, ad cultum peragendum vnica, ſuo ordine officio fungentes, Ephemeris, ſed quod remotiores ſe conferrent in Synagogas, vt ibi lectioni et ieiuniis vacarent, idem nunc de his viris ſtationariis tenendum. Qui Hieroſolymis erant et circa eas ad cultui vacandum in templum ſe conferebant, qui vero in locis magis diſſitis, die ſecundo, tertio, quarto et quinto ſeptimanae in ſynagogis collecti ieiunabant, et legebant cap. 1. et 2. *Geneſ.* ita illa diſpeſcentes, vt vnicuique diei ſeptimanae ſuam aſſignarent partem; diebus autem 1. et 6. ſeptimanae ſuam aſſignarent partem; diebus autem 1. et 6. ſeptimanae ob Sabbathi gloriam non ieiunabant, quamuis ſcripturam in illis nihilominus legerint. *Taanith* cap. 4. *Maimon.* vbi ſupra.

Hi viri ſtationarii itaque 1. ordinarii erant ad repraeſentandum populum in oblatione ſacrificiorum: an etiam ſacrificiis iugiter oblatis manus loco populi impoſuerint, in controuerſiam vocatum fuit; nos pro negatiua ſtamus a *Maimonide* in cap. 3. *Corban.* edocti, *quod ſacrificiis pro tota congregatione oblatis nulla eſſet manus impoſitio*, exceptis his duobus השער המשתלח *hirco emiſſario*, הפר העלם דבר *et iuuenco oblato pro peccato ignorantiae.* Hirco emiſſario manus imponebat ſummus ſacerdos, iuuenco vero tres viri a Synedrio ad id delegati. vid. Leu. IIII, 13. 2. Habent hanc regulam, quod in publicis precibus et lectionibus in Synagoga ad minimum decem adeſſe debent, *Megillah* cap. 4. *Maimon.* in *Tephillah* cap. 11. Quanto magis itaque in publicis actionibus templi ſemper honeſtus aliquis hominum numerus adeſſe debuit, ad maieſtatem cultus conſeruandam. Officium quidem erat vniuscuiusque Hieroſolymae degentis his publicis orationibus et lectionibus intereſſe, interim timendum erat, ne ſi hoc inconſtanti plebi ſimpliciter relinqueretur, ne forſan accideret,

ciderct, vt homines admodum rari adſtarent. Conſultiſſimum itaque viſum eſt hos viros ſtationarios ordinare, qui ſemper et certo adeſſent. 3. Adiuuabant inſuper illos, qui accedebant ad ſuas purificationes faciendas, ipſos partim dirigendo, partim vero in ipſum templum deducendo. Hoc praecipue agebat ſtationis praeſes audito inſtrumento, quod *Migrepha* appellant. vid *Tamid.* cap. 5.

כל יום שיש בו הלל אין בו מעמד *in illis diebus, in quibus cantant Hallel, mane nulla eſt ſtatio:* itaque omnibus octo diebus feſti dedicationis a ſtatione liberi ſunt, quia in illis cantatur Hallel: veſperi etiam a ſtatione liberi ſunt, ſi ſacrificio ordinario aliquod addebatur ſacrificium. *Taanith* cap. 4.

In illa ſeptimana, qua viri ſtationarii vacabant cultui, non poterant a tonſore radi, aut lauare ſua veſtimenta; quia iam ante coeptum cultum haec feciſſe debebant.

STELLAS homines coluerunt tempore Enoſi, ita ratiocinantes, Deus creauit ſtellas ad regendum mundum, honoris participes facit, et illis miniſtris vtitur; voluntas autem Dei eſt, vt honoremus, quem ipſe euexit, ergo ipſas laudare et honorare debemus; deinde templa iis aedificare ac ſacrificare coeperunt. Progreſſu temporis etiam incoeperunt, ſecundum Pſeudoprophetarum effata, ſingulares reuelationes mentientium, ſtellarum et ſiderum ſimulacra fabrificare, et ea in templis adorare, ex huius cultus obſeruatione omnia bona ſperantes, et ex eius neglectu omnia mala metuentes, ita, vt tandem progreſſu temporis nomen venerabile (Iehouae) ex omnium ore perierit, exceptis illis Patribus, quorum ſacra ſcriptura mentionem facit: etiam ſapientiſſimi praeter ſtellas alium Deum non nouerant. Ita mundus voluebatur, donec natus eſt columna mundi, Abraham, qui anno aetatis 48. per idearum naturalium conſiderationem verum mundi rectorem, Deum ſuum cognouit, contra idololatriam

inco-

Digitized by Google

incolarum Vr Chaldaeorum diſputauit, ipſorum ſimu-lacra confregit; tandem Rex ipſum occidere voluit, ſed miraculo liberatus in Canaan venit, in qua plurimos in veram viam duxit, qui deinde vocabantur בית אברהם *domus Abrahami*. *Maimon.* in *Hal. Auoda Sara* cap. 1. vid. *Planetas*.

Confer. *Aſtronomia.* Religionum fata a ſtellis pendere putant Iudaei. *Wolf.* Bibl. hebr. part. 1. not. d. p. 4. Quot olim ſtellas numerauerint veteres. *ibid.* p. 10. not. Quanto temporis ſpatio ſingulae ſtellae abſoluant curſum ſuum. *Rabboth* fol. 9. col. 1. circ. fin. Philo-Iudaeus ob diligentem Platonis lectionem ſtellas vocauit ſenſiles Deos. *Cleric.* epiſtol. critic. VIII. p. 266. Aſtris vnde nomina impoſita, quaenam illa ſint, et quod vanum fuerit conſilium Baieri de ſubſtituendis aliis atque nouis aſtrorum nominibus. *Fabric.* Bibl. graec. lib. 4. cap. 14. p. 459.

STERILITAS. De poculo tum contra cum pro ſterilitate vid. *Schabbath* fol. 109. 2. et 110. 1. *Rabbi Salomoh* Gen. IIII, 23.

אילונית *ſterilis eſt*, quae attigit annum vigeſimum, exceptis triginta diebus, et tamen nondum produxit duos pilos, et reliqua ſigna ſterilitatis habet, quae ſunt אם אין לה דדין *ſi nulla vbera habet*, אם מתקשה בתשמיש *ſi difficilis eſt in hora commixtionis*, אם אין לה שיפולי מעים *ſi nulla eſt ipſi decliuitas*; et ſi tam craſſa pollet voce, vt a viro dignoſci non poſſit. *Maimon.* Hal. אישות cap. 2. Alia ſterilitatis ſigna circa vbera idem obſeruat author, quae in *cap. cit.* videre potes.

De ſterili viro vid. *Eunuchus.*

Quatuor faeminae ſteriles grauidae factae ſunt ſub initium noui anni. *Tanch.* fol. 8. col. 3. poſt med. Nullus ſterilis et prole carens in bellum ire cogebatur; nec eum obligant ad vllum officium

obeundum.

obeundum vid. *Bellum*. Iudaei ſterilitatem frigore etiam cauſſari crediderunt: Hinc aliqui immerſionem in aquam exſtirpare conati ſunt foeminarum Galilaearum gratia, eo quod illae prae frigore ſterileſcerent. vid. *Baptiſmus*.

STERNVTATIO. Vſque ad tempora Iacobi fuit homo עוטש ומת *ſternutans et moriebatur*, poſtea dixerunt homini ſternutanti חיים טובים *ſit ſaluiferum*, et viuus manſit. *Tanch*. Gen. XXVII, 1.

Qui ſternutat inter edendum, vetitum eſt dicere ipſi אסותא *ſalus*, propter periculum *Hieroſ. Berach*. fol. 10. 4. Sternutatio prodeſt ſanitati. *Berachoth*. fol. 57. 2. Niſi ſternutationes eſſent, homo egereret neceſſitates ſuas in veſtimenta ſua, nam admonetur illo eiaculandi impetu, vt ſatisfaciat naturae, ne pudefiat. *Ben Sira* Edit. Conſt. fol. 27. 1. Quod homines ſternutando non amplius moriantur acceptum referunt precibus Iacobi. *Chaskuni* fol. 68. ad *Geneſ*. XXXXVIII. *Cap. Elieſeris* cap. 52.

* STIGMA. De ſcriptione ſcripturae ſtigmatis, eiusque poena. *Maccoth* cap. 3. miſchn. 6.

STVDIA. Quicunque nigredine afficit vultum ſuum ob ſtudium legis in mundo hoc, Deus faciem eius lucere faciet in mundo futuro. *Sanhed*. fol. 100. 1. מגמר בעתיקתא קשי מחדתא *diſcere antiquum difficilius eſt quam nouum*. *Ioma* fol. 29. 1. In ſtudiis habendus vnus praeceptor, multitudo confuſionem parit, *Erubbin* c. 5. Hinc irridebatur Ioſeph Bar Chaia כי מפורליה גמרא עלמא גמיר *quod a toto mundo diſceret*, *Cholin* c. 1. גמור וזמרתא תהא *doctrina perfecta Canticum eſt*; i. e. famam vbique ſpargit. *Beza* fol. 24. 1. Manetque fama poſt mortem ſecundum dictum כל תלמיד חכם שאומר דבר שמועה מפיו בעולם הזה שפתותיו דובבות בקבר *Ievammoth* fol. 97. 1.

Studia noſtra facienda ſunt in iuuentute, quia tunc ingenium noſtrum ita eſt comparatum, vt quidquid ipſi imprimitur, ſimile ſit כתובה על נייר חדש *atramento ſcripto in charta noua. Auoth.* cap. 4. Quamdiu quis quaerit ſapientiam, ſapiens eſt aeſtimandus, כאשר יחשוב שמגיע עד תכליתה הוא סכל *cum autem putat ſe ad finem eius perueniſſe, ſtultus eſt. ibid.* החכמים חצי חכמה *interrogare ſapientes, dimidia ſapientia eſt. Miſch Hapen.* Ornatiſſimus vir Rod. *Rodolph.* harum litterarum peritiſſimus, et olim noſter praeceptor, in albo meo amicorum hanc elegantiſſimam de ſtudiorum vtilitate ſententiam ex *Schabbath* fol. 152. 1. referente Elia in Thisbi apponere voluit. חכמים כל עוד שהם מזקינים חכמה נתוספת בהם ועמי הארץ כל עוד שהם מזקינים טפשות נתוספת בהם: *Bonarum litterarum ſtudioſi quo magis ſeneſcunt, eo quoque magis creſcunt in ſcientia: At illiterati et plebeii quo magis ſeneſcunt, eo magis quoque ſtulteſcunt.* De ſtudiis plures ſententias reperies apud Cl. *Buxtorf.* in florileg.

Diſcentes a curis vacui eſſe debent. *Wagenſeil.* Sota p. 1005. Siue quis multos, ſiue paucos tantum annos viuat, et operetur legi, eandem a Deo mercedem refert. *Tanch.* fol. 34. col. 2. poſt med. et col. 3. init. Qui ſtudiis operatur, aliisque ea tradit, neque poſt obitum eius perit memoria. *Ibid.* it. *Rabboth* fol. 137. col. 4. poſt init. Quantus in ſtudiis adhibendus labor ſit. *Tanch.* fol. 3. col. 1. med. Studioſus caelebs Iudaeis vocatur בחור. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 153. not. Studium Talmudicum praefertur ſtudio bliblico et miſchnico. *Edzard.* Berachoth. p. 241. Quaenam ſtudiorum methodus ſeruanda. *Rabboth* fol. 244. col. 4. poſt med. fol. 141. col. 2. fin.

SVGGESTVS. Quando in templo ſcholis aut ſynagogis legebant, orabant, benedicebant, aſcendebant ſuggeſtum. De benedicentibus in ſuggeſtu Leuitis vid. Targum in *Cantic.* III, 7. In *Sota* fol. 38. 2.

talis

talis exſtat Canon. Omnis ſacerdos שאינו עולה לדוכן *qui non aſcendit ſuggeſtum populo benedicturus transgreditur tria praecepta affirmatiua.* Secundarius praeceptor in ſcholis, qui primarii doctoris doctrinam diligentius obſeruabat, et ab auditoribus repoſcebat vocatur ריש דוכנא in *Baua Bathra* fol. 21. 1.

SVFFITVS definitur דבר שקוטר ועולה וריחו נודף *Res quae fumat et aſcendit, cuiusque odor fragrans eſt.* *Kerithuth* cap. 1. fol. 6. 2.

Moſes non diſerte expreſſit, quae et quot aromata ad ſuffitum ſacrum adhibere debuerint, orali tamen traditione didicerunt ea eſſe vndecim, nempe הצרי *reſina praeſtans*, הצפורן *Onyx*, החלבנה *Galbanum*, הלבונה *thus*, מר *Myrrha*, קציעה *Caſia*, שבולת נרד *Spica Nardi*, כרכום *Crocus*, קושט *Coſtum*, הקלופה *Cortex odoratus*, הקנה *Calamus odoratus*, הקנמון *Cinnamomum*. *Kerituth* vbi ſupra; R. *Salomoh* in *Comm.* his ſecundum *Maimon.* in *Kele Hammikd.* cap. 2. addiderunt מלח סדומית *ſal Sodomiticum*, ſiue Bitumen, כפת הירדן *Ambram Iordanis*, et מעלה עשן herbam quae non ita nota eſt.

Quomodo ſolebant fumigare in cultu ordinario templi vid. *Cultus.* De thuribulo vid. *Templi vaſa.* Nemo poterat bis ſuffitum adolere, R. Chanina dicit, quia diuitem facit, R. Papa vero illud ad benedictionem refert, qua vt omnes fruerentur, noui ſemper ad hoc miniſterium deſignati fuerunt. *Gemar.* ad *Ioma* cap. 2.

In aromatibus ſuffitus pugillandis admodum curioſi erant, hinc vt ſummus ſacerdos illam accurate diſceret, pridie diei expiationis ducebatur in Conclaue Abhtinae, vt ibi in pugillatione ſe exerceret. Modus pugillationis recenſetur a *Gemara Bab.* in *Ioma* cap. 4. *Tribus digitis operuit ſummus ſacerdos volam, et accepit pugillum; deinde ad craticulam aut patellam abraſit pollice quod ſupra, minimo digito vero quod infra erat.*

Sadducaei in adolendo thymiamate innouationes introducere ſtuduerunt. vid. *Sadducaei.*

De ſuffitu aromatico vid. diſſert. M. *Daniel Weymar.* Ien. 1678. De modo praeparandi ſuffitum. *Maimon.* de vaſis Templi. cap. 2. §. 5. Familia Abhtinae noluit communicare cum aliis artem praeparandi ſuffitum ſacrum, hinc inter impios referuntur. *Ioma* cap. 3. miſchn. 11. *Rabboth* fol. 262. col. 3. fin. Quomodo benedicere quis debeat ſuper ſuffitu aromatico, in honorem idolorum incenſo. *Tanch.* fol. 11. col. 3. init. מצורע. De altari ſuffitus adhibitum, quid denotet. *ibid.* fol. 33. col. 4. init. קטרת quid per litteras initiales denotet. *ibid.* poſt med. Suffitus Deo gratiſſimus. *ibid.* fol. 34. col. 1. poſt init. tot. fol. 67. col. 4. poſt init. De altari ſuffitus. *Zornius* hiſtor. Hecataei. p. 115. Fuit praefectus quidam ſuffitus, qui eius conficiendi curam habebat. *Maimon.* de vaſ. templi. cap. 7. §. 15. De ratione parandi ſuffitum, peculiaris extat Anonymi liber. *Wolf.* Bibl. hebr. part. II. p. 1395. item alius R. Iſaſchar Behr. *ibid.* part. III. p. 640. De octo ſpeciebus aromatum, ex quibus ſuffitus Moſaicus parabatur, agit R. Bechai Ben Aſcher in Schülchan Arba. *ibid.* part. I. p. 233. Suffitus hic non niſi in altari aureo fumigabatur. *Maimon.* de vaſ. templi. cap. 2. §. 11. De modo adolendi ſuffitum. *ibid.* cap. 3. tot.

✱ SVPERBIA Deo quam maxime inuiſa. *Tanch.* fol. 2. col. 1. med. *Rabboth* fol. 178. col. 3. med. Superbia reprehenſa *Wagenſeil.* Sota p. 95. et 99. et 103. Veterum Rabbinorum vitium eſt. *ibid.* p. 109. Homo punitur ea ipſa re, quae primum in ſuperbiam ipſam prolabi fecit. *Tanch.* fol. 25. col. 3. init. *prolixe.* Qui principatum affectat, non conſequitur. *ibid.* fol. 41. col. 4. poſt init. Superbia igne tandem punitur. *ibid.* fol. 43. col. 4. med. *Rabboth* fol. 141. col. 3. poſt med. Illa fuit cauſſa primi peccati in angelis et hominibus. *Act. Erudit.* Anno 1692. p. 516. Tria vitia: ſuperbia, auaritia, luxuria. *obſeruat. Halleuſ.* tom. 4. obſeru. 5.

SVPPLI-

Digitized by Google

SVPPLICIA. Poenae quas inflixerunt iis, qui licet immundi ad ſacrum cultum aut templum ſe ingerebant, ſunt 1. מיתה ביד שמים *mors per manum Dei.* 2. כרת *excidium.* 3. מלקות *flagellatio.* 4. מרדות *flagellatio ob rebellionem*, vid. כרת in C. et *flagellatio.*

Supplicia capitalia quatuor Synedrio tradita ſunt, *lapidatio*, *vſtio*, *ſupplicium gladii et ſtrangulatio. Sanbedr.* cap. 7. miſchn. 1.

De lapidatione vid in L. Supplicium omnium grauiſſimum eſt lapidatio. Qui duplici ſupplicio tenetur, grauiori pleſtitur. *Sanbedr.* cap. 9. 3. 4. Omnes lapidati ſecundum R. Elieſerem ſuſpenduntur. *Sanbedr.* cap. 6. At ſapientes ſolummodo ad ſuſpendium adiudicant blasphemum et idololatram. *ibid.* et *Maimon. Sanbedr.* cap. 15.

Vſtio ita fit: Damnatus fimo ad genua vſque immergitur, tum collo eius circumdatum סודר קשה לתוך הרכה *linteum durum molli inuolutum*, hinc inde teſtes trahunt, donec aperiatur os eius, deinde ori eius infundunt liquefactum filum plumbi, quod deſcendens eius comburit inteſtina: hanc combuſtionem vocant *combuſtionem animae*, et apud ipſos vſitatior fuit combuſtione corporis, quae appoſitis lignis fiebat. vid. R. Levi in *Leuit.* X. Si comburendus moriatur in manibus ipſorum, qui eum ſtrangulant, tum praecepto vſtionis nondum eſt ſatisfactum, ſed aperiunt os eius forcipe et metallum candens ori illiquant *Sanbedr.* cap. 7. miſchn. 2. Hi decem rei ſunt combuſtionis. 1. Sacerdotis filia, quae ſcortata eſt. 2. Qui concumbit cum propria ſua filia. 3. Cum filia filii ſui. 4. Cum filia filiae ſuae. 5. Cum filia vxoris. 6. Cum filia filiae eius. 7. Cum filia filii eius. 8. Cum ſocru ſua. 9. Cum matre ſocrus. 10. Cum matre ſoceri. *Sanbed.* cap. 9. miſch. 1.

Supplicium gladii vocatur הרג et fit duplici modo, aliquando caput enſe ſecabatur כדרך שהמלכות עושה *ſicuti more Regio fieri aſſolet*, et in his regionibus in vſu eſt; Aliquando vero caput impoſitum trunco ſecuri praeci-

Digitized by Google

praecidebatur, vt mos eſt Anglorum. *Sanhedr.* cap. 7. miſchn. 3. Qui gladio puniuntur ſunt *Homicidae*; *Incolae vrbis ad idololatriam prolapſae*; *Homicida, qui proximam ſuum percuſſit lapide ferrove.* *Sanhedr.* cap. 9. miſch. 1.

Strangulatio Hebr. חנק fiebat vt dum de vſtione comburendum ſtrangulari diximus. De illa habent hunc generalem Canonem כל מיתה אמורה בתורה סתם חנק. *Quando ſcriptura non determinat poenam, ſed ſimpliciter dicit, morte morietur, illa poena de ſtrangulatione intelligenda eſt.* *Maimon Sanhedr.* cap. 14. Sequentes ſtrangulantur 1. Qui matrem patremue pulſauit. 2. Qui animam ex Iſraele furatus eſt. 3. Presbyter refragator. vid. *Senex.* 4. Vates mendax. 5. Qui vaticinatur in nomine idoli. 6. Qui cum alterius vxore concumbit. (at Ioh. 8. 5. volunt adulteram ex lege Moſis eſſe lapidandam? Vid. *Adulterium.* vbi haec difficultas ſoluitur.) 7. Qui familiam ſacerdotis falſo detulit. 8. Qui cum ea concumbit. *Sanhedr.* cap. 10.

Quod ſuſpendium attinet, illud non niſi in lapidatis exercebatur; hoc modo. Trabs in terram depangitur, ex qua lignum extat, deinde reuinctis manibus lapidatus ſuſpenditur, et ſtatim iterum tollitur, nec pernoctare ſinunt: niſi quis id faciat honoris cauſſa vt paret ei capulum et inuolucra: ſepeliebantur autem ordinarie in duobus ſepulchretis a ſynedrio conſtitutis, ex quibus oſſa ipſorum, conſumta carne, iterum in ſepulchra patrum ipſorum deferebantur. *Sanhed.* cap. 6. miſch. 4. ſeq. Secundum ſapientes foemina non ſuſpenditur, ſed ſolummodo mas. *ibid.* *Simeon* Ben Schetach ſuſpendit 80 veneficas Aſcalone vna die *Hieroſ. Sanhedr.* fol. 23. 3. et *Bab. Sanhedr.* fol. 44. 2. In quo proceſſu duo praecipue notanda; *Vnum* eſt, quod Simeon illas 80 mulieres ſupplicio ſuſpendii puniuerit, quod ſupplicium tamen in mulieribus exerceri non debuit, vti modo diximus et inſuper apparet ex tract. *Sota.* Alterum vero eſt quod ſynedrium nunquam debuerit plures vna die condemnare, niſi velit חבלן *per-*

dendi

pendi auidum audiri; licebat quidem ſynedrio, vt notat *Maim.* in *Sanhedr.* c. 14. ſingulis diebus aliquem ſupplicio afficere, et etiam condemnare; ſed illum vnitatis numerum in condemnatione tranſilire non debuit. At Simeon iudicauit, condemnauit, et ſupplicio affecit 80. homines vna die. Huius extraordinarii proceſſus ratio tamen in promptu eſt: proceſſerant enim feminae Iſraeliticae ad talia flagitia, et tantopere ad veneficia proruperant, vt neceſſarium omnino eſſet durum quid לפי שעה *pro temporis ratione*, contra illud corruptum ſeculum decernere. Eas itaque ſuſpendit ad exaggerationem exempli, et ad rem publicandam: atque hoc vno eodemque die, ne earum cognati aut alii homines, ad illas liberandas conſpirarent.

Ceremoniae ante et poſt ſupplicia adhibitae ſequentes fuerunt. 1. Deliberatio Iudicum debebat eſſe longa et matura. 2. Rei accuſati collocabantur coram iudicibus in loco eminentiori, vnde videri et audiri poterant, et teſtes accuſantes e regione. Vid. 1 Reg. XXI. 9. 10. hoc adhuc in vſu in Anglia. 3. Iudices et teſtes imponebant manus ſuas capitibus damnatorum et dicebant, *Sanguis tuus ſit ſuper caput tuum.* Confer *Matth.* XXVII. 25. 4. Damnatum praecedebat praeco vid. *Lapidatio.* 5. Antequam damnatus occideretur, tenebatur confiteri ſua peccata. 6. Antequam educeretur, amarus quidam potus dabatur damnato היוצא ליהרג משקין אותו קורט של לבונה בכוס של יין כדי שתטרף דעתו *ei qui ducitur ad mortem, praebetur granum thuris in poculo vini, vt alienetur mens eius, et ille ita poenam minus ſentiret. Maimon Sanhedr.* cap. 13. Chriſto etiam dederunt ἐσμυρνισμένον οἶνον Marc. XV. 23. ſed ipſum non ſumpſit, vti nec acetum cum felle miſtum, quod milites ad illudendum praebuerunt *Matth.* XXVII. 34. 7. omnia inſtrumenta, vt linteum quo aliquis fuit ſtrangulatus etc. fuerunt igne conſumta; ne aliquis poſtea diceret, hoc inſtrumento N. N. fuit interfectus. vid. *Miſchna* et *Maimon* in *Sanhedr.* 8. Extra vrbem damnati puniebantur, ne

Digitized by Google

ſenatus videretur caedibus delectari, atque vt tractu temporis argumento innocentiae reperto, poſſet liberari reus. Vid. Gloſſa, *Bab. Sanbed.* fol. 42. 2. Chriſtus quoque extra ad crucifixionem deductus fuit. Interim tamen eius ſupplicium, quoniam a tribunali Ethnico inflictum fuit, in multis a Iudaeorum more diſcrepabat.

1. Enim flagellatus fuit, qui mos erat Romanis reſpectu crucifigendorum. Vid. *Ioſeph. de bello*.lib. 2. cap.25.

2. Cum Chriſto duo Latrones fuerunt damnati, at vt iam innnuimus אין שנים דנים ביום אחד *non iudicant duos eadem die*, ſi legitime condemnatio procedere debet. *Sanbed.* cap. 6. v. 4.

3. Suſpendendum non adegerunt ad ſuſpendium, niſi prope adeſſet occaſus ſolis, *Gemara* ibid. at Chriſtus de capite iudicatus ante meridiem et meridie ad crucem actus. Ordinarie Synedrium ſuas incepit ſeſſiones a tempore Minchae matutinae, et cum Mincha veſpertina finiebat et hac ratione executio iudicii ordinaria ſtatim poſt finitum conſeſſum ſub veſpera fiebat, ne eſſet עינוי הדין i. e. ne comdemnatus longa mora affligeretur et langueſceret. vid Gloſſ. in *Sanbed.* fol. 35. 1. Interim Chriſtus ſecundum Marcum *Hora tertia* ad ſupplicium abigitur plane eo tempore quo Patres conſcripti ſe ad Chagigae feſtiuitates parare debuiſſent. (vid. *Paſcha.*)

4. Iudaei ſecundum *Gem.* ſup. cit. ממיתין אותו, ואחר כך תולין אותו *damnatum primo morte affecerunt, et deinde in arbore ſuſpenderunt ; at mos Romanorum erat primo ſuſpendere, et deinde morte mulctare.* Sic Chriſtus primo in arbore fuit ſuſpenſus.

5. Eductos ad ſupplicium non aperte luxerunt, ſi ſcilicet ſynedrium poenam infligebat. Vid. *Luctum.* At Chriſtum luxerunt aperte. Luc. XXIII. 27. Vna ratio diſcrepantiae poteſt eſſe, quia interfectus fuit מהמלכות *a Romanis*, quo caſu האבלות *luctus* licitus fuit. Altera ratio eſſe poteſt, quia ſecundum *Gloſſ.* in *Sanbed.* c. 6. v. vlt. vulgo a ſynedrio interfectos non publice planxerunt, *vt eius vilificatio*, cum nemo eum aperte plangeret,

geret, *accreſceret in interfecti expiationem.* Atqui Chriſtum planxerunt, melius de perſona Chriſti edocti fuerunt, Sciebant ſummam eius iuſtitiam et integritatem expiatione opus non habere.

An poena כרת fuerit forenſis an θεήλατος vid. כרת in C. de vero ſenſu כרת et quotupliciter vſurpetur vid. Cl. Heidegger. Exerc. *de vita Patriarchar*. p. 64.

Quodnam ſuppliciorum genus grauius ſit. *Sanhed.* Cap. 9. miſchn. 3. Ea hora, qua aliquis ſupplicio adficitur, Deus luget. *ibid.* Cap. 6. miſchn. 5. Qui ſupplicio mortis afficiebantur, non ſepeliebantur in ſepulchro patrio. *ibid.* Propinqui ſalutabant Iudices et teſtes, ne viderentur ipſis ſuccenſere, neque lugebant ſupplicio adfectum, niſi in corde. *ibid.* miſchn. 6. Supplicia capitalia exercere poterat ſynedrium 23. virorum. *ibid.* Cap. 1. Miſchn. 4. Per ſupplicium expiatur reus apud Deum, vt non amplius ipſi imputetur peccatum. *ib.* Cap. 6. miſchn. 2. et Cap. 9. miſchn. 6. Omnes qui rei mortis ſunt, ſi permiſceantur, iſto ſuppliciorum genere, quod leuius eſt, afficiuntur. *ibid.* cap. 9. miſchn. 3. Qui flagellatus fuerit, et crimen iterauit; hunc ſynedrium intrudit arcae, et cibant cum hordeo, donec venter eius rumpatur. *ibid.* miſchn. 5. Senior rebellis in feſto debebat occidi. *ibid.* cap. 11. miſchn. 3. Si quis poſt latam ſemel mortis ſententiam aufugerit, et deprehenſus iterum fuerit, non reſtauratur eius iudicium, ſed per priorem ſententiam morte afficitur. *Maccoth.* Cap. 1. miſchn. 10. Quatuor ſuppliciorum genera tradita ſunt ſynedrio, et quodnam ex his fuerit grauiſſimum. *Rabboth* fol. 280. col. 4. ante med. *Tanchum.* fol. 8. col. 1. med. Qui per ſynedrium interficiebantur, non inferebantur ſepulchro parentum *ibid.* fol. 76. col. 4. fin. Quot ſuppliciorum genera Iudaeis fuerint vſitata, et an inter ea fuerit ſupplicium crucis. *Iſingii* Exercitt. in Pentateuch. p. 214. ſupplicia de reis extra

vrbium portas ſumebantur. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 193. An Iudaei tempore Chriſti habuerint ius vitae et necis. *Idem* de fiſco Iud. p. 214. ſeq. it p. 238. Gladii poena Iudaeis fuit vſitata. *Wagenſeil.* Sota. p. 125. Suſpenſionis ſupplicium quomodo apud Iudaeos peractum. *ibid.* p. 456. Virum ita ſuſpendebant, vt facies eius conuerteretur ad populum; mulierum autem ita, vt facies eius conuerteretur ad lignum *Sanhed.* cap. 6. miſchn. 4. Suſpenſio de ligno varie a variis conſiderata. *B. S. Cramer* in prodromo typic. p. 206. De poenis capitalibus. *Leusden.* Philol. Hebr. Mixt. diſſ. XLVII p. 322. ſeq.

SVILLA CARO vid. *Porcos.*

A porcinis carnibus non minus quam Iudaei, Aegyptii quoque abſtinuerunt. Suillum pecus deteſtati ſunt adeo, vt ſi quis porcum vel attigiſſet ſolum, is cum omnibus indumentis flumine ablueretur. Eandem ob cauſſam ſubulcis templorum omnium aditu fuit interdictum. De Iudaeorum Aegyptiorumque abſtinentia a ſuilla carne eiusque cauſſa vide plura apud *Plutarch.* lib. 4. Sympoſ. Probl. 5.

SYNAGOGAE non aedificari debuerunt niſi vbi eſſent decem litterati, legis ſtudioſi בטלנין *otiantes*, nullis mundanis negotiis diſtricti ſed vbi decem tales reperiuntur, neceſſario exſtruenda eſt ſynagoga. *Maimon Tephillah* cap. 11. talis locus deinde vocatus fuit עיר גדולה *vrbs magna* etc. (vid. *vrbes*) Cur autem decem requirantur legis ſtudioſi, vt ibi eſſe poſſit ſynagoga, rationem reddunt in Sanhedr. cap. 4. 6. quia עדה היא עשרה *omnis congregatio conſtat e decem, vt colligitur ex* Num. XIV, 27. *nam deme Ioſuam et Calebum, et reſtant tantum decem.*

Ex

Ex his decem viris 1. Tres Magiſtratum geſſerunt, et vocabantur בית דין של שלושה *Conſeſſus triumviralis*, qui in genere ſynagogae res procurabant, de minoribus litibus ſententiam dicebant, vid. *Sanhedr*. cap. 4. 12. Hi in nouo teſtamento vocantur ἀρχισυνάγωγοι.

2. Vnus ex his decem erat publicus Synagogae miniſter, cuius officium erat publice orare, de lectione legis curare, aliquando etiam concionari. Hunc communiter vocant שליח הצבור τὸν ἄγγελον τῆς ἐκκλησίας, vel חזן הכנסת ἐπίσκοπον τῆς ἐκκλησίας. Ἐπίσκοπον autem ſiue ſuperuiſorem ipſum vocarunt ſecundum *Aruch* in חזן quia ei *incubuit animaduertere, quomodo lector legeret, et quosnam ille euocaret ad legendum.*

Confunditur h. l. ראש הכנסת et חזן vid. *Ioma* cap. 7. miſchn. 1. et Barten. et Iom Toph ad eam.

3. Poſt hunc conſiderandi veniunt tres פרנסים *Eleemoſynarii*, quibus cura pauperum erat; duo ex illis vocantur שני גבאי צדק *Exactores Eleemoſynae*, vid. (Eleemoſ.) non conſtituunt pauciores quam tres פרנסים, nam cum iudicia pecuniaria tranſigantur a tribus, multo magis haec, quae vitam ſpirant, a tribus fieri debent. *Hieroſ. Peah*. folio 21. 1.

4. Octauus ex hoc decemuiratu fuit התורגמן *interpres*, qui verſiculatim vernacule reddebat quae legebantur e fonte Hebraeo. Ipſum inſtituit Eſras, poſtquam populus in captiuitate Babylonica ita Chaldaeae aſueverat linguae, vt Hebraeam non niſi cum difficultate intelligeret; vid. *Hieroſol. Megillah* fol. 7. 4. de Canonibus huius lectionis vid. Lectiones in L.

5. Nonum et decimum Cl. Ligtfootus exiſtimat fuiſſe *Scholarcham Theologum et eius* interpretem.

§. In Synagoga conuentum eſt die ſecundo et quinto ſeptimanae (de Sabbatho enim nulla eſt quaeſtio) quos dies deinde יומי, הכניסה nominarunt, et ſue-

fuerunt ex inſtitutione Eſrae *Hieroſ. Megillah* fol. 75. 1. *Bab. Bava Kama* fol. 82. 1.

§. Antiquitus aedificabantur ſynagogae in agro *Gemar.* in *Berachoth* fol. 2. 1. R. Aſcher in eundem tractatum fol. 69. 3. ſed ſequentia tempora eas in vrbes inuexerunt.

§. vnusquisque temporibus ad orationes ſtatis frequentare debet ſynagogam; Qui non orat cum congregatione vocatur שכן רע *vicinus malus*. *Maimon* in *Tephillah* cap. 8. Hinc nemo debet ſynagogam praeterire tempore orationum, niſi quid oneris in humeris portet; aut niſi ſint plures in eadem vrbe ſynagogae, nam tunc exiſtimari poteſt eum ad aliam proficiſci etc. Si vero capite geſtet Phylacteria, tum ei praeterire permiſſum eſt, eo quod illa teſtentur eum non immemorem eſſe legis. *Maimon Tephillah* cap. 6. *Berachoth* fol 8. 1.

§. Diebus in quibus conuentum eſt in ſynagoga, Miniſter eccleſiae ſeptem, quos ſibi viſum eſt, ad lectionem euocat. Sacerdotem primo, deinde Leuitam, ſi modo adeſſent, et poſt hos quinque Iſraelitas; ſic Chriſtus ad lectionem vocatus fuit Luc. IV. 16. Aliquando etiam in ſynagoga catechizabant. Gloſſ. in *Bab. Berachoth* fol. 17. 1.

§. In Sabbatho poſt prandium ibant ad פירק מדרש *praelectionem Theologicam* in qua aliquis Doctor auditoribus aliquid traditionale praelegebat et exponebat. Gloſſ. in *Bab. Berachoth.* fol. 17. 1. non quidem clara voce rem efferens, ſed leni ſuſurro Hebraice in aurem interpretis muſſitans, qui deinde id ſonore ſermone vernaculo enuntiabat; ita *Rabb* fuit loco interpretis R. Schillae, cum alius nullus adeſſet. *Gloſſ.* in *Bab. Ioma* fol. 20. 2. Confer. *Matth.* X. 27. De quaeſtionibus propoſitis, cum R. Elieſer filius Aſariae ad principatum fuit promotus vid. *Bava Metzia* fol. 59. 2. *Sota* cap. 5. R. Elieſer filius Hyrcani in Beth Midraſch ſuas quaeſtiones theſium noſtrarum inſtar ſuſpenderat. De quaeſtionibus agitatis; cum R. Gamaliel a praefectura amoueretur,

Digitized by Google

retur, Vid. *Hieroſ.* fol. 7. 4. *Taanith.* fol. 67. 4. *Bab. Berachoth* fol. 27. Dum interpres ſic perorabat, ſedit populus in terra, Gloſſ. ad *Bab. Sanhed.* fol. 7. 2. ad verba, *ne incedat index ſuper capita populi ſancti.* Ad quorum verborum dilucidationem nota, quod ille qui ſerius in ſynagogam veniebat, et claſſes illic ad pedes Doctoris ſedentes circumibat, viſus fuerit quaſi per condiſcipulorum ſuorum capita incedere, quod vituperio fuit, et talis vocabatur פורסט *Megillah* fol. 27. 2. tarde venientem vero vocant פרשע *Berachoth* fol. 43. 2.

§. Synagogae ſexaginta et quadraginta erant Hieroſolymis, quarum vnaquaeque habuit בית ספר למקרא *Domum libri pro ſcriptura*, id eſt, locum vbi legebatur ſcriptura. Et בית תלמוד למשנה: *locum vbi docebantur traditiones.* Vid. *Megillah* fol. 73. 4. R. *Salomoh* in *Eſai.* II, 1.

Alexandrinorum Synagoga Hieroſolymis erat celebris, de illa loquuntur in *Hieroſ. Megillah* fol. 73. 4. *Eleazar Ben Zadock accepit pretio Synagogam Alexandrinorum, atque in ea opera neceſſaria peregit, Alexandrini de ſuo illam exſtruxerant.* Erant autem illi Alexandrini *artifices aerarii* צורפי נחושת et in templi vſum, ſi quid faciendum erat, opera ſua elocabant. Vid. *Iuchaſ.* fol. 26. 2. *Bab. Megillah* fol. 26. 1. *Erachin* fol. 10. 2.

§. Si incolae alicuius ciuitatis vendiderint aliquam plateam, et illa pecunia ſynagogam aedificare poſſunt, ſed non vice verſa. Non vendunt ſynagogam niſi ſub hac conditione, vt ſi velint, illam iterum habere poſſint. Venditur ſynagoga ad quosuis vſus, praeter quatuor; non venditur, vt ſit balneum, aut officina coriarii, nec ad lotionem, aut vt ibi ſit congregatio aquarum. Si vaſtata fuerit ſynagoga, in ea lugere non licet; nec funiculos in ea ſuſpendere, vel explicare retia, vel fructus ſuper tectum eius expandere, nec per eam tranſire compendii cauſſa. Megillah. c. 3. 2. 3.

Clamores horridi Iudaeorum in ſynagogis. *Wagenſeil* Sota. p. 616. Conſidendi vetus ratio in ſynagogis.

gogis. *ibid.* p. 816. et 823. Diſcipulorum in ſynagogis vetus conſidendi ratio *ibid.* ſynanagogae, quantum fieri poteſt, ſplendide ſunt aedificandae. *Maimon.* de Domo Elect. cap. 1. nr. 11. et 19. Quando homines in ſcholis ſynagogisque ſunt congregati, Deus ſtat et illi ſedent. *Tanchum.* fol. 7. col. 1. poſt med. In ſynagogis diſcenda lex eſt. *ibid.* fol. 57. col. 1. ante fin. ſynagogae olim exſtructae fuerunt in altiſſimo vrbis loco. *ibid.* col. 2. poſt init. Achas clauſit omnes ſcholas et ſynagogas, vt nulla amplius eſſet doctrina. *ibid.* fol. 47. col. 3. med. *Rabboth* fol. 143. col. 3. ante fin. An Iudaeis hodie ſynagogae ſint concedendae. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1107. *Edzard.* Avod. Sar. cap. 1. p. 303. et 319. Scholae vocantur vineae. fol. 315. col. 2. ante fin.

Synagoga Magna ſiue conſiſtorium Esdrae conſiſtebat centum et viginti ſenioribus. *Raymund.* Pug fid. p. 10. *Pokok.* Port. Moſ. p. 34. Viri ſynagogae magnae iuxta quorundam ſententiam non extiterunt vno tempore. *Voiſin.* Pug fid. p. 12. med. De viris Synagogae Magnae. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 1314. it. not. ad Mardoch. p. 151.

ראש הכנסת qualis fuerit, et quodnam eius officium. *Barten.* ad Ioma cap. 7. miſchn. 1. De חזן eiusque officio. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 60. not. Sic dicebatur ille, quia ipſi incumbebat, proſpicere de neceſſitatibus eccleſiae. *Iom Tobh* ad Ioma. cap. 7. miſch. 1. De שליח הצבור *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 182. not. De פרנסים Iudaeorum. *ibid.* p. 264. De decem בטלנין in ſynagogis. *Edzard.* Berachoth. p. 212. Synagoga fuit prope atrium in monte templi. *Iom Tobh* ad Ioma cap. 1. miſch. I. In ſynagogis preces fundebant. *Rabboth.* fol. 243. col. 4. poſt init. Hieroſolymis erant 480 ſynagogae, iuxta R. Menachem in Pſikta vid. *Raſchi* ad Eſai. 1. v. 21. *Rabboth.*

both fol. 487. col 3. circ. med. fol. 301. col. 4. fin. Duas ſynagogas conſtituit Deus, quae nunquam deuaſtabuntur. *Tanch.* fol. 3. col. 2. poſt init. *Buxtorfius* conſcripſit *ſynagogam Iudaicam*, refutatam Portugallice a Menaſſe ben Iſrael in Theſouro do Dinim. Multa ex opuſculo Leonis Mutinenſis ſurripuit Buxtorfius. vid. praefamen Leonis opuſculo praemiſſum. p. 2. 3. Campeg. *Vitringa* de ſynagoga vetere libros III. in vulgus emiſit. Ita extat *Laurent. Odbelii* ſynagoga bifrons, ſeu de ſcrutandis collapſae ſynagogae ruderibus.

SYNEDRIVM. Praeceptum de ſynedriis obligabat ſolummodo, quamdiu Iudaei fuerunt in terra ſancta. *Maimon. Sanhed.* cap. 1.

§. Hieroſolymis erant tria ſynedria, primum erat *ſynedrium magnum* סנהדרין הגדולה ſedens in *conclaue Gazith* (v. ſ. l.) et membra habens 71. Secundum erat in porta atrii Iſraelis, alterum vero בפתח הר הבית *in porta atrii gentium;* et hoc et illud ſenatores habebat XXIII. Extra Hieroſolymam in reliquis ciuitatibus etiam conſtituta erant בתי דינין *iudicia* vel Sanhedrim modo 120. incolas locus habuerit, alias ipſis ſuffecit *triumuiratus.* Ratio vero cur ad ſynedrium XXIII. conſtituendum requiratur numerus 120. haec eſt: quia *primo* 23. eſſe debent iudices, *ſecundo* tres ſeries coram iudices ſedentes numero 15. *tertio* decem בטלנין של בית הכנסת *cultu ſynagogae vacantes.* *Quarto* duo ſcribae. *Quinto* duo חזנים *ἄγγελοι τῆς ἐκκλησίας* ſiue *ἐπίσκοποι τῆς ἐκκλησίας.* Duo item qui poſſint aliquam habere litem, duo teſtes, et duo qui teſtes falſi redarguere poſſint, tres qui Eleemoſynas poſſint exigere et erogare. Vnus qui ſit medicus, alius qui artifex, alius qui ſcriba, et vnus qui fungatur officio Ludimagiſtri: qui omnes niſi ex numero 120. exſculpi non poſſunt. *Maimon. Sanhed.* cap. 1.

§. In ſenatum legebantur nobiliſſimi quique arte et doctrina celebres, moribus et legitima aetate praediti. Quod

Quoad *ortum* legebantur ex ſacerdotibus, Leuitis, ישראל המיוחסין הראוין להשיא הכהונה Iſraelitis *quorum nobilitas ipſos aptos reddebat cum ſacerdotibus affinitatem contrahendi. Maimon. Sanbedr.* c. 2. *Doctrinam* quod attinet, debebant eſſe viri דיעה מרובה. *ſcientiae perfectae et multiiugae*, debebant ſcire 70. linguas, *Aritbmeticam*, *Medicinam*, *Aſtronomiam*, *Aſtrologiam*, *Diuinationes et magicas artes*, item *cultus idololatricos* etc. vt de his omnibus accuratum edere poſſent iudicium. *Maimon.* l. c. Quoad *ſtaturam*, *mores et aetatem* ſecundum eundem authorem requirebatur 1. Vt eſſent liberi ab omni vitio corporis, hinc claudi, luſci, monoculi erant incapaces huius ſupremae functionis. 2. Ne eſſent nimis ſenes, ſenes enim ſaepe ſolent repueraſcere, deinde יש בהן אכזריות ad *crudelitatem* magis vergunt quam ad humanitatem. 3. Ne eſſent Eunuchi ob eandem rationem. 4. Sed eſſent Patres liberorum, quia tales iudicabantur magis inclinare ad clementiam. *Maimon. ibid.* Quoad reliquas qualitates iudicum vid. *Exod.* XVIII, 21. *Deut.* I, 13. 16. *Summus ſacerdos* etiam potuit in Synedrium legi אם חורה. ראוי בחכמה *modo ſapientia praeditus eſſet.* Rex vero non potuit membrum ſenatus eſſe, שאסור לחלוק ולמרות את דברו *quia probibitum eſt ipſi in ſententia dicenda contradicere. Maimon.* vbi ſupra. Ceremonia qua hi ſeniores fuerunt electi et confirmati erat סמיכה χειροθεσία quae fiebat carmine citato quod ſonat הרי את סמוך ויש לך רשות לדון אפילו דיני קנסות *ecce manus tibi impoſita eſt, daturque poteſtas tibi iudicia exercendi etiam criminalia.* vid. *Impoſitio manuum* etc. et *Maimon. Sanbed.* cap. 4. Hi iudices promoti iam ante per aliquod tempus fuerunt ſeparati ab aliis hominibus tali modo; *tres ordines Candidatorum* (hoc eſt expectantium, qui erant in ſingulis ordinibus viginti tres) *coram Synedrio ſedebant. Horum quisque ſuum ſeruabat locum. Si quem promoueri neceſſitas exigeret ex primo ordine is capiebatur. Tum primus ſecundi ordinis in primum aſcendebat, ex tertio idem in ſecundum; Denique ex coetu delectus aliquis in tertio ordine*

Digitized by Google

*dine non quidem in locum primi, ſed ſibi conuenientem col-
locabatur. Sanhed.* c. 4. §. 4. *Maimon.* c. 1.

§. In Synedrio tria officia praeter caetera admodum honorifica fuerunt:

Primum erat principis הנשיא qui alias etiam מופלא dicitur propter inſignem eruditionem, qua praeditus eſſe debebat: eius definitio eſt בעל הדרש ומלמד תורה ברבים *ille, qui legis publice interpretandae authoritatem habet.* Quando in conſeſſum ingrediebatur, non ſolum capita aperiebant, ſed et aſſurgebant, ſicuti docet Miſchna *tract. Horaioth* cap. III. *Principe intrante omnis aſſurgit populus, nec iterum occupat loca niſi id dixerit.* Quando princeps e viuis diſceſſerat, nudabant humerum vtrumque, palam in foro non ſpatiabantur, ſed moeſti apud familiares ſedebant, vt refert *Rambam* in *Hal. Ebbel.* ſepultura eius non vulgaris erat, comburebatur enim ſuppellex eius lignis odoratis condimentisque. *Aucda Sara* p. 11. *Quemadmodum cremant propter reges, ita etiam propter Synedrii praeſides: Quid autem comburunt? Lectum et vtenſilia ipſorum. Hiſtoria eſt, Onkeloſum proſelytum propter R. Gamalielem 70. minas Tyrias* combuſſiſſe.

Secundum munus in Synedrio fuit אב בית דין *patris ſenatus*, qui ſedebat ad principis dextram; et eo abſente praeſidebat: definitio eius eſt הגדול שבדיינין והדיינין נפסקין על פיו *iudicum anteceſſor, cuius ore lites deciduntur*, ſubintellige, ſi abſit princeps. Honore etiam magno proſequebantur ipſum, ſed tamen non aequali cum principe, quando enim intrabat ſenatum duabus ſolum ſurgentibus lineis excipiebatur, illis ſcilicet, inter quos progrediebatur; contra princeps ſenatus ab omnibus ſurgentibus ſalutabatur. Item patre ſenatus mortuo non humeros, ſed ſolum ſiniſtra denudabant brachia; inſuper autem academiae vel ſcholae, quae in illa vrbe erant, vacabant, et qui antea meridionalem locum obtinuerat, nunc ad ſeptentrionalia pulpita demigrabat.

Tertium honoris gradum poſſidebat ille, quem [illegible] חכם ἰδοχὴν *ſapientem* vocarunt; ille fuit ordinarie הגדול

שבחכמים *doctorum praeſtantiſſimus*, cum quo de agendis communicabant, vt perito ſenſuum et rationum legis. In ſenatu ad laeuam principis ſedebat: ingrediens vero ita excipiebatur, vt vnus ſurgeret, alter vero ſederet.

Minores Synedrii officiarii erant *ſcribae* et *lictores*. De ſcribis loquitur *Sanhedr.* c. 4. *Synedrium erat* כחצי גורן *inſtar areae dimidiatae orbiculare, vt vnus alterum contueri poſſet. Coram illis a dextra et laeua ſtabant duo ſcribae, qui abſoluentium et condemnantium annotabant ſententias* etc. De illis etiam fit mentio in *Schabbath* fol. 56. 1. Lictores triplici inſigniuntur nomine, שוטר, סרדיוט, מנגרנא. De *Schoterim* ſonat locus *Maimon. Sanhed.* cap. 1. שוטרים ſunt עליהם חובטין במקלות על פי השופטין לכל מי שאינו שומע *lictores, qui bacillis feriunt iuſſu iudicum inobedientes, proficiſcuntur hi per vicos et plateas, et diuerſoria, de ponderibus et menſuris curantes: verberantque praue agentes. Aſt omne ipſorum opus eſt ex praeſcripto iudicum. Quemcunque male agentem vident, ad iudices adducunt* etc. Ex quibus apparet falli *Bertramum Rep. Hebr.* cap. 5. quando vult שטרים vocari illos, *qui peritiores fuerunt et conſultiores rerum indicandarum reliquis ſenioribus.* Et ſi ad hoc euincendum non ſufficit dictum citatum, vid. inſuper *Moſen Cotzaeum* ad Deut. XVI. *Iudices*, inquit, *ſunt ſenatores, qui decidunt cauſſam* et שוטרים הם הרודים את העם אחר מצותם במקל ורצועה *Schoterim ſunt illi, qui regunt populum ex illorum praeſcripto cum baculo et loro.* Vno verbo Schoterim Latinis ſunt *executores*, et Graeci illos vocant *ἐκβιβαστὰς* et *πράκτορας.* De סרדיוט loquuntur in *Bab. Schabbath* fol. 32. 1. Quicunque in plateam egreditur יהא בעיניו כמי לסרדיוט *de ſe reputet ac ſi iam traderetur lictori:* Gloſſ. *facile enim in aliquam incidere poteſt litem.* De מנגרא Gloſſa loquitur in *Bab. Ioma* fol. 15. 1. *quod ſi lictor Synedrii qui flagellat.* Romani lictores ſuum munus circumſtantiis quibusdam oculis hominum magis ingerebant quam Iudaeorum miniſtri: Romani enim erant municipes, con-

ditione

ditione liberi, toga vt reliqui Quirites vtentes, ſicuti ex Cicerone ad Piſonem apparet; *Togulae ad portam lictoribus praeſto fuerunt, quibus illi acceptis ſagula reiecerunt.* At Iudaeos diſcrimen aliquod perſonarum habuiſſe, et conditionem in miniſtris publicis legendis reſpexiſſe, non conſtat. Huic adde, lictorem Romanum in publicum praeceſſiſſe cum inſignibus, maius quid ſimplici מקל *baculo* praeferentibus, illa erant faſces et virgae; et ſi dictator aliquis absque prouocatione creatus erat, iuſſit ipſius Maieſtas et in vrbe faſcibus iungere totidem *tacito terrore ſecures.* De ſimili magnificentia lictorum ſynedrii, quantum ſcio, nobis nihil relatum eſt.

§. De actionibus ſynedrii et earum modis vid. *Iuditia, ſupplicia.* הכחשה. *Cauſſa pecuniariae.* בדיקה.

§. De ſynedriis et conſeſſibus quibusdam praeſtantioribus vid. *Conſeſſus.*

§. Diſcipulus ſapientis eſt ſuſtentandus a conciuibus ſuis. *Bab. Ioma* fol. 72. 2. Sic promotus in profecturam ſynedrii a ſynedrio eſt ſuſtentandus et locupletandus. vid. Gloſſ. in *Bab. Taanith.* fol. 21. Eligebant in praefecturam ſynedrii non tam illum, qui opibus aut dignitate antecelleret, quam qui doctrina ac ſcientia: ita Hillel promotus fuit ad cathedram ſynedrii, quia dubia quaedam de Paſchate ſoluere potuit *Hieroſ. Peſachin* fol. 33. 1. ſaepius etiam ſummus pontifex et ſacerdotes, cum is dignitate praecelleret et iſti numero, acta in ſynedrio prae omnibus aliis promouerunt, et omni neruoſitate proſequuti ſunt, vt patet in actis ſynedrii circa *Chriſtum*, *Paulum* et *Stephanum.*

§. Ex occaſione verborum Ioh. XVIII, 31. quando Iudaei dicunt *Ἡμῖν ἐκ ἔξεςιν ἀποκτεῖναι ἐδένα* etc. diſputari poteſt, qualem ſynedrium tempore Chriſti autoritatem habuerit, nam his verbis fatentur ipſi, ſe capitale iudicium exercere non poſſe, et idem inſuper faciunt in *Hieroſ. Sanhed.* fol. 24. 2. *Traditio quadraginta annis ante vaſtatum templum ablata ſunt iudicia capitalia ab Iſraele:* Quaeritur, quomodo illam poteſtatem amiſerint?

ſerint? Non probabile eſt, Romanos ipſos poteſtate illa priuaſſe, quomodo enim Pilatus ad ipſos dicere potuiſſet: *Accipite eum, et ſecundum legem veſtram iudicate eum.* Serio loquitur, iocari aut iis irrideri non vult. Nos rem ita ſe habuiſſe credimus. 1. Certum eſt, quod ante Chriſti et circa ipſius tempora tam ſtolida fuerit lenitas ſynedrii circa iudicia capitalia, vt nunquam ferme iudicium capitale exercuerit, praecipue ob hanc rationem, quia horrendum videbatur Iſraelitam de ſemine Abrahami interficere. Sic *Baua Metzia* fol. 83. 2. inſurgit *Ioſua ben Korcha in R. Elieſerem, qui ceperat fures*, dicens: *quouſque tu tradis populum Dei noſtri ad occiſionem? relinque ſentes eradicandos domino vineae.* Huic fures erant populus Dei, relinquendi Dei iudicio, noli eos tangere. De tali lenitate quoque ſonat locus in *Maccoth* cap. 1. miſchn. 10. fol. 7. 1. *Synedrium, a quo vel vnus plectitur morte intra ſeptennium, vocatur* חבלנית *deſtructorium. R. Eleaſar dicit, imo a quo vel vnus intra ſeptuaginta annos.*

2. Hac ratione factum eſt, vt non ſolum omnibus vitiis laxata fuerit habena, praecipue cum accederent latrocinia militum, vt a ſynedrio nec de incertis nec certis caedibus inquiſitio fieri potuiſſet, ita enim creverit ſcelerum vis, vt leges ſilere debuerint; *tunc itaque cum multiplicati eſſent homicidae ceſſauit decollatio vaccae rufae. Sota* fol. 47. 1. *Et cum ſub templo ſecundo multiplicati eſſent palam adulteri, diſſoluit et abrogauit ſynedrium probationem adulterae per aquas amaras. Maimon.* in *Sota* cap. 3.

3. Synedrium vero quamdiu ſedit in conclaui *Gazith* in ipſo atrio Iſraelis coram altari, ipſa ſanctitate et maieſtate loci quaſi obligabatur ad rigidam iuſtitiam adminiſtrandam. Senatores itaque vt reatum effugerent, locum ſeſſionis commutarunt a conclaui Gazith בחניות *in tabernas*, quae quidem quoque erant in monte templi, ſed non ita prope apud Maieſtatem diuinam ac in conclaui *Gazith.* Statim itaque ac ſynedrium non amplius ſedit in conclaui Gazith, ceſſarunt

דיני

דיני קנסות *iudicia multtatiua* non ſolum Hieroſolymis, ſed et in tota terra Iſraelitica. Hoc nos docet *Auoda Sara* fol. 8. 2. *Ketubboth* fol. 30. 1. et Gloſſae in vtrumque loc. et haec itaque eſt ratio conſopitae ſynedrii authoritatis. Verba ergo ex Euangeliſta allata ita per paraphraſin ſonant. *Noſti, o Pilate, praedeceſſorum noſtrorum lenitate et hoc ſeculo malorum fertiliſſimo, ita noſtram authoritatem propter intractabilem ſicariorum et latronum nequitiam vacillare, vt a ſanguine et ſupplicio nobis abſtinendum ſit.*

§. An autem ſynedrium in conclaui Gazith nunquam redierit, ita definiri non poteſt: quantum ex Gloſſa in *Ketubboth* fol. 30. 1. patet, dicere poſſumus, ipſum aliquando rediiſſe, ſed nunquam משום דיני נפשות ברציחות *propter capitale iudicium in cauſſa homicidii.* Tandem vero deſtructo templo et rebus conclamatis, iuit ſynedrium Hieroſolyma Iaſnen: Iaſne Vſcham: Vſcha Schepharamam: Schepharama Beth Schaarim: Beth Schaarim Tſipporin: Tſippori Tiberiada. *Bab. Roſch Hoſchana* fol. 31. 1.

Synedrium magnum locum Conſiſtorii Moſis tenebat, et ex tot perſonis conſtabat, quot erant in Conſiſtorio Moſis nim. 71. idque cum primo non eſſet certo loco addictum, in ciuitate demum Hieroſolymitana ſtabile conſtitutum eſt. *Voiſin.* Pug. fid. p. 14. b. Synedrium magnum immediate non ſolebat conſuli, ſed quando aliquod occurrebat dubium, vnusquisque ſuae ciuitatis conſiſtorium prius adibat. *ibid.* p. 15. a. b. De ſede ſynedriorum tam minorum quam maiorum. *ibid.* a. Sublato ſynedrio M. Hieroſolymitano, diſſenſiones inter Iſraelitas creuere, dum quisque pro ſuo lubitu traditiones explicaret, vt litem aliquam decideret, quod ius antea ſynedrio. M. tantum competebat. *ibid.* b. Ad Conſiſtorium M. Hieroſolymitanum pertinebat, non ſolum antiquas traditiones integras inuiolatasque conſeruare, ſed

etiam nouas conſtitutiones edere, quas omnes ſeruare tenebantur. *ibid.* item p. 55. b. Quaenam iudicia a ſynedrio magno fuerint exercita. *Sanhed.* cap. 1. miſch. 5. Synedrium magnum et paruum quot perſonis conſtet. *ibid.* miſchn. 6. Synedrium M. eſt locus, vnde egreditur lex Dei, et debet deciſa ferre circa doctrinam. *ibid.* cap. 11. miſchn. 2. Synedrium maius poteſt reſcindere conſtitutionem ſynedrii inferioris, exceptis 18. in rebus. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 129. Aſſeſſores ſynedrii dicuntur Crethi et Plethi. *Idem* in Berach. p. 22. Quum 1 *Chron.* XVIII, 17. Benaia dicitur fuiſſe על הכרתי והפלתי; Targum vertit ממנא על סנדרי רבו vid. *Matth. Frid. Beckii* Targum. 1. Libr. Chron. p. 195. Sadducaei olim etiam in ſynedrium aſciti. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 33. Quale fuerit collegium illud 70. virorum communiter Sanhedrin dictum. *Iſingii* exercit. in Pentat. p. 150. Synedrium trium perſonarum in quibus cauſſis pronunciare potuerit. *Sanhed.* cap. 1. miſchn. 1. 2. 3. Synedrium XXIII. perſonarum exercebat iudicia capitalia. *ibid.* miſch. 4. Synedria tribuum non niſi autoritate ſynedrii M. inſtituebantur. *ibid.* miſch. 5. De ſynedrio falſam doctrinam pronuntiante. *Horaioth.* cap. 1. tot. it. cap. 2. Quatuor ſuppliciorum capitalium genera commiſſa ſunt ſynedrio. *Tanch.* fol. 8. col. 1. med. Synedrii differentiae. *Wagenſeil.* Sota. p. 15. Synedrii Senatores callebant LXX. linguas. *ibid.* p. 783. Synedrium ratione temporis habito nonnunquam exaſperauit poenas. *Tanch.* fol. 29. col. 2. circ. fin. Illud comparatur cum oculis columbae in Cantico memoratis. *ibid.* fol. 32. col. 4. poſt med. Comparatur cum vmbilico in Cantico Salomonis. *ibid.* fol. 34. col. 2. poſt init. fol. 58. col. 3. init. vbi varia de ſynedrio notatu digna. Comparatur cum cratere. *ibid.* fol. 34. col. 2. poſt init. Synedrium iam exſtitiſſe ante legem in Sinai latam. *ibid.* fol. 65. col.

col. 2. ſub init. De ſynedrio migrante e conclaui Gazith, et quamdiu iudicia exercuerit capitalia. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 61. et 63. et 236. Ioab fuit praeſes ſynedrii tempore Dauidis. *Tanch.* fol. 77. col. 3. med. tot. De ſynedriis Iudaeorum poſt euerſam Hieroſolymam. *Petr. Zorn.* de fiſco Iud. p. 390. Synedrii aſſeſſores periti erant artium magicarum. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 318. Nemo admittebatur ad ſynedrium, niſi prius fuiſſet iudex in vrbe ſua. *Rabboth* fol. 181. col. 4. poſt init. Synedrii dignitas. *ibid.* fol. 256. col. 3. fin. Qualia fuerint ſynedria tempore iudicum. *ibid.* fol. 311. col. 3. ante med. Cum princeps eligeretur Eleaſar filius Aſariae, dealbarunt eo die capillos eius, vt ſenex videretur et principatu dignus. *Barten.* ad Berachoth cap. 1. miſch. 5. De ſynedrio coeleſti. *Edzard.* Berachoth p. 200. ſeq. it. in indice. tit. *Synedrium.* Synedrium non vocatur Elohim, niſi tribus conſtet iudicibus. *ibid.* p. 199. De patre Senatus. *Voiſin.* Pug. fid. p. 13. a. Synedrium conſidebat inſtar areae dimidiatae, et duae ſcribae ſedebant coram. *Tanch.* fol. 21. col. 1. fin. Scribae ſtabant in ſynedrio. *Rabboth* fol. 163. col. 4. circ. fin. fol. 263. col. 1. circ. fin. Synedrium conſidebat inſtar horrei dimidiati. *Sanhed.* cap. 4. miſch. 3. Synedrium obtinet in terra ſancta, et extra terram ſanctam. *Maccoth* cap. 1. miſchn. 10. Senior rebellis mandato ſynedrii ſtrangulatur. *Sanhedr.* cap. 11. miſchn. 1. et 2. R. Akiba et R. Tarphon dicunt: Si nos interfuiſſemus ſynedrio, nemo nequam interfectus fuiſſet. *Maccoth* cap. 1. miſchn. 10. De ſynedrio magno peculiari diſſert. agit *Herm. Witſius* in miſcell. ſacr. *Act. Erudit.* Anno 1692. p. 324. *Iob. Seldenus* de ſynedriis vet. Ebraeor. libros tres conſcripſit ſatis eruditos atque prolixos.

* SYRIA Iudaeis vocatur ea regio, quam ſubegit Dauid. *Barten.* ad cap. 7. miſchn. 7. et l' Empereur ad h. l. De Syria Zoſa. *Eduard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 340. Syrorum panem edere haud licet. *ibid.* cap. 2. p. 125. In Syria non attenditur praeceptum de non ponendo offendiculo caeco. *ibid.* p. 166. Linguam Syriacam non Angeli intelligant. *Wagenſeil.* Sota. p. 688. et 1135. De qua lingua varia *Hottinger.* in Smegm. p. 36. 50. 51. 52. 89. Seleucidarum imperium ad fidem numiſmatum per *Iob. Foy-Vaillant*, *Act. Erudit.* Anno 1682. p. 121. Excerpta V. et N. T. Syriaca Chriſt. Cellarii. *ibid.* Ann. 1682. p. 206. Annus et Epochae Syro-Macedonii per H. Noriſ. *ibid.* Anno 1690. p. 425.

T.

De TABERNACVLORVM feſto vid. apud *Feſtum.*

Tabernaculum Moſaicum ad tempus tantum durare debuit. *Maimon.* de dom. Elect. cap. 1. nr. 1. De variis tabernaculi locis ac mutationibus. *ibid.* nr. 2. De myſteriis tabernaculi Leuitici agit *Herm. Witſius* Miſcell. lib. II. *Act. Erudit.* Anno 1692. p. 31. *Rabboth* fol. 264. col. 1. fin. ſeq. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum. p. 128. Quam inſigniter Deus amauerit Iſraelitas, quod, relictis ſupernis ſedibus, in tabernaculum conceſſerit habitatum. *Tanch.* fol. 31. col. 4. circ. fin. fol. 32. col. 1. circ. med. fol. 35. col. 2. poſt init. fol. 40. col. 2. circ. fin. fol. 58. col. 2. med. Templum et tabernaculum etiam gentibus admodum proficua fuerunt. *ibid.* in pluribus locis mox citatis. it. *Rabboth* fol. 136. col. 3. circ. med. Aulaea tabernaculi de quonam animali, aut vnde fuerint deſumta? *Tanch.* fol. 31. col. 3. poſt med. et fol. 32. col. 1. p. med. Aſſores tabernaculi deſumti ex arboribus, quas plantauit Iacob in Aegypto. *ibid.* Medius vectis, qui tranſibat aſſeres taberna-

bernaculi, deſumtus fuit ex arbore, quam idem in Aegypto plantauit. *ibid.* Cur aſſeres ex ligno Sittim adhibiti fuerint tabernaculo. *ibid.* cir. fin. Quot aſſeres eidem adhibiti fuerint. *ibid.* fol. 35. col. 2. poſt init. Moſes per octo dies impletionum tabernaculum ſolus erexit. *ibid.* fol. 37. col. 4. poſt init. *Rabboth* fol. 203. col. 4. med. Deus omnia vaſa tabernaculi monſtrauit Moſi. *Tanch.* fol. 38. col. 1. poſt med. Arcam foederis ipſe confecit Bezaleel, reliqua tabernaculi vaſa tantum ad praeſcriptionem eius ſunt confecta. *ibid.* col. 3. poſt med. Deus non continetur tabernaculo, ſed etiamſi praeſens eſſet in arca, repleuit tamen coelum et terram. *ibid.* Tabernaculum eiusque vaſa adumbrarunt res coeleſtes. *ibid.* col. 4. tot. Omnia ad tabernaculum pertinentia ordine facta ſunt. *ibid.* fol. 39. col. 1. poſt med. Tabernaculum factum eſt ad modum, quo creatus eſt mundus. *ibid.* col. 2. med. *Rabboth* fol. 204. col. 1. ante fin. Myſtica ratio totius tabernaculi. *Tanch.* fol. 39. col. 2. med. tot. *Rabboth* fol. 177. col. 4. fin. ſeq. Cur tabernaculum dicatur tabernaculum teſtimonii. *Tanch.* fol. 39. col. 2. poſt med. Cum tabernaculum exſtrueretur, omnia facta ſunt pondere et menſura. *ibid.* fol. 40. col. 3. poſt init. Abſoluto tabernaculo Moſes rationes auri et argenti in id impenſi reddidit vniuerſo populo. *ibid.* circ. med. Tabernaculum non niſi per Moſen potuit erigi. *ibid.* fol. 41. col. 1. tot. Quo die Moſi mandatum dederit Deus de exſtruendo tabernaculo. *ibid.* col. 2. poſt init. Tabernaculum, quo temporis ſpatio fuerit confectum. *ibid.* circ. med. *Rabboth* fol. 204. col. 2. poſt init. fol. 205. col. 1. poſt med. Ex quo exſtructum fuit tabernaculum, nullo in loco alio offerre licuit ſacrificia. *Tanch.* fol. 52. col. 2. init. Quamdiu tabernaculum non fuit exſtructum, etiam animalia במבה offerre licuit. *ibid.* circ. fin. Poſtquam erectum fuit tabernaculum, Deus non locutus eſt

cum Moſe, niſi in tabernaculo. *ibid.* fol. 58. col. 2. med. Quomodo caſtra fixerint circa tabernaculum. *ibid.* fol. 59. col. 1. med. tot. Eodem die, quo Deus praecepit, vt tabernaculum fieret in terra, ſuperius etiam exſtructum eſt tabernaculum. *ibid.* fol. 62. col. 2. circ. fin. *Rabboth* fol. 204. col. 1. poſt med. Cum erigeretur tabernaculum, pax facta eſt inter Deum et hominem. *Tanch.* fol. 62. col. 4. circ. med. R. Iacob Iehuda leo edidit tractatum de tabernaculo. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 594. Sic et Ioſeph Rekiti de eadem materia librum conſignauit. *ibid.* part. III. p. 425. Ita etiam Immanuel Chai. *ibid.* part. III. p. 875. Sic Elieſer Rekiti. *ibid.* p. 1186. Tabernaculi forma in Siloh. *Abarb.* in Proph. prior. fol. 32. col. 3. Tabernaculi et templi Salomonaei typus. *ibid.* fol. 227. col. 3. ſeq. De tabernaculo eiusque vaſis et atriis. *Iſagii* exercit. in Pentat. p. 103. et 108. *Rabboth* fol. 177. col. 4. poſt med. et 178. col. 1. et 2. tot. Quomodo tabernaculum diſſoluerint Leuitae. *ibid.* De variis vtenſilibus ad tabernaculum pertinentibus. *ibid.* fol. 181. col. 4. poſt med. fol. 182. col. 1. poſt init. Quare tabernaculum fieri voluerit Deus. *ibid.* fol. 202. col. 4. poſt init. fol. 263. col. 2. fin. Typus tabernaculi quomodo Moſi oſtenſus. *ibid.* fol. 203. col. 3. med. fol. 264. col. 1. circ. fin. De donis principum in tabernaculi vſum allatis. *ibid.* fol. 204. col. 3. init. Quo ordine ſingula vaſa tabernaculi fuerint confecta. *ibid.* fol. 132. col. 4. circ. fin.

TABERNAE חנויות erant in monte templi, et in illis ſedit aliquandiu ſynedrium. *Roſch Haſchana* fol. 31. 1. *Auoda Sara* fol. 8. 2. *Ketubboth* f. 30. 1. §. In monte Oliueto erant duae cedri, ſub vna earum erant quatuor tabernae, vbi vendebantur omnia ad purificationes neceſſaria. *Hieroſ. Taanith* fol. 69. 2. illae tabernae in *Hieroſ. Berachoth* fol. 16. 1. vocantur חנות בני חנן tabernae filiorum חנן *Chanan*, in *Bab. Mezia* fol. 88. 1.

88. 1. vero חניות של בית חינו tabernae τῆ Beth Heno, et ſi recte auguramur Bethaniae, in qua tam frequenter verſatus Chriſtus.

* TACITVRNITAS. Nulla maior eſt virtus taciturnitate. *Tanch.* fol. 11. col. 3. p. med.

* TALIONIS IVS. Deus menſuram reddere ſolet pro menſura. *Taanithum.* fol. 4. col. 3. circ. init. *Rabboth.* fol. 189. col. 2. ante fin. col. 4. poſt init. et 193. col. 1. med. Poenam talionis luunt ſcelerati. *Wagenſeil.* Sota. p. 123. et 127. Talionis poenam Deus obſeruat. *ibid.* p. 52. et 55. et 57.

* TALISMAN. De figuris Taliſmanicis. *Maimon.* ad Avod. Sar. Cap. 4. miſchn. 7. prolixe. it. Cap. 3. miſchn. 1. et 3.

* TAMMVZ. Adonis idem qui Tammutz. *Petr. Zorn* ad fragm. Hecataei p. 167.

* TANAIM. Ita dicti fuerunt illi, qui Legi orali, quam Miſchnam dicunt Iudaei, operam dabant: quibus opponuntur Amoraim ſ. Moraim, qui Commentarios in Miſchnam ſcripſerunt, qui dicitur Gamara. *Voiſin.* Pug. fid. p. 61. ſeq. et *Buxt.* Lex. Talm. *Tannaim* ſiue *Miſchnici* ſeculo III poſt C. N. ineunte in R. Iehuda Sancto finem inuenerunt. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. II. p. 914.

* TEKVPHA. De ſanguine noxio Tekuphae tempore defluente. *ibid.* Part. III. p. 908. De Tekuphis vid. *Rabboth.* fol. 159. col. 1. med. fol. 13. col. 1. poſt. init.

TEMPLVM HIEROSOLYMITANVM.

§. Nomina templi varia ſunt, vocatur בית המקדש *domus ſanctuarii*, היכל *templum*, הבחירה *domus electa*; בית

בית העולמים *domus ſeculorum*, quia ex illo non fuit translata arca, ſicuti ex Gilgal poſt annos 24. ex Siloh poſt 369. ex Nob poſt 13. ex Gibeon poſt annos 50. nominatur inſuper מעון, vt in *Cheritut* cap. 1. v. 7. *Ketubbot* cap. 3. *Toſapht*..

§. Aedificatum fuit templum in monte *Moriah*, de quo vid. *Montes*. Spatium, in quo ſtabat templum, erat חמש מאות אמה על חמש מאות אמה *quingentorum cubitorum ſuper quingentis cubitis*, id eſt perfectum quadratum, quod in ſumma continebat 2000 cubitos. *Middot* c. 2. Murus qui hoc cingebat ſpatium ex pulchris exſtructus erat lapidibus: *Ioſeph* de *bello* lib. 5. c. 14. כותל המזרחי *murus orientalis* vltra 6. cubitos altus non erat, vt ſacerdos comburens vaccam rufam in monte Oliueto, in ſanctuarium ſupra hunc murum introſpicere poſſet, at depreſſio illa muri non erat in omnibus eius partibus, ſed tantum in illis, quae reſpondebat portae orientali. *Middot* c. 1. ſect. 1. et. c. 2.

§. De portis Templi vid. *Portas*.

§. Intra murum montis templi erant porticus, in quibus poterant tempore pluuiae et caloris ambulare. Vid. *Porticus*. De his porticibus fit mentio in *Schabbat* fol. 6. et fol. 13. *Maimon* in *Beth Habech*. c. 5. *Ioſeph* de *bello* lib. 5. c. 14.

§. In vel circa has porticus erant חנויות *tabernae* (V. c. l.) in quibus thus, oleum et ſal vendebantur; et ne hoc nimio fieret pretio, conſtituti erant quidam inſpectores, de quibus *Aruch* in אגורדמין.

§. Structura templi Hieroſolymitani a Salomone aedificati ex ſacra ſcriptura patet, quare nos hic praecipue ea dicemus, quae reſpiciunt templum ab Herode exſtructum. Occaſio, cur Herodes illud opus ſuſceperit, erat, quia ſenatores ſynedrii interfecerat tempore Schammaei et Hillelis, et hoc horribile factum aliquo beneficio expiare voluit. Vid. *Baba Ben Butah*. Tali itaque animi alacritate hoc opus aggreſſus eſt, vt templum fecerit *μείζω τε τὸν περίβολον καὶ πρὸς ὕψος ἀξιοπρεπέστερον*, *largiori et ampliori circuitu, altitudine praeſtantius*,

Digitized by Google

et nouis fundamentis inſtructum. Ioſeph Antiq. lib 15. cap. 14. Anno ante natum Chriſtum nono hoc aedificium fuit ad colophonem perductum; octo annos ad aedificandum inſumſerunt, in quibus, ſi *Iuchaſin* credendum fol. 19. nunquam illo in loco pluuia decidit, ne opera impedirentur. De huius aedificii magnificentia loquuntur in *Succah* cap. 5. in *Gemara. Qui nunquam Hieroſolymam vidit in gloria ſua, nunquam vidit elegantem vrbem; et qui nunquam vidit ſanctuarium, nunquam vidit pulchrum aedificium.*

Huius templi menſura in longitudine habebat 200 cubitos et 100. cubitos in altitudine. *Middot* cap. 4. repraeſentabat formam leonis, anteriora enim magis extendebantur quam poſteriora. *Middot* ibid. *Maimon* in *Beth Habbech.* cap. 4. 5. Murus eius erat exſtructus מאבני שש כחלא *ex lapidibus marmoreis pulcherrimis colorum venis diuerſificatis.* Gemara in *Succah* c. 5. Vid. etiam *Ioſeph Antiq.* lib. 15. c. 14.

Fundamentum האוטם *muri*, quod erat ſtructura oppilata, extra terram prominebat altitudine ſex cubitorum: ſequebatur murus altitudine 40 cubitorum, cuius lapides ita diſpoſiti erant, vt repraeſentuerint אוירתא דימא *vndas maris. Gemara* in *Succah* cap. 5. Deinde erat כיור אמה *trabs inferior contignationis*, obducta auro et figurata pulchris figuris latitudine et altitudine cubiti. (Aruch in כיור.) אמתים בית דילפה *canalis ad pluuiam deriuandam duorum cubitorum.* אמה חקרה *locus conſſationis contignationis vnius cubiti.* אמה מעזיבה *contignatio ipſa vnius cubiti.* In medio deinde ſurgebat העלייה *coenaculum* altitudine quadraginta cubitorum, quod directe erat ſupra Sanctum et Sanctiſſimum. Hoc coenaculum etiam habebat הכיור trabem contignationis et canalem pluuiatilem vnius cubiti altam, vt et המעזיבה *laquear* aut contignationem, מעקה *lorica* vero taenia, quae erat lamina ferrea ad arcendas aues. *vid.* כלה ערב in C. De his conſule *Middot* cap. 4. v. 6.

§. La-

§. Latitudo templi erat 100 cubitorum. *Middot* c. 4. Craſſities muri erat 5 cubitorum. *Maimon.* in *Beth Habech.* c. 4.

§. In medio frontiſpicii templi erat *Porta porticus* פתח האולם altitudine 40 cubitorum, et latitudine 20 *Middot* c. 3. *Maimon.* in *Beth Habech.* cap. 4. refert, nullas ibi fuiſſe ianuas, ſed quemuis per illum in templum introſpicere potuiſſe: addit *Joſeph* de bello lib. 5. cap. 14. *κεχρύσωτο δὲ τὰ μέτωπα πάντα. frontem totam fuiſſe deauratam.* De reliquis portis vid. *Portas.*

§. De atriis et conclauibus templi vid. *Atria* et *conclauia.*

Tranſibimus nunc cogitatione noſtra a parte templi orientali occidentalem verſus.

Primo ingredimur per *portam Suſan* et in ea obſeruamus, figuram *Suſan* metropoleos Perſicae, in ſubiectionis ſignum in illa ſculptam fuiſſe. Gloſſa in *Middot* cap. 2. (V. ſ. l.) Ingreſſi videmus iuxta portam vtrinque Tabernas, ab Auſtro nobis apparent portae *Huldae*, ab occidente porta *Kipponos*, ab Aquilone porta *Tedi.*

His conſideratis in plano Atrii gentium ambulantes pergimus ad portam orientalem Atrii mulierum, quae vocatur *Ὡραία.* In hoc atrio etiam obſeruamus porticus muro contiguas; quales antea videramus in atrio gentium, ſed hae non erant duplicatae ſicuti in atrio exteriori. (*Ioſeph.* de bello lib. 5. cap. 14.) In Auſtro huius atrii obſeruamus portam vnam, vnamque ab aquilone; Ante Porticus poſita erant Gazophylacia (vid. *Gazophylacium.*) Quando reſpicimus ortum brumalem, in eo videmus *Conclaue Naziraeorum*, ſi ortum aeſtiuum, *Conclaue lignorum*, ſi occaſum aeſtiuum, *Conclaue leproſorum*, ſi occaſum brumalem *Conclaue vini atque olei.* Vid. *Atrium mulier.* et *Conclauia.*

Perluſtrato atrio gentium tendimus ad portam orientalem atrii Iſraelis, ad illam aſcendebatur ex atrio mulierum gradibus quindecim. vid. *Portas* et *Ioſeph de bello* lib. 5. cap. 14. Prope angulum orientalem ad latus meri-

Digitized by Google

meridionale huius atrii erat Conclaue *Gazith*; huic proximum fuit ab occidente *Conclaue ſcaturiginis:* Huic contigua erat porta aquarum. Poſt hanc portam vero erat conclaue πρόεδρων, vlterius vero שער קרבן *Porta oblationis et* שער הדלקה *Porta accenſionis.* A latere ſeptentrionali primo occurrebat *Porta et Camera Nitſots*, vbi ſacerdotes et Leuitae excubias egerunt. Proximum ei erat *conclaue lauantium* et *conclaue Happaruac:* et deinde *conclaue Salis.* Vid. *Conclauia.* Per totum hoc atrium in plano pergimus et inde aſcendimus in atrium ſacerdotum gradu vno altitudine cubitali: cui impoſitum pulpitum, in quo cantabat chorus Leuitarum, atque in eo erant etiam tres gradus, ſinguli cubiti dimidii, hoc atrium quoque diuidebatur ab atrio Iſraelis capitibus trabium prominentibus.

Per atrium ſacerdotum ambulantes reperimus altare, (Vid. Altare in A.) et deinde in ſpatio inter Altare et האולם πρόναον *labrum*, (vid. *Labrum* in L.) Hoc ſpatium vero inter Altare et πρόναον erat 22 cubitorum.

πρόναον eſt frontiſpicium templi, de quo iam aliquid diximus. Ad Pronaon ex atrio ſacerdotum aſcendebatur duodecim gradibus, ſingulis dimidii cubiti altitudine; *Middot* cap. 3. de his gradibus ſonat locus in *Middot* loco citato admodum difficilis אמה אמה ורובד שלש אמה ואמה אמה רובד שלש והעליונה אמה אמה רבד ארבעה ad verbum, *retractio cubiti, retractio cubiti, poſtea areola trium cubitorum; iterum retractio cubiti, retractio cubiti, deinde areola trium cubitorum, et ſupremus gradus poſt retractionem cubiti, retractionem cubiti, fuit areola* 4. *cubitorum.* Quae per paraphraſin ita exponimus. Poſt vnum cubitum erat ſpatiolum vel areola latitudine trium cubitorum, et ita poſt omnes, excepto vltimo, qui habebat areolam 4. cubitorum. Erat enim magnificum, vt, poſtquam gradus binos aſcendiſſes, deinde aliquod haberes ſpatiolum, in quo quaſi requieſceres. Vid. *Maimon* cap. 4. *Beth Habech.* verſus finem. Ex his aliqua lux affertur verbis illis,

Digitized by Google

illis, quae in Ioma cap. 4. leguntur. מרס בו על הרובד הרביעי של היכל quae hoc ſonant: *Sacerdotem ſanguinem miſcuiſſe in areola quarta* (graduum) *templi.*

Iam hos gradus aſcendentes ingrediemur האולם *pronaon* cuius longitudo erat 100 cubitorum, altitudo 120 cubitorum, totam itaque reliquarum partium templi altitudinem ſuperabat 20 cubitis. Forſan apud Euangeliſtam Pronaon eſt πτερύγιον ἱερῦ, propter hanc ſummam eminentiam.

Ex Ioſepho iam retulimus Pronaon Ianuas non habuiſſe, *vt ſcilicet coelum apertum repraeſentaret*, totumque Portae frontiſpicium fuiſſe deauratum. De Pronao itaque duo praeterea notamus; *Primum* eſt, a Salomone, in priori templo in eius introitu poſitas fuiſſe duas columnas *Iachin* et *Boas*, de quibus Talmudici parum aut nihil dicunt. Memorant ſolummodo in Pronao ante portam ſanctuarii fuiſſe duas tabulas pro propoſitionis panibus; in marmorea ponebant panes in ingreſſu, et in aurea in egreſſu. In rebus ſanctis enim ibant a minori ad maius. *Beth Habech.* Secundum eſt, Pronaon latius fuiſſe Templo quindecim cubitis ſeptentrione, et quindecim cubitis a meridie, et ſpatium iſtud vtrinque exuberans fuiſſe vocatum בית החליפות *locus cultrorum.* Poſtquam enim ſacerdotes ſacrificia mactauerant, illic recondebant cultros et inſtrumenta ad mactationem inſeruientia. Vid. *Middot* c. 4. v. 7. Reconditoria illa in quibus cultri ponebantur erant numero 24. pro ratione viginti quatuor ſtationum ſacerdotum. Notat etiam *Maimon* in *Kele Mikdaſch* cap. 8. §. 8. in templo adhuc 96 alias capſulas vel *riſcos* intra parietem apparatos fuiſſe, ad recondenda veſtimenta ſacerdotum, quos vocant חלונות feneſtras: et illis capſulis inſcriptiones fuiſſe pictas hunc in modum מכנסים *Caligae*, אבנטים *Cingula*, מצנפות *Infulae.* Vnaquaeque Ephemeria ſacerdotum habebat ſuas capſulas aſſignatas, quas ad ſacrum cultum feria diei Sabbathi accedentes aperiebant clauibus: neceſſaria veſtimenta ſumebant, ex hac femoralia, ex illa cingula etc. et a cultu recedentes iterum claudebant. An vero

Digitized by Google

ro illae capſae quoque in extremitatibus pronai fuerint *Maimon* non notat; certe probabile non eſt, quomodo enim ad tam ſanctum locum, in quo nunc verſamur, absque veſtibus ſacris ſacerdotes ad illa induenda accedere potuiſſent.

Memoria dignum eſt, quod de חלונות capſulis quibusdam in pronao referunt *Middoth* cap. 3. v. 8. et *Kimchi* in *Iarchi* at *Zachar*. 6. Scilicet in illis ad ſatisfaciendum textui *Zach*. VI, 14. quem litteraliter intellexerunt, fuiſſe *ſuſpenſas coronas*, et ſacerdotes iuuenes geſtientes illas videre, repſiſſe per catenas aureas, in veſtibulo pronai ſuſpenſas, vt illas poſſent contemplari.

Venimus nunc ad Portam templi, *τῶ* היכל dicunt ſcriptores Iudaei, ſtrictius *templi* vocem intelligendo pro loco ſanctiore. Porta templi altitudine erat 20 cubitorum, et latitudine 10 cubitorum, *Middoth* cap. 4. 1. habebat quaternas valuas, binas intus, et binas foris, exteriores aperiebantur intra aedem, obtegendo muri craſſitiem quae erat ſex cubitorum; interiores vero aperiebantur intra aedem, obtegendo quod a tergo erat valuarum: quia tota aedes erat obducta auro, praeterquam a tergo valuarum. Supra interiorem templi ianuam erat aurea vitis, quae mire oculos aſpicientium perſtringebat, habebat notante Ioſepho *βότρυας ἀνδρομήκεις vuas proportionem et magnitudinem hominis habentes, de bello* lib. 5. cap. 14. Haec vitis perpetuo augmentabatur, ſi quis enim vuas aut grana vitis voto vouiſſet, ex auro illa conficere curabat, et deinde ſupra hanc ianuam ſuſpendebat. Supra hanc ianuam quoque pendebat aureum candelabrum, quem templo dona dedit *Helena*, *Regina Adiabeni*; *Ioma* cap. 3. *Exterior porta templi* a Judaeis vocatur שער הגדול *Porta magna*: non quod interior non magna quoque eſſet, ſed quia propter frontiſpicium maior videbatur. De hac porta duo praecipue in ſcriptoribus Iudaicis obſeruauimus. 1. eſt ſacrificium iuge mane non fuiſſe mactatum, niſi cum mactator audiret ſtridorem et ſtrepitum aperturae *Ianuae* magnae. *Tamid*. c. 3. Maimon in *Tamid*. cap. 6.

Digitized by Google

2. Ipſos circa ipſius ſtrepitum egregie ὑπερβολίζειν; vid. *Hyperbole* in H.

Intra has duas ianuas erat extenſum velum; vid. *Vela.* in V. et illo ſublato apparebat in longitudine cub. … et XX. in latitudine, in hoc loco praeter aurum ſplendeſcens nihil videbas; reliquum ornatum diſce ex 1 Regum VI. et c. VII. et *Kimchio* in *locos.* Tria praecipue memorabila illic erant, *Candelabrum* totum aureum; *Tabula* in qua panes propoſitionis coram Domino exponebantur, et *Altare ſuffitus:* haec duo erant ſolum deaurata. De his tribus notandum, quod dicit *Joſephus de bello* lib. 5. c. 14. *Fuiſſe in Sancto* τρία θαυμασιώτατα καὶ περιβόητα πᾶσιν ἀνθρώποις ἔργα, λυχνίαν, τράπεζαν, θυμιατήριον, *tria admirabilia opera et maxime apud homines celebrata, Candelabrum, menſam, altare ſuffitus. Septem Lampades Candelabri repraeſentabant ſeptem planetas; et duodecim panes in menſa propoſitionis referebant duodecim ſigna Zodiaci: altare ſuffitus, qui partim ex mari partim e terra adferebatur, denotabat, omnia entia a Deo eſſe et ad ipſum reſpicere.*

Quomodo candelabrum factum fuerit vid. apud *Maimonidem* in *Beth Habech.* cap. 3. de modo lucernas illas purgandi aliquid diximus apud *Cultum templi* in C. Vocantur *candelae Domini* apud 1 Sam. III. 3. Vid. *Kimchium* in 1 Sam. 3. et R. L. B. *Gerſon* ibid. His materialibus lucernis voluit Deus, ſuum populum ad ſpiritualia lumina deducere; ſed inter ſeptem lampades nulla magis myſtica erat quam illa, quae appellatur המערבי *lucerna occidentalis*, quae erat in medio omnium, vergens verſus Sanctum Sanctorum; repraeſantabat enim, inquit *Baal Hatturim* in *Lev.* 24. propter perpetuitatem ſui luminis, *diuinam praeſentiam inter Iſraelitas habitare.*

Candelabrum poſitum erat in latere meridionali *Sancti*; ita tamen vt ramus ſuos in meridiem et ſeptentrionem ſpargeret. In latere ſeptentrionali vero collocata erat menſa *panum propoſitionis*; In Tabernaculo Moſis tabula

tabula illa in longitudine habebat duos cubitos, et in latitudine cubitum cum dimidio, *Exodi* XXV, 23. in templo ſecundo vero in latitudine cubitum habebat; *Maimon* in *Beth Habech*. cap. 3. in Sanſto ſtabat ſecundum ſuam longitudinem Orienten et Occidentem reſpiciens. Cincta erat corona aurea ad repraeſentandam coronam regni. *Baal Hatturim* Exod. 25.

Panes propoſitionis pinſebantur ex 24 *Seah* סאים, figuram habebant quadratam, 10. palmas in longitudine, et 5. in latitudine, craſſi erant 7. digitos: coquebantur in *Beth Mokad*. *Maimon* in *Temidin* cap. 5. Die Sabbathi illos tabulae hunc in modum imponebant. Quatuor ſacerdotes ingrediebantur ad panes propoſitionis, qui per totam ſeptimanam coram Domino poſiti erant, exportandos, et alii quatuor nouos inferebant, dum illi quatuor veteres panes ſumebant, hi 4. nouos apponebant, ita vt tabula absque panibus nunquam relinqueretur. Sex ponebant in vnum cumulum et deinde alios ſex ſeparatim accumulabant, ſex obſeruatis in vtraque ſerie his duabus conditionibus: 1. eſt quod poſuerint immediate ſupra menſam, ita vt vtrinque duarum palmarum latitudine extra menſam prominerent. 2. eſt quod primam placentam poſuerint immediate ſupra menſam, ſed inter reliquas poſuerunt tres baculos ex auro factos vt impediretur mucor. etc.

Conſiderauimus candelabrum cum menſa panum propoſitionis, nunc accedamus ad altare ſuffitus; illud erat בשליש ההיכל in *tertia parte loci ſancti* inquit *Maimon* in *Beth Habech*. c. 3. id eſt, locus ſanctus in longitudine habebat 40 cubitos, poſtquam proceſſiſti per 26. cubitos, reperis menſam cum candelabro; et paulo poſt vltra prope velum erat altare ſuffitus. Illud in altitudiue duos habebat cubitos et latitudine vnum; ipſi quatuor erant anguli, et deinde in labris ſuis cingebatur corona, quam Iudaei dicunt retuliſſe *coronam ſacerdotii*. *Maimon* vbi ſupra. Singulis diebus ſupra hoc altare mane et verſperi offerebatur ſuffitus; in die expiationis vero

ſummus ſacerdos illius cornibus vel angulis illinicbat ſanguinem. Vid. *Cultum Templi*, et *Diem Expiationis*.

Tandem ad Sanctum Sanctorum appropinquamus, quod in templo primo a Sancto diuiſum erat muro, in templo ſecundo vero duobus velis, ſpatio vnius cubiti diſtantibus, quod ſpatium vocant פרקסין *Middoth* cap. 4. ex vocabulo Graeco ταραξις, quod debilitatem viſus ſignificat; cum enim templum ſecundum aedificarent, imperfecte ſolum menſuram muri ſciebant, quare eius loco vela ſubſtituerunt. Vide *Talmud Hieroſ.* in *Middoth*. cap. 5. *Maimon.* in *Beth Habechira* cap. 4. *Conſt. l'Empereur* in *Middoth* p. 164.

Longitudo Sancti Sanctorum erat 20. cubitorum. Parietes duobus Cherubinis erant ornati, quorum alae ſe ab vna extremitate ad aliam extendebant, omnia vero auro ſplendeſcebant; in medio Cherubinorum ipſa arca foederis erat, et prope ipſam vrna cum baculo Aaronis: Arca ſtabat impoſita lapidi, qui tegebat orificium fluxuoſae ſpeluncae, quae a Salomone in hunc finem facta dicitur, vt arca ibi poſſet abſcondi, et reuera ibi poſitam fuiſſe referunt *Maimon* in *Beth Habech*. cap. 4. et *Kimchi* in 2 Chron. XXXV. Quid ſummus ſacerdos, dum ſemel in anno hunc locum ingrederetur, faceret, apud *Expiationis feſtum* in E. diximus. In tabulato Sancti Sanctorum erant quaedam valuulae, per quas immittebant chordis opifices ſi aliquid reparatione egeret, et ne oculos paſcerent in conſiderando Sanctum Sanctorum, ipſos includebant ciſtis, ex quibus ſolum illum locum aſpicere poterant, qui opera ipſorum opus habebat. *Middoth.* c. 4. fol. 37. a. Quae deinde de arca hic dici poſſent, ea recenſuit Cl. *Buxtorfius* in *Diſſert.* Defuit illa in templo ſecundo, de quo proprie hic loquimur, vna cum *Vrim* et *Thummim*, *oleo Vnctionis et Spiritu Sancto*, *Hieroſ. Taanith* fol. 65. 1. non quod nullam plane arcam habuerint, nam confecerunt vnam vt partes cultus templi perficere poſſent, ſicuti etiam duodecim lapides habuerunt in pectorali;

ſed

ſed quod Deus nec ſua שקינה illam cohoneſtaret, nec a Moſe confecta eſſet. De *Cherubinis* vid. in lit. C.

Nunc indiſcriminatim de templo referenda ſunt quae ad manus. Templum primum ſtetit 410 annos, Templum ſecundum vero 420. Vid. *Iubilaea.* Quae in templo aedificando praecipue obſeruari debebant recenſet *Maimon* in *Beth Habech.* c. 1. debebat aedificari ex lapidibus non autem ex lingno; interdiu non noctu in eius aedificatione laborandum; *idem ibid.* Quidam dicunt, templi lapides abſque vllo ferro ſola applicatione vermiculi *Schamir* fuiſſe paratos. Vid. *Sotah* fol. 48. D. *Kimchi* cap. 6. lib. 1. *Regum.* Aedificatum templum bis in anno dealbabant *Beth Habech.* c. 4. Templi reuerentia qualis fuerit? Vid. apud *Cultum templi*, in C. Sanctitatem templi cum variis eius gradibus innuimus apud *Sanctum*, in S. Templum ingrediuntur via dextra et egrediuntur via ſiniſtra. *Middoth* c. 2. §. 2. vid. *Lugentes.*

§. De Templi cuſtodiis vid. *Leuitas*; Portariis ibid.

§. Templi omnia vaſa oleo vnctionis ſanctificata ſunt. *Kele Hamikdaſch* c. 1. circa. med.

§. Aſcenſus ad templum ex vrbe Hieroſolyma nec erat adeo difficilis, quin eo poſſent agi pecora et boues, nec adeo facilis, quin nixum aliquem requireret ab aſcendentibus, hinc puerulus immunis erat a comparitione in tribus feſtis a Deo requiſita, donec prehenſa patris manu cum ipſo aſcendere poſſet. *Chagiga* cap. 1.

§. In templi vaſibus reficiendis vtebantur opera Alexandrinorum, qui *Bab. Megillah* fol. 26. 1. טורסיים vocantur, id eſt artifices aeris. Illi in integrum reſtituerunt Cymbalum aeneum et mortarium, in quo contundebantur aromata, cum fiſſurae in illis eſſent. *Bab. Erachim* fol. 10. 2.

§. De templi officariis vid. *Officarios.* Item אמרכלין in A. de templi Muſicis vid. apud *Muſicam.*

§. In templo erat locus excelſus, quo adſcendit is qui ſpectatum miſſus an aurora adſcenderit, cumque

Digitized by Google

ille videret ſpatium orientis ſplendeſcens dixit ברקאי *vel lucida eſt tota facies orientis vsque ad Hebronem.* Vnoquoque mane id facere iuſſit Leithurgiae praefectus, vt ſcirent, an adeſſet tempus mactandi ſacrificium iuge. • *Ioma* cap. 3. 2. *Tamid.* cap. 3. v. 2. *Maim.* ad. loc. in *Ioma*

§. De cultu quotidiano templi vid. *Sacrificia. Cultum templi* in C.

§. De ſacerdotibus et eorum variis ordinibus vid. *Sacerdotes.* סגן in S. אנשי בירת אב in A.

§. In *Bab.* '*Ioma* fol. 9. quaerunt propter quae peccata templum primum fuerit deuaſtatum? Reſpondetur propter *idololatriam*, *fornicationem et effuſionem ſanguinis.* Quaeritur, propter quaenam ſub ſecundo? reſpondetur: *Odium abſque cauſſa, et ſecretam iniquitatem.* Idem oraculum diuinum ipſis exprobrauerat *Matth.* XXIII. 28. *ἔσωθεν μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας.*

§. Cum templo ſecundo flammae admouerentur, ſacerdotes aſcenderunt in ſummitatem templi, et claues conclauium et camerarum templi, ſurſum, coelum verſus iecerunt, cum his verbis: *O Domine noſter aeterne, quoniam nos digni non ſumus, qui claues has retineamus, tibi traditae ſint.* Et prodiit e coelo quaſi forma manus, atque eas ab illis recepit. Illi autem deſultarunt et ceciderunt in ignem. *Taanith* fol. 25. 1.

§. De plenaria templi ruina ſonat locus *Maimonidis* in *Taanith* cap. 5. *Nono iſto die menſis Ab, qui ob vindictas fatalis fuit, Turnus Rufus, impius e regionibus Edomaeis, aratro templum fodit, et circumiacentia, vt adimpleretur illud, quod dictum eſt: Sion vt ager arabitur.*

§. Inter illos, qui aliquid ad templi vſum contulerunt, aut eximii quid ad maiorem eius gloriam fecerunt, ſequentes ſunt. Laudatur *filius Catin*, quod fecerit 12. labri epiſtomia, et illam Machinam quae impediebat, ne labri aquae noctu pollucrentur. Celebratur Rex *Monobazus*, quod illorum vaſorum anſas, quibus in die expiationis vtuntur, ex auro fecerit. Memoratur *Helena* mater Monobazi, quod fecerit candelabrum au-

reum

Digitized by Google

rəum ſuper oſtium ſanctuarii, et illam tabulam cui ſectio מוֹטָה mulieris declinantis inſcripta eſt. Fit etiam mentio *Nicanoris*, in cuius portis facta ſunt miracula. Vice verſa, ſequentes ignomina notarunt. Familia *Garmo*, quod noluerit alios quaedam docere, quae ſpectabant ad modum conficiendi panes propoſitionis. (ſcil. panes e furno ita extrahendi, vt non frangerentur, quod caeteri artifices ignorabant; Item haec familia ſciebat panem ita coquere, vt non mucidus fieret.) Familia *Beth Abbtines*, quod noluerint docere quaedam quae ſpectabant ad modum conficiendi ſuffimentum. (i. e. ſciebat thymiama quibusdam herbis ita miſcere, vt fumus deinde non confuſe ſed baculi inſtar ſurſum aſcenderet.) Item quod *Hogrus* cantandi, et *Ben Kamzar* ſcribendi peritus, artem ſuam nemini monſtrare voluerint. vid. *Ioma* c. 3. v. 10. 12.

De loco templi, גר יון vocato, vid. גר יון in C.

De templo Hieroſolymitano vid. *Campegii Vitringa* Tempel van Ezechiel mit Kupferſtichen. Franeq. 1702. *Petr. Zorn* ad Hecataeum in *Indice*. *Euſebius Pamphili* ſcripſerat olim librum de nominibus locorum et vrbium in ſacra ſcriptura, cui ſubiunxerat topographiam terrae Iudaeae et diſtinctas tribuum ſortes, ipſius quoque Hieruſalem templique in ea cum breviſſima expoſitione picturam. *Fabricii* Bibl. Graec. Lib. 4. Cap. 2. p. 44. R. Moſes filius Gerſon Chaphetz peculiarem edidit librum de ſtructura templi. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 817. Similem librum edidit R. Nathan Spira. *ibid.* Part. III. p. 855. De Templo Salomonco et Herodiano *Abarban.* in Prophet. prior. in *Indice*. Templi Hieroſolymitani miracula. *Wagenſeil* Sota. p. 426. Iudaeorum templi Iulianus reaedificationem et irritam reſtaurationem fruſtra molitur. *ibid.* p. 235. *Petr. Zorn* de fiſc. Iud. p. 375. Templum repraeſentavit coeleſte templum. *Tanch.* fol. 38. col. 4. poſt init. fol. 39. col. 2. poſt init.

Digitized by Google

Comparatur illud cum lecto Salomonis, et ſylua, et quare? *ibid.* fol. 61. col. 3. circ. med. Quinque defuerunt in templo ſecundo, quae fuerunt in templo primo, nimirum arca ſacra cum operculo propitiatorio et Cherubim, ignis coeleſtis, Maieſtas diuina, Spiritus ſanctus, Vrim et Thummim. *Buxtorf.* Lex. Talm. p. 2397. *Michal Ioph.* Hag. I. ad vocem [illegible]. Tempus, quo inceperit et abſoluerit Salomon aedificationem templi, *Voiſin.* Pug. fid. p. 18. a. Ex quo aedificatum fuit templum, nullo alio in loco templum exſtruere licuit, aut ſacrificia offerre. *Maimon.* de domo Elect. cap. 1. nr. 3. Ex quo deſtructum eſt templum, nullus dies tranſit ſine maledictione. *Tanch.* fol. 10. col. 1. circ. fin. Poſt deuaſtatum templum nihilominus Deo offerri poſſunt ſacrificia, et quomodo hodie explentur peccata. *ibid.* fol. 45. col. 3. med. prolixe et pag. ſeq. tota. De templi monte הר הבירה *Cramerus* ad Cod. Succa p. 310. et 315. De templo Ezechielis nihil certi ex Ezechiele conſtare nobis poteſt. *Maimon.* de domo Elect. cap. 1. nr. 4. Templum Iudaeorum, vti et tabernaculum typice adumbraſſe hoc vniuerſum. *Fabric.* Bibl. graec. lib. 4. cap. 2. p. 44.

Templi introitus fuit verſus orientem. *Petr. Zorn.* in opuſc. ſacr. tom. 2. p. 290. Cum aſcenderetur in montem templi, occurrebat (1) paries reticulatus, per quam tranſiens veniebat (2) in antemurale, ſiue in locum inter atrium et parietem reticulatum ſitum, et ſic pergebat vlterius in alia atria. *Maimon.* de domo Elect. cap. 5. §. 3. ſeqq. De porticibus templi. *Cramerus* ad Cod. Succa in indice. De porta ſpecioſa, aliisque templi portis. *ibid.* De atrio gentium. *ibid.* p. 310. De atrio mulierum. *ibid.* p. 311. et 432. Podii in atrio mulierum deſcriptio. *ibid.* p. 434. Cantorum in templo ſtatio. *ibid.* p. 470 Locus inter altare et pronaon admodum ſanctus. *Rabboth* fol. 183. col. 4. ante med.

Digitized by Google

med. De ara exteriori, et quomodo eam portare fuerint ſoliti, cum caſtra mouerent. *ibid.* fol. 178. col. 2. poſt med. Arae exterioris forma. *ibid*, fol. 181. col. 4. ante med. De loco cultrorum. *Cramerus* ad Cod. Succa p. 518.

Veli intra duas ianuas extenſi mentionem facit *Joſeph.* lib. V. de B. I. c. 2. De memorabilibus in *Sancto. Maimon.* de domo Elect. cap. 1. nr. 6.

Lucernas accendere poterat etiam is, qui non erat ſacerdos. *Maimon*, Biat Hammikd. cap. 9. §. 7. De modo lucernas purgandi et adornandi. *Idem* in Tamid. cap. 3. §. 10. ſeq. Lux illa, quam excitabat Aharon in candelabro ſacro, gratior fuit Deo, quam lux luminarium in coelo. *Tanch.* fol. 32. col. 3. med. Miraculum aliquando accidit circa oleum candelabri ſacri, vt in exiguo olearum prouentu illud tamen abundauerit. *ibid.* fol. 32. col. 3. poſt med. Lucernae non arſerunt eum in finem, quod Deus illis opus habeat. *ibid.* col. 4. init. fol. 33. col. 1. med. fol. 63. col. 3. circ. med. *Rabboth* fol. 215. col. 3. poſt. init. De oleo in candelabri vſum adhibito. *Tanch.* fol. 32. col. 4. fin. fol. 33. col. 1. tot. fol. 63. col. 3. poſt init. Lucernae candelabri repraeſentarunt ſeptem planetas. *ibid.* col. 4. circ. med. Ellychnia candelabri vnde fuerint confecta. *Cramerus* ad Cod. Succa p. 441. Circa confectionem candelabri dubius fuit Moſes, donec Deus oſtenderit ipſi figuram eius in igne, et nihilo ſecius tamen dubius manſit, donec confectum id fuerit ex ſeipſo. *Tanch.* fol. 47. col. 1. circ. fin. fol. 63. col. 3. poſt med. *Rabboth* fol. 215. col. 3. fin. ſeq. fol. 216. col. 1. poſt med. Bezaleel fecit candelabrum. *ibid.* item *Tanch.* fol. 64. col. 1. init. Candelabrum vna cum aliis rebus fuit abſconditum, cum vaſtaretur templum. *ibid.* Candelabrum templi pondere grauius fuit candelabro Moſaico. *Rabboth* fol. 263. col. 4. init. De candelabro ſacro. *Zornius* hiſtor. Hecat. p. 119. ſeq. et

 127.

127. An lucernae vel lampades candelabri perpetuo arſerint. *ibid.* p. 137.

De menſa panum et quomodo eam texerint Leuitae, cum caſtra mouerent. *Rabboth* fol. 178. col. 1. in med. De ſcutellis in panum propoſitionis. *ibid.* poſt med. De omnibus vaſis ad menſam panum pertinentibus. *ibid.* et ſeq. De vaſis altaris aurei, et quomodo illud portare fuerint ſoliti, quando caſtra mouerent. *ibid.* col. 2. poſt med. In altari aureo nil niſi ſuffitus aromaticus adoleri debebat. *Maimon.* de vaſis templi. cap. 2. §. 11. De lapide fundamentali, cui arca fuit impoſita. *Rabboth* fol. 263. col. 4. poſt med.

Sacerdos ſummus nunquam ingrediebatur ſanctum ſanctorum, niſi in die expiationis. *Maimon.* De ingreſſu in templum. cap. 2. §. 1. Sacerdos, qui ingrediebatur ſanctum ſanctorum in reliquis (praeter diem expiationis) diebus, aut ſacerdos ſummus, qui in expiationis die extra miniſterii tempus illud ingrediebatur, reus erat mortis per manus coeli infligendae. *Maimon.* de Biat Hammikd. cap. 2. §. 3. Templum et tabernaculum etiam gentibus admodum proficua fuerunt. *Tanch.* fol. 31. col. 4. circ. fin. fol. 32. col. 1. tot. Quoad templum non fuit conditum, mundus innixus tantum eſt thronis bipedalibus, et poſtea demum fultus. *ibid.* poſt init. Templum num ſitum fuerit in portione tribus Beniamin, an vero Iudae. *Rabboth* fol. 91. col. 2. poſt init. Quomodo ob captiuitatem Iſraelitarum templumque deuaſtatum lugeret Deus, proque iis deprecentur Abraham, Iſaac et Iacob. *ibid.* fol. 289. col. 4. poſt init. tot. et fol. 290 col. 1. et 2. tot. Feneſtrae templi extrorſum fuerunt latae et introrſum anguſtae. *Tanch.* fol. 33. col. 1. circ. med. fol. 63. col. 3. circ. med.

Vaſa templi ex aere, nequaquam ligno, lapide, oſſibus et vitro fieri debebant. *Maimon.* de domo

domo Elect. cap. 1. nr. 14. Vaſa omnia templi ex auro et argento fuerunt: licitum tamen eſt, ea etiam ex aliis metallis facere, quod ſi frangeretur aliquod, tunc liquefiebat, vt conficeretur aliud. *Idem* de vaſis templi. cap. 1. §. 13. etc. De cultris, menſuris, aliisque vaſis in ſpecie. vid. ſub ſuis quaeque titulis. Templi vaſa omnia dupla erant, aut tripla, vt ſi prima polluerentur, eorum loco ſecunda adhiberentur. *Maimon.* l. c. cap. 7. §. 19. Omnia vaſa, quae ſcilicet fecit Moſes, vngebantur; poſtea vero hoc non obtinuit, ſed per miniſterium vaſa ſanctificabantur. *ibid.* cap. 1. §. 12. Quinam templum ingredi non debeant, de his agit *Idem* Biat Hammikd. tot. Templum aut ſanctum ſanctorum ſacerdotes ingredi non debebant, niſi tempore miniſterii. *ibid.* cap. 2. §. 2. Templum quoque egredi tempore miniſterii non debebant. *ibid.* cap. 2. §. 5. Omnes immundi templum ingredi non debebant. *ibid.* cap. 3. §. 1. ſeq. Quomodo is, qui poſt ingreſſum in templum immundus factus eſt, gerere ſeſe debeat. *ibid.* §. 21. ſeq. Sacerdotes vitio laborantes templum ingredi non debebant. *ibid.* cap. 6. §. 1. ſeq. Nemo cum baculo aut cingulo montem templi aſcendere debebat. *Tanch.* fol. 42. col. 1. med. Tempore Ioſuae fil. Chaninae templum reaedificare voluerunt Iudaei. *Rabboth* fol. 58. col. 2. poſt init. Singulo mane antequam aſcenderet aurora veniebat praefectus templi, et pulſabat apud ſacerdotes, qui in domo ardoris erant, quam illi patefaciebant, et tum luſtrabant totum templum etc. *Maimon.* de domo Elect. cap. 8. §. 11. Templum primum ſtetit 410. annos. Talmud. tract. *Ioma* cap. 1. De templo tertio a Rabbinis ficto contra Hagg. II, v. 7. vid. diſſert. M. *Michaelis Boccii.* Witteb. 1677. De eodem diſſert. habuit praeſide Mayero L. D. *Boll hagen,* Gryphiswald. 1707. De templo Oniae in Aegypto. *Zornius* Hiſtor. Hecataei Abderitae. p. 14. not.

TEMPE.

TEMPESTATES curioſe obſeruare Iudaeis erat admodum aſſuetum.

Bab. Ioma fol. 21. 2. *In exitu diei vltimi feſti tabernaculorum omnes obſeruarunt aſcenſum fumi. Si fumus inclinaret ſeptentrionem verſus, pauperes gauiſi ſunt, at ditiores dolore ſunt adfecti, quia pluuiae anni ſequentis multae futurae erant, fructusque corrumpendi. Si auſtrum verſus inclinaret, denotabat pluuias rariores. Si orientem verſus, omnes gauiſi ſunt. Si occaſum verſus, omnes ſunt contriſtati.* Gloſſa: *In feſto Tabernaculorum iudicatum eſt de iis, quod pluuias attinet.*

Hieroſ. Taanith fol. 65. 2. *R. Acha dicit, ſi fuiſſet ſapiens quis in Zippore, cum deſcenderet pluuia prima, ex ipſo pulueris odore praedicere poterat humiditatem anni.*

✱ TENTATIO. Deus non niſi iuſtos tentat. *Rabboth* fol. 28. col. 3. poſt med. fol. 30. col. 4. poſt init. fol. 50. col. 1. poſt init. *Tanch.* fol. 8. col. 4. p. init. Primitus tentati ſunt Iſraelitae per ipſum Deum, poſtea per manus gentium. *ibid.* circ. med. Deus non euehit hominem, niſi antea fuerit tentatus. *ibid.* fol. 64. col. 1. circ. med. *Rabboth* fol. 216. col. 2. poſt init.

✱ TERAPHIM. Quaenam hae fuerint imagines? *Tanchuma* fol. 12. col. 1. med. *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 118. col. 2. et 3.

TERMINVS Sabbathi. De eo vid. *Sabbathum.*

✱ TERRA ab expanſo diſtat 500. annorum itinere. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 258.

✱ TESTAMENTVM quibus verbis debeat eſſe conceptum. *Baba Bathra* cap. 8. miſch. 6. et 7. Qui legat ſeruo omnia bona ſua, quomodo is et egrediatur in libertatem. *Tanch.* fol. 5. col. 4. poſt init. Fideicommiſſum apud Iudaeos. *Wagenſeil.* Sota p. 510.

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIVM. Triplex illud praecipue erat.

I. Erat עדות בטלה. *Teſtimonium inane:* quo audito nihil amplius cum eo eſt actum, ſed amouebatur, vt nihil ad rem faciens.

II. Erat עדות קיימת *Teſtimonium ſtans;* quod ita vocatum fuit, non quaſi in re nullum plane dubium relinqueret, ſed quia non plane reiectum a iudicibus et admiſſum ad examen erat, ſi ſcilicet alii eſſent, qui illius improbationem ſuſcipere vellent.

III. Erat teſtimonium כשדבריהם מכוונים *cum verba duorum teſtium congruerent et eſſent ad idem.* Hoc teſtimonium vocatur *Marci* cap. XIIII, 56. Μαρτυρία ἴση. vid. *Sanhed.* cap. 5. v. 3. 4. et *Maimon.* in *Eduth.*

§. De diuerſis diſquiſitionum circa teſtes ventilationibus. vid. בדיקה in B. et הכחשה in C.

§. De teſtibus ſequentia obſeruanda. 1. Teſtes non niſi praeſente litigante audiuntur, niſi is aeger ſit, aut citatus non compareat. 2. In cauſſis poenalibus debent teſtes proprio ore teſtimonium dare; in pecuniariis vero licet ſcripto teſtimonium exhibere. *Maimon. Hal. Eduth* cap. 3. 3. Vir magnus in rebus vilibus, et in minori iudicio non tenetur teſtimonium dare. Sacerdos ſummus non niſi in regem et coram magno ſynedrio teſtimonium dicit. *Idem* cap. 1. 4. Decem hominum genera teſtimonium dicere non poſſunt; mulier, et qui dubii ſexus eſt: ſerui et ſemiliberi: minor 13. annis: delirus, ſtolidus, fatuus, inſanus, epilepticus, mutus, caecus, ſceleratus, et illi, qui ſunt רועי בהמה דקה *paſtores parui pecoris;* id eſt qui nutriunt capras, et alia, quae ſata carpento corrumpunt. His accenſetur עם הארץ *homo de fece plebis:* et alii contemptibiles; Neceſſarii, et *decimo* illorum non intereſt. *Maimon.* vbi ſupra c. 10. 11. 12.

§. Iam alia promiſcue referemus. Si quis teſtis neget ſibi conſtare, petente actore aut reo iurat. *Schebhuoth* c. 4. 3.

Falſi

Falſi euictio fit ex circumſtantia temporis et loci potiſſimum. *Maimon. Edutb* c. 1. Reiectanei per ſupplicium flagri, et ſolutam mulctam, atque poenitentiam integram reſtituuntur. *ibid.* c. 12. De ſupplicio ipſorum per flagrum plura dicit in c. 18. et additur, quod ſi qui teſtes falſi poenam luerint, miſſis litteris in omnibus ſynedriis ad id, annuntiari debere.

Qui capitis damnati ſunt, a teſtibus interfici debent, et ſi teſtes id non fecerint, ſi reus homicida fuerit, a quibusuis interfici poteſt. *Maimon. Hal. Sanhed.* c. 13.

Vnus teſtis ad teſtimonium reddendum non admittitur, niſi in *Sota*, ne bibat aquas amaras, et in iunice decollanda ne id fiat. *Maimon. Edutb* cap. 5

Teſtibus in cauſſa capitali ita terrorem incutiebant; intro vocatos admonebant, ne quid ex coniectura aut rumore dicerent; Item: *forte ignoratis, nos tandem vos perueſtigaturos per inquiſitionem et indagationem; ne ſitis neſcii, aliter ſe habere iudicia, quae de pecunia quam de capite habentur. Nam in illis pecunia data peccatum expiari poteſt. In his ſi quid deliquetis, ſanguis rei et ſeminum eius ad finem vſque ſeculi tibi imputabitur. Sanhed.* cap. 4. 5.

Teſtimonium qui dicere nequeant. *Wagenſeil.* Sota p. 639. Mulieres et ſerui inepti ad dicendum teſtimonium. *ibid.* Teſti vnico in quibus caſibus fides habeatur. *ibid.* p. 638. De examine teſtium. *Tanch.* fol. 39. col. 3. poſt init. *Sanhedrin* cap. 5. miſchn. 6. Quodnam inter בריקה et חקירה ſit diſcrimen. *ibid.* cap. 5. miſch. 2. Teſtibus oculatis demum credendum. *Rabboth* fol. 130. col. 4. poſt init. Quinam teſtes poſſint reiici. *Sanhed.* cap. 3. miſchn. 1. et 3. ſeq. Varia de teſtibus. *ibid.* cap. 5. miſchn. 3. De poenis falſorum teſtium. *Maccoth* cap. 1. tot. De variis caſibus, quibus teſtes illegitimi reddi poſſunt. *ibid.* miſchn. 8. ſeqq. Teſtes, ſi ſint diſcipuli ſapientum, ſedeant in iudiciis. *Tanch.* fol. 29. col. 2. poſt init. Et iudices et teſtes circumſpecti ſint in iudiciis. *ibid.* col. 3. poſt init.

Digitized by Google

init. De iuramento teſtimoniali. *Schebhuoth* cap. 4. miſchn. 1. ſeqq.

✱ THARA. De Thara num fuerit idololatra? *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 29. Idololatricus ſacerdos fuit, ſed rediit ad frugem, vxorem habuit Chamletán. Eius tempore graue bellum; cum vniuerſa familia egreſſus Choraſana. *Hotting.* Smegm. p. 281. ſeq.

✱ THVS vendere idololatris fuit prohibitum. *Awoda Sara* cap. 1. miſchn. 1.

✱ THERMAE. De thermis Cananaeae. *Petr. Zorn.* ad Hecat. p. 74.

TIBERIAS olim fuit *Rhkath.* H. *Megillah.* fol. 70. 1. *Bab. Megillah* fol. 5. 2. Sita fuit ad mare, quod fuit ipſi loco muri, vt elici poteſt ex loco modo cit.

Olim *Thermae* חמת vocatae diſtabant ab ipſa ſpatio milliaris, *Bab. Megillah* fol. 2. 2. Tandem, חמת *Chamat* et *Tiberias* conſtituerunt ciuitatem vnam. *Hieroſ. Erubbin* fol. 23. 4. Thermae illae aliquando vocantur חמת דגדר *Thermae Gedarae*, propter loci viciniam. *Bab. Megillah* fol. 6. 1. Illas Thermas adierunt R. Ionathan et R. Iuda Hammaſi. *Hieroſ. Kidduſchin* fol. 64. 3. Alia de thermis Tiberiadis reperies in *Hieroſ. Schabbath* fol. 3. 1. *Bab. Sanhed.* 108. *Hieroſ. Schabbath* fol. 6. 1.

§. Prope Tiberiadem quoque erat Hippo סוסית de qua *Roſch Haſchana.* fol. 54. 4. Vt et בית מעון *Hieroſ. Bava Mezia* fol. 11. 2. Tiberias fuit ab Herode aedificata, *Ioſeph. Antiq.* lib. 18. cap. 3. Tredecim ſynagogas habuit, *Bab. Berachoth* fol. 30. 2. inter quas celebratur עיתקתא דסרונגיין *Antiqua Serongiana.*

§. Tiberiade compegit R. Iehuda Hannaſi Miſchnaiot in volumen vnum, *Zemach Dauid.* Sed non circa annum Chriſti 230, vt plurimi exiſtimant, quoniam in eo mentio fit Imperatoris Diocletiani. (vid. ſ. loco.)

Acade-

Digitized by Google

Academia Tiberienſis maior erat Zipporitana. Gloſſa in *Bab. Sanhedr.* fol. 32. 1.

§. De mari Tiberiadis hanc conſtitutionem fecit Ioſua, vt indifferenter omnes Iſraelitae in eo piſcari poſſent, modo in eo non ſtruant ſepes ex cannis aut calamis ad capiendos piſces, quia illae impedimento ſunt nauibus. *Hieroſ. Megillah* fol. 75. 1. *Baua Kama* fol. 82. 1.

תפילין *Thephillin* eſt lorum coriaceum duplex של ראש *capitis*, et של יד *manus*, quod precaturi ſibi alligant, primum circa caput, ſecundum circa brachium ſiniſtrum, in eius medio cellula eſt, cui incluſa membranula continens 4. ſcripturae verſus, ſc. *Exod.* XIII, 2. 5. *Deut.* VI, 4. c. XI, 13. Cellula iſta in oratorio capitis diſtincta eſt in quatuor cellulas alias, quibus ſingulis vna membrana conuoluta includitur; haec cellula arcte conſuitur, ex qua lora vtrinque exeuntia רציעות dicuntur. Haec Tephillah alligatur circa caput ita, vt cellula ſit in media fronte, vbi pili deſinunt, vt ſit quaſi ante oculos. Altera, quae manui applicatur, alligatur brachio ſiniſtro, vbi manui iungitur, quia vicinior eſt ea pars cordi, et ſic preces putant magis è corde proficiſci: Haec in V. T. טוטפות in Nouo φυλακτήρια dicuntur. De his vid. *Maimon.* per totum tract. *Tephillin* praecip. cap. 2. *Buxt. Synag. Iud.* cap. 9. 10. et 13. Ita phylacterium mihi explicare dignatus eſt praeſtantiſſimus *Toignardus*, dum Aureliae commorarer.

De curioſa phylacteriorum ſcriptione plurima habet *Maimon.* in loc. cit. c. 1. 2. neceſſario debebant lingua Aſſyriaca illa exarare, cum alias Biblia etiam lingua graeca, aut vt quidam volunt, quauis alia ſcribere poterant. *Megillah* cap. 1. v. 8.

De phylacteriorum ligamentis litterulis quibusdam ſignatis v. *Toſaphoth* ad *Megillah* fol. 26. 2.

De phylacteriorum recitatione vid. vtrumque *Talmud* in *Berachoth.* c. 1. 2. 3. Regulae generales hae ſunt. 1. τὸ שמע *Schema* legendum eſt mane a ſtantibus, veſperi

vero

Digitized by Google

vero illud legere poſſunt inclinati. 2. Schema veſpertinum legitur ab illa hora, qua ſacerdotes ingrediuntur ad תרומה *trumam* ſuam comedendam, (i. e. ſole occidente.) Cum color caeruleus a praſino poteſt diſtingui (aurora ingruente) legitur matutinum, quod legi poteſt vſque ad horam tertiam. 3. Operarii *Schema* legere poſſunt in cacumine arboris, ſi tempore orationis adhuc circa illud occupantur. 4. A lectione τῦ Schema liber eſt ſponſus prima nocte.

Iudaei iurarunt tactis phylacteriis. *Maimon.* in *Schebhuoth* cap. 11. Apud *Tanch.* fol. 6. 3. ipſe Deus per phylacteria iurans introducitur.

Chriſtus non omnem phylacteriorum ſed hypocriticam et faſtuoſam damnauit geſtationem, nam probabile eſt, Chriſtum ipſum illa geſtaſſe, vt reliqui Iudaeorum pueri, qui ſtatim ac catechiſationis erant capaces in recitatione phylacteriorum erudiebantur. *Baba Berach.* fol. 22. 1. Gloſſa.

Nullus ſacerdos poterat rem diuinam facere, phylacteria manuum geſtare, ſed in phylacteriis capitis poterat. *Maimon.* de vaſ. templ. cap. 10. §. 6. Deus induit phylacteria. *Edzard. Berachoth* p. 209. ſeq. *Wagenſeil.* Sota p. 407. Phylacteria Dei qualia ſint? *ibid.* Lora phylacteriorum qualia eſſe debeant. *ibid.* p. 397. Phylacteria quomodo paranda? *ibid.* p. 409. Quomodo illa induenda. *ibid.* p. 401. Phylacteriorum nodi quomodo nectendi. *ibid.* p. 399. Iudaei ex Thephillin aliquam praerogatiuam ſibi prae reliquis populis arrogare videntur. *Targum* in Cant. VIII, v. 3. Phylacteria induunt manui ſiniſtrae. *Tanch.* fol. 11. col. 2. poſt med. fol. 31. col. 1. poſt med. Lugens non tenetur alligare phylacteria. *Edzard.* Berachoth. p. 170. Mulieres, ſerui, et paruuli a phylacteriis liberi ſunt. *Berach.* cap. 3. miſch. 3. De phylacteriis, Tephillin, Zizith, Tallith, *Wolf.* Bibl. hebr. part. II. p. 1467. Conf. etiam R. *Salom. b. Melech* in Comment.

Digitized by Google

ment. Michl. Ioph. Exod. XIII, v. 16. et *Tanch.* fol. 24. col. 2. med. vbi vox Totaphoth vna explicatur. Phylacteria capitis et manus nusquam in Codice ſacro imperantur. *Edzard.* Berachoth. p. 209. Decretum ab imperatoribus latum de non applicandis phylacteriis. En Iſrael. part. I. p. 60. col. 1. med.

✱ TITVS VESPASIANVS. Hunc Iudaei vocant impium. *Raſch.* Comment. Pſ. XXI, 12. Fabula de eo. *Rabboth* fol. 153. col. 1. poſt init. fol. 154. col. 4. poſt init. tot. fol. 296. col. 3. med. col. 4. tot. fol. 297. col. 1. tot. fol. 298. col. 4. poſt med. fol. 322. col. 1. poſt med. De Veſpaſiano coecum curante. *Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 568. De nummis Veſpaſiani. *Idem* de fiſco Iud. p. 247.

✱ TONSVRA. Iudaei non debent tonſuram admittere a gentili. *Auoda Sara.* cap. 2. miſch. 2.

✱ TORCVLAR conſiſtebat ex lapide, cui imponuntur oliuae, הים dicto, it. ex mola ſuperiori ממל dicta, et ex ſtatuminibus cedrinis, quibus tigna torcularis ſuſtentantur. *Baba Bathra* cap. 4. miſchn. 5. et Bart. ad h. l. Domus torcularis aedificari poterat in petra. *Baba Mezia.* cap. 10. miſch. 4.

✱ TONITRV. Tonitrua ſunt vox Dei. *Tanch.* fol. 12. col. 2. p. init.

✱ TRAIANVS Imperator. De Traiani in Iudaeos crudelitate. *Rabboth* fol. 309. col. 1. poſt med. fol. 337. col. 3. ante fin.

TRADITIONES ſuas Iudaei prae verbo aeſtimarunt diuino, vt patet ex v. 2. Matth. XV. et ſequentibus. *Talmud.* in locis.

Hieroſ. Berachoth fol. 3. 2. חביבים דברי סופרים מדברי תורה *amabilia ſunt verba ſcribarum prae verbis legis,*

Digitized by Google

gis, nam verba legis ſunt grauia et leuia, at verba ſcribarum ſunt omnia leuia.

Qui dixerit, non eſſe phylacteria, transgrediens verba legis, reus non eſt; at qui dixerit, quinque eſſe Totaphoth, addens ad verba ſcribarum, hic reus eſt. Sanhedrin. cap. 10. miſch. 3.

Quomodo verba πρεσβυτέρων grauiora ſint et magis aeſtimanda, quam verba Prophetarum. vid. *Propheta.*

Vid. *Voiſin.* Pug. fid. p. 15. 16. et *Auoda Sara* cap. 2. miſchn. 5. et Interpp. h. l. conf. tit. *Rabbini.* it. *Lex.* Habent Iudaei et alias traditiones, quas a Moſe non acceperunt, ſed quas in eodem honore habere tenentur, quo traditiones reliquas, cum Conſiſtorium ſacrum ſeu Synedrium M. illas inſtituerit. *Voiſin.* Pug. fid. p. 16. a. et p. 26. a. De praeſtantia traditionis oralis, et quale ei impendendum ſit ſtudium. *Tanch.* fol. 3. col. 1. med. prolixe. et fol. 7. col. 3. p. init. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 155. et 331. ſeq. Traditionum lubricitas. *Idem* in Berachoth. p. 151. it. p. 273. it. 279. De traditionum authenticarum per continuam patrum doctorumque Hebraeorum ſucceſſionem propagatione. *Voiſin.* Pug. fid. p. 9. ſeqq. De corruptione, quae irrepſit in traditiones antequam ſcriberentur, *ibid.* p. 24. ſeq. De corruptione, quae irrepſit in easdem poſt illarum conſcriptionem. *ibid.* p. 65. De traditionum Karaiticarum ſucceſſione et propagatione. *Wolf.* not. ad Mardoch. p. 110. ſeq. et 127. Quid de traditionibus habendum. *Cleric.* Epiſt. crit. epiſt. 4. p. 145.

TRIBVS DECEM ſecundum *Gemariſtas* in *Sanhedr.* cap. 10. miſchn. 3. fol. 110. 2. nunquam conuertentur. *Decem tribus nunquam redibunt, ſicuti dicitur; Et proiecit eos in terram alienam, ſicuti eſt hodie,* Deut. XXIX, 28. *Sicuti hic dies abit et non redibit, ſic etiam illi abierunt et non redibunt.*

Tribus non niſi a Synedrio 71. Iudicum poteſt iudicari. *Sanhed.* cap. 1. miſch. 5. Omnia 12. tribuum nomina reſpiciunt redemtionem Iſraelitarum. *Tanch.* fol. 19. col. 1. init. Tribus duodecim quo ordine inceſſerint in itinere, et caſtra metatae fuerint. *ibid.* fol. 59. col. 1. med. Quibus in locis 12. tribus ſint diſperſae. *Rabboth* fol. 66. col. 4. poſt init. De decem tribubus, et num illae adhuc ſint ſuperſtites. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 125. not. it. p. 140. part. II. p. 1091. ſeq. it. not. ad Mardoch. p. 94. *Iacob Caluert* libellum edidit Londini 1672. *Naphtali* dictum, in quo primum dubium eſt fuſius diſquiſitum. De reditu decem tribuum. Tribus ſunt trabes mundi. *Tanch.* fol. 19. col. [illegible] poſt init. Nomina tribuum non eodem modo vbique recenſentur, ſed mox haec, mox altera tribus praemittitur, et quare. *Tanch.* fol. 19. col. 2. p. init. Tribuum nomina quomodo pectorali inſculpta fuerint. *Wagenſeil.* Sota. p. 766. Quomodo in Ephod fuerint deſcripta. *ibid.* p. 759. et 767. Nulla tribus praeſtantior eſt tribu Iudae, nec vlla vilior tribu Dan. *Tanch.* fol. 35. col. 3. med. Tribus Iuda vbique princeps fuit. *ibid.* fol. 59. col. 2. poſt med. Praeſtantia tribus Leuiticae. *ibid.* fol. 59. col. 3. circ. init. Diſtinctio tribuum Iudaicarum hodie periit. *Wolf.* Bibl. hebr. part. II. p. 1101.

✱ TRINITAS. Trinitatis myſterium latet in voce Elohim. *Edzard.* Berachoth. p. 198. ſeq. Maraccius in Prodromo Alcorani part. III. c. 9. et 10. ex Rabbinis antiquis, et ipſis Mahumedanis profert, quae ad S. Trinitatis probabilitatem aliquid conferre putantur. *Act. Erudit.* Anno 1692. p. 376.

✱ TRITVRATIO. De trituratione veterum. *Petr. Zorn.* de fiſco Iud. p. 4. not. De inſtrumento triturationis, *Matth. Frid. Beckius* in Targum Chronic. p. 210.

תרומה

Digitized by Google

תרומה *Truma* eſt oblatio elaboratarum frugum: Trumot ſunt multiplices, prima eſt תרומה גדולה *Truma* magna, quae eſt pars pro ſacerdote ſeparata ex ſedecim fructuum ad vſum hominis iam praeparatorum generibus. Alia eſt תרומה יי *oblatio Iehouae*, quae eſt decima, quam Leuitae ex מעשר ראשון *Decima prima* ſacerdoti dabant; Fuit deinde et תרומת מעשר qua quisque quantum allubebat decimabat. Haec omnia diducit *Maimon.* in *Hal. Trumoth.* vid. etiam *Decimas.*

Quot Trumoth quotannis offerre debuerint Iſraelitae, *Tanch.* fol. 34. col. 1. circ. fin. A quo tempore ſacerdotes edere potuerint Trumam. *Bart.* ad *Berachoth* cap. 1. miſch. 1. De Truma a ſacerdote vendita. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 170. et 181. Truma quibus veſci liceat. *Wagenſeil.* Sota. p. 10. Reſiduum Trumae quosnam in vſus fuerit adhibitum. *Tanch.* fol. 31. col. 2. poſt init. Binas Trumas poſtulauit ſibi Deus, vnam pro tabernaculo, alteram pro ſacerdotibus. *ibid.* poſt init. Quinque hominum genera libera ſunt a Truma. *ibid.* circ. fin.

TVRNVS RVFVS ſaepius apud Talmudicos memoratur, vt in *Taanith* cap. 4. v. 6. et apud *Maimon.* in *Taanith* cap. 5. *Nono die menſis Ab Turnus Rufus, impius e regionibus Edomaeis, aratro templum fodit.* Item in *Sanhedr.* folio 65. 2. Gloſſ. *Diſputauit Akiba cum Turno Rufo* etc. Probabile eſt hunc Turnum Rufum fuiſſe Τερέντιον Ῥῦφον apud *Ioſeph.* de bello lib. 7. cap. 7. quem Titus reliquit exercitus praefectum: hoc magis volumus quam illum fuiſſe aut *Annium Rufum*, quo Iudaeae praefecto obiit Auguſtus, *Ioſeph.* Antiq. lib. 18. c. 3. aut *Turanium Rufum* annonae praefectum; apud Tacitum lib. 1. ab init.

De Turno Rufo. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 1. p. 338. *Rabboth* fol. 319. col. 3. poſt med. *Wolf.* Bibl. hebr. part. IIII. p. 402. p. 411. p. 417.

✱ TYRVS. An Tyrus Roma, an Venetiarum vrbs. *Abarb.* in Prophet. prior. fol. 144. col. 2. Bibliſche Chronologie der Stadt Tyrus. Witt. A. u. N. Ann. 1703. p. 831.

V.

VACCAE RVFAE exuſtio.

Lex vaccam rufam comburendi et cineribus eius illos, qui ob mortuum impuri facti erant, aſpergendi, traditur *Num.* XIX. huiusce aſperſionis ſignificationem docet Apoſtolus ad Hebr. IX, 13.

Ceremoniae in hac vſtione adhibitae admodum magnae et curioſae fuerunt; magnis cautionibus eligi debebat vacca in hunc finem adhibita, vt videtur ex duobus primis capitibus tractatus *Parah.* Etiam diſputatur, an ab vnoquoque ſacerdote indiſcriminatim comburi potuerit, an vero neceſſario hoc opus a ſummo ſacerdote fieri debuerit. vid. *Iuchaſin* fol. 13. *Rabbi Salomo* in *Numer.* XIX.

Qualiscunque autem fuerit, qui vaccam comburebat, ſeptem diebus, antequam illud fiebat, ſeparabatur in conclaue Templi, quod erat in atrio Iſraelis, et vocabatur בירת האבן *domus lapidum:* id eſt *domus vaſium lapideorum;* illuc ſegregabatur in hunc finem, ne aliquo ſepulchro aut cadauere pollueretur, quae conditio in hoc actu quam maxime requirebatur. *Maſſechet Parah* cap. 3.

Vacca rufa debebat comburi extra montem templi, et proinde, vt locum aliquem haberent, qui a ſepulchris eſſet immunis, elegerunt collem fornicibus ſuffultum in monte Oliueti, qui ſitus erat e regione portae templi orientalis; Eo die, quo vacca cumburi debebat, ſacerdos cum illis, qui ipſum comitabantur, per portam orientalem trans vallem Kedron ibat; ſed non ordinaria via, aedificabant enim ſingulis vicibus ac vacca comburi debebat ſuppedaneum arcubus ſuffultum, ita, vt duobus arcubus vnus ſuppoſitus eſſet; pecunia, qua hic fiebat ſumptus, deſumebatur ex conclaui לשכה Γαζοφυλάκια. Haec omnia fiebant מפני קבר התהום propter ſepulchra occulta, ne illis ſacerdos impurus

purus redderetur, ſi forſan illa tangeret. vid. *Middoth* cap. 1. *Maimon.* in *Parab* cap. 3. *Schekalim* cap. 4.

Seniores populi per hoc ſuppedaneum ſacerdotem et comites eius praecedebant, et cum in locum exuſtionis perueniſſet ſacerdos, ipſi imponebant manus, vtque ſe ad lauandum accingeret monebant; quod etiam loco ad id deſtinato faciebat. Poſtea parabatur ſtrues ligni, in qua vacca comburi debebat. Vacca ligatis cruribus imponebatur, facie occidentem verſus diſpoſita; ſacerdos vero ſtans in oriente vultu occidenti obverſo, ipſam mactabat manu dextra, et ſanguinem excipiebat manu ſiniſtra.

Iubet lex *Numer.* XIX, 4. *vt ſacerdos de ſanguine vaccae ſepties aſpergat verſus anteriorem partem tentorii conventus*, ad implendum itaque hoc mandatum ſacerdos de ſanguine vaccae iugulatae ſepties ſpargebat recta erga portam *Suſan* conuerſus, et ſuper ipſam in ipſum ſanctuarii porticum inſpiciens: in quem finem quoque porta illa facta erat aliis depreſſior. vid. *Templum.*

Sparſo ſanguine ſtruem ligni incendebat, illique ſimul imponebat *lignum cedrinum*, *hyſſopum*, *et lanam coccineam:* adſtantes vero antequam ea igni iniiceret de vnoquoque ter interrogabat, an non hoc tale vel tale eſſet, v. g. *an non hoc eſt lignum cedrinum?* Et illi etiam ter reſponderunt, *Ita.*

Poſtquam ignis omnia conſumſit, colligebant cineres, ipſasque cribrabant, vnam ex illis partem relinquebant in monte olineto ad aſperſionem populi; alteram tradebant 24. ſtationibus ſacerdotum ad ſacerdotum aſperſionem; tertiam vero reponebant in חיל *antemurale templi*, in exuſtionis memoriam. A lege data vſque ad templi deuaſtationem nouem ſolum combuſtae fuerunt vaccae; vna exuſta fuit tempore *Moſis*, alia ab *Eſra;* duas combuſſit *Simeon Iuſtus*, et duas *Iohannes* Pater Mathiae; vna ab *Elionai* filio Hakkoph; vna ab *Hanamel Hammizri*, et vna ab *Iſmaele* filio Fabi. Decima comburetur in diebus Meſſiae. vid. *Iuchaſin* fol. 16. et *tractat. ſupra cit.*

Digitized by Google

Requirunt Iudaei ad legitimam parificationem faciendam, vt illa fiat a perſona, quae nunquam immunda ob tactum mortui facta erat: de qua vid. *Atrium magnum* in A.

De vacca rufa vid. *Edzard.* Avod. Sara cap. 2. in indice. *Rabboth.* fol. 224. col. 2. init. *Petr. Zorn.* Opuſc. Sacr. tom. 2. p. 295. De luſtratione Hebraeorum *Daſſouius* diſſertationem edidit Wittenberg. 1699. De ſparſione ſanguinis vaccae rufae, Zorn. l. c. p. 303.

✱ VADIMONIVM. Iudaei pro ſe inuicem vadimonium in monte Sinai praeſtiterunt, *Wagenſeil.* Sota. p. 803.

✱ VALLIS. De vallibus Cananaeae fertiliſſimis. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum, p. 62.

✱ VASA. Vitrea vaſa immunda 80 ante excidium templi annis pronuntiata. *Edzard.* Avod. Sar. cap. 1. p. 61. et 235. De collocatione et ordine vaſorum ſacrorum, quando caſtra ponebantur, *Rabboth.* fol. 178. col. 3. poſt med. De collectione vaſorum ſacrorum, quando caſtra Iſraelitarum mouebantur. *ibid.* fol. 177. col. 4. poſt med. fol. 178. col. 1. et. 2. tot. ſequ.

✱ VBERA. Finem illorum exponit R. Salom. *Iarchi* in Comment. ad Pſ. XXII, 10. quando dicit: praeparaſti homini vbera, vt vtatur illis ad ſuſtentationem vitae.

VELA, καταπετάσματα in templo in vniuerſum erant tredecim, nempe ſeptem ante 7 portas *Atrii Iſraelis*, vnum in porta *Porticus*, vnum ante portam *Sancti*, et duo inter ſanctum et ſanctiſſimum. *Maimon.* in *Kele Hamikdaſch* cap. 7. §. 17. Duo illa erant loco vnius, qui in veteri tabernaculo; ſpatium inter haec duo voca-

tur

Digitized by Google

tur ταράξις, vid. *Templum*. Haec duo vela ſingulis annis renouabantur, ita vt quae per hoc annum ſuſpenſa fuerant, deinde tollerentur. Contexta erant ex quatuor coloribus, *caeruleo*, *purpureo*, *coccineo*, et filo *albo;* vnumquodque filum שׁשׁה שׁשׁה כפלין *erat ſexies duplicatum:* et 72. pili intertexti erant vnicuique filo. *Maimon* vbi ſupra. Euangeliſtae dicunt in *ſingulari*, hoc velum diſruptum fuiſſe, idem etiam inſit *Ioſephus* de *bello* lib. 5. cap. 14. quando *ſanctiſſimum velo diuiſum fuiſſe* dicit; non quaſi vnum ſolum fuerit velum, aut quaſi vnum ſolum diſruptum fuerit; ſed ſimpliciter indicant parietem intergerinum, repagulum iſtud intermedium fuiſſe dilaceratum, ad reliqua particularia non attendentes.

Inter officiarios templi vnus erat, qui curam gerere debuit velorum, vt noua, ſi neceſſe, ſuppeditarentur, et quaeuis legitimo loco ſuſpenderentur. Si accidiſſet, vt velum aliquod impurum factum fuiſſet, ipſum ſoluabant, lauabant, et totum iterum in חיל *antemurali* ſuſpendebant, ad exſiccandum. Quando nouum aliquod confectum erat velum, in podio vel xiſto atrii mulierum alligabatur et ſuſpendebatur, vt populus ipſum contemplari poſſet, et ſimul videre, an legitimo modo factum eſſet. *Schekalim* c. 5. *Maimon* vbi *ſupra*.

Veli ſanctiſſimo appanſi deſcriptio, et quomodo illud tempore illo, quo tabernaculum adhuc ſtetit, et arca loca ſaepius fuit mota, a ſacerdotibus fuerit portatum. *Tanch.* fol. 38. col. 4. poſt med. *Rabboth.* fol. 177. col. 4. poſt med. fol. 132. col. 4. ante fin., De lauatione veli, *Schekalim* cap. VIII. miſchn. IV. De longitudine et craſſitudine eius *ibid.* §. V.

VENAM qui ſecat, non comedet piſces, lac, caſeum. *Nedarim* fol. 54 2. Qui ſomniat ſibi ſecari venam, peccata eius remittuntur. *Berachoth* fol. 57. 1. et p. 60. 1. R. Acha ad venam ſecandam ingreſſus, di-

Digitized by Google

cebat, *ſit voluntas tua Domine, Deus mi, ut negotium hoc mihi cedat ad ſanitatem.*

Venae ſectio quibus et quando adhibenda. *Wagenſeil* Sota. p. 545. item *En Iſrael.* Part. 1. p. 59. col. 2. ant. fin.

✱ VENTUS. Venti quatuor quouis die ſpirant. *Wagenſeil* Sota. p. 107. Tres praecipue turbines memorantur in ſcriptura, *Rabboth.* fol. 147. col. 4. poſt med. fol. 312. col. 1. poſt init. Ventos compeſcit Deus. *ibid.* fol. 23. col. 3. poſt init. fol. 312. col. 1. poſt init. Venti apud Paganos pro diis habiti. *Petr. Zorn.* opuſc. Sacr. Tom. 2. p. 127. Ventus קדים in ſacris quis? *ibid.* p. 131.

VENERI dicatum erat Balneum Aconenſe ſiue Ptolemaidis, et in ea lauit aliquando Rabban Gamaliel, praeſente Proculo, filio Philoſophi: de ipſorum diſputatione vid. *Avod. Sar.* cap. 3. verſ. 4.

VESTES. De veſtitu Iudaeorum vid. Cl. *Buxtorf.* in *Synag.* Quicunque induet veſtes ſuas abſque benedictione, is induetur vermibus, qui moleſtiores ſunt quam acus in carne viua. *Orchot Chaiim.* Quicunque contemnit veſtes אינו נהנה מהם לסוף *tandem nullam illarum vſum habebit.* Hinc etiam Dauid tandem non calefiebat, quamuis ipſis imponerentur veſtes, dilacerauerit pallium Saulis. vid. *Rabbi Salomoh* ad 1. Reg. V. 1. et *Ialkut* in lib. Reg.

Lugens non debebat lauare ſua veſtimenta, aut ſe induere veſtibus dealbatis; *Colbo* cap. 114. *Maimon Halac.* אבל cap. 5. non autem ſolum laetitiam denotabant veſtimenta alba, ſed etiam innocentiam: hinc locus in *Middoth* cap. 5. v. 3. *In conclaui Gazith etiam ſedebat ſynedrium, quando diiudicabat ſacerdotes; ſacerdos, in quo inuentum erat aliquod vitium, induebat ſibi veſtimenta* שחורים *nigra, ac atris inuolutus egrediebatur; cui vero*

non

non inerat vitium, induebat ſibi veſtimenta לבנים *alba, et albis inuolutus ingrediebatur.*

Iſraelitae in deſerto veſtiti fuerunt ex eo, quo Angeli miniſteriales veſtiuerunt eos, ex purpura ſcil. Si quaeris, an non parui facti ſint maiores? Reſpondetur, abi et diſce a teſtudine, cum qua ſimul creſcit concha vel teſta eius. Nubesque gloriae illas veſtes commaculatas purificabat; vid. *Ialkut* Pſalm. XXIII. 98. col. 2. *Midraſch Tillim Pſalm.* XXIII. *Rabboth.* fol. 244. col. 3. ante med.

De veſtimentis ſacerdotum vid. *Sacerdotes.*

De veſtium dilaceratione in blaſphemiis et luctu vid. *Blaſphemiam* in B. et *Laceratio* in L.

Veſtis interior Iudaeis vocatur חלוק quod reſpondet Graeco ἱματίῳ, exterior vero nominatur טלית, illi intextae erant fimbriae memoratiuae, de quibus mentio fit *Numer.* XV, 38. Graece dicitur χιτὼν, et de tali pallio loquitur Chriſtus *Matth.* V, 40. Loca, in quibus de Tallit mentio fit, ſunt *Bab. Schabbath* fol. 23. 2. *Bab. Bava Mezia* fol. 78. 2. *Nedarim* fol. 33. 1.

De muliebribus ornamentis et veſtimentis vid. *Mulieres*

Heterogeneas veſtes induere haud licet, ſed licet tamen eas ſubſternere. *Tanch.* fol. 37. col. 4. poſt med. Rabbinorum veſtes cur cito alterantur. *Edzard.* Avod. Sar. Cap. 2. p. 326. Plebeiorum veſtes magis immundae ſunt, quam plebei ipſi. *ibid.* p. 532. et 534. Veſtes melotinae Iudaeis pretioſae habitae. *En Iſrael* Part. 1. p. 40. col. 1. poſt init. col 2. ante med. Veſtes alteri ſubſternere eſt ſignum honoris et ſubmiſſionis. *Cramerus* ad Cod. Succa. p. 334. Quilibet duas habere debet veſtes, alteras Sabbaticas, alteras quotidianas. *Rabboth* fol. 283. col. 3. fin. ſeq. Hiſtorica Diſquiſitio de re veſtiaria hominis ſacri prodiit 1704. cuius autor fertur Praeſul *Boileau.* Wittenb. A. und N. 1705. p. 69.

* VESTI-

✱ VESTIBVLVM quid ſit? *Wagenſeil. Sota.* p. 862.

✱ VEXILLVM. Quantus ſit Dei amor, quod vnicuique tribui ſuum dederit vexillum. *Tanch.* fol. 58. col. 4. med. *Rabboth.* fol. 171. col. 4. poſt init. tot. De vexillis Iſraelitarum, et quo ordine in itinere inceſſerint. *Tanch.* fol. 59. col. 1. poſt init tot. *Rabboth,* fol. 172. col. 1. ante fin. Quare Deus vexilla dederit Iſraelitis. *Tanch.* fol. 59, col. 2. circ. med. tot. Qualia fuerint ſingularum tribuum vexilla. *Rabboth.* fol. 172. col. 1. med. tot. Confer. G. G. *Dieterici* duodenium ſacrum de Vrim et Thummim. Cap. 4. §. 8. p. 56. Arnold. *Bootii* Animaduerſ. Sacr. ad Vet. Teſt. Londini 1644. in *indice.*

VIA per tectum (ad quam alluditur ab Euangeliſta *Marc.* XI. 4. quando inquit,. Ἀπεστέγασαν τὴν στέγην etc.) a Talmudicis vocatur דרך גגין.

Bab. Moed Katon fol. 25. 1. *Cum mortuus eſſet Rabb. Hona, feretrum eius per oſtium efferri non potuit* סברי שלשולי דרך גגין *viſum eſt ipſis, illud per tectum extrahere.* etc.

Bava Metzia fol. 88. 1. *Cum introitus in atriam eſt per portam* לאפוקי דרך גגות *Ad excipiendum viam per tectum.* Illius locutionis exemplum habes etiam in fol. 117. 1. eiusd. tract.

Menſurae viarum traduntur in *Baua Bathra* fol. 100. *Via priuata* (דרך היחיד) eſt lata quatuor cubitorum; via ab vrbe in vrbem latitudinem habet octo cubitorum. דרך הרבים *Via publica* (illa ſcil. per quam non ſolum vna vel altera vrbs tranſiuit, ſed quae erat communis omnibus.) lata eſt ſedecim cubitorum. Via ad ciuitates refugii eſt lata triginta duorum cubitorum. דרך המלך *Via Regis* non habet menſuram; nam rex, quando cum exercitu egreditur, poteſt ſepes perfringere, et viam ſibi ſtruere, vbi voluerit. Via ad ſepulchrum etiam non habet menſuram, ob honorem mortui:

Digitized by Google

tui: ſcilicet ne comitantes feretrum ob anguſtiam viae ſegregarentur.

De via publica et priuata in agris et ſementibus vid. etiam *Maimon* in *Peah.* cap. 2. 1.

✱ VICINVS. Bonum eſt propter vicinum bonum, et malum propter vicinum malum. *Tanchum* fol. 59. col. 1. med. fol. 67. col. 3. poſt med.

VIDVAE *non adhibentur toſta*, dicitur in *Ketubbot* fol. 17. 2. id eſt, ſecundum *Aruch*, ſolebant coquere triticum et fabas, iniectis vuis paſſis, et ſorbebant illud; Hoc in nuptiis faciebant virgini ſponſae, ſed viduae non faciebant. Hinc etiam cognoſci poterat, an ſponſa virgo eſſet vel vidua.

De viduarum domiciliis vid. *Dalmanuba* in D.

Num ſoli Pontifici apud Iudaeos prohibitum fuerit viduam ducere. *Wagenſeil.* Sota. p. 555. Viduas amat Deus. *Rabboth.* fol. 119. col. 1. circ. fin. Vidua non debet alere canem. *Edzard.* Avoda Sar. Cap. 2. p. 4. Plura de viduis vid. *ibid.* in *indice.*

✱ VIGILIAE. vid. *Nox. Laza* foemina quaedam Iudaica inſtructionem edidit de celebrandis tribus vigiliis. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. III. p. 644. Sic *Anonymus* *ibid.* p. 1205.

VINEA. De illa memorabilem habemus Parabolam in c. 12. *Marci.* Ad illius explicationem nota, quae ſunt apud Talmudicos.

Phariſaei facile intellexerunt Chriſtum de ipſis loqui; nam hoc erat apud Iudaicam gentem ordinarium aſſimilare ſe vineae, et ſe vineam Dei dicere. Talis parabola exſtat apud *Tanchum.* folio 54. 3. *Erat Regi vinea, atque tres iſti inimicabantur; Quidnam illi fecerunt? Vnus*

excidit

excidit racemos, ſecundus deſalcauit botros, et tertius extirpauit vites. Rex iſte eſt Rex Regum, Domininus Benedictus; Vinea Domini eſt domus Iſraelis. Tres inimici ſunt Pharao, Nebucadnezar, et Haman.

Ἀμπελῶν כרם eſt, et dicitur ſecundum Schammaeanos, quando quis plantauit ſeriem vnam quinque vitium, Hilleliani vero volunt nullam vineam eſſe, niſi in illa ſint duo ordines vitium. *Kilaim* cap. 4. v. 5.

Φραγμὸς *ſepes* vitis debet eſſe alta decem palmos, his minus non eſt ſepes. *ibid.* v. 3.

Ὑπολήνιον חריץ lacum Dominus vineae facere debet profundum decem palmos, et latum quatuor. *ibid.* vbi ſupra.

שומרה ὁ πύργος, cuſtodia in vinea ſit alta decem cubitos, et quatuor lata. *Kilaim.* c. 5. v. 3.

De γεωργοῖς, quibus elocata vinea, quomodo diligenter illam curare debent. v. *Maimon* in שכירות cap. ב.

Dicit etiam Euangelium, *Dominum vineae miſiſſe legatum vel ſeruum ad agricolas τῷ καιρῷ ſuo tempore:* intellige *anno quarto a prima eius plantatione;* ante hunc annum enim nullus erat fructuum vſus. vid. *Annum quartum* in A.

De Noacho vineam plantante varia curioſa vid. *Tanchuma* fol. 4. col. 2. circ. fin.

VINVM Iudeae optimum. vid. in *Iſraelitica terra* apud. I.

Vini Italici quartanam inebriare docent *Hieroſ. Avod. Sarah* fol 40. 1. et tamen *Hieroſ. Schabbath.* fol. 11. 1. dicunt, quatuor illa pocula quae ebibenda ſunt in epulis Paſchatis et ſacris continere quartanam vini Italici. Sobrie ergo ab illis epulis diſceſſum eſt.

Rabbini in dictum Prov. XXIII, 31. ſic commentantur: *Ne aſpicias vinum rubrum, quia rubrum eſt:* i. e. quia finis eius eſt ſanguis; excitat enim lites et pugnas cum ſanguinis effuſione; Gloſſa alia. כי מתאוה לדם נדה *quia expetit ſanguinem menſtruatae mulieris;* i. e.

excitat

excitat libidines, vt homo ne menſtruatae mulieri parcat. Alius dixit, *Quia rubram facit faciem hominis.* Vid. *Tanchuma.*

Vinum אספרגוס *Aſparaginum*, id eſt vinum, in quo Aſparagum macerarunt, ieiuno ſtomacho bibebant ſanitatis cauſſa. *Berachoth* fol. 51. 1. in R. *Salom.*

Amans חמרא ובסמא *vinum et aromata* non ditabitur. *Chald.* in Prov. XXI, 17.

הדבור רע ליין *locutio mala eſt vino:* cum nempe dolium vacuum repleto maiorem edet ſonum, ſonus ille malum eſt ſignum, docet enim vinum eſſe exhauſtum. E contra הקול יפה לבשמים *ſonus pulcher eſt aromatibus*, cum tunduntur. Vid. etiam *Menachot.* fol. 87. 1.

קמי רשוי חמרא המרא *coram bibentibus vinum, vinum* ponitur; Proverbium eſt, denotans, hominem eſſe, vt fuit eius educatio; delicate nutritis delicias placere. *Sotah.* fol. 10. 1.

Ebibens calicem ſuum vice vna eſt guloſus גרגרן, duabus eſt דרך דארץ politicum et ciuile, tribus eſt ruſticorum. *Peſachin* c. 7. in fin.

Iudaei etiam vtebantur ſyphonibus ad extrahendum vinum e dolio. Vid. *Avoda Sarah* fol. 72. col. 2.

חמרא דפרוגי חוא *Vinum Prugiathinum et thermae* דיומסית *Diomaſit abſciderunt decem tribus ab Iſraelitis.* Id eſt, voluptates et deliciae perdiderunt eos. *Schabbat.* fol. 147. 2. Erat enim Prugiathinum vinum idem apud Iudaeos ac Falernum apud Italos.

Vinum de quo bibet Meſſias, cum venerit, cuſtoditur in vuis ſuis inde a ſex diebus creationis mundi. *Sanhed.* fol. 69. 1.

נכנס יין יצא סוד *ingrediente vino, egreditur ſecretum.* Quare vocatur vinum יין? *offert* יללה *eiulatum in mundum, ſuo abuſu. Ioma* fol. 76. 2. Pulchrum eſt vinum ſenibus ſicut lac infantibus. *Erubhin* fol. 65.

Habuerunt Iudaei etiam potus extraneos, artificialiter confectos, vt כותח הבבלי *Kuttach Babylonicum*, de quo 3. referunt in *Peſachin* fol. 42. 1. Ipſum *obſtruere cor* (abuſine ſumptum) propter ſerum lactis ipſi immixtum,

excae-

excaecare oculos, propter Sal Sodomiticum ipſi immixtum, cuius haec erat proprietas; *emaciare corpus*, propter putredinem panis mucidi ipſi immixti. Alius potus erat שכר המדי *ſicera vel cereuiſia Medaea*; quae ex aqius hordeorum vt cereuiſia noſtra confecta erat. *Peſachim* fol. 42. col. 2. Celebris etiam erat זיתום המצרי *zythum Aegyptiacum*, cuius tertia pars erat hordeum, tertia pars crocus ſylueſtris, tertia pars ſal. *Schabbath* fol. 156. 1. Ex Aſia etiam liquor dulcis in Palaeſtinam afferebatur, cui nomen קרינא *Avod. Sarah* fol. 30. 1.

§. De vino adhibito in epulo paſchali vid. *Paſcha*, de vino libaminis vid. *Sacrificia*.

Vino grauati ſacerdotes templum accedere non debebant. *Maimon. Biat Hammikd.* Cap. 1. §. 1. *Zornius* Hiſtor. Hecataei. p. 172. Nemini neque ſacerdoti neque Iſr.elitae licitum eſt doctrinam edere, quando ebrius eſt. *Maimon.* l. c. §. 3. אנשי משמר permiſſum erat vinum bibere, modo non eſſet in die miniſterii ſui. *ibid.* §. 6. Vinum gentilium Iudaeis eſt prohibitum, et quatenus Iudaeo ſit prohibitum? *AvodaSara.* Cap. 2. miſch. 3. c. 4. miſch. 8. ſeq. Cap. 5. miſchn. 1. ſeq. De argilla Adriani loco vini adhibita. *ibid.* cap. 2. miſchn. 3. et interpp. h. l. De vino libaminis Iudaeis interdicto. *Wolf.* Bibl. Hebr. Part. I. p. 419. not. et 927. it: *Edzard.* Avod. Sar. Cap. 2. in *indice*. Quomodo vinum miſcere aqua conſueuerint. *Tanch.* fol. 58. col. 3. init. Qui vinum ſuum aqua miſcuerat, non licebat ei iſtud vendere, niſi hoc indicaſſet. *Bab Mezzia.* Cap. 4. miſchn. 11. Varios vini effectus eleganti Parabola propoſitos *Tanchuma.* fol. 4. col. 2. circ. fin. Quare ſuper vino aliter benedicant, quam ſuper aliis liquidis. *ibid.* fol. 10. col. 4. p. init. Vini varii effectus mali. *ibid.* fol. 46. col. 3. circ. med. fol. 48. col. 1. med. prolixe. *Rabboth.* fol. 193. col. 2. poſt med. col. 3. tot. fol. 195. col. 2. med.

Digitized by Google

et col. 3. init. fol. 144. col. 2. poſt init. et col. 3. tot. et 4. tot. fol. 146. col. 1. init. Vinum porrigere ſolebant damnatis ad mortem. *Rabboth.* fol. 193. col. 4. ante fin. Quodnam diſcrimen ſit inter vinum, מבושם, vinum ישן et vinum מיושן *Bava Bathra* Cap. 6. miſchn. 3. Pocula paria cur noxia credantur Iudaeis. *Edzard.* Avod. Sar. Cap. 2. p. 332. De cereuiſia *Syriaca.* *ibid.* p. 93. De variis vini generibus apud Iudaeos. *Petr. Zorn.* Hiſtor. Hecat p. 137. et in *Indice.* it. *Eiusd.* Opuſc. Sacr. tom. 2. p. 16.

✱ VIRGINES votiuae num cellas habuerint in templo Hieroſolymitano. *Wagenſeil.* Sota. p. 431. Virginitatis probatio. *Abarb.* in Prophet. prior fol. 72. col. 4.

VITVLI Decollationem vid. Iuuencae etc. in I.

VITAM aeternam non poſſidebunt, qui dicunt, nullam eſſe reſurrectionem mortuorum. Qui negat, legem a Coelo eſſe. Qui Epicuream vitam agit. Qui legit ספרים החיצונים *libros extraneos.* Qui vulneri aut plagae inſuſurrat. Qui Dei tetragrammaton ſuis litteris pronuntiat. Tres Reges et 4. Idiotae vitae aeternae exſortes erunt; Reges ſunt, Hieroboam, Achab, Manaſſes; Idiotae ſunt, Bileam, Doeg, Ahitophel, Gehaſi. Qui diluuio periere, vitae futurae exſortes erunt, neque etiam ſiſtentur iudicio. Viris Sodomae nulla pars erit in vita aeterna, ſtabunt tamen in iudicio. Generatio quae in deſerto periit, exſors erit vitae futurae, neque ſtabit in iudicio. Ciues vrbis ad Idololatriam delapſae, carebunt ſorte futuri ſeculi. *Sanhed.* cap. 11.

עולם הבא *ſeculum futurum* duplici ſenſu a Iudaeis ſumitur; 1. de ימי המשיח *diebus Meſſiae* ſolum, in quibus epulis exquiſitiſſimis ſunt opplendi, omnia abundabunt, et de hoc ſeculo futuro ſuum regnum formarunt Chiliaſtae. 2. De aeterna beatitudine, quae conuiuium

illud et dies Meſſiae excipiet aeuo infinito. vid. *Formul. loquendi* in F. conſ. imprimis. *Tanch.* fol. 79. col. 3. med.

Deus incipit creationem cum litera ב in voce בראשית ad indicandum, quod ſint duo ſecula, hoc ſcilicet et alterum ſeculum, et quicunque bonum facit in hoc ſeculo, bonum referet in hoc et futuro ſeculo. *Tanch.* fol. 1. col. 4. init. Sadducaei negant vitam aeternam. *ibid.* Homo poſt lapſum ſex amiſit perfectiones, quas in altera vita recuperaturus eſt. *ibid.* circ. fin. Quot res ſint, quarum remuneratio expectanda in altera vita. *ibid.* fol. 28. col. 2. poſt init. Omnes Iſraelitae, qui circumciſi ſunt, ingrediuntur hortum Eden, qui non ſunt circumciſi, ingrediuntur tandem Gehennam. *ibid.* fol. 45. col. 4. poſt med. Iſraelitae omnes partem habebunt in vita aeterna. *Sanhed.* cap. 10. miſch. 1. Vita aeterna in quo conſiſtat. *Barten.* ad *Sanhed.* l. c. Quinque ſententias de vita aeterna recenſet *Maimon.* ad *Sanhed.* l. c. et tandem ſuam de vita aeterna ſententiam elegantiſſime ſubiungit. vid. et *Coccejus* h. l. De conuiuio corporali et ſpirituali iuſtis in futuro ſeculo expectando. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 234. not. *Rabboth* fol. 205. col. 2. poſt med. Quisnam ſit haeres vitae aeternae. *En Iſrael* part. I. p. 63. col. 2. circ. fin. In altera vita homo non amplius peccabit. *Tanch.* fol. 4. col. 3. poſt init. et fol. 11. col. 1. poſt med. fol. 42. col. 3. circ. med. fol. 46. col. 3. ante med. In altera vita homo Deum celebrabit. *ibid.* fol. 5. col. 1. poſt med. Iuſti in hac vita bonos pariter et malos procreant, ſed in altera vita omnes erunt iuſti. *ibid.* fol. 10. col. 1. p. med. Quinam non habituri ſint partem in altera vita. *ibid.* fol. 21. col. 2. init. fol. 49. col. 4. poſt init. *Rabboth* fol. 209. col. 2. ante fin. Schechina in altera vita nunquam recedet. *Tanch.* fol. 41. col. 2. fin. Praeſtantia vitae aeternae. *ibid.* fol. 43. col. 1. circ. med. *Rabboth* fol. 137. col. 1. poſt init. fol. 135. col. 1. med. fol. 55. col. 3. fin. ſeq.

De

Digitized by Google

De differerentia huius et alterius vitae. *Tanch.* fol. 43. col. 1. med. Quae hic obſcura ſunt, in altera vita clara erunt. *ibid.* fol. 70. col. 1. poſt med. De עולם הזה et עולם הבא. *ibid.* fol. 65. col. 3. init. Pii inter gentes etiam futurae vitae erunt participes. *Barten.* *Maimon.* et *Iom Tobb* ad *Sanhedr.* cap. 10. miſchn. 2. *Wolf.* Bibl. hebr. part. II. p. 1110. De die extremi iudicii et ſeculo futuro agit R. Machir in Afkat Rochel *ibid.* part. I. p. 760. *Rabboth* fol. 313. col. 2. poſt init. et col. 3. poſt med. fol. 314. col. 1. poſt med. ſeq. col. 4. poſt med. fol. 317. col. 4. init. De praemiis et poenis vitae aeternae. *Abarb.* in Proph. prior. fol. 128. col. 3. *Tanch.* fol. 85. col. 3. circ. fin. *Rabboth* fol. 281. col. 1. 2. et 3. fol. 319. col. 4. poſt med. fol. 320. col. 1. init. fol. 330. col. 1. circ. med. Iudaei diſtinguunt inter עולם הזה et ימות המשיח et עולם הבא. *En Iſrael.* part. I. p. 56. col. 1. ante fin. *Tanch.* fol. 79. col. 3. med. *En Iſrael.* part. I. fol. 78. col. 1. med. part. II. fol. 131. col. 1. poſt init. ſeq. fol. 182. col. 1. poſt init. *Rabboth* fol. 283. col. 1. poſt init. Quid per tempora Meſſiae intelligant Iudaei. *Maimon.* ad *Sanhed.* cap. 10. miſchn. 1. *Tanch.* fol. 79. col. 3. med. De עולם הזה et עולם הבא. *Tanch.* fol. 31. col. 3. circ. init. fol. 44. col. 3. poſt init. fol. 59. col. 4. poſt init. fol. 61. col. 2. circ. fin. fol. 62. col. 4. circ. fin. fol. 63. col. 2. circ. fin. fol. 64. col. 3. poſt med. fol. 67. col. 1. circ. fin. fol. 71. col. 3 poſt med. fol. 73. col. 4. circ. fin. fol. 77. col. 2. med. fol. 79. col. 4. poſt med. fol. 80. col. 2. poſt init.

VITVLI conflati ſe adhuc hodie poenas dare afferunt Iudaei. *Sanhed.* cap. vlt. *Nulla adhuc calamitas venit in mundum ſc. poſt conflatum vitulum, in qua non fuit granum vel drachma in depreſſione librae, vituli illius adorati, quia dictum eſt Exod.* XXXII, 34. *Quandocunque viſitabo* etc. vid. *Beth Iſrael.* p. 130. col. 1.

Peccatum in vitulo commiſſum quomodo ſit expiatum. *Tanch.* fol. 46. col. 3. ante med. fol. 48. col. 1.

Digitized by Google

circ. init. Vitulum aureum timore inductus, ne occideretur, confecit Aharon: *ibid.* fol. 33. col. 2. circ. ſin. fol. 36. col. 2. poſt init. Quantum auri inſumtum ſit vitulo. *ibid.* col. 3. init. Quo die vitulum confecerunt Iſraelitae, deſcendit ipſis Manna, ipſique inde obtulerunt vitulo. *ibid.* fol. 35. col. 4. poſt init. *Rabboth* fol. 143. col. 2. poſt init. Quoto poſt legem latam die vitulum confecerint Iſraelitae. *ibid.* fol. 183. col. 1. ante ſin. Vitulum aureum non fecerunt Iſraelitae, ſed gentes, quae cum illis exierunt ex Aegypto. *ibid.* fol. 161, col. 1. poſt init. De vitulo aureo. *Petr. Zorn.* opuſc. ſacr. tom. 2. p. 417.

* VMBILICVS centrum eſt humani corporis. *Wagenſ.* Sota p. 904. Synedrium comparatur cum vmbilico in Cantico Salomonis. *Tanch.* fol. 34. col. 2. poſt init.

VNCTIO. Olim in bellis clypei pinguedine vngebantur, vt nitida clypei ſuperficies non facile iacula ſuſciperet. *Kimchi* 2 Sam. I, 21.

Vngebantur olim Reges, Prophetae, et ſummi ſacerdotes, quia erant cuſtodes vtriusque tabulae. *Abarbanel* Exod. XXX, 33. Eadem erat vtriusque affuſio יצק, idem oleum, ex 4. aromatibus conſtans; vid. verſ. 23. et *Oleum* in O. At regis tantum erat, ad fontem vngi, idque ſibi et poſteris ad augurium felicis et diuturnae regni ſubſiſtentiae. Salomo, Ioas, Ioachas proinde non vngi debebant ad fontem, quia patribus ſuccedebant, nec nouum inſtituebant regnum; vncti tamen ad fontem ſunt, לסלוק המחלוקת *ad controuerſiam tollendam.* *Kerithuth* cap. 5. *Maimon. Hal. Melachim* cap. 1. Et de vaſis templi cap. 1. §. 11.

Rex deinde inter oculorum palpebras in formam coronae, ſummus ſacerdos vero in formam X. Graecorum vngebatur; *Kerithuth* c. 5. *Maimon Hal. Kele Hammikdaſch* cap. 1. §. 9. Pro X. habet *Abarbanel* כף loco cit. quia eius erat, Deo manibus ſeruire.

Iehu et Saul e lenticula vncti ſunt, ideo non protraxerunt imperium: Dauid vero et Salomoh e cornu,

et

et. proinde quoque perpetuarunt regnum. *Kimchi.* 2 Reg. IX, 1.

§. Olim apud Iudaeos aegroti vngebantur; vid. *Aegrotum* in A. quod confirmat ea, quae dicit *Iacobus* Apoſt. c. 5.

§. Ieiunantes nec ſe vnxerunt nec lauarunt; *Ioma* c. 8. v. 1. *Die expiationis prohibitum eſt edere, bibere, lauare, vngere ſe, induere Sandalia. At rex et ſponſa lauant facies ſuas.* Conſule etiam *Gemar. Bab.* fol. 77. 2. Chriſtus iubet *Matth.* XVII. vt ieiunantes ſe vngant.

§. Corpora et capita vngere ſoliti ſunt triplici ratione.

I. להענג *in decus et delicias maiores. Hieroſ.* in *Maaſer Scheni* fol. 53. 2. et *Schabbath.* fol. 12. 1. *Vnctio Sabbatho permittitur, ſiue ſit in decorem, ſiue non in decorem. Die expiationis vtraque prohibetur; Nono menſis Abh et in ieiuniis vnctio in decorem prohibetur*, non in decorem, permittitur.

II. סיכה שלא להענג erat vnctio propter aliquem morbum, ad adiuuandam corporis ſanitatem; vti iam ſupra monuimus et videtur ex *Hieroſ.* vbi ſupra; *qui capite dolet, aut cui oritur ſcabies, vngat ſe oleo.* vid. etiam *Bab. Ioma* fol. 77. 2.

III. Vſi ſunt aliquando vnctione ſuperſtitioſa. *Hieroſ. Maaſer Scheni* fol. 52. 2. *Qui muſſitat* נותן שמן על גבי ראשו *det oleum ſuper caput, et muſſitet.*

§ In Babylonia in vſu erat, capita Rabbinorum in nuptiis vngere, vid. *Nuptias.* Pedes oleo vngere erat etiam vulgatiſſimum; at vnguento aromatico, rariſſimum; et in *Schabbath* fol. 62. 2. Gemariſtae reputant pro crimine, quod foeminae Hieroſolymitanae etiam calceos vngerent vnguento odorifero, vt allicerent iuvenes ad laſciuiam. Extraordinarium ergo eſt factum Ioh. XII, 3.

§. Tempore Meſſiae reſtituetur vnctio ſacra eccleſiae. Abarbanel *art.* 13.

§. Tandem, vſitatiſſimum erat, in epulis etiam ſacris, non ſolum profanis, capiti alicuius praeſentia

 oleum

Digitized by Google

oleum aromatibus conditum illinire. H. *Beracboth.* fol. 11, 2. *Schola Sebammaeana dicit, oleum ſuaue dextra tenet, et poculum vini ſiniſtra. Recitat primum benedictionem ſuper oleo, et dein ſuper poculo. Schola Hilleliana dicit, oleum tenet dextra, poculum ſiniſtra. Benedicit ſuper oleo ſuaue, atque illinit capiti miniſtrantis: ſi vero miniſtrans ſit diſcipulus ſapientis, illinit parieti; nam indecorum eſt diſcipulo ſapientum olere aromata.* Confer *Matt.* XXVI, 7.

De vnctione apud Iudaeos vſitata vid. prolixe *Abarb.* praefat. in lib. Iud. fol. 39. col. 4. it. Comment. ad 1 Reg. de vnctione Salomonis. ſect. 1. De vncto belli משיח מלחמה vid. *Bellum.* De vnctione Regum et Sacerdotum. vid. *Abarb.* in Prophet. prior. in *indice* tit. *Vnctio.* De oleo vnctionis et modo vngendi reges et ſacerdotes. *Rabboth* fol. 143. col. 4. poſt med. De vnctione regia in V. T. vid. *Ioh. Buxtorfii* Diſſertt. varii argumenti, Diſſert. VI. Iehu non vnctus fuit ab Eliſa oleo vnctionis, ſed oleo Apharſemon. *Maimon.* de vaſis templi cap. 1. §. 11. Apud Athenienſes lege cauerat Solon, ne quis vir vnguentariam faceret. *Sam. Petit.* Comm. Leg. Attic. lib. 5. tit. 6. p. 425. Vnctio extrema coniugato, poſtquam conualuit, licentiam cum vxore concumbendi demere credita. *Act. Erudit.* Anno 1690. p. 378. In vnctione extrema Chinenſium foeminarum pectora et pedes non tanguntur. *ibid.* 1688. p. 388.

VNGVES comburit ſanctus, iuſtus ſepelit eos, impius vero ſpargit in publicum, vt maleficae iis abutantur. *Nidda.* 17. 1.

VOTA. Non ſit leue in oculis tuis ſectio de votis, quia propter ſectionem de votis occiſum eſt ſynedrium magnum Ezechiae etc. *Echa Rabbeti Thren.* II, v. 10. *Voiſin.* Pug. fid. 716.

Praecipiunt ſapientes, ne quis abſtineat niſi ab iis, e quibus per legem iubetur abſtinere. לא יהא אוסר עצמו

עצמו בנדרים ובשבועות על הדברים המותרים *neque ſe voto aut iuramento priuet illis, quae ipſi alias licita eſſent;* quae cum ita ſint, qui ſe perpetuo ieiunio macerant, via recta non progrediuntur etc. *Maimon.* in דעות cap. 3. vbi plurima alia eiusdem argumenti tradit.

Non intereſt inter votiuum, ex quo habetur vſusfructus, et votiuum ex quo habetur cibus, praeter conculcationem pedis. (i. e. admittitur ille, qui votum habet circa cibum ad ſua, non autem ille, qui circa vſumfructum vouit)

Non intereſt inter נדרים et נדבות, niſi quod in נדרים quis teneatur ad cautionem de futuro damno in נדבות *voluntariis* non item. (i. e. ſi quis agnum vouerit in Holocauſtum, agnus vero vel mortuus vel ſurreptus fuerit, debet alium ſubſtituere; ad quod tamen non tenetur, ſi ſponte מנדב ad holocauſtum agnum obtulerit. *Megillah* c. 1. 6.

Vid. *Maimon.* de votis. cap. 1. §. 2. it. Maaſe Corbanoth. cap. 14. §. 4.

Qui vouerat, ſe non dormiturum in lecto, ei licitum erat decumbere בערסא רצלא *in lecto coriaceo*, (qui viliſſimus aeſtimatus eſt.)

Cum quis votum generalibus terminis enuntiaret, e. g. dicendo, *hoc mihi eſto ſicut truma*, non nominata quali truma, ſi vouens illa ratione habitabat in Iudaea, *trumam* vel oblationem illam ſoluere debebat theſaurario templi; at ſi Galilaeus vocauerit, voto ſolutus eſt, quia illa pro diſtantia loci non nouit trumam הלשכה *theſauri.* Si generaliter quis vouerit per anathemata, ſoluitur in Iudaea, et ligatur in Galilaea, quia Galilaei non norunt anathemata ſacerdotum. i. e. Non erant ſacerdotes inter Galilaeos, cum itaque anathematizarent, anathematizarunt non niſi Deo. *Nedarim.* cap. 2. 3.

§. De votis in ſpecie obſerua, illa fuiſſe diſtincta in duas claſſes: In נדרי הקדש *vota conſecrationis*, et נדרי איסור *vota obligationis. Votum conſecrationis* fuit,

 cum

Digitized by Google

cum aliquid deuoueretur in vſus ſacros, altaris ſcilicet aut templi: veluti cum quis voto hoc vel illud dicaret in ſacrificium, vel ad coquendum lignum, ſal, vinum pro altari etc. Votum obligationis fuit, quum ſe quis voto obſtringeret ad hoc vel illud, quod in ſe erat licitum, veluti, ſe hoc vel illud non commeſturum, non induturum, non facturum.

§. Nota etiam, Iudaeis fuiſſe pro noto axiomate, כל כינויי נדרים כנדרים *omnia Epitheta votorum ſunt ſicut ipſa vota. Nedarim* cap. 1. v. 1. Id eſt, non opus erat, vt aliquid eſſet deuotum, vt longa circumſcriptione ſignificaretur, ſed ſuffecit dixiſſe קונח *Konah*, vel קונס *Kones*, vel קרבן Δῶρον, haec enim erant epitheta rei deuotae. *Nedar.* cap. 1. v. 2. Conf. *Matth.* XV, v. 5.

Sacrificia pro peccato et reatu, quamuis non ſint ſacrificia votiua et ſpontanea, poſſunt tamen etiam voueri. *Maimon.* de votis cap. 1. §. 10. *Idem* in Maaſe Haccorbanoth cap. 14. §. 8. De ſacrificiis, quae per votum offeruntur. *ibid.* cap. 14. c. 15. c. 16. tot. Non tenetur voti, qui ſacrificium aliquod vouet, vſque dum mens et verba concordant. *ibid.* cap. 14. §. 12. Sacrificia votiua quando offerenda. *ibid.* §. 13. De Menachoth, quae per votum offerebantur. *ibid.* cap. 17. tot. Virgines votiuae num cellas habuerint in templo Hieroſolymitano. *Wagenſeil.* Sota p. 431. De voto Iephtae. *Tanch.* fol. 57. col. 3. poſt med. ſeq. Vota Iudaeorum contra quartum praeceptum. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 293. et 296. ſeq. Poena votorum inconſideranter prolatorum. *En Iſrael* part. I. p. 44. col. 1. med. Votum ſingulare R. Chaninae. *Rabboth* fol. 250. col. 3. poſt med. fol. 310. col. 3. poſt init. Pater per votum nulla de cauſſa poterat exhaeredare filium. *Baua Kama* cap. 9. miſch. 10. De votis plura in *Tanch.* fol 75. col. 2 circ. fin. *Rabboth* fol. 169. col. 4. tot. fol. 63. col. 4. fin. fol. 303. col. 4. poſt med. fol. 321. col. 3. init.

✱ VVLNVS. Qui muſſitat ſuper vulnere, non ſit particeps vitae aeternae, *Tanch.* fol. 21. col. 2. init. An emplaſtrum imponendum ſit vulneri in Sabbatho. *ibid.* fol. 26. col. 4. init.

✱ VVLPES quomodo dicatur animal retrogradum. *Wagenſeil.* Sota p. 173.

VRIM et TVMIM. Pectorali pontificis lapides inſerti erant, qui vocabantur אורים ותומים *luces et perfectiones*, ex hoc Vrim et Thumim ſacerdos magnus conſulentibus reſponſum reddidit, atque inde oraculo nomina haec indicta ſunt. Vocantur enim אורים quia illi מאירין לישראל *Iſraelem illuminabant.* תומים vero, שהן מתימין לפניהן את הדרך *quia coram ipſis perficiebant viam.* i. e. viam indicabant qua inſiſtere oporteret. *Gemar. Hieroſ.* ad cap. 7 *Ioma.*

Modus hoc oraculum conſulendi hic erat. Pontifex arcam verſus faciem inflexit; ille, qui oraculum conſuluit, ei a tergo ſtetit, dixitque, faciam hoc, aut non faciam? Tum pontifex Vrim et Tumim inſpexit, et e veſtigio reſponſum inuenit. De duobus ſimul non inquiſiuerunt, niſi hoc temporis anguſtiae exegiſſent; ordine etiam inuerſo non petiuerunt, et ſi petiiſſent, oraculum ad requiſita ordine reſpondebat: et quod primum futurum erat, primum praedixit. vid. *Gemaram Babyl.* ad *Ioma* 7.

Reſponſum diuinum exilientes litterae indicarunt, erant enim in pectorali nomina Abrahami, Iſaaci, Iacobi, et duodecim tribuum, vt et verba כל אלה שבטי ישראל quibus totum continetur Alphabetum. Sed ne pontifex erraret in combinatione litterarum ex punctorum vocalium defectu, dicunt Talmudici *Hieroſol.* l. c. vocem auditam eſſe, quae pontificem docuit, quomodo illae coaleſcerent. Ex quo videtur reſponſum diuinum per ſolum gemmarum fulgorem non innotuiſſe, vt plurimi exiſtimarunt; alias quomodo omnia illa poterant indicari, quae extant 2 Sam. V, 23.

Per Vrim et Thumim non de quouis priuato, ſed ſolum de Rege inquirebant. *Ioma* cap. 7. Vide etiam Schikardum de iure Regis cap. 1.

De modo conſulendi Vrim et Tumim. *Maimon.* de vaſ. templ. cap. 10. §. 11. *Barten.* ad tit. Ioma. cap. 7. miſchn. 5. Quid per Vrim et Tumim intelligendum. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 1206. not. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 202. ſeq. An de duabus rebus vna vice reſponderit. *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 123. col. 3. et 4. et fol. 136. col. 1. Vrim et Tumim quando deſierint? *Edzard.* l. c. p. 191. Num fuerint in templo ſecundo. *Wagenſeil.* Sota. p. 1070. *G. G. Dieterici* integer libellus, cui titulus eſt: duodenium ſacrum de Vrim et Thumim, prodiit Numburg. 1714. vbi in Pertſchii praefat. plurimi de hoc oraculo ſcriptores recenſentur. Conf. Index rerum Theol. ad Decenn. 1. *Act. Erudit.* tit. *Vrim.*

✱ VVAE. Gentilium vuae Iudaeis ſunt prohibitae. *Auod. Sar.* cap. 2. miſchn. 4. Vuae praegrandes. *Wagenſeil.* Sota. p. 708. De vua magna Cananaea ab exploratoribus adlata. *Wolf.* Bibl. hebr. part. I. p. 433. not. De acinis vuarum licitis et prohibitis. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 110.

VXOR. De vxore hebraica ſcripſit peculiarem tractatum *Seldenus.*

De nuptiis et repudiis vid. ſ. l. de *Fornicatione* in F. et *Foeminas.*

Nos ſequentia ex Halacha אישות Maimonidis obſeruata hic apponemus.

CAP. I. Ante datam legem aliquis ſibi vxorem acquirebat, modo illa conſentiret, et in eius domum ingreſſa rem cum ipſa habuiſſet. Sed lege data neceſſarium fuit, vt obſeruarentur הלכות *rationes vxorem ducendi.*

§. Tres

§. Tres ſunt modi vxorem ducendi כסף *argentum*, שטר *litterae matrimoniales*, וביאה et *congreſſus*, quorum prior argenti ſcilicet ex traditione ſcribarum: quae vna ex his rationibus acquiſita eſt, dicitur מאורסה *deſponſata*, et quamuis nondum ad virum ingreſſa ſit, perfecte tamen eius vxor cenſetur. Sic Maria ſolum deſponſata, aeſtimata eſt vxor Ioſephi etc.

§. Ante datam legem vnusquisque cum quauis potuit congredi, modo ſoluerit mercedem, absque vlla conſequentia, ſed lex prohibuit, ne ſit fornicatrix in Iſraele.

§. Gradus illiciti et quae ſecum ferunt כרת excidium, vocantur עריות *nuditates*, et recenſentur in ſacra ſcriptura; Gradus vero etiam illiciti, ſed de quibus non pronuntiatum eſt, vocantur איסורי לאוין *probibitiones circa negatiua*, et ſunt ſequentes, 1. viduae ſummi pontificis; 2. Repudiata, profana, ſcortum, reſpectu ſacerdotum, tales enim ducere nunquam poterant. 3. Spuria reſpectu Iſraelitae:, et filia Iſraelitae, reſpectu nothi, Ammonitae, Moabitae. 4. Nethinaea, quae non aliter ac ſpuria cenſetur, de illis quae vocantur שניות vid, ibid. et *Buxtorf*, in *Lex. Talm.* De gradibus illicitis ob ſanguinis propinquitatem ratione Noachidarum, vid. Cl. *Heidegg.* de *vita Patriarch.* Exerc. I, 13.

CAP. II. §. De tempore pubertatis, vid, *Pubertas*, de ſterilitatis ſignis, vid. *Sterilitas*.

CAP. III. Vxor acquiritur, modo quis mulieri *Prutam*, aut pretium *Prutae* aequiualens dederit, et ſimul coram teſtibus dixerit, *tu mihi ſis deſponſata!* Quamvis autem mulier viro Prutam aut aliam ſummam pecuniae daret, et ipſum dicto modo alloqueretur, nihil tamen inde ſequeretur. Qui litteris vxorem ducit, ſufficit in pergameno aut charta ſcripſiſſe, *mihi deſponſata es*, aut ſimilia, et coram teſtibus chartam mulieri dediſſe. In quibus praeſupponitur, ipſum libellum nomine mulieris et ipſa conſcia ſcripſiſſe, alias nihil ageret.

Qui

Digitized by Google

Qui concubitu vxorem acquirit, debet etiam coram 2. teſtibus cum ipſa coniungi, et ipſi dicere, *deſponſata mea es.*

Epitheta deſponſandi ſunt את מקודשת לי *deſponſata mea es*, את מאורסת לי *idem.* At non הריני בעלך *ecce me virum tuum.* הריני ארוסיך. *ecce me ſponſum tuum*, הריני אישך *ecce me maritum tuum:* Si enim quis ita diceret, vxorem non deſponſaret: requiritur itaque, vt dicat expreſſis verbis, ipſam eſſe ſuam deſponſatam, non qualis ille ſit; tales legitimae formulae ſunt הרי את אשתי, *tu es vxor mea*, הרי את ארוסתי *tu es ſponſa mea*, הרי את וקנויה לי, הרי את ברשותי, הרי את חרופתי, הרי את הקנויה לי etc.

At ſi quis ad mulierem dixiſſet aut ſcripſiſſet in charta הרי את מיוחדת לי, הרי את מיועדת לי הרי את חחתי צלעתי, הרי את סגורתי etc. dubitare liceret, an illam deſponſaſſet.

Quando virgo non pubuit, pater poteſt ipſam deſpondere, ſed poſtquam maturam attigit aetatem, illa ſui iuris fit: nec poteſt deſponderi, niſi ſuam dederit voluntatem.

Aliquis per legatum vxorem ſibi deſpondere poteſt; etiam mulieri licet per legatum promiſſa recipere, qui tamen ipſe hoc facere poterit, legato ne committat.

Deſponſationi praemittenda eſt benedictio cum poculo vini; Benedictio ſonat בא״י אמ״ה אשר קב״ו והבדילנו מן העריות ואסר לנו את הארוסות והתיר לנו את הנשואות על ידי חופה קידושין בא״י מקדש ישראל; *benedictus ſis tu Domine Deus noſter, rex huius mundi, qui ſanctificaſti nos praeceptis tuis, et nos ſeparaſti ab inceſto congreſſu, qui prohibuiſti nobis deſponſatas, et permiſiſti ductas per ſponſalia, et ſolennia nuptialia, benedictus ſit Deus, qui Iſraelem ſanctificat.* Haec ex cap. tertio.

Quamdiu deſponſata in paterna manet domo, non licet ſponſo cum ipſa rem habere, et ſi aliter fecerit a ſynedrio verberibus excipitur tanquam rebellis, vel vt clarius dicam, flagellatione vocata מכת מרדות. Ducta vero in connubialem thorum perfecte eius vxor fit,

In thorum introducta iterum benedictio recitanda, et ſcribendum inſtrumentum dotis. Virgini ſcribunt 200.

ſuſacos;

Digitized by Google

ſuſaeos; illi, quae iam maritata, 100. Qui minus dederit בעילתו בעילת זנות *concubitus eius eſt concubitus ſcortationis*. Inſtrumentum autem dotis inſtitutum eſt שלא תהיה קלה בעיניו להוציאה *ne illa facile in oculis eius vileſcat, aut ex quauis occaſione illam expellas.*

Licitum eſt vna die plures ducere vxores, ſed propter maiorem laetitiam ſufficit, vnam vno die duxiſſe, (vid. *Polygamiam*) et ſi virgo fuerit, feſtum per ſeptem dies continuaſſe.

Nuptias faciunt omni tempore, die et nocte, etiam 9. menſis Iulii (vid. אב) excepto die Sabbathum praecedente, et Sabbathum inſequente, ne praeparationibus Conuiuii Sabbathum profanetur.

CAP. XII. Vxori maritus decem officia praeſtare debet;

I. שארה *Alimenta eius.*
II. כסותה *Veſtes eius.*
III. Cohabitatio maritalis.
IIII. Promittere ipſi aliquam dotem.
V. Sanare ipſam aegrotam.
VI. Redimere captiuam.
VII. Sepelire mortuam.
VIII. Alere ipſam ex bonis ſuis.
VIIII. Praebere ipſi habitationem tempore eius viduitatis.
X. Alere eius filias.

Maritus autem fruitur opere manuum vxoris, rebus ab ipſa inuentis, vſufructu bonorum eius; et ipſa mortua, eſt proximus haeres.

De vxore et marito petulcaci. vid. *Offenſio.*

§ Qua ratione ſub incunabula mundi, praeſente vnica familia Adami, Cainus natiuam ſororem absque inceſtus crimine ducere in vxorem potuit, variae ſunt ſententiae. Talmudiſtae plerique hic allegant חסד *benignitatem Dei*, iuxta illud Pſalmi LXXXIX, 3 *Benignitas aedificauit ſeculum.* Sic *Iarchius* ad Leuit. XX, 17. *Si obiicias Cainum in vxorem duxiſſe ſororem ſuam* חסד עשה המקום לבנות

לבנות עולמו ממנו *id ex numinis indulgentia factum eſt, vt mundus eius ex eo aedificaretur*. Eadem habet *Gemara Hieroſ.* ad *Sanhedr.* cap. 16. et citatur a *Seldeno*, de *Iure Nat. Gent. Hebr.* lib. 5. c. 8. Item *Paraphr. Ionath.* ad verba חסר הוא *Leuit.* XX, 17.

Si cui moriatur vxor, ducat aliam. *Tanch.* fol. 9. col. 4. p. med. fol. 10. col. 1. med. Si cui moriatur vxor, et habeat filios, non prius aliam ducat, quam filio quoque dederit vxorem. *ibid.* p. med. Si moriatur alicuius vxor, prima nocte non debet lauare. *Berachoth.* cap. 2. miſchn. 6. Quando vxor eſt grauida, num petere liceat, vt pariat maſculum. *Tanch.* fol. 11. col. 4. init. Vxor etiam ſtercore poteſt deſponſari. *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 115. Vxor laborare tenetur, etiamſi centum habeat ancillas. *ibid.* p. 387. Vxoris malae inſigne exemplum. *Rabboth* fol. 16. col. 4. init. Quaenam officia vxor praeſtare debeat marito. *ibid.* fol. 48. col. 1. init.

Z.

ZABI quibusdam ſunt Samaritani de quibus vid. *Buxtorf.* Coſri 109. Aliis veteres Chaldaei.

Quaenam fuerit fides Zabaeana. vid. *Maimon.* in *More Nevoch.*

Arabibus צבאיה ſunt *pagani*, qui in oriente reſpiciunt ſeptentrionem; aliquando vero illi, qui Noemi religione adhaeſerunt; et illi qui primi Aſſeclae Moſis et Mohammedis fuerunt. vid. Cl. *Pocokii Hiſt. Dynaſt.* 10. 95. et 108. *Hiſtor. Arab.* 138. *Coran Surat.* 2. 61.

Zabaeorum religio a Zoroaſtre inuecta eſt, *Hotting.* Smegma. p. 280. et *eiusdem* theſaur. philolog. p. 55. 56. et p. 57. De Zabiis, eorumque doctrina vid. *Maimon.* ad Auod. Sara. cap. 4. miſchn. 7.

ZACHARIA. De Zachario filio Ioiadae, quem Ioaſus Rex occidit, memorabilis locus eſt in *Hieroſ. Taanith.* fol. 69. 1. 2. et *Bab. Sanhedrin.* fol. 96. 2.

R. Io-

Digitized by Google

R. Ionathan dixit, octoginta mille ſacerdotes occiſi ſunt ob ſanguinem Zachariae. Rab. Iuda interrogauit Rab. Acham, vbi interfecerunt Zachariam? An in atrio mulierum? An in atrio Iſraelis? Reſpondit ille, nec in atrio Iſraelis, nec in atrio mulierum, ſed in atrio Sacerdotum etc.

Plura ibi de ebullitione ſanguinis Zachariae et illius vindicta exſtant, quae probabilem reddunt ſententiam, de hoc Zacharia Chriſtum loqui *Matth.* XXIII, v. 35.

De hoc Zacharia vid. *Wolf.* Bibl. hebr. p. 187. *Abarban.* in Prophet. prior. fol. 284. col. 3. *Rabboth* fol. 286. col. 3. med. fol. 289. col. 1. poſt init. fol. 308. col. 3. poſt med. it. col. 4. poſt init. fol. 319. col. 2. med. fol. 332. col. 3. poſt med.

* ZACHARVM. De Zacharo veterum. *Petr. Zorn.* ad Hecataeum. p. 70.

ZALMON vid. Dalmanuta.

ZELOTAE apud Iudaeos fuerunt illi, qui transgredientem propriis manibus immediate interfecerunt, non expectato iudicio ſynedrii; ita in *Sanhedr.* cap. 9. miſchn. 6. fol. 81. 2. recenſetur, *ſacerdotem in immunditia adminiſtrantem, non adduci ad ſynedrium, ſed a* קנאין *Zelotis ex atrio educi, et ſarmentis ligni excerebrari.*

A talibus Pſeudo-Zelotis quot non mala euenerunt? Nouum Teſtamentum plurima exempla reſpectu Chriſti et Pauli exhibet.

De Zelotis vid. *Sanhed.* cap. 9. 6. et *Bart.* et *Maimon.* ad h. l.

Si quis ex ſacra ſupellectili quid furetur, aut maledicat per idolum, aut concumbat cum pagana, Zelotae occidunt eum. *Sanhed.* l. c.

* ZELOTYPIA. Zelus maritalis aduerſus quos locum habeat? *Wagenſ.* Sota. p. 3. Quomodo ille exercendus *ibid.* p. 8. Zelum exercere, quare ſoli marito permiſſum. *ibid.* p. 3.

ZIPPORIS nomen habet a צפור *auis*, quia inſtar auis monti inſidet, *Bab. Megillah* fol. 6. 1.

Sede-

Sedecim milliaribus vndiquaque a Zippore erat terra fluens lacte et melle. *Hieroſ. Biccurim* fol. 64. 2.

Plurimae in Zippori erant ſynagogae, ſed praecipue duae celebres erant.

Synagoga דגופנא *Gophnitica* et ſynagoga דבבלי *Babylonica. Hieroſ. Berachoth* fol. 6. 1. et fol. 9. 1.

De inquiſitione facta in Zippori vid. *Hieroſ. Ievammoth.* fol. 15. 3.

De perſecutione aliqua ſonat locus. *Bab. Ioma* fol. 11. 1.

Scribitur Zipporis aliquando per י, vt *Hieroſ. Ioma* fol. 41. 2.

Zippori fuit propinqua vrbecula ישנה *Ieſchana. Kidduſchin.* cap. 4. 5. vt et קצרה *Kezarah.* Gloſſ in *Erachin.* cap. 9. 6.

De Zippori. vid. *Edzard.* Auod. Sara cap. 1. p. 298.

* ZIZANIVM. De quo vid. in *Agricultura.*

ZIZITH vid. *Tephillin* in T. illorum praeceptum exſtat *Numerorum* XV, 38. *Deuteron.* XXII, 12.

Apud ipſos receptum erat, diligentem eorum obſeruationem mereri retributionem. *Bab. Schabbath* fol. 23. 2. *Qui de candela Sabbathica curat, futuri ſunt eius filii diſcipuli ſapientum; qui de membranulis poſtibus affigendis, domum ſpecioſam adipiſcetur: quique de* ציצית *fimbriis veſtimento attexendis, adipiſcetur bonam tunicam.*

De Zizith earumque menſura. *Tanch.* fol. 67. col. 1. poſt med. *Rabboth* fol. 226. col. 2. init. Num Zizith confici debeant a Gentili? *Edzard.* Auod. Sar. cap. 2. p. 291.

* ZOROBABEL. An Chriſti ille typus ſit, et hinc dictus radix Ieſſe, Dauid, Caput vnicum, etc.? *Iac. Caluert* in Naphtali. p. 106.

Digitized by Google

HW 5N5K G

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google